Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHYSICA SPECVLATIO ADMODVM

REVERENDI PATRIS FRATRIS Alphonsi à Vera Cruce Doctoris Theologi, & bonarum artium Magistri: Sacri ordinis Eremitarum Diui Augustini: Primarij præfecti in vniuersitate Mexicana in noua Hispania, olim in partibus Indiarum maris Oceani. Nunc tertio ab eodem auctore edita, & in pluribus aucta, & innumeris repurgata mendis, & speculationibus integ. ·e·ocupletata, maximè in libro de cœlo & mun-
·do, v inoui orbis de·criptio per loca maritima omnia, ad austrum & aquilonem & alia quæ desiderabantur.

Cum Indice quæstionum, seu speculationum omnium.

SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Baptista à Terranoua.
Anno. M. D. LXIX.
Expensis Simonis à portonarijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lycencia.

DON Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, Cõde de Flandes, & de Tyrol, &c. Por quãto por parte de vos fray vizẽte de quintanilla, procurador general de la orden de sancto Augustin, nos a sido fecha relacion diziẽdo, quæ podia auer siete años poco mas o menos: que nos ouimos dado licencia al Maestro fray Al nso de la v ra Cruz, frayle de la dicha orden, è cathedratico de rima enla vniuersidad de Mexico, para imprimir vn libro intit do urso de artes è philosophia, y que agora auia anadido el dich o en muchas partes, enlo qual auia passado mucho trabajo è ocupac supplicãdo nos, le diesemos licencia y facultad para lo po er imprimir con las dichas enmiendas è añadiduras, o como la nuestra merced fuesse: loqual visto por los del nuestro cõsejo, porquãto enel di ho libro se hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nueua mente fecha dispone, fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos enla dicha razon, è nos touimos lo por bien: y por la presente damos licencia y facultad aqualquier impressor de estos nuestros Reynos, paraque por esta vez pueda imp imir el dicho libro q̃ d suso se haze mẽciõ cõlas dichas emiẽdas y añadiduras, sin q̃ por ello caiga ni incurra en pena alguna: y mandamos q̃ la tal impresion se haga del dicho libro original q̃ va rubricado cada plana, y firmado al fin del, de Domingo de çauala nuestro escriuano de camara, y de los q̃ residen e el nuestro cõsejo: y que despues de impresso, no se pueda vender ni venda, sin que primero se tra a al nuestro cõsejo juntamente conel dicho original, paraque s vea si la dicha impresion esta conforme al original, sopena de ca è incurrir enlas penas contenidas enla pregmatica & leyes nuestros Reynos: è no fagades ende al sopena de la nuestra merced, y de cinquẽta mil marauedis para la nuestra amara dad en Madrid àveynte y vn dias del mes de nouiẽbre le. 1568. Años.

D. Cardi nalis Sigunt.
El Licẽciado Menchaca,
El Doctor Sua rez d̃ Tolec .
El Licẽciado fuen mayor.
El Licẽciado Iuã Thomas.
El Doctor Gaspar Quiroga.

E yo Domingo de çauala escriuano de camara de su Magestad la fize escriuir por su mandado, con acuerdo de los de su Consejo.

ARCHIPRAESVLI DIGNISSIMO APVD VALENTIAM DOMINO

Magistro, Domino Fratri Thomæ à Villanueua, ex ordine Eremitarum Sancti Augustini assumpto, suus Frater Alphonsus à Vera Cruce eiusdem ordinis, felicitatem.

CVm olim antistes ornatissime, prouinciẽ Castellæ feliciter præesses, ad hãc noui orbis prouinciã ordinis S.P.N. August. quæ ab illa quam gubernandam acceperas, velut ex equo Troiano dimanauit, literas misisti, quib⁹ tuos velut pater admonebas filios, vt in nouo orbe, r ; prouincia, & apud nouiter conuersos, noua ẽrẽt omnia, rq dendarum disciplinarum, instruendorumq; discipulorum no esset ratio. Siquidem, Archiepiscope obseruandissime per ceceras, quantũ sine fructu in illis caudatis syllogismis formandis insi latur. Quippe qui Compluti publicus professor sic argutias penetrasti oẽs, v meritò inter oẽs habitus fueris vnicus. Arqu cùm ad portum religionis tanq̃ ad asylum tutissimũ cõfugisti, à tergo ista relinquens, æquus arbiter, & iudex effectus, mediũ (quod tenent beati) amplectendũ præcepisti. Quãobrem resolutionẽ in Sũmulis, & Dialectica e didimus, superflua resecantes, & breui tẽporis curriculo necessaria tradẽtes. Quãtus fuerit profectus, quãque salubre consiliũ tuum Pater amplissime, exploratissimũ habent oẽs: Viresq; resumens in Physica disciplina, idem quod in Dialectica præstare visum est. Quapropter hanc Physicã Speculationẽ succintè sic emisimus, vt quæ necessaria desiderãda nõ sint. Sed cũ hæc alicui dedicare in animo esse cu inter mortales oẽs occurristi primus, cui iure optimo hoc nostrum opus, q ale est, sit nũcupãdũ: vt tua virga cẽ sura corriga , & emẽdes. Quis melius de Physica Speculatione q̃ ille i inter grauissimos Philosophos cõsummatissimus est declaratus: Nã sicut inter Cõcionatores tui tẽporis apicẽ es adept⁹, & inter Theolog profundissimus p̃dicaris, & inter religiosos religiosissimus, sic in discernẽdis, & dijudicãdis aliorũ scriptis cũ omnibus certas: q; meritissim ab Archip sule Hispalẽsi, causarũ fidei supremo censori Manrico, cùm esses Burg prior in nostro cõuentu, examinandorũ librorũ omniũ cura tibi cõmissa sit: vt ille probatus, quẽ tu probasses, atq; ille reprobus, quẽ tu reprobares, haberet. Recipe ergo grato animo, & illa tua cãdidissima, angelicaq; modestia hoc pexile munus ō ad donũ, sed ad animũ respiciens. Quòd si tibi arrisisse intellexero, calcar appositum certò scias: vt ad altiora (diuino aspirãte numine) sit ad nitendũ. Vale nostri ordinis nõ vulgare ornamentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADMODVM REVERENDO PATRI FRATRI ALPHONSO AVERA Cruce in artibus magistro, in sacra Theologia Doctori, & in alma vniuersitate Mexiconensi Primario cathedratico, Raphael de Ceruanes in artibus magister, & in sacra Theologia Doctor, ac Ecclesiæ Metropolitanæ Mexiconensis Thesaurarius.

S. P. D.

SI cursum vitæ huius in qua mortales sic sui obliuio[illegible]: vt bona quæ verè bona sunt, abijciant, ex alta mentis acie cõtẽplari liceat, variè certè nobis acutissime Doctor, harũ rerũ humanarũ volubilitates, controuersiæq; semper agitantur quas fugere, aut euadere, pauci, quos æquus amauit Iupiter potuere. Sic enim natura in hanc lucem, ac lege vinctos nos protulit: vt innumera, terribiliaq; dãna patiamur. Quapropter omnibus viribus, totoq; conatu nos obniti necesse est: vt hanc infelicem humanæ sortis legem melius, & maiori cum tranquilitate, atque quiete pergamus, ne nos procellæ tempestatum demergant, nec permittant adoptatum portum, quæ gloria nostra est, felici nauigio nos transfretari. At si diligenter indagamus, nullũ alium potius nauigij genus ad hoc instabile pelagus transfretandum adinueniri potest, quàm literarum, scientiæ, ac sapientiæ immortalis, immarcessibilisq; thesaurus, qui hominem quasi è terreno pondere denudatum, ad cœlestia docet transcendere loca, naturæque abdita præscrutari, atque ineffabilia de diuinis archanis attingere mysteria: vt iam hic homo diuina Philosophia illustratus, supra humanæ conditionis naturam positus credatur. Quod tibi Doctor acutissime ni fallor (& scio quòd non fallor) proprio marte, diuinoq; adiutorio datum est, qui in literis, veraque sapientia per multa temporum curricula insudasti: tùm intra teipsum meditando: tum alios indefessa lectione docendo, siue priuatim in tuo cœnebio, sed & publicè in nostra præclara Mexiconensi vniuersitate cathedram primam Sancti Thomæ cum doctrina sa[illegible]a, & catholica regendo. Ex quibus lectis, ac perlectis, multas eorum dictasti resolutiones, non solùm quæ ad Theologiam Architectonicam scienti[illegible]n pertinent, sed etiã nunc quæ ad Philosophiam naturalem necessaria sunt, in quibus ita clarè, lucidè, & resolutè te habnisti, vt merito opus physicum, clarum, lucidum, ac resolutissimum inter alia habeatur. Quod legi, & perlegi, dignumq; vt ab omnibus legatur iudicaui. Lætare ergo vniuersitas nostra Mexiconensis, quæ tantum meruisti habere doctorem. Vale mi Doctor, decus, & lumen Academiæ nostræ.

INDEX RERVM OMNIVMQVÆ IN HOC OPERE continentur secundum ordinem alphabeticum digestus.

A

AVgmentatio an possit dici generatio: per integram speculationem. pagina. 251.
Augmentatio quo pacto dicatur parti[illegible]generatio. pagina. 252.
Augeri v[illegible]quando contingit, quælibet aucti[illegible]ur: vnde late p[illegible]grã speculati[illegible]. 254.
In a[illegible]tatione viuẽtis quomodo sit pra[illegible]a digestio. p. 255.
An augmen[illegible]um in viuente possit esse motu continuus latè per inte[illegible]am speculationem. p. 257.
[illegible]ugmentum in viuente non est motus continuus. p. 258.
An i[illegible] augmẽto viuẽtis possit esse motus continuus latè. p. 257.
Agens in agendo an repatiatur: latè per integram speculationem. p. 262.
Alteratio non est mòtus continuus. pagina. 25[illegible].
Astra quomodo influant in istis inferioribus, late. p. 292.
Aër diuisus in tres regiones: per integrã speculationem. p. 300.
In aëre generantur imp[illegible]fecta animalia pagina. 309.
Antiparistasis quid: & quę sunt q̃ fieri d[illegible]ur per antip[illegible]stasim per integrã speculationem. p. 302.
A[illegible]ua pluuialis vnde generetur: & de fontali similiter. pag. 315.
A[illegible] agens principale sint qualitates actiuæ. pagina. 2[illegible]3.
Accidens ducit in cognitionem substantiæ pagina. 153.
Auditus quomodo conti[illegible]t pag. [illegible]3.
Animæ consideratio ad phys. spectat. pagina. 342.
Animæ rationalis consideratio in quanforma corporis ad physic. spectat. ibidẽ.
Anima est actus primus substãtialis corporis physici. p. 343.
Anim[illegible]on est corpus pagina. 344.
Anima quomodo dicitur numerus seipsum mouẽs ad mẽtem Platonis. 346.
In aia armonia cœlorũ reperitur. p. 347.
Animæ vegetatiuæ partes nutritiuum, augmentatiuũ, & generatiuum. pag. 351.
In anima sensitiua solum quinq; sensus sunt ponendi exteriores. pagina. 3[illegible]7.
Anima quomodo sit in qualibet parte animati. pagina. 383.
Anima distinguit à suis potentijs. p. 38[illegible]

C

CAusa quid agit pagina. 76.
Causalitas cuiuslibet causæ. pag. 78.
Causa finalis quomodo cũ actu nõ sit causat pagina. 82.
Casus quomodo detur, & fortuna p. 87.
Causa prima quomodo agat & causet, & necessario causet, sed in rebus manet contingentia pagina. 194.
Cahoris vulgo dicti an dentur pag. 175.
Cœlũ est cõpositũ ex materia & forma.
Cœlum quomodo mouetur ab intelligẽtia motiuè, non tanquam à forma informãte. pagina. 208.
Cœlũ non est animatũ, & latè ibi. p. 211.
Cœlum est sphericę figurę. pagina. 214.
De cœlorum numero & ordine varia apud antiquos opinio. pag. 226.
De motibus cœlorum, & de crassitudine eorum & distantia in circunferentia per integram speculationem pag. 226.
In cœlo eccentrici & concentrici & epicicli sunt ponẽdi p integram specu. p. 228.
In firmamento diuersi motus, & vnde p[illegible]ueniant. pagina. 228.
Cœli ponendi sunt decem, qui & mouentur ab intelligentijs motricibus: & supra ponitur cœlum empireum immobile pagina. 228.
Cœlũ quomodo influit in istis inferioribus latè pagina. 292.
Circuli componentes totam spherã sunt decem, sex maiores & quatuor minores: de quib⁹ latè. p. 231. & 232. per integrã specu.
Cibus in nutrimento & augmento viuẽtis neque in pleno neq; in vacuo recipitur, sed in poris aëre plenis fit pagina. 256.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Continuum non potest componi ex indiuisibilibus.pagi.154.
Corpori simplici quomodo competat ei vnus motus simplex pag.205.
Colurus quid sit, & q̃ vnus sit diuidens æquinoctia & aliter diuidẽs solstitia.p.232.
Colorum quot sunt species pagina.361.
Creatura non potest creare pagina.47.
Creandi potentia probabile est creaturæ non posse communicari pagina.48.contrarium probabilius pagina.49.
Creatura quomodo posito miraculo desacra.pagina.49.
Quot sunt genera causarum pagina.77. & pagina.79.
Creatio de mente Aristo.datur.pag.53.
Clima quid sit,& quot ponantur tam ad Austrum quàm ad Aquilonem.pag.217.

D

DEclinatio & latitudo in planetis quomodo sit consideranda pagina.231.
Digestio quomodo in viuente perfecto contingat,& in qua parte:& plura ad propositum.pagina.256.

E

EXalatio quid,& quomodo à vapore differat.pagina.306.
Elementa an maneant in mixto formaliter,vel solum virtute, & de combinatione & dispositione eorum latè pagina.269.
Elemẽtũ qua ratione dicatur esse in mixto virtute,cum non sit actu.pagina.271.
Elemẽta solũsũt quatuor,& quare.p.275.
In elementis in quibus est simbolum quomodo facilior sit transitus pag.277.
Eclipsis lunæ vel solis nunquam contingit nisi sub ecliptica in capite vel in cauda draconis.pagina.232.
Eccentricos & epiciclos ponendos in cœlo probatur latè.pagina.228.
Equinoctialis linea quomodo veniat cõsideranda pagina.231.
Euidẽtia duplex sũma & nõ sũma.p.243

F

FAtum quomodo catholicè loquendo debeat dari & negari non posit.pagina.88.&.89.
Fascinatio an verè sit,& sint fascinatores pagina.375.
Forma est principium intrinsecum rei naturalis.pagina.52.
Forma omnis naturalis excepta anima rationali educitur de potentia materiæ ibidem,& pagina.53.
Formã educide potẽtia materiẽ est actu fieri q̃ erat in potentia materiæ ibidem.
Inter formas alias & animam rationalem distinctio est pagina.54.
Quædam formæ magis pendent à materia quàm aliæ pagina.55.
Quomodo forma dicat generari.pa.56.
Forma quomodo sit actionis principiũ pagina.74.
Fortuna qd sit,& in quo casu det, & quomodo ad efficientẽ causam reducat.p.87.
Formę substantiales nõ acquirũt esse successiuè sed bene accidentales pag..42.
Formæ substantiales tã animatorũ quã inanimatorum in instanti producuntur ab agente naturali.pagina.43.
Formæ substantialis dispositiones successiuè introducuntur.pagina..
Formæ substantialis dispositiones necessarij effectus formæ dicuntur.ibidem.
Forma fit terminatiuè,& subiectum cõpletiuè pagina.242.
Fulmen vnde causetur, & quæ sit materia eius pagina.327.
De fulmine effectus varij & notandi.pagina.328.
Forma artis à forma naturali quomodo distinguatur pagina.95.

G

GAlaxa quid,& quomodo causetur pagina.335.
Generatio ad totum terminatur,& non ad formam pagina.56.
Generationis terminus in creaturis dupliciter accipitur.pagina.56.
Generatio non est propriè motus.pagina.138.
Generatio quot modi capiatur.p.2..
Generatio simpliciter quę est acquisitio formæ substantialis & secundum quid quę est accidentalis pagina.241.
Generatio non est alteratio,licet ęsup ponatur,ad eam ibidem.
Quomodo generatio vnius alterius sit corruptio.ibidem.
Nan tenet verum in genere simpliciter sed non secundum quid.
Generatio simpliciter hominis dicitur etiam si anima solum per creationem.
¶ Generatio vnius quomodo alterius sit corruptio latissimè per totam speculationem.pagina.246.
Gustatio & de sensu gustu. quomodo contingat.pagina.369.

H.

HOmo per mortem verè dicitur corrũpi, etiã si aïa sit immortalis.pagi.246.
Homo in statu innocentiæ,an perpetuari posit.pagina.288.
Hominis generatio qualiter verè sit,etiã si anima à solo Deo creetur.pag.242.
In hominis generatiõe an sensitiuum sit prius intellectiuo,& maneat introducto intellectiuo.pagina.251.

I.

IDeę positę à Platone in quo sensu verum sit,pagina.57.
Ideę an sint causa,&quomodo,&in quo sensu à Platone.pag.83.&.84.
Indiuiduum vnum, non potest transire in aliud.pagina.43.
Indiuiduum moueri non potest.pa.161.
Indiuiduũ vnũ nõ põt trãsire ĩ aliud.245
Indiuiduum vnum in aliud transire potest transmutatione apparente, vt in alchimia.pagina.244.
Infinitum actu non potest dari,benè tamen in potentia.pagi.107.
Infinitũ materiale quomodo sit cognoscibile & quomodo dicatur incognoscibile pagina.111.
Infinitũ in magnitudine per nullã potẽtiam dari potest:quia repugnat. pag.113.
Infinitũ in multitudine nõ põt dari.p.114
Influentia est qualitas distincta à motu & lumine.pagina.292.
Insulæ Malucæ, quas del clauo dicimus sunt in demarcatione pertinẽtes ad regem Hispaniæ,& nõ Lusitaniæ ex certissime probatur.pagina.234.
Iris quid,& quomodo causetur & diuersæ apparitiones vnde pueniant.pagi.331.

L.

LOcus est superficies corporis continentis locatum.pagi.117.
Locus nõ est corpus,nõ est materia.ibidẽ.
Locus in quo sensu dicit immobilis.p.118.
Locus proprius est æqualis locato.p.119.
Locus multis modis capitur.pag.121.
Locum naturalem quælibet res mundi appetit & habet.pagina.123.
Locus naturalis cõseruat rem.pag.123.
Sic quælibet res suum habet locum, vt nullũ corpus naturaliter posit esse simul in duobus locis,sed bene per diuinam potẽtiam.pagina.125.
Longitudinis distantia à Toleto vsq; ad insulam Cebu in insulis Philippinis est.216. graduum,&.15.minutorum.pag.234.
Longitudo à linea demarchationis & diuisionis orbis inter reges Hispaniarũ & Lusitaniæ vsq; ad insulã Cebu est cẽtum triũ graduum.ibidem.
Liberum arbitriũ liberum est ab influentia cœlorum & quomodo.pag.294.
Lumen & influẽtia quomodo differunt. pagina.292.

M.

MAteria quomodo sit vna omniũ rerũ, & sit principiũ rei naturalis.pag.30.
Materia quæ est subiectũ differt à subiecto accidentium.pagina.31.
De materia quomodo Plato & Aristot. consentiant.pagina.32.
Materia an aliquando sine forma, variæ opiniones.pagina.32.
Materia actu materia est, & dicitur esse in potentia:quia in sua ratione formali nõ includit actum alicuius formæ, sed potest quãlibet recipere. pagi.36.
Materia prima non est nisi per formam. papina.37.
Materia nullã habet sibi coæuam quantitatem.pagina.38.&.39.
Materia prima à solo Deo per creationẽ est,& ideo in generabilis & incorruptibilis. pagina. 42.&.43.
Materia est cognoscibilis per analogiã, & per negationem.pagina.45.
Materia est cognoscibilis per formam. pagina.46.
Maris fluxus & refluxus vnde causetur. pagina.318.
Maris salsedo vnde causetur.pag.320.
De metallorũ natura & vnde causet.p.336
Metheorologica quomodo fiant,& quę sit materia eorum.pag.308.&.310.
Meridianus circulus quis sit,& ad quid seruiat.pagina.232
Meridianus Toleti diffet à Meridiano Mexicano ferè per horas.7.quia Toleti Sol oritur ante quã Mexici per.7.horas.pag.233.
Meridianum habere eundem duos stat,cũ tamen non sint in eadem latitudine seu distantia ab æquinoctiali,ibidem.
Mixta imperfecta in aëre generantur. pagina.309.
Vtrum quodlibet mixtum componatur ex.4.simplicibus.pagina.279.
Mixtio qualiter fieri potest latè.pa.266.
Motus & tempus non componitur ex indiuisibilibus.pagina.155.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mouens & motum oportet simul sint, quomodo motus motui comparari possit pagina.168.
Quomodo omne quod mouetur ab alio mouetur.pagi.187.&.188.
Motor primus est durationis infinitæ, & impartibilis.pag.192.
Motor primus est immobile &vnus.p.190
Motus quid sit,& quotuplex.pag.100.
Motus non est quid distinctum à re,quę mouetur.pagina.101.
Immotu fluxus quomodo considerè tur.pagina.102.
Motus & tempus non componũtur ex indiuisibili. pagina.155.
Motus solum sum tres species.pag.136.
Motus speciẽ capit nõ à termino à quo, sed à termino ad quem.pag.137.
Motus omnis est à cõtrario ad cõtrariũ.
Motus solum est ad tria prædicamenta, scilicet ad qualitatem quantitatem & vbi. pagina.140.
Ad vnitatem motus quę sunt necessariò requisita.pag.144.
Ad vnũ numero motũ requiritur vnitas mobilis,& termini,& vię,& tẽporis.p.146.
Motus reflexus aliquo modo potest esse continuus,& alio modo non.pag.147.
Motus cõtrarietas penes terminos contrarios ad quos attendi debet. pag.150.
Motus primũ esse eius nõ datur.pa.159.
Motus nõ pôt esse in indiuisibili. p.161.
Motus circularis, quo pacto possit esse perpetuus.pagina.198.
Mundum nõ fuisse ab æterno est fidei articulus.pagina.182.
Mundum fuisse ab ęterno non probatur ex rationibus Arist.
Mũdus potuit esse ab æterno à Deo quãtum ad partẽ incorruptibiliũ: sed non quãtum ad corruptibilia.pagin.185.&.186.

N.

NAturale multis modis dicit. pa.3.&.4.
Natura quid agit, & quot modis dicatur.pagi.68.
Natura,quomodo agat,ppter finẽ.p.70.
Quomodo res naturales ex naturis constent.pag.70.
Necessariũ multis modis dicitur. pa.19.
Ad notitiã intellectuam ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia est progressus. pagina.17.
Nunc tempus quomodo sit indiuisibile. pagina.156.

O.

OBiecti differentia materialis non diuersificat potentiam.pa.15.
Orbes oẽs sunt sphericæ figurę.pa.214.
Orbis partitio facta p summũ põtifice in gram regũ catholicorũ & Lusitanię.p.222
Orizo duplex rectus & obliquus. p.234.
Odoratus quomodo fiat,& de odoratiua potentia.pag.367.

P.

PLanetæ quomodo moueãtur, & quã habeant quãtitatem,& quem servent ordinẽ inter se per integrã speculatio[illegible] p.226.
Planetarum declinatio & [illegible]tudo,quomodo sit considerand[illegible] tantiã ab ecliptic[illegible] vel ab æquinoctia[illegible]
Partitio totius orbis f[illegible]no.1494.ab Alexãdro.6.summo pontifi[illegible]ã regum catholicorum & Portugaliæ.p.[illegible]
Paradisus terrestris v[illegible] collocandus,vide per integ[illegible]n speculationem. pagi.236.
Periodus determinata,an cuiuslibet entis corruptibilis detur pagina.285.
Potentiarũ quinq; genera, vegetatiuũ, sensitiuũ,appetitiuum secũdũ locum,motiuum,& intellectiuum.pag.348.
Potentiæ animę distinguũtur ab anima. pagina.385.
Potentiarum distinctio sumitur penes actus & obiecta.pag.387.
Ad physicũ spectat de primis substãtijs consideratio quantum ad aliqua quæ eis conueniunt.pag.196.
De principijs rerum naturaliũ variæ opiniones antiq[illegible]um.pag.29.
Principia rei naturalis intrinseca duo sũt solum.pagina.25.
Principia rei naturali[illegible]materia, form[illegible] & priuatio pagina.26.
Principium & causa differunt.pa[illegible]
Priuatio quomodo dicatur princ[illegible]u rei naturalis.pagina.27.
An priuatio sit aliquid [illegible]inctum à materia.pag.58.
Proportio qui[illegible]t,& quotuplex.p.172
[illegible]roport[illegible]alia rationalis & alia irrationalis.ibidem.
Punctũ, & [illegible] intrinsecum & extrinsecum,& lata differentia.pag.156.
Punctũ perfluxũ,quomodo causat li[illegible] sicut nũc,tẽpus,&mutatũ esse motũ.ibidẽ.

Q.

QValitates primæ solum [illegible]tuor sunt. pagina.273.

Vltra

Vltra qualitates quatuor primas quas dicunt aliæ sunt priores.pag.274.

R.

RES naturales quomodo ab artificialibus differant.pag.15.
Res naturales quomodo terminẽtur per per maximum quod sic, & minimum quod non. pagina.69.
Res naturalis quomodo terminari possit per minimam quantitatẽ.pag.65.
Rarefactio,an sit augmentatio latè per integram speculationem.pag.259.&.260.
Resolutio in corruptione [illegible]n fiat vsque ad materiam p[illegible]am latè per totam speculationem.pagina [illegible]48.

S.

SApientes [illegible]ando incœperunt.pag.13.
[illegible]ratores an habeant virtutem contra rabiẽ canum & alia multa de illis.p.375.
Sensibile quomodo intelligibile.pag.4.
Semen derisum à viuẽte quomodo se habeat in generatione.pagina.55.
Sensatio quomodo cõtingat in quolibet sensu.pagina.359.
Sensatio quomodo contingit in visiua potentia.pagina.360.
Sensuum conuenientia adinuicem.p.372
Sensus interiores, an cõuenienter distinguantur.pagina.377.
Singul[illegible]e quomodo est scibile & intelligibile.pagina.4.
Subiectum capitur multis modis. pag.5.
Subiectum adæquatum philosophiæ,neque est corpus mobile,neque corpus naturale,sed ens mobile.pagina.[illegible]
Sciẽtia habetur [illegible]pprie de re naturali cõposita ex materia & forma,& de omni re. pa.4.
Scientia quomodo supponit suum subiectum.pagina.7.
S[illegible]entia specialis specialiter considerat quodouid est sui subiecti.pagina.8.
Scientia physica quomodo homini est necessaria.pagina.10.
Scientiarum quæ practica,& quæ speculatiua,& qua ratione.p[illegible]gina.14.
In scientia,in demonstratione quia, à notioribus nobis est progressus:sed in demonstratione propter quid à minus notis nobis. pagina.18.
[illegible]omodo in scientia contingat progressus per regressum à causa ad effectum & ẽcontra.pagina.20.
Scientia physica qũomodo distinguatur à mathematica.pag.97.&.68.
Sphera ex quibus constet circulis,per integram speculationem.pagina.234.

T.

TActus qualiter fiat,& de potẽtia factiua, pagina.371.
Tempus est motus primi mobilis secundum prius & posterius.pag.130
Tẽpus solũ in motu primi mobilis ponit, qa primus,& regularissimus & notissimus.ibidẽ.
Tẽpus non est qualitas distincta à motu primi mobilis.pagina.131.
Tempus distinguitur ratione à motu primi mobilis.pagina.131.
Tempus non est qualitas distincta à motu primi mobilis.pagina.131.
Tẽpus quantum ad esse tẽpus non habet sine operatione intellectus.pagina.132.
De tẽpore in diuersis locis variè loquutus est S.Thomas,sed vera intelligentia. p.135.
Tẽporis nũc quomõ sit indiuisibile.p.156
Terra quomodo sit habitata tam ad Austrum quàm ad Aquilonem.pag.218.
Terræ totius in nouo orbe descriptio per loca maritima à parte Aquilonis.pag.221.
Terrę totius descriptio noui orbis ex parte Australi.pag.224.&.225.
Terræ magnitudo & comparatio ad planetas latè.pagina.297.
Totum multis modis capitur.pag.21.
Quomodò totum sit suæ partes & quomodo non sit.ibidem.
Non est tam propria locutio totũ est suæ partes,sicut est totum resultat ex suis partibus.pagina.22.
Torrida zona non solum inhabitabilis,sed maximè habitata probatur tam ad Austrũ quàm ad Aquilonem.pagina.218.
Transsubstãtiatio per naturam nõ datur, sed potest esse per diuinam potentiã.p.244.
Transitus facilior in elementis in quibus est symbolum.pagina.277.
Tropicus cancri, & tropicus Capricornij quomodo intelligantur.pagi.235.

V.

VAcuum nõ datur in rerũ natura.p.126.
Vacuũ dari per diuinã potentiam nõ repugnat.pagina.127.
Vacuo dato & concesso,si mobile moueretur in instanti non esset.ibidem.
Vapor quõ differt ab exhalatiõe, & qualiter sit materia meteorologicarũ impressionum.pagina.305.
Vniuersum cũ constet ex tanta varietate rerum perfectũ dicitur esse.pag.200.

Velo

Universidad de Deusto Biblioteca

Velocitas in motu qualiter cognoſcenda.pagina.176.
Velocitas in motu ex parte cauſæ qualiter conſideranda.pagina.179.
Ventus an ſit exhalatio.pag.323.
Vinum & acetum non ſunt eiuſdem ſpeciei.pagina.243.
Viſio quomodo contingit in potentia viſiua.pagina.360.
Vox quomodo cauſetur, & nonulla alia conſideratione digna.pag.365.

Z.

ZEnith vocatur punctum in cœlo respondens capiti:& oppoſitum dicitur Nadir. pagina.233.
Zodiacus in cœlo quomodo conſideratur, & quam habeat latitudinem. pagina. 232.
Per medium zodiaci linea ecliptica intelligitur,quæ & via ſolis eſt, quia nũquam ſol ab ea declinat.ibidem.

Index ſpeculationum quæ in to o volumine continentur: Prin us Phyſicoru viginti continet ſpeculationes.

1 VTrùm de re naturali ſit ſcientia.pagina.3.
2 Vtrum corpus mobile ſit ſubiectũ huius ſciẽtiæ. pag.5.
3 Vtrùm hæc ſciẽtia debeat cõſiderare qd quid eſt ſui ſubiecti.pagina.9.
4 Vtrùm hæc ſcientia naturalis ſit homini neceſſaria.pagina.11.
5 Vtrùm hæc ſcientia ſit practica an ſpeculatiua.pagina.14.
6 Vtrũ in hacſcientia naturali ſit progreſſus ab vniuerſalioribus ad minusvniuerſalia.pagina.16.
7 Vtrùm totũ ſit idẽ qd ſuæ partes. p. 12.
8 Quot ſunt pricipia rerũ naturaliũ.p.25.
9 Vtrùm materia ſit pura potẽtia. pa.31.
10 Vtrũ materia habeat deſe aliquẽ actũ.36
11 An materia habeat quantitatem.pa.39.
12 An materia ſit ingenerabilis & incorruptibilis.pagina. 42.
13 An materia ſit cognoſcibilis per analogiam.pagina.45.
14 An creatura poſsit creare.pag.48.
15 An de mente Ariſt.detur creatio.p. 50.
16 Vtrùm forma educatur de potentia materiæ.pagina.52.
17 Vtrùm generatio terminetur ad formã. pagina.56.
18 Vtrùm priuatio ſit quid diſtinctũ à materia & forma.pagina.57.
19 Vtrũ res naturales terminentur per maximum.pagin.60.
20 Quid ſit ſentiendum de minimo naturali.pagina.64.

¶Liber.2.Phyſic. 8.continet ſpeculationes.

1 ANrecte natura ſit ab Ariſt. ta. pagina.67.
2 An form. it principium actionis. p.73.
3 An ſolum ſint quatuor genera cauſarũ. pagina.76.
4 An ideæ ſint etiam cauſæ.pagi.83.
5 An fortuna caſus fatũ ſint cauſ. pa.86.
6 An natura agat propter cauſam.pag.92.
7 An forma artis differat à naturali.pa.94.
8 An ſit differentia inter phyſicam & mathematicam.pagina.97.

¶Lib.3.Phy.4. cõtinet ſpecula.

1 AN motus diſtinguatur à mobili,& à forma ad quam eſt motus.pag.100.
2 An poſsit dari actu infinitum. pag.106.
3 An infinitũ ſit in cognoſcibile.pag.111.
4 An per diuinam potentiã poſsit dari actu infinitum.pagina.112.

¶Lib.4.phyſi.ha t.4.ſpec a.

1 VTrùm locus ſit ſuperficies.pa.117.
2 An omne ens habeat ſuum cum naturalem.pagina.121.
3 An vacuum ſit dabile.p 126.
4 An tempus ſit aliquid reale.pag. 129.

¶Lib.5.Phy abet.6.ſpecula.

1 AN ſint ſolũ tres ſpecies mot⁹. p.140.
2 An ſolum ad tria prædicamenta ſit motus.pagina.140.
3 An formæ ſubſtãtiales ſucceſsiuè acquirantur.pag.142.
4 An ad vnitatem motus tria requirantur. pagina.144.
5 An motus reflexus poſs. eſſe continuus.pagina.148.

Vnde

6 Vnde attendatur contrarietas inmotibus.pagi.150.

¶Lib.6.4. cõpletur ſpecula.

1 AN continuũ conſtet ex indiuiſibilibus. pagina.153.
2 An nũc temporis ſit indiuiſibile. p.156.
3 An in motu detur primũ eſſe ei⁹. p.158.
4 An indiuiſibile poſsit moueri. pag.161.

¶Lib.7.amplectitur.5.ſpecul.

1 A ſit neceſſarium quod mouens & motum ſint ſimul.pagina.164.
2 An ilibet motus cuilibet motui poſsit comp. pagina.167.
3 De propo bus.pagina.171.
4 Dev cit motus ex parte ſp ij.pagina.17
5 ate mot⁹ ex pte cauſę.p.178.

¶In.8.Phy c.ſunt.7. ſpecul.

1 AN ſit fide articulus od mundus inceperit.pagina.181.
2 An mũdus potuit eſſe ab æterno .p.184.
3 Vtrùm omne quod mouetur ab alio moueatur. pagina. 186.
4 An primus motor ſit immobilis.pa.189.
5 An primus motor ſit infinitæ durationis.pagina.191.
6 An prima cauſa agat de neceſsitate naturæ.pagina.193.
7 An a hyſicum ſpectet cõſideratio de ſubſtantijs ſeparatis.pagina.195.

¶Libr. vnici de cœlo ſunt 15. ſpeculatio.

1 AN vniuerſum ſit pe tum. p.199.
2 An cœlũ ſit corp⁹ ſimplex.p.201.
3 An vnius corporis ſimplicis ſit tantum nus motus plex.pagina.204.
4 An motus circularis poſsit eſſe perpetu⁹ gina.207.
5 An cœlum moueatur ab intelligentia. pagina.200.
6 An cœlum it animatum.pagina.211.
7 An omnia corpora ſimplicia ſint ſpherica.pagina.213.
8 De climatibus.pagina.217.
9 An terra ſit habitabilis ex omni parte. pagina.218.
10 Quæ ſit poli eleuatio ad Aquilonẽ in locis noui orbis de nouo inuentis.p.221.
11 Quæ ſit poli eleuatio,& diſtantia ad Auſtrum in locis de nouo inuentis.p.225.
12 De cœlorum numero & ordine.pa.227
13 De eccentricis & epiciclis. pagina. 229.
14 De circulis cõponentibus ſpherã.p.231.
15 De paradiſo terreſtri vbi ſitueĩ.p.235.

¶ Libro. 1. De generatione 11.habet ſpeculationes.

1 AN generatio & corruptio ſit poſsibilis.pagina.240.
2 An vnum indiuiduum poſsit tranſire in aliud.pagina.243.
3 An generatio vnius ſit corruptio alteri⁹. pagina.245.
4 An in corruptione fiat reſolutio vſque materiam primam.pagina.249.
3 An augmentatio ſit generatio.pag.251.
6 An quælibet pars aucti augeat p.253.
7 An augmentum in viuente ſit motus cõtinuus.pagina.257.
8 An rarefactio ſit augmentatio.pag.2
9 An omne agẽs in agẽdo repatiat.p.292.
10 An mixtio ſit poſsibilis.pagina.265.
11 An elementa maneant in mixto formaliter.pagina.269.

¶In.2.De generatione ſunt 8. ſpeculationes.

1 AN ſint.4.qualitates primæ.pag.273
2 An ſolum ſint.4.elementa.pag.275
3 An in elementis habentibus ſimbolum ſit facilis tranſitus.pag.277.
4 An quodlibet mixtum ex quatuor ſimplicibus conſtet.pagina.279.
5 An qualitates actiuæ ſint pricipalia principia actiua.pagina.281.
6 An detur mixtum temperatum vt ſit æ quale ad pondus.pagina.283.
7 An omne corruptibile habeat determitam periodum.pagina.285.
8 An homo inſtatutu innocentiæ potuit perpetuari.pogina.287.

¶Primus Meteororum 8. continet ſpecula.

1 AN cœlum & aſtra influant in iſtis inferioribus.pagina.292.
2 An elemẽtum terræ ſit minus quàm alia elementa.pagina.296.
3 An aẽris elementũ in.3.regiones diuidatur.pagina.298.
4 An detur actio p antipariſtaſim.pa.303.
5 An vapor & exhalatio ſint materia meteoroligicarũ impreſsionum, pa.305.
6 An mixta imperfecta generetur in aẽre. pagina.308.
7 An cometa ſit de natura cœleſti.pa.311.
8 Quomodo aquæ fontales generentur. pagina.314.

¶Libr.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Libro 2. Meteororum. 4. habet ſpeculatio.

1 AN fluxus & refluxus maris ſit naturalis. pagina.318.
2 An ventus ſit exhalatio, velaër motus. pagina.322.
3 An Thyphō & Ecnephias fiant ex exhalatione. pagina.324.
4 An fulmen ignis ſit de nube deſcendens pagina.326.

¶Liber.3.Meteororū.4.continet ſpecula.

1 AN Halo per refractionem radiorum contingat. pagin.329.
2 Vtrùm Iris ſit realiter aliquid in nube. pagina.331.
3 An virgæ & paralelij fiant ex radiorū refractione. pagina.334.
4 An metalla fiant & generentur per naturam. pagina.336.

¶Liber primus, de anima. 6.habet ſpecul.

1 AN ad phyſi. ſpectet conſideratio de anima. pagi.341.
2 An anima ſit actus primus ſubſtantialis corporis. pagina.343.
3 An anima ſit numerus ſe mouēs. p.346.
4 An ſint. 5. genera potentiarū. pag.347.
5 An conuenienter aſsignētur partes animæ vegetatiuæ. pagina.351.
9 An accidens conducat ad cognoſcēdam ſubſtantiam. pagina.353.

¶Lib.2.De anima.9.amplectitur ſpecula.

1 AN anima ſenſitiua ſit ponenda. pagina.357.
2 De faſcinatoribꝰ & ſalutatoribꝰ. pa.374
3 An ſenſus interiores conuenienter diſtinguantur. pag.377.
4 An tota anima ſit in qualibet parte corporis. pagina.382,
5 An potentiæ animæ diſtinguantur ab anima. pagina.384.
6 An potentiæ diſtinguātur per actus aut per ſua obiecta. pagina.284.
7 An præter potentias interiores & exteriores ſit aſsignanda alia quæ ſit appetitus. pagina.389.
8 Vtrum ſint ponendæ paſsiones in anima. pagina.393.
9 An ſenſus poſsit decipi circa ſenſibile proprium. pagina.400.

¶Liber.3.De anima.12 conſummatur ſpecul.

1 AN in homine ſolùm ſit anima intellectiua, vel ſimul cum ea ſit ſenſitiua & vegetatiua. pagina.404.
2 An potētiæ animæ ſint in anima ſicut in ſubiecto. pagina.408.
3 An intellectus potentia ſit paſsiua. pagina.410.
4 An ſit ponēdus intellectus agēs. pa.412.
5 An memoria ſit ponēda potentia diſtincta ab ipſo intellectu, vel an ſit idem qd intellectus. pagina.418.
6 An ratio ſit alia potentia ab intellectu. pagina.421.
7 An potentiæ diſtinguantur penes obiecta. pagina.388.
8 An voluntas ſit alia potētia diſtincta ab intellectu & præſtantior eo. pagi.425.
9 An anima ſit immortalis. pag.438.
10 An liberum arbitrium ſit idem quod voluntas. pagina.431.
11 An intellectus noſter res materiales & corporeas intelligat abſtrahēdo à phantaſmatibus. pagina.434.
12 De cognitionis modo animæ ſeparatæ. pagina.439.

Finis ſpeculationum rerumque omnium, quæ in vniuerſo hoc opere tractantur.

PHYSICA SPECVLATIO

ADMODVM REVERENDI PATRIS FRATRIS Alphonſi à Vera cruce, Sacri ordinis Eremitarum D. Auguſtini: bonarum artium, ac Sacræ Theologiæ Magiſtri: & cathedræ primariæ moderatoris in inclyta, ac fideliſsima Mexicana ciuitate in partibus Indiarum maris Occeani.

PROLOGVS.

MEMORES promiſsi, ne fidei fractores inuenimur: hanc Phyſicam ſpeculationem in publicum ire decreuimus. Siquidem cùm illam tam in ſummulis (quas vocant) quàm in Dialectica ederemus reſolutionem: mente conceperam, ſi labores illi vtiles, & doctis placerent: id etiam in Phyſica complere. At quia ſpes mea non ad irritum cecidit, & rectè ſentiētibus, iudicijq; perſpicuis, & ſapientibus: id gratum fuiſſe intelligens: ſucceſsiuis horis, & quātum ab alijs grauioribus, ſerioſiſq; ſuffurari datum eſt, ab inſtituto non recedentes: hanc naturalium rerum conſiderationem in vnum cōgeſsimus: operæpretium exiſtimantes, compendioſam perueniendi ad arcem viam abſoluere: adducendo meliora, quæ à maioribus ſunt tradita (velut apum habet natura) flores diuerſos ſeligendo: dulcia conficere: & aliqua noua adducendo, ab illis non excogitata, neque inuenta: inuentione enim creſcunt ſcientiæ. Siquidem inter fragrantiſsimos, ſimulatq; omni pretio digniſsimos Phyſicæ diſciplinæ fructus: ſpinarum immixta congeries eſt quæſtionum, argumentorumq; colluuies: vt ipſam ſpecioſam rei naturalis ſciētiam, tanquam denigrauerint, turpemq;, & exoſam effecerint. Garrula illa ſophyſtica, & fucata traditio tantum ſe ſe inſinuauit, & terminos conſtitutos trāſgreſſa eſt: vt quæ ancillari debuerat, antiſtetur. Quis enim non ex animo doleat, quanta iactura temporis (quo nihil preciouſius) adoleſcentumq; olei, & operis omiſsio ſit in tractandis, quæ de maximo, & minimo naturali multiplicantur argumentis, in illis voluendis, quæ à Calculatore diffuſè valde tractantur, atque de motuum, & mobilium proportione, & ad inuicem cōparatione ſophyſticè proponuntur? Atq; (vt vnico verbo multa dicam) quæ de triplici motu ab Aluaro Thoma ſunt exco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitata? Hoc vnum verè tales asserere posse affirmo: Per totã noctem laborantes nihil cepimus.

¶ Libuit ergo in hac nostra Speculatione, quæ videtur vtiles, atq; necessarias, sic adducere quæstiones, quæ ad declarandã mentem Aris cõducunt: vt exercitio detur locus, & legentes in breui nõ pœnitendum reportent fructũ. Medullam totius philosophiæ tradidit nobis deuotè, simul & doctè Titelmanus Minorita, grauis author: fecerunt id & alij non contemnendi authores. Verùm quidã breuitati studuerunt: vt nec meminerint exercitij, quòd tyrones plurimùm adiuuat: alij verò fimbrias dilatant, vt velle videãtur consumere tempora ingenia, & tẽpus omne. Nos igitur ab extremis deuiando, medium tenere studimus conati. An voti cõpotes, alij iudices sunto. Ferè in omnibus libris ordinem Aristo. principis philosophorum sequuti, meum (quãtum pro nostri ingenij tenuitate permissum fuit,) oculos proposuimus. Circa tamen libros de cœlo, quia multa difficilia, atq; nõ tã fructuosè ab eo tradita, solùm vnum librũ apposuimus. Cætera alia, quæ ad astrorum peritiam, & omnia quæ ab aliquibus sunt excogitata, & ficta circa iudiciariã Astrologiã, in proprio tractatu sunt cõsideranda. Est enim in animo (si dominus dederit) superstitionem omnem à fidelium mẽtibus tollere, & veritatem tam Physicè, quàm Theologicè loquentes, manifestare in nostris Resolutionibus. Et consultò tãdem missum fecimus textum Arist. tum vt prolixitatem fugeremus: & quia sunt nõ pauci qui id perfecerunt exactè, tum etiã, quia in speculationibus non recessimus à sensu, & textu Aristotelico: adducẽdo necessaria aliquando in conclusionibus: modò notabilibus: & tandem in argumentorũ solutionibus. Quòd si fuerit factũ satis omnibus, & arriserint istæ speculationes, & cõduxerint, vt desideramus: et si textum cum elucidatione expetitum fuerit, parati sumus (modò iuuamus moniti,) id explere, et votis omniũ satisfacere: nam recognosco debitum, quo omnibus debitores sumus, teste Diuo Paulo. Et cum hũc nostrum laborem multis placere intellexerim, et adhuc nonnulla super addi, non solùm ex postulauerint, sed importuni extorserint: animũ adiecimus, opus tertiò edere aliquatulo locupletius: interdũ etiã integras speculationes opportunè inserentes: atq; id non sine labore ad finem perduximus, et sub stellæ signo super addita ostenduntur: gratiasque Deo reddamus omnes. Si quæ tamen in priùs editis, eo modo sup additis in fructuosum offenderit, tarditati ingenij tribuẽs, meliora proponat pius Lector. Anno. 1569.

PRIMA

PRIMA SPECVLATIO

PROEMIALIS LIBRI PRIMI PHYSICORUM, An de re naturali sit scientia.

Argumẽ. 1. PRIMO quæritur, vtrũ de re naturali sit scientia. Et videtur ꝙ non. Nullum singulare est scibile: sed omnis res naturalis est singularis: ergo nulla res naturalis est scibilis. Et sic illi? no erit sciẽtia. Aristot. 1. Poste.

Argumẽ. 2. ¶ Secũdò. Nullum intelligibile est scibile: sed omne ens naturale est in intelligibili: ergo nullũ tale ens est scibile. Et sic illi? nõ poterit esse scientia. Maior patet, cũ id cuius est sciẽtia, oportet intelligat. Minor probari potest: quia omne tale est sensibile, & nullũ sensibile est intelligibile: quia si aliqs sensus esset intellectus, vel aliqua sensatio intellectio, quod esse non potest.

Argumẽ. 3. ¶ Tertiò. Sciẽtia nõ nisi de necessarijs, & incorruptibilibus est, vt ex Arist. cõstat: sed nullum naturale ens est necessarium, neq; incorruptibile: quia omne tale ex materia, & forma cõpositũ est, quod in se habet vnde corrũpi possit, vt docet Aristo. sequitur ergo sciẽtia de re naturali non esse. Arist. 1. Poste. text. 66. & 80. & 82. Arist. 1. Cœ. text. 19. & 20.

¶ In cõtrariũ est, quia de illo habetur sciẽtia, de quo demonstratur propria passio: sed de re naturali probatur, vt ꝙ sit corruptibilis, quia ex contrarijs cõpositus: vel ꝙ homo sit resibilis: quia est rationalis. Aristot. 3. In contra. Meta. tex. 5

¶ Pro solutione oportet notare, ꝙ naturale dicitur multipliciter. Primo modo capit pro substãtia cõposita ex materia, & forma: sicut homo, lapis, lignũ, &c. Et isto modo capitur ab Aristo. 2. Physi. cũ dicit. Naturale est, quod habet materiã, & formã. Notã. 1. Naturale dicitur multis modis. Aristot. 2. Physi. co. 4.

2 ¶ Secũdo modo naturale capitur pro dispositione cõsentiente alicui. Sic dicitur, ꝙ color igni est naturalis, & risibilitas homini.

3 Tertio modo capitur, vt distinguitur cõtra supernaturale. Et sic oẽ ꝙ fit ab agẽte naturali est, naturale erit. Et itẽ, quod nõ est miraculosum naturale est.

4 Quarto modo capitur prout distinguitur contra liberè: sicut grauis descensus deorsum, & leuis rursum. Et isto modo, quod ab homine liberè cõtingit, quanuis secundũ rationem rectam, naturale nõ erit. Quòd si quintum modum vis addere, erit naturale, quod motui, & trãsmutationi subiectum est. Vnde omnis res quę creata est, naturalis dicitur. Nã nulla est, quæ non sit subiecta, & etiã si ex materia, & forma non sit cõposita. S. Th. 3. p. q. 2. ar. 12. Nota. 2.

¶ Sexto modo id dicetur naturale, qd alicui à natiuitate conuenit.

¶ Secundò est notandum, ꝙ scientia multipliciter sumitur. Primo pro cuiuslibet veri notitia, quomodo sumit Liconiensis, quãdo. 1. Poste. dicit. Scire, est credere firmiter sine hæsitatione, cùm hoc ita sit ex parte rei. Secundò. Sciẽtia sumitur pro notitia cuiuscunq; veri necessarij. Et sic prima principia, & præmissę in demonstratione sciuntur. Quo sensu ait Arist. 1. Poste. Præmissas magis scimus, quã cõclusiones. Tertiò sumitur scientia, pro notitia alicuius necessarij, habita per demõstrationem: & sic sciuntur cõclusiones, quæ habẽtur per demõstrationem, siue sit propter quid, siue quia. Quartò proprissimè capitur pro notitia habita per demõstrationem propter quid. Et sic loquitur. 1. Poste. & 1. Physic. Liconiẽsis. Multis modis sumitur scientia. Aristote. 1. Poste. Poste. text. co. 1. Aristo. 1.

¶ Prima conclusio. Capiendo rẽ naturalẽ pro cõposito ex materia & forma, nõ solũ habetur scientia generaliter, & cõmunissimè, sed ꝓpriè. Probatur. De homine (qui ex materia, & forma cõpositus est) non solũ habetur notitia ꝙ sit, sed habetur ꝙ sit admiratiuus, ꝙ sit disciplinabilis, qd est habere propriè sciẽtiam. Patet. Tũc habetur ꝓpriè, quãdo in demõstratiõe, ꝓpter quid, propria passio de subiecto cõcluditur: sed sic est de homine: vt si quis sic argumẽtet. omne animal rationale est admiratiuũ: sed homo est animal rationale: ergo admiratiuus erit. Etsi de homine probet esse cõpositũ ex materia & forma, vel ex cõtrarijs, quia omne qd corrũpitur, ex materia & forma cõpositum est: sed homo corrũpitur: ergo ex materia & forma compositus est. 1. Cõclusi. Ratio.

¶ Secũda cõclu. Capiẽdo naturale 2. modo, de re naturali habetur sciẽtia propriè. Patet: quia demõstrat calorẽ igni, & frigiditatẽ aquæ naturaliter cõuenire: & hoi ñ risibilitatẽ: vt patet ex prima cõclusione. 2. Cõclusi. Ratio.

¶ Tertia cõclu. De omni re naturali, tertio mõ capiẽdo, quę nõ est miraculosa, sciẽtia S. Tho. p. p. q. 9. a. 3. 5.

 haberi

Universidad de Deusto Biblioteca

haberi potest propriè, sicut & de naturali, quod distinguitur contra liberum. Patet.

Ratio. De omni creatura haberi potest scientia: & de omni tali quid comp[illegible]at e[illegible] secũdùm naturam: vt de graui quòd descendat, sicut de leui quòd ascendat, probatur, & demonstratur, vt constat: sequitur ergo quòd sciẽtia potest haberi.

4. Conclusi. ¶Quarta cõclusio. De re naturali quę est, quia à natiuitate est, scientia large haberi potest: vt quòd homo cum duobus pedibus nascatur, & cum duobus brachijs, &c.

Ratio. quia scientia largè sumpta, notitia est alicuius veri: sed talis notitia de tali re naturali haberi potest, vt constat: sequitur ergo quòd de tali re naturali potest esse sciẽtia.

Ad argum. ¶Ad primùm, negamus singulare nõ esse scibile, nam sicut est intelligibile, erit scibile. Et quòd sit intelligibile patet, tam in intellectu speculatiuo, quàm in practico. Et quia est iudicium singulare, & intellectus habet notitiam Sortis: syllogizatur circa ipsum, & concludit isto modo. Omne animal rationale resibile est: Sortes est animal rationale: ergo risibilis erit. Et in practico. Omnis fornicatio est fugienda: hæc est fornicatio: ergo hæc est fugiẽda. Illius minoris in singulari oportet sit notitia, & iudiciũ, & intellectus: aliàs non posset concludere. Ecce quomodò singulare intelligitur, & sic potest sciri. Et ad Arist. dicimus, eum intelligere directè, non intelligi singulare, & de per se, & sic neque sciri, cum species intelligibilis, quæ abstrahitur à phantasmatibus, denudatur ab hic, & nunc: & sic ab omni ratione singularis, qua mediãte, in intellectu scientia est: sed tamen quia in illa vniuersali sic abstracta virtute continetur singulare, & cognoscitur similiter. Et etiam ob aliud, quia necesse est intelligentem phantasmata speculari: & posita specie ad phantasma, oportet sit cõuersio, q̃ singulare est, & alicuius singularis. Sequitur q̃ singulare posit intelligi, & illius haberi posit scientia: at nõ directè per propriam speciem intelligibilem singularem: quia hæc non datur. Et in hoc sensu Arist. dixit, vniuersale secũdùm rationem est notum, & singulare secundũ sensum. De quibus infrà in tertio de anima, vbi etiam probabile apparebit posse cognosci etiam singulare per propriam speciem.

S. Tho. p. p. q. 86. art. 1. & in. 4. dist. 50. q. 1. art. 3. & de veri. q. 5. ar. 6. & q. 10. art. 5. & 3. de anima lect. 8.

Arist. 1. Phy. t. 49.

Infrà. 3. de anima Specula. 10. conclu. 4.

Ad secũdũ. ¶Ad secundum, concedimus maiorem, negatur tamen minor: imò omne ens naturale est intelligibile, vt dictũ est: & nõ solùm in vniuersali, sed etiã in particulari. Neque obstat quòd sit sensibile: imò adiuuat, cum (pro isto statu) nihil sit in intellectu, quin priùs fuerit in sensu. Neq; sequitur q̃ sensus sit intellectus: neque sensatio sit intellectio. Non sequitur (inquam) quia sunt diuersæ potentiæ, quæ diuersificantur penes sua obiecta formalia distincta. Et licet sensibile posit intelligi, non tamen sub eadem ratione obiectum est sensus, & intellectus: quia erit sensibile secũdùm q̃ in se habet aliquale [illegible] rationẽ formal[illegible] illius sensus, quo sentitur: & si in[illegible]ll[illegible]ur, erit inquantum illius est spec[illegible]elligibilis abstra[illegible] à phantasmate: [illegible] non sub eadẽ ratione aliquid sentitur, [illegible]intelligitur: vnde sensus non est intellectus, n[illegible]satio est intellectio, cum vna sit operatio virtutis corpore[illegible], & alia sit [illegible] corpore aliena. Et quando argumẽtum tenet à cõiugatis, est quando est comparatio superioris, & inferioris: vt si quis dicat. Album est coloratũ, ergo albedo est color: sed nõ valet: album est frigidum: ergo albedo est frigiditas. Sic in proposito: cũ sensibile, & intelligibile non se habeant vt superius & inferius, nõ valet consequentia: nam licèt intelligibile sit cõmunius, quàm sensibile, non tamen est superius: quia non essentialiter prædicatur de eo.

Aristote. 3. De anima. text. co. 39. Aristo. 3. de anima. S. Tho. p. p. q. 59. art. 4. & 77. art. 3. & q. de anima. art. 13.

Arist. 3. de anima. text. 7. S. Tho. p. p. quæst. 77. art. 5.

Nota.

¶Ad tertium, concedimus ita esse, vt probatur. s. non esse propriè scientiam, nisi de perpetuis, & æternis: & sic si de corruptibilibus (vt sun[illegible]s naturales) datur scientia, non est de ipsis inquantum corruptibilia, & possibilia sunt non esse, sed inquantum habẽt aliquid æternu[illegible]uale in quo [illegible]et tali corruptibili inueniri potest: vt est h[illegible] hominem esse rationalẽ: aquam esse f[illegible]idã: ignem esse calidum: omnem rem corrupti bilem, ex materia & forma compo[illegible]. Omnia ista sunt perpetua, & n[illegible]essaria: quare ista ꝓpositio est perpetuæ veritatis. Ign[illegible] est calidus. In qu[illegible]ensu dicitur: essentias [illegible]rum pe[illegible]etuas esse.

Ad 3. Aristo. 1. Poste. text. 7

S. Thom. p. p. q. 84. art. 1. ad. 3. & de verita. q. 15. art. 2. ad 3.

D. August.

¶SECVNDA SPECVlatio procemialis. Vtrùm corpus mobile sit subiectum rei naturalis.

Probatur

Argumẽ. 1. PRobatur quòd non. Natura est subiectũ adæquatum scientiæ naturalis: ergo non ens mobile. Patet consequentia: quia duo subiecta adæquata vnius scientiæ non dantur. Probatur antecedẽs: quia illud est subiectum adæquatũ sciẽtiæ naturalis: quod est principium operationum naturaliũ: sed natura est huiusmodi, vt patet ex Arist. in isto primo Physicorum: sequitur ergo q̃ natura ipsa est subiectum.

Aristot. 1. Physic. tex. 51.

Argumẽ. 2. ¶Secũdò. S[illegible]orpus mobile esset subiectũ huius scientiæ, [illegible]ueretur quòd & corpus esset subiectum [illegible]uius scientiæ: sed c[illegible]pus non est subiectum scientiæ: ergo neque corpu[illegible]bile. Probatur sequela: quia corpus omne mobile est: & sic si corpus mobile subiectũ est, & co[illegible]pus subiectũ erit. Quòd omne corpus sit mobile, patet ex Arist. 6. Physicorum. Sed quòd corpus non sit subiecta huius scientiæ, cõstat: quia sic Astrologia esset philosophia naturalis, & multæ aliæ scie[illegible]atiæ distinctæ ab ista, quæ de corpore considerant: sequitur ergo, quòd subiectum huius non est corpus mobile.

Aristotel. 6. Physic. tex. 32.

Argumẽ. 3. Aristote. 1. Topi[illegible] tex. 2. & 1. Poste. text. 23. Aristo. 1. de Cœlo. te. 1.

¶Tertiò. Nulla scientia suum subiectum probat, sed præsupponit illud, de quo propriae pas[illegible]ones demonstrat: sed hæc scientia inuestigat naturam, & cõditionem corporis mobilis: vt patet in libris de cœlo, & mundo: sequitur ergo nõ esse subiectum huius corpus mobile.

¶In contrarium tamen est. Illud est subiectum alicuius scientiæ, quod principaliter consideratur in scientia, & ad quod omnia alia reducũtur, & [illegible] ab cuius ratione omnia considerantur: sed ens mobile est huiusmod[illegible] quia omnia quæ considerantur in physica scientia de mobili enti sunt secũdùm [illegible]iqualem considerationem motus: & est Aristo[illegible] Metaphysicæ, text. 10. & [illegible] 1. lib. cap. 3.

Nota. 1. Subiectum multis modis sumitur

¶Pro solutione quæst[illegible]nis notandum, q̃ subiectum capitur multis mod[illegible]s. Est quid[illegible] subiectũ primò, quod omni transmutationi subijcitur, vel præsuppo[illegible]itur: Et sic materia subiectũ est formæ: quia in generatio[illegible] præsupponit, & ens naturale subiectũ erit alterationis, augmẽtationis, &c. Et tãden cuiuslibet accidentis subiectum dicetur. Sic Ar[illegible] 1. physic.

Aristot. p. phy. tex. 61 In. 2. de aía text. 64. & 66.

¶Secundò modo subiectum sumitur pro obiecto quod vitaliter potentiam immutat: sic Aristotel. in. 2. de anima dicit, colorem esse subiectum visionis.

Aristot. prædicamentorum. c. 3.

¶Tertiò modo subiectum dicitur propositionis: in quo sensu in prædicamentis loquitur Aristot. quando dicit. Quandocunque alterum de altero prædicatur vt de subiecto, &c. Et primo priorum similiter. Subiectũ est, de quo aliquid dicitur.

¶Quarto modo subiectum sumitur pro subiecto attributionis: sicut quando dicimus, lineam esse subiectum Geometriæ: quia omnia quæ in Geometria considerãtur, ad lineam reducuntur. Et in Theologia Deus erit subiectũ attributionis: quia quæ ibi cõsiderantur, vel de Deo sunt, vel reductionẽ habẽt ad ipsum. Et de isto subiecto est in p̃sentiarũ quęstio: vtrũ corpus mobile sit subiectũ Philosophiæ naturalis

S. Thom. p. p. q. 1. ar. 3.

Notand. 2.

¶Secundò notandum est, quòd tota ipsa Philosophia naturalis in octo partes diuidi solet, iuxta aliam, & aliam rationem motus considerati in tali re naturali: Nã si corpus naturale consideretur solum vt mobile est, non ex aliquo speciali motu: sic prima pars est, quæ de physico auditu est, quæ per octo libros Physicorũ patẽs est. 1

¶Cõsideratur secũdò corpus naturale, vt mobile est secũdum locum, vel circa locũ: & sic est secũda pars, quę in libris de cœlo, & mũdo: quæ p̃ quatuor libros distẽditur. 2

¶Tertiò, sese offert cõsideratio de corpore, vt mobile est ad formam: & sic tertia pars sequitur, quæ de generatione, & corruptione per duos libros tractat: & quomodo motus non solùm sit ad formam substantialem, quę est per generationem, sed etiã ad accidentalem, quod cõtingit in alteratiõe, vel augmẽtatione: quapropter ibi tractatur de alteratiõe, & augmẽtatioe. 3

¶Quartò. Corpus cõsideratur, non vt perfectum est, sed imperfectũ, quale est ros, pruina, & cætera alia meteorologica: de quibus in quarta parte, quæ meteororum est, per libros tres. 4

¶Quintò. Sequitur cõsideratio corporis, [illegible]nixti quidem, sed inanimati: vt est plumbum, argentum, & aurum: & ad hanc spectat tractatus mineralium. De quo Arist. [illegible] quarto meteororum. 5

¶Sextò. Corpus consideratur vt animatũ est, & sic est sexta pars: quæ de anima est, vbi per tres libros Philosophus disputat. 6

¶Septimò. Consideratur corpus, anima- 7

Universidad de Deusto Biblioteca

tum quidem, sed solùm vt habet operationes animæ vegetatiuæ, quę sunt augmẽtatio, & nutritio: & sic est septima pars, quæ de vegetabilibus, & plantis intitulatur.

¶ Octauò & vltimò, consideratur corpus animatum anima sensitiua: & vt tales habet operationes, quæ sunt videre, audire, reminisci: & sic est vltima pars, quæ paruorũ naturaliũ dicitur: vbi de somno, & vigilia, memoria, & reminiscentia agitur.

Varię opiniones. ¶ De ista quæstione variæ sunt Philosophorum opiniones. Quidam enim dicũt, quòd corpus naturale sit subiectum. Alij, quod substantia finita. Alij, quòd ens mobile. Nos tamen per conclusiones respondentes dicimus.

Prima conclusio. ¶ Prima conclusio. Corpus mobile non videtur esse subiectum huius scientiæ. Probatur. Illud est subiectum adæquatũ scientiæ, ad quod omnia reducuntur, quæ in scientia tractantur, & omnia participant de ratione subiecti: sed in scientia est consideratio de anima, quæ nõ est corpus mobile, neq; ad id reduci potest, nisi ea ratione, quà principium formale corporis animati: sequitur ergo quòd nõ est subiectũ adæquatum.

Aristot. Ratio.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio. Corpus naturale non videtur esse subiectum adæquatum huius scientię. Probatur propter rationem suprà dictam: quia ad hanc scientiam Physicam spectat de anima consideratio, quę tamen corpus naturale non est. Hęc propositio est contra nonnullos, qui id affirmant in isto libro Physicorũ, qui allegant Auicennam pro se.

Contra Paulũ Venetũ.

Tertia conclusio. P. ratio. S. Tho. p. p. q. 1. art. 7. & 5. Meth. lectio. 6. ¶ Tertia conclusio. Subiectum adęquatũ philosophiæ naturalis est ens mobile. Probatur. Illud est subiectum adęquatum scientiæ, quod est communissimum in illa scientia, & omnia considerata in ea reducuntur ad illud: sed ens mobile est huiusmodi: ergo erit subiectum adęquatũ. Patet, discurrendo per omnes octo partes numeratas, quæ faciunt hanc scientiam totalem: vbi de corpore mobili, & de mobili secundum locum, & de mobili ad formam, & de mixtis imperfectis, & de viuẽtibus. Omnia ista sic in partibus scientię considerata reducũtur, & ordinem attributionis habẽt ad ens mobile: quia ipsa cõsideratio de anima ad ens mobile reducitur. Nã licet non sit corpus, ipsa tamen ens est, & mobile, quando quidem mouetur per suas quas habet sibi proprias operationes, & ad motum corporis, cuius est forma: sequitur ergo hoc esse subiectum adęquatũ. * Et mobili nõ sumitur vt dicit passionem, vt resibile in homine, sed vt dicit rationem formalẽ, qua ens contrahitur ad considerationem Physicę: & talis ratio formalis non constituit vnũ per accidens, sed per se, vt differentia addita generi. *

Ratio. 2. ¶ Secundò. Illud est subiectum adęquatũ scientiæ, de quò demonstrantur propriæ passiones in tali scientia: sed ens mobile est huiusmodi: [illegible] in scientia na[illegible] de ente mobili proprię passion[illegible]ur ex discursu totius scientię: seq[illegible] ergo hoc esse su[illegible]ectũ adęquatũ, & [illegible] ad hoc tanq̃ ad vniuersale, subiecta particularia partium huius scientię reducuntur: na[illegible] est corpus mobile, est etiam [illegible] ens mobile: & illud quod est mobile [illegible]undũ locum, est ens mobile, & sic de omnibus alijs partialibus subiectis. Et sic videtur dicẽdũ, q̃ quãuis doctor fundamentalis AEgidius dicat esse corpus mobile, etiã dicit cõtrariã opinionẽ hãc, q̃ sit ens mobile esse probabilẽ. AEgi. in pro. phy. dubio. 4.

¶ Neq; obstat dicere, quòd ly ens sit subiectũ Metaphysicę, & sic non debeat esse inferioris. s. physicę. Non obstat (inquã) quia nos non ponimus absolutè ens subiectum philosophię naturali, sicut absolutè in Methaphysica subiectum est, sed cum connotatione, ens mobile. Ens (inquam) non absolutè, sed prout mobile est. Obiectio. Solutio.

¶ Quòd si quis adhuc instet, non posse stare: quia mob[illegible] quod est, ppria passio subiecti attributionis in scientia hac non demõstratur: quia mobile, vel motiuum demonstrari non potest, cùm [illegible] non sit medi[illegible] per quod probetur, nõ obstat: quia sufficit q̃d propria passio probetur de subiec[illegible] vel de contento sub subiecto: at verò [illegible]bile probatur de contento sub [illegible]nte mobili: vt si quis argumentetur. Omne ens est mobile: brutum est ens: ergo brutum est mobile. Ecce quom[illegible]o passio illa, mobile, probatur [illegible] aliquo cõtento sub subiecto, putà de bruto, quod continetur sub ente mobili. Sic [illegible]militer de alijs entibus naturalibus exemplum dari potest. Instantia. Solutio.

* Aduertendum tamen, quòd doctor. S[illegible] isto loco subiectum ponit ens mobile, & tamen in primo cœli dicit esse corpus mobile: quapropter Pomponatius putat contra dictionem esse in dictis Sanct. Thom. verũ si exacta *

si exacta fiat consideratio, diluitur controuersia per hoc, q̃ hic Sanct. Tho. loquitur de subiecto adęquato, & in libris de cœlo loquitur de principaliter subiecto considerato & quia corpus mobile est huiusmodi, vocat subiectũ huius scientiæ: & pôt adhuc efficacissimè probari, quòd ens mobile sit subiectum: natu[illegible] idem est subiectum scientiæ & proprię, & primę passionis illius scientiæ, at[illegible] motus, qui prima passio est, subiectum [illegible]ens mobile est: nam sic ab Arist. definitur, est [illegible]actus entis &c. & non dicit corporis infra. [illegible]ro. tex. 6.

Ad argum. ¶ Ad prim[illegible]omentum, negamus naturam esse [illegible]tum adæquatum huius scientiæ: [illegible]eq; [illegible]rpus mobile est su[illegible]ectũ: sed ens [illegible]bile, vt dictum est. Et quando dicis [illegible] esse subiectum, quia est principium operati[illegible] negamus causalem. Nã ratio subiecti [illegible] est, quia [illegible] principium effectiuum, vel susceptiuum: [illegible]ed ideo, quia omnia quæ in scientia considerantur, sub ta[illegible]ratione considerantur subiecti. Et quia scientia naturalis no de natura considerat absolu[illegible], vel de re aliqua, quia natura est, sed de ipsa, quia ens mobile est. Definitio enim (vt patet ex Arist. 6. Topicorum. & primo, & secundo Posteriorum) omnium passionum sequentium causa, & principiũ est. Att[illegible] ipsa definitio nõ est subiectũ passionis: sicut risibilitatis non est subiectum animal rationale, sed homo. Non ergo ex ratione causæ, vel principij sumenda est ratio subiecti. S. Tho. p. p. q. 1. ar. 7. & 2. 2. q. 1. articu. 1. Aristot. 6. Topi. & 1. & 2.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundùm, cõcedim[illegible] quòd nec corpus, neque corpus mobile, subiectum erit ad[illegible]quatum, sed solũ ens mobile: sed dato [illegible]cederemus ([illegible]t aliqui cõcedunt) cor[illegible]s mobile esse subiectum, argumentum no[illegible] obaret, quòd eo esset corpus absolute. [illegible]am licet omne corpus eo quòd corpus [illegible]bile sit aliqua specie motus, non tamen absolut[illegible]orpus subiectum est scientiæ Physicæ: quia alia est consideratio de ly corpus absolutè, [illegible]iam de ly corpus mobile, quod restringitur.

Ad. 3. Aristote. 1. Post. ¶ Ad tertium dicendum, ita esse, scilicet [illegible]atm supponere suum subiectu[illegible] vt Aristot. in primo Poster. probat. Quare ens mobile [illegible]æsupponitur in hac scientia: & præsupposito, probat, & demonstrat aliam & aliã passionem competẽtem huic enti n[illegible]bili: Et quide[illegible] inquirit de ente mobili, non inquirit de ente mobili absolutè, sed de mobili vel secundùm locum, vel ad formam, vel de aliqua specie motus. * Et hac ratione Sanct. Thom. in proœmio Physicorum, pr[illegible]at[illegible]s mobile subiectũ, quia nũquam scientia probat suum adæquatum subiectum, sed præsupponit Aristotil. 1. Poste. sed tamen in. 6. Physicorum, infrà probatur corpus mobile esse, quia probat omne mobile, esse corpus, quia cũ mouet, partim est in actu, & partim in potẽtia, q̃d non nisi corpori conuenit: & licet non sit idem, mobile esse corpus, & corpus mobile esse, tamẽ vnum sequitur ad aliu[illegible] quia mobilitas non repugnat corpori, imo conuenit ei. Vnde manet, q̃ ens mobile est subiectum adæquatum in scientia hac naturali, & non materia neque forma, neque aliquod aliud accidens: quia motus non competit materiæ, nec formæ per se, imò nõ potest materia, neque forma esse subiectum: quia ens in recto non potest prędicari, neque de materia, neque de forma: quia de sola substantia in recto dicitur. At materia & forma nõ sunt substantiæ: quia neq; prima, neque secunda, sed sunt principia substantiæ. Nam quod per se subsistere non potest, rationem substantiæ proprię non sortitur: sed materia per se non potest esse, cùm nuda nõ reperiatur, vt inferiùs erit manifestum. Neque sola forma, cùm non contingat formam naturalem nudam absque materia esse nisi anima rationalis, quæ non educitur de potẽtia materiæ, sed à solo Deo per creationem est. S. Tho. p. p. q. 118. art. 2. & q. 90. art. 2. quoli. bet. 12. art. 11.

¶ Aduertendum, quòd licet de materia, & forma, & loco, & tempore, & centro mundi, & polis mũdi, corpus mobile in recto non prædicetur, quia de ratione eorũ immobilitas esse videtur, tamen adhuc hæc, ad scientiã Physicam expectant, & de eis ens mobile in obliquo prædicatur, quòd sufficit nam & si materia, neq; forma non sint ens mobile, sunt tamen principia intrinseca eius, & tempus & locus sunt [illegible] eius mensura, & centrum [illegible] & poli sunt fines, vt [illegible] est sub motu locali recto vel [illegible] sphericũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SPECVLATIO TERtia, An quælibet sciẽtia habeat considerare quod quid est, sui subiecti, vel solum hoc sit superioris putà metaphysicæ.

Primum argumentum.

VIDETVR quod sic. Ad quamlibet sciẽtiam de directo expectat considerare principia et causas sui subiecti: sed principia & causæ subiecti cognoscuntur quãdo quod quid est, cognoscitur de subiecto: ergo quælibet scientia debet id cognoscere. Maior patet: quia in scientia, passiones demonstrantur de subiecto: quod fieri non potest ignoratis principijs & causis eius. Sed principium & causæ qd quid est, subiecti est: nam medium in demõstratione ,ppter quid, & potissima est: vt docet Aristo. in primo poste. nã si risibile de homine demonstrandũ est: sic est processus. Omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: ecce quomodo quod quid est, subiecti, scilicet, animal rationale, quod est definitio eius: medium est in demonstratione.

Secundũ argumentum.

¶ Secundò, physicus inquirit quid sit natura, quid sit motus, quid sit anima, & alia huiusmodi: vt notum erit in processu huius physicæ disciplinæ: sed hoc est considerare quod quid est, sui subiecti: scilicet, entis mobilis, seu corporis mobilis, quomodo sit naturale, quomodo sit motus propria passio &c. ergo ad quãlibet scientiam expectat consideratio quod quid est sui subiecti.

¶ In contrarium videtur philoso. in. 6. metaphy. tex. 1. vbi loquẽs de alijs scientijs, inquit, nec de ipso quod quid est, vllã faciunt mentionem.

1. Notandũ

¶ Primò est notandum, quod quid est, apud physicũ, est significatum definitionis, sicut apud logicum, qui de secundis intentionibus tractat, est definitio quidditatiua: cuius significatum physicus intelligit per quidditatem, vel essentiam, vel substãtiã rei: vt animal rationale, quod quid est, hominis est: quia est eius definitio quidditatiua, & significatum huius est essentia, substantia, & quidditas hominis: & quidẽ quod quid est, non potest constitui exprædicatis per accidens: quia ad interrogationẽ factam quid est homo, nõ est respõsio quod sit albus, vel dialecticus, quia hęc prędicata per accidens ei conueniunt: imò neque componi potest exprædicatis per se secundo modo, qualia sunt accidentia propria: non enim quod quid est hominis, est risibile esse, quanuis risibile sit proprium eius, tũ est accidens, quod fluit & cõsequitur quod quid est, eiusdẽ hominis: nam eò quod animal rationale est, habet quod sit risibile: oportet ergo quòd quid est, sit ex prædicatis, quæ per se primo conueniunt, in quo quidditas et rei essentia manifestatur: vt contingit per definitionem, vbi genus & essentialis differentia ponitur.

2. Nota.

¶ Secundò etiã notandũ, quod ф quid est, in cõcreto, prædicatur de eo cuius est: quia id est, per quod respondetur ad interrogationem factam, quid est: vt quid est homo: est animal rationale. Dixi in cõcreto, quia in abstracto non est ipsum quod quid est, neque prædicatur: nam humanitas nõ prędicatur de homine in recto, sed habet rationem principij formalis.

3. Nota.

¶ Tertiò est aduertendum, quod sunt sciẽtię quædam speciales: & alia est comunis, sciẽtia: & cum omnes scientię de ente, quędam de ente considerant, vnam partem eius solum, vt si de ente mobili fiat consideratio, sicut physicꝰ cõsiderat, & de quãtitate continua discreta: & de qualitate alia est consideratio de ente in vniuersali, & de illis quæ vniuersaliter ei conueniunt, non contrahendo ad aliquam specialem rationem, sicut metaphysicus considerat: & prędicta omnia scientiæ, quæ de quibusdam in particulari prædicatis entis considerantur ab Aristot. in. 4. metaphy. tex. 1. vocantur scientiæ in parte. 1. particulares. Ad quæstione.

Prima cõclusio.

¶ Prima cõclusio. Quælibet sciẽtia specialis, specialiter considerat quod quid est, sui subiecti: quo ad sua prædicata propria, vt physicꝰ naturalis in scientia de homine cõsiderat genus & differentiam sui subiecti, per quæ definitur quidditatiue, & explicitur eius essentia: nam si non consideraret, neq; definiret: quod si non definiret suum subiectum, neq; propriam passionẽ de eo posset demonstrare: cum definitio debeat esse

esse medium: & consequenter si non esset demonstratio, non esset scientia: quia per demonstrationem acquiritur. Hæc sunt nota ex Aristo. in. 1. poste. & compertissima in se. Dixi quo ad propria: nã si de homine sciret quod mortale est, quod flebile est, & quod ratiocinatiuum est, vel ф subtilissimi tactus sit, nõ eò haberet cognitionem de eius quidditate: quia ista non sunt prædicata propria essentialia per se: sed sunt quæ accidunt ei: & eo modo quo exẽplũ in scientia de homine, de eius subiecto inqualibet alia scientia apertissimũ est.

Arist. 1. pos.

2. Cõclusio

¶ Secunda cõclusio. Sic cuiusuoet scientię specialis, est cognoscere qd quid est, quo ad prædicata specialia essentialia sui subiecti: vt eius non sit quo ad prædicata cõmunissima qd quid est. Patet, nulla scientia egrediatur limites suos, neq; potest vltra se extendere: sed si prædicata cõmunissima consideraret, egrederetur & excederet. Nã sicut in artibꝰ ars inferior, vt frenefactiua, non considerat quod superioris est equæstris, neque equestris illorum quæ ad architectonicam expectant, quo ordine sit ad bellum procedendum, & quomodo milites ad congressum sese habeant: quia hoc ad militarem: non enim considerat muficꝰ de vnitate, an ipsa distinguatur ab vno trãscendẽtali, vel sit idem in quantum est numeri principium: quia illud superioris est. Physicus in scientia de homine cõsiderat genus animal & differẽtiam rationalẽ, inquantum talis, non superiora genera, neque differentias eorum, quia alterius scientiæ id est: nam ad suum quod quid est, sufficit illa specialis suorum prædicatorum in speciali considerat.

1. Cõclusio.

¶ Prædicata communissima quidditatiua entis considerare, ad metaphysicam expectat: scilicet, quod ens sit vnũ, aliquid, res, verum, bonum, quomodo in eo actus, potẽtia sit, & cætera huiusmodi: hæc consideratio entis ad perfectam scientiam necessaria est, & non est necessaria in scietijs inferioribus sub alternatis: quia de specialibus subiecto contento sub ente sunt: ergo erit in supréma & subalternate, cuius subiectum in cõmuni non contractũ est: sed hæc sciẽtia metaphysica est, ergo ipsa est, ad quã prædicatorum in vniuersali consideratio spectat: imo & ipsa est, quæ inferiorum scientiarum principia probat, quæ in propria, & in inferiori non demõstrantur, sed supponũtur.

Ad primũ.

¶ Ad primum argumentum solutio ex conclu. patet: siquidem in omni scientia requisita est cognitio quod quid est, subiecti: siue id sit cognitum in eadem scientia, vel traditum à superiori, non refert: vt docet Philos. in. 6. Metaph. text. 1. quãdo ait, sciẽtiæ speciales aut accipiũt qd quid est, manifestum, sensu: aut supponũt ipsum. s. iam probatum in alia scientia. Ob id, oportet cõsiderare quod nos diximus, cognitionem requisitã quod quid est, subiecti: sed non diximus in eadem sciẽtia esse necessarium probare, & in hoc sensu verba Philosophi sunt interpretanda.

Ad secundũ

¶ Ad secundùm concedimus, quòd Physicus cõsiderat de natura & motu &c. nõ quidem tanquã de subiecto ad æquãto physicè, quia nullum tale est, sed ens mobile, vt dictum est. Sed de prædictis inquirit tanquã de partibus subiecti, sicut & de prædicatis quidditatiuis particularibus, quanuis communia à superiori & sub alternante habeat, & de subiecti parte, vel de subiecto in adæquato non inconuenit inuestigare quid esset: tamen inconuenienus de subiecto adæquato, quia præsupponitur, vt docet Philoso. in primo posterior. quo supposito, de prædicatis essentialibus conueniẽtibꝰ inquirimꝰ, & sic nõ obstat dictis.

¶ Ad dictum Aristo. in cõtrarium solutio est, quòd aliæ scientiæ inferiores sub Metaphysica de quod quid est, subiecti: nõ faciunt mentionem, quoad prędicata cõmunissima subiecti: quia id superioris sciẽtiæ, & supremæ est: cũ hoc tamẽ stat, quòd expressam habeant cõsiderationẽ de suis particularibus prędicatis essentialibus, vt definitionem habeant sui subiecti proprij, per quam tanquam per medium ordinatè procedendo, propriam passionem probet cõpetere ei. Secundò potest intelligi Philos. quod scientiæ inferiores, non faciant mentionem de ф quid, est subiecti: quia cũ in inferiori & subalternata sciẽtia sit progressus à communioribus & vniuersalioribus ad particularia: & hæc cõmunia & vniuersaliora tradita sint in superiori, in virtute etiã videtur tradita illa particularia, quę in inferiori probantur, & sic in superiori sciẽtia videntur tradita: quapter dici potest, quòd nulla inferior scientia considerat qd quid est, de suo subiecto: quia explicitè vel implicitè à superiori habet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SPECVLATIO QVARta procemialis. Vtrùm hæc sciẽtia Physica, sit necessaria homini. Et videtur quòd non.

Primũ arg. SI esset necessaria homini, esset propter cognitionem rerum naturalium, quæ habet per ipsam: sed hoc nõ solum necessariũ homini non est, verum neque vtile videtur: ergo non est hæc sciẽtia necessaria. Probatur minor. Necessariũ est homini cognoscere ipsum Deũ, ad quẽ tanquam ad finem ordinatur, vt patet ex illo Ioan. Hęc est vita æterna, &c. sed ad hoc non pertingit homo per hanc scientiã naturalem, neq; cõducit rerum naturaliũ cognitio: quippe cum videamus plures rusticos bonis moribus præditos, in quibus nõ est hæc scientia: contrà, quãplurimos Philosophos prauos, vt ex Paulo ad Rom. 1. constat. Qui reprehendit eos, qui cum cognouissent Deum, non vt Deum glorificauerunt.

Ioan. 17.

Ad Rom. 1.

Secundò, ¶ Secundò: Probatur ꝙ nõ solum ipsa nõ sit necessaria, neq; vtilis, sed (quod amplius est) sit perniciosa: nam multa fides habet (sine qua non cõtingit salus, neq; Deo placere) quæ tamen ista cognitio rerum naturalium dissuadet: imò contrarium probat: ergo non solũ non est vtilis, sed videtur esse perniciosa. Patet de vnitate diuinæ essentiæ, cum trinitate personarum: quòd Deus factus est homo: ꝙ virgo peperit absq; corruptione: quòd mundus sit ex nihilo, & alia similia, quæ philosophus negat, & de mundi æternitate probat. 8. Phy. sequitur ergo, ꝙ non solum hæc scientia non est necessaria, neq; conducit, sed potius in scãdalum christiano est: vt cognita natura rerũ, per eam in fide dubitet, vel cum formidine assentiat.

Ad Heb. 11 S. Tho. 2. 2. q. 1.

Aristot. 8. Phys. t. co. 52.

Tertiò. ¶ Tertiò. Illa scientia non videtur necessaria, sine qua contingit salus: sed absque scientia hac physica salus contingit. Patet. Nam ipsa cœpit (vt dicunt) quando illi septem sapientes apud Græcos cœperunt: sed ante hos fuit salus, vt cõstat: sequitur ꝙ ipsa nõ fuit necessaria: aliàs Deus non permitteret homines absq; re tam necessaria per tot secula ante.

Cœperunt. 7. sapientes anno. 600. ante incarna.

¶ In contrarium tamen est, quod Paulus ait, ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur: sed inuisibilia cognoscere, est necessarium: ergo.

In contra. Ad Rom. 1.

¶ Pro solutione notandum, ꝙ necessariũ dicit multis modis. Primò dicit esse necessarium, quod est intrinsecè ex natura rei. sicut esse risibilem, est necessarium homini: quia fluit ab essentia hominis, tanquàm à principio intrinseco. Alio modo aliquid dicitur esse necessarium in ordine ad finem: & hoc dupliciter. Vel simpliciter: vt ad vitam animantis cibus est necessarius, vt fiat refectio per ratio humiditatis radicalis deperditi per actionem caloris naturalis. Ad consequendam vitam æternam est charitas necessaria, quia absque ea non contingit salus.

Necessariũ multis modis.

Aristo. 1. cor. 13.

Tho. p. p. q. 19. art. 1.

¶ Aliquid etiam dicitur esse necessarium ex fine, non simpliciter, sed vt cõmodius: sicut equus dicitur esse necessarius ad itinerandum: nõ ꝙ nõ contingat itinerari absque equo, sed quia nõ cõmode fiat sine eo.

¶ Considerandum est etiam (vt in prima speculatione diximus) physicam disciplinã quæ de ente mobili, & de rebus naturalibus agit, vere scientiam esse: cuius contrarium dogma Academici docuerunt: inter quos Heraclitus, & Cratilus, quos Aristoteles meta. cõmemorat. De quo Cicero scripsit Academicas quæstiones. Et. B. p. Augu. tres libros composuit aduersus hos Academicos. Siquidem (vt probatum est superius) in ista scientia vere demonstratiue plura de rebus naturalibus ostenduntur.

Notand. 2. Academici dixerũt non esse scientiã de naturali.

Aristote. 4. Meta. t. 22.

Cicero.

D. Augustũ. Conclus. 1.

¶ Prima conclusio. Capiendo necessariũ primo modo, rerũ naturaliũ scientia omnino est necessaria. Probatur. Omne illud quod natura hominis integra, & corrupta instituit, est necessarium primo modo: sed scientia naturalis est huiusmodi. Minor patet: quia non videtur vnde magis constet aliquid esse de conditione, & integrare rationem: sicut resibilis probatur esse de natura rei, & necessitate eius, quia in homine inclinatio ad ridendum reperitur. Sed minor probatur ex illo Metaph. lib. 1. Omnis homo naturaliter scire desiderat. Videtur ergo quod hæc scientia sit necessaria.

1. Cõclusio

Ratio.

Aristot. primo Meta. ca. 2.

¶ Secunda conclusio. Capiendo necessariũ vt est in ordine ad finem, hæc scientia Physica est necessaria, non tanquam vltimus finis, sed tanquam medium ad consequ-

Conclus. 2.

Ratio. 1. sequutionem vltimi finis. Probatur. Illud dicitur necessarium ad finem, sine quo nõ stat finis, vel non commodè haberi potest: sed absque Philosophia non potest haberi finis, saltim non commodè: sequitur ergo eam necessariam. Patet: quia necessariũ est cognoscere Dei inuisibilia: sed ista (ex Paulo) ex creaturarum cognitione habetur. Inuisibilia enim Dei à creatura mũdi per ea quæ facta sunt, &c.

Ad Rom. 1.

Ratio. 2. Arist. 1. Poste. t. co. 25.

¶ Secundò. Naturale est homini per effectus in cognitionem causæ peruenire: sed omnia ista inuisibilia sunt effectus primæ causæ id est, ergo ex cognitione horũ (in quo statu scientiæ) venit quis in cognitionem ipsius Dei: & sic velut medium est necessarium ad finem consequẽdum. Et probatur per Arist. Per cognitionem motus venitur in cognitionem primi motoris: & ex intellectus operatione quæ à materia non pendet, cognoscitur immortalitas animæ: & ex magnitudine cœlorum, eorumque affluentia, & influentia inferiora ista argumentari possumus ad illa bona, quæ nec oculus vidit, neq; auris audiuit.

Aristo. 8. Phy. t. 49.

Esaiæ. 64. 1. Cor. 2.

¶ Dixi in conclusione, non tãquam finis, sed tanquam medium, vt reijciamus sentẽtiam illorum, qui in rerum contemplatione summam fœlicitatem collocauerunt.

Aristo. 10. Ethic. c. 7. & 8. S. Tho. p. p. q. 94. ar. 3.

De quibus Arist. in Ethic.

Et quidem hæc nostra cõclusio suaderi etiam potest ex eo, quòd Deꝰ protoplastũ Adam patrem omnium creauit: & omnino ornatum scientia decorauit: quod (nisi ipsa necessaria esset) nõ videretur à Deo factum.

Cicero.

¶ Et hinc est, quòd à Philosophis tam laudatur philosophia. Vnde Cicero libr. 1. Tuscu. quæstionum. donum Dei esse dicit, aut inuentum Deorum. Et li. 5. O vitæ (inq;) Philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrix q; vitiorum. Non modò nos, sed nec omnino vita hominum sine te esse potuisset, &c. Atque subscribit Seneca lib. 2. episto. ad Lucillum, epistola. 16. Philosophia nos tueri debet. Hæc adhortabitur, vt libenter Deo pareamus, vt fortunæ contumaciter resistamus. Hęc docebit, vt Deũ seguaris, feras casum. &c. Et lib. 14. episto. 9. Deorum immortalium munus est ꝙ viuimus: philosophiæ autem quòd bene. Vnde tantò plus philosophiæ, quàm Dijs deberemus, quanto maius beneficium est bene viuere, ꝙ viuere: nisi & philosophia ipsa munus esset Deorũ. Et Aristo. 10. Ethi. Per philosophiam (inquit) homines sese immortales faciunt. Cuius delectationes & firmissimæ sunt, & purissimæ: quippe cùm de rebus sint incorruptibilibus, & à sensibili materia abstractis. Hæc ex Arist. Quibus verbis dilucidum apparet, hãc physicam disciplinam non solum perutilẽ, sed quodammodò necessariam esse. Quod ostendit Aristot. qui fœlicitatem posuit in operatione nobilissima, & perfectissimæ potentiæ: qualis erit, quæ emanat à virtute non morali, sed intellectuali: quia intellectuales virtutes ipsis moralibus superemineant simpliciter, licèt in ratione virtutis sint inferiores, eo quòd solùm dent facultatem boni operis, non tamen perinde præbeant vsum, cùm tamen morales vtrunq; subministrent. At philosophia moralis omniũ virtutum intellectualium comprehensio est: vt in tractatu de diuisione philosophiæ Algazelus tradit. Et philosophorum facilè princeps in. 6. Metaphysi. &. 6. Ethico. Meritò ergo ista disciplina necessaria dicetur, quæ viuere sub ministrare probatur, cum eius sit munus dare intelligere, & intelligere quoddã viuere est, vt in secũdo de anima.

Et Senec. 4. libr. episto. episto. 2.

Aristo. 10. Ethic. c. 7.

S. Tho. p. p. q. 1. contra gen. c. 50. Sco. 1. q. p. lo. pri. sen. & in. 4. d. 49. q. 10: Ad Rom. 1.

Algazelus. Aristot.

Aristo. 2. de anima.

Ad argum.

¶ Ad primum solutio est, beatitudinem consummatam, & perfectam in Dei cognitione consistere, & clara eius visione: quia ipse Deus finis naturalis ipsius hominis esse videtur: quia in quietũ est cor nostrum donec ad ipsum deuentum sit: quanuis viribus naturæ ad id pertingere possit nemo, nisi diuina fuerit gratia præuẽtus, adiutus, & eleuatus. Et ad hanc Dei cognitionem ipsa naturalis philosophia sic viam proponit: vt in eam quodammodò introducere dicatur: vt ex Paulo probatum est. Quod si philosophorum sapientes in via positi declinauerunt, voluntati eorum peruersæ (in quo insipientes se prodiderunt: & infatuatum esse cor eorum) tribuendum est. Poterant quidẽ vt cognouerunt, glorificare: sicut & fecerunt non pauci ex illis probatissimi: vt (author est Abulensis) Socrates, Plato, Arist. & Cicero: sed mortem potiùs eligentes, quàm vitam, pessimè præuaricati sunt, commutantes gloriam Dei in honorem corruptibilis hominis: colentes creaturam, potiusquàm creatorem, qui est benedictus in secula.

S. Tho. p. p. q. 12. art. 1. & 3. contra

Abul. 5. Paradoxa. ca. 132.

¶ Ad secundũ. Fatendum est fidei nostræ

Ad secundũ

via

Universidad de Deusto
Biblioteca

arcana sic omnem exuperare sensum, vt via naturali ex physica disciplina cognosci non possint, cum supra naturam sint: atq; obid solo Deo reuelante tenemur incōcussē. Si enim humana ratio præberet experimentum, fides suo careret debito merito. Captiuamus enim intellectum nostrum in fidei obsequium. Sed quanuis ipsa philosophia, hæc quæ supra hominis captum sunt eleuata (quæ intus per Dei gratiam in corde scripta retinemus) non ostendat: ex alijs tamē via naturali cognitis, hæc sic acceptāda, & indubiè tenenda, manifestantur: nam ob oculos philosophia proponit vnum esse Deum, & hūc esse immortalem, æternū, infinitum, summum bonum, imò ipsam summam bonitatē. Quòd si summè bonus, & summè verax, & veritas prima, & summa erit. Quòd si prima & summa veritas, neque mētiri, neq; aliquē decipere potest: sicut neq; ab alio decipi. Et ipso reuelante se trinum in personis, & verbum caro factū amplexandum, & honorificè suscipiendū. Ecce quomodo ipsa physica disciplina necessaria ad id probatur, nō solū in illis, quæ terminos proprios nō excedit, sed in alijs, quæ solo Deo præceptore tradi possunt. Atq; diligētibus Deum sic cognitum: nullum remanet scandalum, sed pax est multa. Si enim Arist. non cognouit ex nihilo aliquid fieri posse, quia omnē creaturę potētiā excedit: primę causę, cui? cognouit potētiā infinitā, tribuit. tū que per os prophetæ Moyses dixit. In principio creauit De? cœlum & terram. Et ipso dicente, facta sunt, & quæ videntur, & non videntur. Atque si non attingit ad illam supra angelicū intellectū, emanationē: qua à patre fili? coeternus, & consubstantialis emanat: & spiritus sanctus ab vtroq; spiratur: cognita potentiarum in creatura rationali, trinitate. s. in essentiæ vnitate, assurgat ad incognita, quæ non vidit: & neq; impossibile, neq; irrationabile suspicetur. Quod si intellectus capere refugit, quomodo illa tam dissimilia, tam infinitè distātia, Deus, & homo in vnam filij Dei conueniant personam: in mentem veniat ex philosophia notum. animam rationalem immortalem, imparti bilem, & indiuisibilem, spiritualem, simul in vnum cōuenisse cum mortali, corruptibili, & corporeo figmento, sic vt vnum cōstituant hominem. Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo (quātū ad esse vnū psonę) sic Deus, & hō vnus est Christ? dicit Athanasius in simbolo fidei catholicę de quo S. Tho. tertia parte quæst. 2. art. primo. Nam quanuis (quia hoc, cœleste, illud terrenum) in similitudine aptissima sit, & dissimilitudo, introducimur tamen per hanc quam speculamur scientiam.

Gregorius.
Paulus. 2. Cor. 10.
S. Tho. p. p. q. 7. & 5. 10.
Psal. 118.
Arist. 1. Physi. text. 34. & 11. Meta. c. 5.
S. Th. 1. p. q. 45. ar. 5.
Gene. 1.
Ioan. 1.
S. Tom. 1. p. q. 93. artic. 6.

¶ Ad tertium. Fatemur sine hac scientia naturali posse esse salutem æternam: sicut contingit in paruulis, qui ante Christū in lege naturę in fide parentum, & pòst, circuncisione data, per circuncisionem viri, Genesis decimo septimo. Et post fidem reuelatam vterque sexus baptismi lauacrum. Ioannis tertio capitulo, & Matthæi vltimo capitulo, euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ baptizantes. &c. Et de adultis in omni statu multi salui fuisti sunt sine tali scientia in actu: sed tamen virtute habent homines qui vtuntur libero arbitrio, qui ex creaturis cognitis assurgunt vt cunque ad cognoscendum Deum altissimum: sed tamen videtur fuisse necessariam huiusmodi scientiam in actu, & si non in omnibus, in aliquibus tamen: qui velut magistri, & præceptores erant aliorū: sicut & à Deo, primo parenti datum est (vt suprà diximus, de quo doctor sanctus theologorum omnium facilè princeps in prima parte quæstione nonagesima quarta articulo tertio) vt hanc, & alias, quæ per industriam hominum acquiri possunt, haberet scientias. Et sic ante illos septem, quos Græcia iactat sapientes, fuerunt & multi alij eis sapientiores, maximè in illis, in quibus fides erat: vt de Abraham, & alijs patribus antiquis constat. Et tandem concluditur apertissimè, quod licèt non sit omnibus necessaria hæc scientia naturalis philosophia, saltim ipsa populo videtur necessaria: vt scilicet aliqui sint tales, qui velut duces sint aliorum, & doctores. Et cū fuerit exploratissimum, nunq̄ aliquos defuisse, in quibus talis scientia fuerit, arroganter nimis, & falso Græci scientiarum originem ab eis emanasse affirmant. Dialecticam à Zenone, quam à Platone profectam fatentur, & naturalem hanc scientiam à Thalete, quem Aristot. 1. Metaph. principem huius Philosophiæ appellat, quam pòst auctam à Pythagora intellexerunt. De quo Diogenes Laertius de vita philosophorum libr. primo, & Sanctus Thomas primo Meta-

Act. 3.
Aristot. 1. Metap. c. 3.
Laertius.
S. Thom.

taph. lectio. 7. Hanc nostrā confirmat sententiam Iosephus. 1. lib. aduersus Appionem: & Eusebius Cæsarien. in illo præclaro opere de præpara. Euang. lib. 10. qui ait. Scientiarum inuentionem non à Græcis, sed à Chaldæis, & Hebræis, quin potius à Deo per Adam dimanauit, & semper in eius posteritate scientiarum fuit seminariū: vt Berosus libr. 3. author est *. Si tamē fictus Berosus non est, vt probati viri docēt, maximè Barrerius Iusitanus. Et ibidem Ioan. Annius Viterbicensis. Vnde Noē postquam Armenos scientiis, & virtutib? instituit, vel [illegible] iam, qui etiam humanarum, & diuinarum rerum dedit notitiam. Cui & nomen Iani dederunt, ob quo post multa tempora Romæ Iano templum dicatum fuimus: cuius filius Saturnus scientiarum Deus dicitur. Vnde illa solennis, & venerandaręligio perpetui ignis Deæ Vestæ: eo q̄ Noē vxor Vesta diceretur. Postmodum verò Abrahā, & Moyses in Ægyptum peregrini effecti, Astrologiam, & alias scientias tradiderunt. Ob quod Historici omnes fatentur Astrologiam ab Ægyptijs euenisse, vt Diogenes in vita Thaletis, & in vita Pythagorę, & in vita Platonis affirmat. Atque illi nominati patres Deo chari ante legem scriptam, ante quam septem sapientes essent in Græcia floruere. Nam (vt in suo chronico Eusebius) illi sapiētes ab Olympiade. 38. vsque ad. 50. floruerūt, id est, ꝑ 600. annos ante Christi desideratissimum ab eis patribus aduētum, post diluuium Thessalicum, quem ab Deucalione totam deleuit Græciam, quod per multa tempora post moysen contigit: at illi septem sapientes scientiarū inuentores sunt dicti, vt asserit Themistius: quia post illud diluuium scientias videntur ibidem in Græcia reparasse, & maximè studium Philosophiæ, ad quod alios incitauerunt fœlicissimè. De quorum dictis apud Beroaldū multa. Hæc sic dicta intelligātur, vt sicut Deū authorem huius scientiæ, & principiū vnicum, ipsam etiam intelligamus velut medium, quo ad ipsum Deum tanquàm ad finē, in quo summa quies conocata est, perueniamus: aliàs si hanc scientiam, & cætera alias ad Dei amorem, & ampliorem cognitionem non referamus, quid nisi vanitas, & afflictio spiritus in eis? vt eleganter ille concionator Ecclesiastes proclamat.

Iosephus.
Eusebius.
* Berosus.
Ioan. Ann?
Laertius.
Vide Aug. de perenni philos.
Quando septem sapientes incepérunt.
Themistius
Eccles. 1.

¶ Sed quia sese obtulit occasio, vt de initio ipsius scientiæ physicæ fuerimus loquuti, per modum appendicis, operæ pretium videtur quā paucis de illis tribus distinctis, Stoicorum, Academicorum, & Peripateticorum vijs, quòad originē aliqua tradere.

¶ Duo fuerūt capita, & philosophię initia, Alterum Ionicum, à Thalete, qui Ionicus fuit à Mileto. Alterum fuit Italicum, à Pythagora, qui regnante superbo Tarquino apud Romanos, Italiam venit, quæ tūc magna Græcia vocabatur, & modò Calabria, & Apulia dicitur. De quo Cicero lib. 1. Tuscula. quæstio. A Pythagora successerunt Xenophanes, Parmenides, Xenocrates, Leucippus, & Democritus. Et Thaleti successores fuere, Anaximander, Anaxagoras, & Socrates, à quo istæ tres sectæ ortū habuerunt. Nam Plato discipul? Socratis, in quo cum deficeret nomen Ionicum, cœpit à nomine Gymnasij, quod Academia, in quo legebat: Et à Xenocrate, & Aristo. Platonis discipulis Academicorum, & Peripateticorum diuisæ sunt viæ. Nam Xenocrates cum in Gymnasio eodē Platoni magistro successisset, nomen retinuit Scholę, sic vt discipuli Academici dicerentur: at Aristot. qui in Lyceo docebat: quia eius magister Plato deambulando docebat, ab hoc Peripateticus est vocatus, id est, deambulatiuus: & sic à principio Academici, & Peripatetici solo nomine distabant vt Cicero docet, vbi suprà.

Sectarū initia.
Cicero.
Academici quando inceperunt, & vnde sunt dicti.
Peripatetici vnde dicti.

¶ Sed Arist. fuit discipul? Antisthenes, cui successit Diogenes ille Cynic?, mūdi cōtēptor. De quo multa in apophthegmatib?. Deinde fuit Zeno, q̄ princeps fuit Zenonæ sectæ, q̄ Stoicorū est, q̄ sic dicti à Stoa, q̄ est portic?: quia legebat Zeno ī porticu pœcili. De quo Laertius lib. 7. in vita Zenonis. Huius sectæ sectatorum præcipuum fuit dogma, in sapientem nullā cadere passionem: quia eos solum vocabant sapientes, qui virtutes in heroico habebāt gradu. De cuius dogmatis intelligentia apud August, & S. Tho. in. 1. 2. Huius viæ præcipu? insequutor fuit Seneca. Et sic tres fuerunt viæ philosophorum antiquorum, & quælibet suum videtur habere patronum. Academici Platonem, & Peripatetici Arist. & illa tertia, quę Stoicorum est, habet Zenonem.

Aristo.
Zeno.
Stoici vnde dicti.
Augu. 9. de ciuit. Dei.
S. Tho. 1. 2. q. 24. ar. 2. & 3. & q. 59. ar. 2.

¶ Quar

Universidad de Deusto Biblioteca

QVARTO QVÆRITur. Vtrùm hæc scientia (quæ sic necessaria probatur) sit speculatiua, an practica. Et videtur quòd practica sit.

Argumẽ.1. ILla dicitur esse scientia practica, quæ ad opus est ordinata: sed hæc scientia naturalis physica, est huiusmodi: nam eò nos perducit, vt cognoscamus ex creaturis ipsum creatorem: & ex cognitione creaturarum venit, vt ipsas omnes contemnamus, & nihili faciamus: siquidem ex defectu huius euenit, quòd homines magni faciant huiusmodi temporalia, & finẽ suum constituant in eis. Quod probat Sapiens, quando ait. Omnes creaturæ esse inscandalum insipientium. Et hac ratione dixit Ecclesi. Qui addit scientiam, addit dolorem (vt alia habet translatio) eò quòd quãto crescit scientia, & cognoscitur defectibilitas in ipsis rebus, & magis inflammantur homines ad dolendum de conuersione ad creaturas, & incitantur peramplius ab auersione ab eis, & conuersione ad ipsum Deũ: at ista oia sunt operabilia: ergo hæc scientia practica est, & non speculatiua.

Aristot. 3. de anima. c. 49 & 2. Meta. co. 3.

Sapien. 14.

Ecclesi. 1.

Argumẽ.2. ¶ Secundò. Illa est scientia practica, quæ tractat de rebus practicis: sed hæc scientia est huiusmodi, quia est de illis, quæ in nobis fiunt: & sic pars eius est de actibus, & habitibus, qui per actus nostros generant.

Argumẽ.3. ¶ Tertiò. Eadem est ratio totius, & partis: sed medicina, quæ est pars philosophiæ naturalis, cuius subiectum est corpus sanabile, contentum sub corpore mobili, vel ente mobili, est practica (vt docet S. Thom. in opusc. 70. & super Boëtium. q. 5. arti. 1.) Ergo si medicinæ ars, quæ effectrix sanitatis est, est practica, & philosophia erit.

S. Thom.

In contra. ¶ In contrarium est Aristot. 6. Metaphy. commen. 10.

Notandum. ¶ Pro solutione huius quæstionis oportet notare differentiam vnicam, & potissimam inter scientiam practicam, & speculatiuã esse ex fine: qa scilicet, speculatiua ob contemplandum, & practica ratione operis. Ob quod Aristo. 2. Ethico. eleganter probat, partẽ illam philosophiæ, quæ moralis est, practicam esse: quia non vt contẽplemur, & cognoscamus virtutem, sed vt boni efficiamur traditur. Respondetur vnica conclusione.

Aristot. 3. de anima. & 2. Meta. tex. 3

Aristote. 2. Ethic. c. 1.

¶ Naturalis philosophia, quæ scientia est, & vna, ipsa speculatiua, & nõ practica est. Prima pars conclus. quod ipsa sit vna, probatur ex Aristot. qui in. 6. Metaph. c. 1. distinguit ipsam physicam scientiam à metaphy. & alijs tanquàm vnam, & non plures.

Conclusio.

Aristo.

¶ Secundò. Vnitas scientiæ sumit ab vnitate formali obiecti: sicut & vnitas potentiæ sumenda venit. Dicimus nim vnam esse potentiam visiuam omnium colorum, & non diuersas poni: quia vna ratio formalis omnium est colorum, quamuis pe... mate riale longè sit distantia: vt inter albedinem, & nigredinem contingit: verùm sub vna ratione formali cadunt sub potentia visiua: at physicæ scientiæ vna est ratio formalis siue sit subiectum adæquatum, seu obiectũ corpus mobile (vt Auicenna. Auerro. Albertus magnus. & Ægidius Romanus dicũt.) siue sit substantia finita sub ratione naturalitatis, vt aliqui ex Scotistis: siue sit corpus naturale, sicut aliqui etiam ex factione doctoris subtilis putant: siue sit ens mobile, vt ex docto. S. nos in. q. 2. tradidimus, vnã solum probatur obiectum, & sic vna scientia: eò quòd omnia quæ considerantur in tali scientia, per reductionem ad illud vnũ subiectum: aut obiectum considerantur in tali scientia: sicut omnia illa, quæ sub considerationem potentiæ visiuæ, ratione coloris: sicut & quæ sub potentia auditiua, ratione soni. Si enim physicus considerat de lapide, inquantum ens mobile est, aut motu alterationis, aut localis, aut aliquo alio: & si de cœlo consideret, aut plantis, aut brutis animãtibus, ad hoc tendat oculum oportet, quod corpus illud mobile sit seu ens mobile.

Secundò. Arist. p. Poste. t. 42. S. Tho. p. p. q. 1. art. 3. & 2. 2. q. 8. totam.

Auicenna. Auerro. Albertus Magn. ca. 3. AEgidi in prologo de bio. 4.

¶ Atque hæc conclus. satis constare videt ex inconuenienti, quod sequeretur, si plures diceremus esse scientias naturales. Nã sic tot essent multiplicandæ, quot & res naturales, quorum numerus non datur: sed quid ridiculosius, quàm asserere vnam scientiam, quæ de materia, aliã quæ de forma, aliam quæ de motu, esse? Sicut & defectuosus sensu appareret, q diceret vnã Geometriam ponendam, quæ de linea, & aliã quæ de superficie, atque distinctam, quæ de corpore:

Differentia materialis obiectiũ diuersificat

Potentiã, neque habitũ Arist. 5. Meta. tex. 7.

S. Tho. 2. 2. q. 141. Deceptio a logicorum.

pore: sicut & aliam quæ de triangulo, aliã quæ de quadrangulo, & aliam quæ de pentagono esset. Sicut non est opus ponere aliam temperantiam ad temperatè se habendum comedẽdo carnes, & aliam ad moderatè se habendũ comedendo oua, vel pisces: in quo non ignobiles authores sunt decepti: sicut nos probabimus in nostris resolutionibus, & ostẽdemus, si dñs dederit. Et q̃tũuis ista obiecta materialia: circa q̃ tẽperãtia ipsa versatur, specie differentia sint (quod & probat Arist. multis exemplis) nõ inconuenit aliquid esse vnum in vno genere, quod pluribus est, vt domus quę plura in genere tutiæ, vna est tamẽ in prædicamento qualitatis. Hæc ergo vna est scientia, quæ tamen secundum diuersas species in pluribus libris continetur. s. in libris de cœlo & generatione. De qb̃ suo loco dicẽdũ erit. Quidẽ in istis libris physi. in quibus de physico auditu, est cõsideratio entis mobilis in vniuersali: cùm tamen in alijs libris in particulari fiat consideratio.

1. pi. cõclus. probatur.

¶ Secunda pars conclus. probatur. Illa dicitur esse scientia speculatiua, quæ non ad opus, sed ad contemplandum est: sed Physica scientia est huiusmodi: quia ob contemplationem inuenta, vt rerum naturam cognoscamus, & ad Deum authorem amandum assurgamus. Sic Arist. 6. Metaph. istã physicam scientiam, inter contemplatiuas ponit.

6. Metaphi. tex. 1.

Differentia inter res naturales, & artificiales Arist. 2. phy sic. t. p. & 2

¶ Secundò. Si hæc scientia practica esset, maximè quia de rebus factibilibus est: sed hoc non sufficit ad scientiam practicam, sed requisitum est, quòd à nobis sit factibilis: at res naturalis à nobis non est factibilis: quod docet Aristo. cùm differentiam ponat inter res artis, & naturales: quia istę habent in se principium, sed illę in nobis. Si enim lignum in quo statua per artem fabricatur est, in terra condas, non inde statua nascetur, sed lignum: quia natura lignum habet lignum producere. Cùm ergo à nobis natura ligni non sit factibilis, vt constat: nemo enim (vt ait Christus noster saluator) poterit pilum nigrum album facere, aut ad staturam aliquid super addere: sequitur quòd solùm sit hæc scientia vt ipsam rerum naturam cognoscamus, operemur autem minimè (Posset quidem ingenium valere ad res naturales, solùm actiuis passiuis applicando, ponendo semen apium generationi in loco com

Matth. 6.

petenti iuxta passiuum susceptiuum: sicut & de Magis Pharaonis scriptum est, quòd Scinifes, & ranas, & cætera alia viuentia, quæ diuina virtute apparebant, ipsi & similiter viderentur operari) veruntamen per virtutem etiam angelicam, aut dæmoniacam id fieri potest minimè, nisi per solum Deum. Quapropter manet hanc esse scientiam, & vnam, & speculatiuam, quæ meritò propter se expetenda, & amplectenda, & prosequenda est.

Exod. 3. S. Tho. p. p. q. 10. ar. 4.

¶ Ad primum argumentum, concedimus ita esse, quod ex cognitione rerum naturalium exacta euenit: vt ista velut stercora (cum Paulo) reputemus, & nimis à tergo relinquentes, ad anteriora nos conuertamus: verùm hoc non sufficit, ad hoc quòd dicatur scientia practica: quod Scotus concederet facile, cùm ipse in. 4. quæstio. prologi sententia. Theologiam ipsam practicam affirmet, etiam in illis quæ tradit de speculabilibus: quòd Deus sit trinus, & vnus, & similia: eo quòd etiam ista nos excitent ad Dei amorem. Nos tamen affirmamus ad practicam scientiam non sufficere, quòd ex cognitione rei, de qua est scientia, quis ad operandum moneatur: sed requisitum est, quòd sit & scientia de re operabili, & modo operabili, id est, quòd de se immediatè doceat operari, quod non potest conuenire scientiæ philosophiæ naturali. Ad cognitionem enim directè hæc scientia ordinata est, sicut & moralis ad operandum: quanuis ex ipsa, quæ moralis est cognitio, & contemplatio eueniat: quia tamen non ad id directè ordinata, nõ speculatiua, sed practica est: sic neque ista practica dicenda, quanuis contingat huiusmodi scientem operari ex tali cognitione.

Ad primum

Ad Phil. 3.

Scotus.

S. Tho. p. p. q. 1. arti. 4.

Aristo. 1. Ethico.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dato physica disciplina tractet de habitibus, & actibus nostris, tamen non modo operatiuo, sed contemplatiuo, definiendo, & diuidendo, scilicet, qd̃ habitus sit qualitas de difficilè mobilis, & actus de facili: & quod intentio sit in intellectu, & electio sit actus voluntatis, supposito actu intellectus: verùm moralis philosophia de istis tractat practicè: pro quanto ex electione secundum rectas virtutis sit operatio, & supposito fine: ob id hæc practica, & illa speculatiua scientia est.

Ad secũdũ.

S. Tho. 1. 2. q. 49. S. Tho. 1. 2. q. 12. art. 1. Idẽ. 1. 2. q. 13. artic. 1.

¶ Ad tertium dicendum, medicinam non cõtineri sub physica, sicut species sub gne: quia

Ad tertium.

Universidad de Deusto Biblioteca

quia corpus sanabile, vt subiectum medicinæ, nõ est quidditatiuè inferior ad ens mobile, vel corpus mobile: nam corpus sanabile à natura, est species corporis naturaliter mobilis, sed corpus sanabile ab arte, est subiectũ medicinæ. Sed si in ipsa medicina partem consideres, quę est cognoscitiua herbarum, & medicinarum, est speculatiua, & ad physicam spectat: si tamen illam partem attendas, quæ applicatiua est medicinarum, est practica, & non ad physicam pertinet.

Medicina practica, & speculati.

SPECVLATIO SEXta Proœmialis, vtrùm à cognitione principiorum sit inchoandum, & ab vniuersalioribus ad minùs vniuersalia ꝓcedendum.

Argumẽ. 1.

VIdetur quod nõ: quia cò esset, quòd cognitio totius pendens est ex cognitione principiorum, & elementorum, & suarum causarũ: sed nõ ob id qa sic, nulla res esset naturaliter cognoscibilis: cũ quælibet res habeat infinitas partes quantitatiuas.

¶ Item. De homine, & qualibet alia re dici possunt infinita prædicata essentialia: quia inter quæcunque duo essentialia prædicata vnum medium potest signari: vt inter hominem, & animal, quod sit perfectius animali, & impefectius homine. Item. Possunt in infinitum & pasiones, & proprietates multiplicari: & sũt infinita accidẽtia, & effectus, qui homini possunt conuenire: at consequens est falsum, quod nulla res sit naturaliter cognoscibilis: quia ens est obiectum intellectus, & quælibet res creata finitæ, & limitatæ entitatis est: poterit ergo naturaliter cognosci.

S. Tho. p. p. q. 5. ar. 5.

¶ Secundò. Probo quòd non ab vniuersalioribus sit procedẽdum: quia in omni sciẽtia oportet (vt tradit Arist.) à nobis notioribus procedere, ad minùs nota: sed singularia sunt nobis magis nota: quia omnis nostra cognitio à sensu habet ortum: ergo nõ ab vniuersalioribus, sed à singularibus est procedendum.

Argu. 2. Aristo. 1. Phys. tex. 2. Et. 1. Ethic. ca. 4. Arist. 3. de aia. tex. 41.

¶ Tertiò. Si à notioribꝰ ad minùs nota, maximè esset, quia (vt docet Arist.) quædam sunt nobis magis nota, quæ sunt minùs nota in natura: sed eadem sunt nobis notiora, & naturæ, quia magis vniuersalia sunt nobis prius nota, vt hic docet Arist. in. 2. conclusione, & eadem sunt notiora in natura, vt ait Commentator, à quibus natura incipit operari, quæ sunt vniuersalia, vt patet: eò quòd embrio priùs viuit vita plantę, quã bruti, & priùs vita animalis, quàm hominis, vt ait Arist. ergo æquè nota sunt nobis, & naturæ ipsa vniuersalia. Et apparet in colore, qui notior nobis, quàm species ab eo manans, cum ipse sentiatur, & non species, & ipse idem color in natura notior sit, quã species, cum specierum sit causa.

Aristot. 1. Phys. t. co. 2. & 1. Eth. c. 4. & 1. Poste. t. co. 5. Quanuis cõtra. Marsil. 2. de gener. quæstio. 6. Arist. in. 1. de generatione animalium. c. 5.

¶ In contrarium est Aristot. in [illegible], qui docet à principijs, & causis, & elementis ꝓcedendum. & ab vniuersalioribus & magis notis nobis, ad minùs nota, & magis particularia.

In contra. Aristot. loc.

¶ Pro decisione. q. est considerandũ, apud Arist. in textu positas in sententia duas cõclusiones, quæ videtur adinuicem stare nõ posse: si quidem ait, procedendum esse à notioribus nobis, & minùs nota in natura, ad magis nota in natura, & minùs nota nobis: & cum singularia sint nobis magis nota, & minùs, in natura, videtur quod ab ipsis sit procedendum. Et pòst infert, quod ab vniuersalioribus ad minùs vniuersalia sit procedendum: in quo stat repugnantia.

Notan. 1.

Notan. 2.

¶ Secundò est notandum, ꝓ de notioribꝰ in natura, & minùs nota nobis, variæ acceptiones ponuntur à doctoribus, maximè à Paulo Veneto, in summa, in proœmio. ca. 3. Ait ipse. Primo modo dicitur aliquid notius natura: quia maioris est perfectionis, & entitatis in natura. Et sic Arist. 1. Metaph. c. 1. loquitur dicens, quod intellectus noster se habet ad manifestissima in natura, sicut oculus noctuæ ad lumen solis. Secũdo modo est, quod priùs intẽditur à natura: sicut species est magis intentata, quàm individuũ. Et sic loquitur Auicenna. 1. suæ Metaphysicæ. Tertio modo, id quod naturaliter potest cognosci sine alio, & non econtra. Et sic Arist. 2. Metaphy. co. 16. Genus est notius natura, quam species, & species, quam indiuiduum. Quarto modo id est notius natura, à quo natura incipit operari. Et sic Cõmentator. 1. Physic. loquitur dicens, ꝓ causæ rerum naturalium sunt notiores apud natu-

Paulus. Venetus. 1. Phys. c. 3. Aristot.

Aristote.

Textu. 5.

naturam, quam res naturales compositæ: quia natura facit composita ex causis.

Obiectio. Arist. 1. Poste. t. co. 43. Ægidij. solutio.

¶ Ægidius Romanus in isto loco (declarata mente Arist.) dubium proponit. Primũ obijciens, quod cum nostra cognitio à sensu incipiat (vt dicit Arist.) sic deberet à singularibus ad vniuersalia esse processus. Et ipse soluit nodum dicens, quod Aristo. nõ intẽdit dare prioritatem, vel posteriotatẽ inter intellectiuam, & sensitiuam cognitionem: sed intendit ostendere, quòd cognitio intellectiua vniuersalis, & confusa, præcedat huiusmodi cognitionem singularem, & distinctam. Quod etiam circa sensum veritatem habet: sensus priùs apprehendit rẽ sub modo cõfuso, quã sub distincto.

Ægidius.

¶ Secundò etiam dubitat, & velut argumẽtatur [illegible] hoc. Quia si intenderet cõparare [illegible] intellectiuam ad intellectiuã, & non ad sensitiuam, non diceret, cognitionem vniuersalium præcedere cognitionẽ singularium: quia singulare est, dum sentitur. Particularia enim directè obiecta intellectus esse non possunt. Respondet, ꝓ secũdum Commen. per singularia non intendit indiuidua, sed intendit species vltimas, vel quasi vltimas. Vult ergo philosophꝰ, quòd prius cognoscimus vniuersalia, quã singularia, id est, genera, & cõmunia quã species, quorum [illegible] ꝓ est obiectum intellectus. Hæc Ægidius: qui in cõmẽ. 3. dubio primo asserit, quòd per se loquendo, semper confusa, & indistincta sunt nobis priùs nota, q̃ distincta. Tendit enim nostra cognitio ab imperfecto ad perfectum, [illegible] potentia ad actum, & per consequens ab indistincto ad distinctum. Et quia cognitio rei (vt est quidam totum) est indistincta, & quasi [illegible] confusa respectu cognitionis eius, vt distinguitur per partes, ideò cognitio totiùs præcedit quo ad nos cognitionem eius, vt distinctè cognoscitur in suis partibus.

Cõmen. 4.

Notan. 3.

¶ Etiam pro [illegible] habita intelligentia considerandum, quòd modus probandi, & progressus in aliqua scientia vel est habitis ipsis principijs, & cognitis: vel est antequam sint ipsa principia cognita: nam si principia ipsa doctrinalia nobis [illegible] sint nota, oportet fiant nota per aliqualem inductionem: vt si quis hoc principiũ velit cognoscere. Omnem rem naturalem in suo loco optimè conseruari, poterit sic probari. Pisces, qui non respirant, optimè in aqua conseruantur: & animalia respirantia optimè in aëre: & ignis iuxta orbem lunæ: ergo omnis res naturalis in suo loco conseruatur.

Aristot. 4. Phy. tex. 4.

¶ Iam cognitio ipsis principijs, ab ipsis tanquam ab vniuersalioribus fit progressus in scientia ad particularia: & cognito illo, poterit quis probare, graue optimè in inferiori loco esse.

Arist. 1. Poste.

¶ Vlteriùs notandum, quod aliquid esse notius in natura, nihil aliud est, quã quòd secundùm naturam sit magis cognoscibile: sicut aliquid nobis notius est, quod magis nobis secũdum naturam cognoscibile est. Et esse magis cognoscibile, est magis habere de entitate: quia nil cognoscitur nisi inquantum participat de ratione entis, cùm ens sit obiectum intellectus: vnde cùm illa quæ à materia sunt abstracta, magis habeant de entitate, magis habebunt de perfectione: & sic notiora sunt secundum naturam: ob quod Deus secundum naturam maximè cognoscibilis est: & post Deum intelligentia quælibet, secundum gradum suæ perfectionis: & deinde anima rationalis: & pòst homo, ratione animæ: deinde cætera alia viuentia. Ad dubium sunt quinque conclusiones, quarum prima.

Notan. 4. Aristo. 9. Met. co. 22. S. Tho. p. p. q. 5. art. 2.

¶ Prima conclusio. Loquendo de notitia intellectiua, modus procedendi est ab vniuersalioribus ad minùs vniuersalia: quia à confusioribus, & indistinctis, ad minùs confusa, & magis distincta, quæ nobis minùs nota, cùm tamen notiora sint in natura. Probatur conclusio: quia noster modus procedendi à potentia ad actum, & ab imperfecto ad perfectũ est: sed id quod potentia, & imperfectum est, confusius, & vniuersalius, & indistinctius est: & illa quæ actu & perfecta, magis distincta, & minùs vniuersalia dicuntur, & sic testatur Auicẽna primo Metaphysic. capit. quinto quod & Doctor Sanctus pro fundamento capit. Primum enim quod intellectus de re concipit, ens est.

1. Conclu.

Ratio. 1.

Auicenna. S. Thom. in prin. de ente, & essen.

¶ Item. Intellectus in cognitione vniuersalium eo ordine procedit, quo sensus in cognitione singularium: sed sensus ab vniuersalioribus progreditur: vt si quempiam à remotis videamus, primo iudicamus quod est ens. Secundò quòd viuens. Tertiò quòd homo. Quod & exemplo probat Arist. in litera de pueris, qui primo omnes homines vocãt patres: sequitur ergo quod intellect? hunc habet ordinẽ. Primus eñ cõceptus, & adæqua-

Ratio. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Aristo. adæquatus intellect⁹ ens est: vt ex Arist. 9. Metaphysi. tex. 22. Et sic quãtò prædicata sunt vniuersaliora, tãtò priora sese offerũt.

Ratio. 3. S. Tho. p. p. q. 85. art. 3. Aristot. 2. de gene. anima. c. 3. ¶ Etiam probari potest conclusio, vt Doctor S. probat sub istis verbis. In omnibus illis, quæ de potentia ad actum reducũtur, ab imperfectioribus ad perfectiora est progressus: vt embrio prius vita plantæ viuit: ergo cùm intellectus in cognitione rerum per species de potẽtia ad actum procedat, ab imperfectioribus erit: sed cognitiones magis vniuersales sunt minùs perfectæ, cò quod confuse magis naturam rerum attingunt, sequitur ergo, quod ab vniuersalioribus fit procedendum.

Ratio. 2. ¶ Secunda pars cõclusionis probatur: quia isti conceptus, & notitiæ, quantò vniuersaliores, & confusiores, minus habent de entitate: & sic secundum naturam minùs de cognoscibilitate. Quapropter sequitur, quod illa, quæ vniuersaliora, minùs nota in natura dicantur, cùm tamen nobis magis nota: quia in nobis ab imperfecto, & confuso ad distinctum, & perfectum est progressus.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Non solùm hic progressus secundùm naturam est, quando cognitione confusa, sed etiam quando distinctè cognoscimus, vt ab vniuersalioribus etiam fit progressus: quia (vt docet doctor

Doct. sub. sub.) non possumus distinctè cognoscere hominem, quin distinctè cognoscamus animal: neque distinctè animal, quin & cognoscamus corpus: neq; corpus, quin substãtiam: itaque prius est ordo ille superior notitiarum in confuso, & deinde ad inferiora fit resolutio: & quousque supremum distinctè cognoscamus, nõ cognoscitur infimum, vt ait Aristot. Et sic modo definitiuo contingit: si hominem definias, per animal rationale ostendens; vbi oportet fit prius cognitum, quòd animal sit.

Vide Marsi. 1. Phy. q. 5. Aristot. 8. Meta. t. 10.

3. Conclu. Aristo. 3. de anima. tex. 39. ¶ Tertia conclusio. Si fiat comparatio notitiæ intellectiuæ, & sensitiuæ, quia ipsa sensitiua, prior intellectiua est, & à singularibus ad vniuersalia, & proinde à nobis notioribus ad minùs nota nobis; magis tamẽ nota in natura, erit progressus. Hæc conclusio tam aperta est, vt probatione non indigeat. Nihil enim in intellectu est, quin prius fuerit in sensu, atque intelligentẽ, phãtasmata speculari necesse est: quæ etiam in singulari considerantur: ex quibus intellectus agens, species intelligibiles in vniuersali sine conditionibus indiuiduantibus abstrahit. Et quòd hæc singularia sint minùs nota in natura, constat: quia minùs à natura intenta, & minùs de entitate, quantò magis de materialitate: quia magis de potentia, & minùs de actu. Et in isto sensu posset intelligi Aristot. dictum in isto loco: quando concludit, à singularibus ad vniuersale procedẽdum esse. Neque est in dictis cõtradictio, quando dixit: quod ab vniuersalioribus, & confusioribus, ad particularia, & singularia: quia ibi notitiæ intellectiuæ ad notitiã intellectiuam fit comparatio. Et singulare, & particulare vocat speciem rei secundum generis: vt ex Commentatore Ægidio dictum est. Et quando dicit singularibus ad vniuersale, intelligit cõparando notitiam sensitiuam intellectiuæ: & per singulare, intelligendo ipsa indiuidua, quæ magis sunt notiora, quàm ipsæ species quarum sunt indiuidua.

Aristot. vbi supra.

Aristot. 1. phys. Intelligẽdo Arist. Nota.

4. Cõclusio. ¶ Quarta conclusio. Sicut ante cognitionem principiorum inductione probando à singularibus ad vniuersale est processus: sic, ipsis cognitis, ab vniuersalibus ad particularia ratiocinationis progressus est. Hæc conclusio intendit insinuare alium sensum dictorum ab Aristotel. & verborum consistentiam, quæ videntur repugnare. Nam (vt in notabilibus adduximus) si aliquod principium non sit notum, cùm non possit demonstratiuè probari, inductione opus est: & sic à singularibus ad vniuersale, & magis nobis notis, & minùs secundùm naturam, vt in exemplis adductũ est. Verum cognito ipso principio, ab vniuersalioribus ad minus vniuersale, & magis particulare oportet procedere: vt si quis ignoret hoc principium Omnis ignis est calidus, sic inductione probabit. Iste ignis est calidus: & iste ignis est calidus: ergo omnis ignis est calidus. Et cognito hoc, quando de aliquo igne fuerit dubium, probabitur ex illo vniuersali.

Sic Themistius, & Commentator.

5. Conclu. Aristo. 1. Poste. tex. 3. ¶ Quinta conclusio. Quanuis in scientijs, in demonstratione quia, à nobis notioribus ad minùs nota nobis sit progressus, in demonstratione tamen propter quid, & potissima, à minùs nota nobis, & magis nota in natura, ad minùs nota in natura, & magis nota nobis procedi est compertissim

Ratio. Hæc conclusio probatur: quia in demonstratione quia, ab effectu ad causam procedit: at secundum naturam causæ ipsæ notiores sunt, & simpliciores, & magis de entitate habent, quam effectus, quippe qui nobis magis innotescũt generaliter: sed in demonstratione potissima, & propter quid, ex causa ad effectum deuenimus: quæ causa (quanuis nobis minùs nota) magis tamẽ nota in se: sed in tali ratiocinatione contingit, quòd quãuis causa in se notior in natura dicatur, tunc tamen in tali progressu eadem nobis nota, & simpliciter intelligũtur: quia causa est nobis magis nota, quando per ipsam effectum probamus, & ipsa simpliciter notior est. Sic docet Paulus Venetus in suã summa. ca. 3. in solutione ad. 2. sicut color in speciebus notior est, quę species sunt effectus coloris.

Albertus de Saxon. 1. Phy. q. 4.

Paulus Venetus.

* ¶ * Itaq; ex resolutorie considerando, licet Commentator aliqualem repugnantiam ostendat Arist. intelligat in. 1. & 2. propositione, sed apud S. Tho. nulla est repugnantia: quia intelligit Aristo. in. 1. propositione ponere modum procedendi in scientia naturali, & vult vt à causis & principijs incipiamus. & in. 2. propositione docet, q à causis vniuersalioribus, quia vniuersaliora sunt nobis primo nota, & sic in secunda propositione non dat Aristotel. modum procedendi aut demonstrandi, vt putat Commentator.

Ad primum ¶ Ad primum argumentum, concedimus rem esse naturaliter cognoscibilem: & quãuis in quolibet continuo infinitæ partes intelligantur in potentia, ratione diuisionis, non obstat quominus continuũ sit intelligibile: tamen illarum partium, quæ se tenent ex parte materiæ, necessaria cognitio non est ad cognoscendã rei naturã: quia cognoscunt eo modo, quo & sunt in potẽtia tales partes. Nec est necessariũ cognoscere ea accidẽtia cõmunia, sed sufficit cognoscere naturã subiecti: sicut neq; est opus cognoscere oẽs effectus, q, pduci possunt, sed sufficit potẽtiã actiuam nõ ignorare. Negamus etiã infinita prædicata essentialia dici posse de re creata: nã (vt in dialectica tractari solet,) qũ de specie homo est, & nos ibi tetigimus sumptã specie humana, de homine poterunt multiplicari essentialia prædicata, vsq; ad generalissimũ substãtiæ: videlicet, q est aial, q est corpus, q est substãtia. Et si vltrà progrediaris, vsque ad ens deueniendum erit. Et dato genus (vt animal) in multas diuidatur species: vt in canem, leonẽ: &c. non amẽ est necessariũ inter quaslibet species mediũ dare conceptũ, qui nouã representet speciem, & constituat: nã quanuis in infinitũ dicantur distare duæ species specialissimæ, sic q vna nõ possit ad alteri⁹ perfectionẽ peruenire: non eo sequitur, q sit dabilis species media in infinitũ, & hoc ex Arist. qui species dicit habere se ad modũ numerorũ: quia quãuis quinarius in infinitũ excedat quaternarium, in hoc sensu, quod quaternarius nunquam ad perfectionem quinarij peruenet, non tamen est dabilis medius numerus: sic & in speciebus dicendum. Neq; dant infinitę passiones essentiales rei. Et ob id dicit Aristo. quod resolutio definitionis non procedit in infinitum.

Arist. ca. 2. lib. prædic.

Aristot. 8. Metaphy.

Aristo. Vbi supra.

¶ Et vt planè satisfaciamus argumentis, dicendum: quod cognoscibilis sit vnica creatura ab alia: imò & cõprehendi potest: vt ab angelo quæcunq; alia infra ipsum. Cõprehendere enim est rem cognoscere quãtũ cognoscibilis est passiue, q & poterit angelus facere. Non enim requisitũ est ad cõprehensionẽ, q res cognoscat summa notitia, qua cognosci potest: quia sic solus Deus posset comprehendere creaturam: quia notitia (quæ est ipsemet Deus) potest cognoscere. In quo videtur Ochã, & alij decepti. Nam si id requisitum esset ad cõprehẽsionẽ, iam sic videntur facere creaturam finitam, & limitatam, incomprehensibilẽ: sicut vocamus ipsum Deũ, cum de ipso peculiariter dictũ sit per Hierem. c. 32. quod sit magnus consilio, & incõprehẽsibilis cogitatu.

Quid ad cõprehensionem requiratur.

Deceptio aliquorum. in. 4. q. 134

Hier. c. 32.

¶ Dixi, quod Angelus potest comprehendere creaturã: quia homo pro isto statu videtur nõ posse attingere ad talem gradum cognitionis, vt de aliqua creatura quantũcunq; minima cognoscat, quantũ ipsa cognoscibilis est: quia neq; in substantijs, neq; in accidentibus intelligere valet homo vltimas differentias, neq; omnes proprias passiones, quæ fluunt ab essentia rei, neque passiones quæ respiciũt rationẽ indiuidui rationeque cõplexioni. &c. Quod euenit: quia noster intellectus immersus in materia sit, & quodãmodo in corpore sepultus, vel saltim incarceratus. Secus de aia separata dicẽdũ. De quo suo loco, in. 3. de anima.

Nullus homo potest comprehendere aliquã creaturam.

¶ Neq; ob id q ab homine creatura non possit comprehendi, tollenda, aut reijcienda est hæc scientia naturalis, vt Heraclitus dicebat: quia ad scientiã psequẽdã sufficit quod cognitio haberi possit de re, humano modo: sicut & scientiã dicimus esse de Deo, cum tamen à nulla creatura possit cõprehen-

S. Tho. p. p q. 12. art. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

hendi,sed à se solo:& cũ sit infinit⁹, infinita notitia seipsum cõprehendit,& cognoscit.

Ad.2. ¶ Ad secundũ solutio ex dictis in.q.patet: quia singulare,& particulare intelligit Aristot.non indiuidua specierum,seu ipẽs specialissimas:& istæ sunt minus notæ nobis, & magis notæ natura,& tantò quantò confusiora,& vniuersaliora,primò sese offerũt. Si tamen de singulari pro indiuiduo sumẽdo esset sermo,non à magis notis nobis ad magis nota , innatura esset progressus: si ab vniuersalioribus ad singularia:quia talia singularia min⁹ nota natura dicũtur,& magis notis nobis:& sic potiùs esset procedendũ ab ipsis indiuiduis & singularibus nobis magis notis,& minùs secundũ naturã ad ipsos species,& ad vniuersalia,quæ sunt magis nota in natura,licèt nobis minùs.

1.Poste.t.5.

Ad.3. ¶ Ad tertium patet ex dictis solutio. Et est considerandum,quòd Arist.non ponit regulã quòd omnia illa quæ sunt notiora natura,sint nobis minùs nota,& econtrà,sed ponit solùm negatiuè,quòd non omnia illa,quæ sunt nobis notiora,sunt notiora naturæ,& econuerso:& tamen cum hoc stat, quòd aliqua sint nobis æquè nota,& naturæ,vt suprà dictum est,de colore respectu speciei:quia est nobis notior quàm species: quia sensibilis,& non species:& est naturæ etiam:quia causa magis nota secundùm naturam,quàm effectus:vt cœlum est magis notum quàm influentia:sed tamen aliqua sunt notiora in natura, quæ nobis minùs nota sunt:vt sunt substãtiæ immateriales: quæ cùm sint spirituales, sunt magis notæ in natura,sed nobis minùs:quia per sensum habet ortum cognitio nostra. Sed dato in natura illa vniuersaliora,& confusiora(vt argumentum probat) sint priora (vt quod embrio viuat priùs vita plantæ) non sequitur quòd illa sint magis nota in natura:quia natura,sicut priùs intendit totum physicum, quàm partes,cùm tamen priùs sint partes,sic & primò intendit speciem,quàm genus: non enim faceret animal,aut corpus,aut substantiam, nisi quia intendit certam facere speciem.Et sic dato priùs sit vita plantæ in embrione,quàm vita rationalis,non sequitur quod illud vniuersale, & commune sit in natura notius: quia id quod perfectum , & id quod actu, est natura notius,& quod impefectum, & in potentia,quãuis prius via generationis, est posterius via perfectionis:& sic minùs in natura notum:quia minùs de cognoscibilitate,& minùs de entitate habet , cum sint vniuersaliores causæ. At si cognitione distincta,& non confusa cognoscãtur,priores sunt natura,vt dictum est.

Aristot.1. Poste. text. co.43.

Natura priùs intendit speciem quã genus.

Obiectio. ¶ Neque ex hoc sequitur quòd indiuidua specierum sint magis nota,quàm species, quia species non per se reperiuntur, nisi in ipsis indiuiduis : quia natura non producit speciem, nisi indiuiduum. Non sequitur (inquàm) quia natura non intendit nisi perpetuare speciẽ,& qa indiuidua in quibus perpetuatur species sunt corruptibilia, de per accidens intendit indiuiduum. Vnde in perpetuum non producit nisi solũ vnum indiuiduum:vt in cœlis, & sole apparet. De quibus suo loco dicendũ erit,& diximus in Dialectica.

Solutio.

Aristot.

¶ * Hic potest esse dubium an possit esse modus procedendi per regressum,scilicèt, à causa ad effectum,& rursus ab effectu ad causam,vt hic Arist.videtur insinuare, qa sic idem esset minus notum & magis notum: quod Aristot. 1.poste.reprobat. Dicendũ distingendo,quod talis regressus tripliciter potest fieri.Primò quãdo ab effectu ad causam est processus & econtra demonstratione vniformi.Secundò modo,demonstratione difformi,vt ab effectu ad causam demonstratio quia, sit: & a causa effectu propter quid,& potissima . Tertius mod⁹ est, quando â causa ad effectum & econtrario ,sed à noto vno modo ad ignotũ,& rursus à noto ad id quod cognoscebatur , sed vt melius sit notum.Primus modus reprobatur . Secundus & tertius modus est vtilis,quo Aristot.est vsus. 2.cœli. tex. 34.vbi probat dextrũ cœli esse in oriente, quia inde incipit motus : deinde probat cœlum moueri ab oriente, quia in oriente est dextrum.Et. 2.cœli tex. 58. probat stellas sphæricas , quia sunt immobiles per se ipsas,& probat esse immobiles,quia sphæricæ,& hic regressus non est inutilis,quod & docet S.Tho.2.cœli lectio. 16.defendendo Alexandru contra simplicium. At que de cognitione vniuersaliũ quomodo priora dicatur,vide S.Th.p.p.q.85.art.3. ad. 1.

SPECVLATIO SEPTIMA Proœmialis . Vtrùm totum sit suæ partes.

Vide-

Argumẽ. 1. Aristo.5. Metap.tex. 19.

VIdetur quòd non.Primò:quia si totũ esset idem quod suæ partes sex essent bis tria : sed hoc est contra Aristotelem . Dicit em quod sex non sunt bis tria. Et. 7.Metaphy.tex.60.ait.Syllaba non est elementa,putà literæ ex quibus constat:vt ba,non est b.a.Et lib.8.tex.15.Totũ nõ est partium coaceruatio : vt aceruus , sed aliquid præter partes.

Argumẽ.2. Scotus.in 3 d.2.q.2

¶ Secundò arguitur, & est Doctor.sub. Si totum constaret ex materia , & forma non distinguerentur à suis partibus, sequeretur nullam esse differentiam inter totum,quod est per se vnum : vt animal, aut homo, & totum quod est per accidens vnum.vt aceruus & domus:consequens est

Aristo.7. Meta. text. 60.

contra Aristo.qui 7.Metaph. tex. 60.& in.8.tex.15.ponit differentiam.Et quod sequitur patet: nam sicut aceruus est multitudo partes simul:ita & homo suæ partes.

Argumẽ.3.

¶ Tertiò. Quando duobus datis , vnum corrumpitur,alio manente incorrupto,oportet ponere distinctionem inter ea,qualem ponimus inter animam rationalem, & corpus:quia corrupto corpore , anima rationalis manet immortalis:sed contingit totum corrumpi,quando partes non corrumpuntur: vt patet in domo,& patet etiam in Christo in illo triduo mortis,quando fuit totum corruptum:quia non mansit homo(quicquid dicat Magister sent. & Hugo)& tamen partes manserunt incorruptæ,quia anima rationalis nullam passa est corruptionem neq; datum est corpori, vt corrumperetur , iuxta illud psalmi. 15. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Et argumentum posset esse ,quia totum generatur,quando tamen partes non generantur:vt patet in compositione domus ex lignis, & lapidibus. Et in Christi resurrectione fuit homo & tamen partes nõ fuerunt de nouo.

Magister sentẽ.d.12. ca.1. Hugo. Damascen. li.3.ca.25.

Incontra. Aristot.

¶ In cõtrariũ est q̃ ait Arist. in eo tex. 17. & 22.vbi Cõmẽtator ait,quòd licèt quælibet pars est aliud à toto , omnes partes simul sumptæ aliud à toto non possunt dici.

Nota. Paulus Venetus.

Pro solutione est considerandũ, totũ dici multis modis. Et q̃uis Paulus Venetus in libris physicorũ sup cõm.17. notabili. 2.ponat.8.modos,ad pauciores tamen reduci possunt:vt totum sit vniuersale,quod est genus respectu specierum:quæ species partes subiectiuæ vocãtur:quia genus,seu vniuersale de eis prædicatur,& ei subijciuntur:vt homo,& asinus,de animali,sicut docet Porphyrius.Et eo modo species respectu suorum indiuiduorum totum vocatur.

¶ Totũ potẽtiale est:vt anima totum est, & partes eius potentiæ:vt intellect⁹,volũtas,& memoria.Et sensitiua, q̃ habet suas. 2.

¶ Totũ essentiale est, q̃ ex partibus essentialibus cõstat.Quod & duplex est,Physicũ,& Metaphysicũ.Physicum,est compositum ex materia,& forma.Et Metaphysicum,ex genere,& differentia. 3.

¶ Totum integrale q̃ ex suis partibus integrantibus cõstat,est duplex,Homogeneum quod ex suis partibus eiusdem rationis.Etherogeneum,quod ex diuersis cõstat. 4

¶ Est & totum per accidẽs,quale aceruus, & domus.Non ergo quæstio est in præsentiarum de omnibus totis,an à suis partibus distinguantur:quia de primo in Dialectica tractatur,quomodo ratione à suis partibus distinguatur.Et de toto potentiali,& Metaphysico alibi.Nunc de toto Physico , & integrali,tam de per se , quàm de per accidens sermo est. 5

¶ De quæstione variæ sunt opiniones. In primis se se offert Doctor sub.qui tenet, totum distingui à suis partibus etiam coniunctis,loquendo de toto Physico, & integrali.De toto tamen per accidens (vt est aceruus) dicit non distingui à suis partibus . Subscribit Doctori sub. Capreo. eadem d.& nonnulli alij ex Thomistis , credentes eãdem esse sententiam Sanct.Tho. qui id videtur affirmare in.3.d.2.q.1.ar.3. Et quæstiuncula. 1.ait de Christo loquens, quòd in eo fuit anima,& corpus,& vlterius forma totius resultans ex coniunctione vtriusque, quæ dicitur humanitas.Et quæstiuncula.3.dicit,quòd totum propriè loquendo non est suæ partes,

Variæ opi. Sco.in.3.d. 2.q.12.

Vide domi. 7.meta. q. 17.artic.3. S.Th. in.3. dist.2.q.1. artic.3.

¶ Alij sunt, qui putant in homogeneis non esse distinctionem inter totum , & partes,sed benè in etherogeneis, sic Paulus Venetus in loco citato dicit:secundùm aliquos , totum distinguitur à suis partibus , & secundùm aliquos non distinguitur.

1.Opinio.

Venetus.

¶ Contra opinio.Doctor.sub. est argumẽtum satis efficax:quia aliàs sequæretur cõtra Damascenum , quòd id quod Christus

Argum.cõtra Scot.

Universidad de Deusto Biblioteca

stus semel assumpsit, dimisit. Patet: quia assumpsit totum, id est, esse hominem, quod reliquit in passione: & illud distinctum à suis partibus est.

Solutio. ¶ Hoc argumentum soluitur ab opinantibus contrarium, per hoc, quòd Damascenus solùm de partibus essentialibus sit intelligendus, quas nunquam dimisit.

2. Argumẽ. ¶ Sed fortius. Si totum distingueretur à suis partibus, sequeretur quòd naturaliter corruptum idem numero posset redire, cõtra doctrinam philosophãtium: Patet. Si vas aqua plenu, & auferatur aqua, quæ & conseruetur: rursus apponatur in vase eadem numero aqua: totũ illud quod nõ est suæ partes, fuit corruptum, & rursus idem numero redit: quia sicut idẽtitas totius cõsurgit ex cõformitate partium eodem modo se habentium: sic & identitas numerica erit partibus eodem modo se habentibus: ergo idem esse resurgit. Nam si aliud numero, oportet sit ex partibus alio modo dispositis: sed suppono in hoc nullam fuisse variationem.

Confirma. ¶ Confirmatur: quia illa entitas, vel substãtia, vel accidens est, sed neq; est substantia: quia non dantur partes ex quibus cõponatur, neq; est accides: qa non videt tale dari.

Conclusio. ¶ Ad quæstionem ergo sit conclusio. Omne totum essentiale Physicum, & integrale, homogeneum, & etherogeneũ, siue sit totum per accidens, est suæ partes simul sumptæ. Hoc probatur ex Arist. qui hic id affirmat, & clarius in. 4. Et sic Themistius, & alij. Et Auic. 3. Meta. ca. 2. ait. Homo est anima, & corpus, & neutrum per se. Neq; valet huiusmodi dicta in causali exponere sensu: vt contrarium opinantes dicũt. Partes sunt totum, id est, causant totum: nam sic, eadem ratione possent dicere hanc esse causalem, homo est sapiens.

Sic Cõmẽt. ibi. tex. 17. Sic Ægidi. ibi. te. 17. & 2. de anima tex. 10. Aristot. t. 17. & 23. Themistius Auicen.

S. Thom. p. Phy. lect. 4. P. p. q. 11. art. 1.

¶ Hæc conclu. est Doct. S. qui ait de partibꝰ, q̃ sunt vnũ in actu, & multa in potẽtia.

¶ Etiam probatur ex modo concipiendi, & modo loquendi: nam bis ter, nihil aliud intelligimus, quàm senarium ipsum. Et ligna, & lapides sic cõiuncta non aliud, quàm domum ipsam. Et lapides sic cõgregatos non nisi aceruum. Ergo simili modo, materia, & corpus non nisi animal, aut homo: neque aliud ipse homo, quàm animã & corpus sic coniuncta.

2. Ratio. ¶ Secundum est argumentum: quia si totum aliqua entitas est, quæ non sit partes sic iunctæ, posset Deus talem entitatem separare, manentibus partibus sic vnitis: nã nulla est repugnantia, illa quæ adinuicem sic distinguũtur separare: posset ergo esse quod partes essent iunctæ, & quòd totum non esset, sed hoc contradictionem implicat, cùm non sit aliud partes cõiungi, quã totum constituere: neque sit aliud totum constitutum, quàm partes cõiunctas esse.

¶ Et de toto integrali etiam probari potest. Si enim domui addas aliquam partem minimam, quam primo auferas, non ob id domus dicitur corrupta, & de nouo generata, magis quàm si aliquam aliquamque abstrahas: & rursus superinfundas. Si tamen aliud est esse totius ab esse partium: cùm partes varientur etiam in minimo, oportet & variari totum. Sed tamen ita partes sic manentes, si aliqua aliqua parte, totum sunt, & constituunt, non fit variatio in toto, quæ necessario esset intelligenda, si aliud esset totius esset, quàm partium: Hanc conclusionem probat, & tenet Marsil. tertio physicorum quæstio. 9. & Albertus de Saxonia primo physicorum quæstio. 7. & est opinio nominalium. Marsil.

¶ Hic tamen aduertendum est, non tam proprias esse huiusmodi loquutiones: Partes sunt suum totum, & totum est suæ partes, sicut sunt hæ: totum resultat ex suis partibus: partes constituunt totum. Quod notat. Diuus Thom. & ratio est: quia partes sunt totum, & non explicant compositionem, qua faciunt totum: nam (vt docet Aristotel. in. 2. libr. physico. tex. 31.) partes omnes habent se vt subiectum & materia, respectu totius: & totum velut forma est respectu partium, tam de partibus integralibus, quam de essentialibus loquendo: nam quamuis forma substantialis respectu materiæ forma dicatur, quia informat, & actuat eam: tamen ipsa forma respectu totius, habet se velut materia, & quid imperfectum, & totum velut forma existens in vtroque scilicet, in materia, & forma: sicut domus est vna forma existens in suis partibus: ob id Aristotel. quarto physico. text. 23. dixit totum esse in partibus: vnde licet totum & partes iunctæ, sint idem propter modum significandi diuersum terminorum: quia partes vt causa, & totum vt effectus: significantiùs, & propriùs, dicitur totum cõponitur ex partibus, quam partes sunt totũ. Conside. S. Tho. p. Pr. quæst. 87. Aristot. Aristo.

Ad argum. ¶ Ad primum argumentum, dicimus pro nobis esse id quod ex Aristotel. nam dicit, quòd se x non sunt bis tria, sed semel sex. Potest etiã dici, quòd bis tria nõ sunt sex, eodem modo: quia bis tria sunt partes, &. 6. totum. Vel aliter: quia de numeris possumus loqui materialiter, vel formaliter. Formaliter loquendo, prout quilibet numerus suam constituit speciem, sic est, q̃ bis tria non sunt. 6. magis quam duo homines, & vnus Angelus, vt intelligamus (quandoquidem species sicut numeri se habent) quòd hum[illegible] ternarius, & Angelica species sit [illegible]. Si tamen intelligatur materialiter, nullo modo negare potest Aristo. quin bis tria sunt. 6. nam bis tria conti[illegible] nates, quę numerum senarium cõstituunt, & ad[illegible]ant. 10. Meta. tex. 8.

¶ Et ad id quod [illegible] 7. Metap. tex. 60. quod ba. non est. b. a. intelligit, quod nõ est sicut cumulus, aut aceruus. Nõ enim syllaba est litera absque ordine (vt lapidum cumulus) sed ordinatè dispositæ.

Ad secundũ ¶ Ad secundum, dicimus esse differentiam inter totum per se, & totum per accidens, non per hoc quòd totum per se sit suæ partes, & totum per accidens non sit, vel è contra, sed eo est differentia, & distinctio: quia totum per se constituitur ex suis partibus, & terminatur ad esse essentiale, & substantiale: quia forma non habet per se esse substantiale: neque materia sola absque forma, & simul iunctæ constituunt vnum totum substantiale, & essentiale: quia non adueniet esse totius, enti completo, sed in toto per accidens: vt est in domo, vel in lapidum [illegible]: nam esse [illegible]uius totius, aduenit iam completo, & existenti: & sic est alia ratio totius [illegible] isto toto quod est essentiale de per se, [illegible] illo quod de per accidens. Hanc differentiam ponit Aristot. Ari[illegible]. Physic. tex. com. 69. Arist. 8. Metaph. t. 15.

¶ Ad tertium, concedimus sic esse, vt probatur, quòd distinctio sit ponenda inter duo, quorum hæc ei[illegible]onditio, vt vno incorrupto manente, aliud co[illegible]mpatur. Et quando probatur, quod totum corrumpitur, partibus ipsis remanentibus, primum posset dici sic esse: quia dato esse totius sit esse partium, & quò ad hoc non sit distinctio, est tamen in hoc, quod partes constituunt totum, & constat ex eis, & non ecõtra, parte[illegible] toto: & ob id potest intelligi id quod prius absque posteriori, non tamẽ è contra. 1. Solutio. ad tertiam.

¶ Secundò dici potest, toto corrupto per partium dissolutionem: & partes corrumpi, non [illegible] inquantum esse habebant aliàs, ante compositionem & constitutionem totius, sed in quantum erant partes vnitæ, & ordinatæ, quæ constituebant totum: quia non manent vnitæ, sed dissolutæ potiùs: & in isto sensu, corrupto toto constituto, & corrumpuntur constituentia: quia non erat aliud esse, constituti, & esse constituentium: quod sic explicari potest. Certum est, quòd non eo quòd corpus, neque eo quod anima, totum hominem aut animal constituunt, sed eo quòd sic adinuicem conueniunt, & vniũtur. Si ergo ista vnione facta totum quod constituitur, corrumpatur, & desinat esse, & partes dici possunt corrumpi, pro quanto non habent rationem componentis, aut constituentis, dissolutione facta: & in mort hominis corrumpitur materia: quia non informatur forma illa, & corrumpitur forma: quia non informat materiam illam: & corrupto toto, corrumpuntur & partes, in hoc sensu, in quo esset verum dicere, in morte Christi in illo triduo, quod desinente esse toto, id est homine, & corrupta humanitate per veram mortem in Christo, & partes sunt corruptæ, non in se quidem: quia anima immortalis, & corpus mansit incorruptum, & vtrumque diuinitati coniunctum, sed inquantum erant partes constituentes hũc hominem Christum, corrupto homine, dicuntur & partes corrumpi: quia esse totiꝰ, non est esse partium absolutè: quia etiam si partes essent seiunctæ, constituerent totũ, quod est falsum: sed eò dicitur esse partium esse, esse totius, & esse totius esse, esse partiũ: q̃ quãto ad inuicẽ partes sunt cõiũctæ, & conueniunt in vnum in constitutione totius: & esse totius, quod est partium vnitarum, non manet ipsis partibus separatis. 1. Solutio. S. Tho. 1. 2. q. 4. artic. 5. ad secũdũ. Theo. In. 3. sen. d. 21. S. Tho. 3. p. quæst. 50.

¶ Aliter potest dici: quando aliqua sunt vnum, non potest vnum manere, alio non manente, distinguendum est. Vel sunt illa vnum omnibꝰ modis, & vno corrupto, aliud non manebit. Vel non sunt vnum omnibus modis: & sic non incõuenit quod vno ablato, aliud maneat. Exemplum est. Species humana in Petro, idem est cum in diuiduo, & esse vnum est, & non duo: nam 3. Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non vno esse habet quod sit homo, & alio, quod sit Petrus: aliàs duo esse simpliciter, & substantialiter essent in eo: sed quia non omnibus modis sunt vnum, substracta specie manet indiuiduum. Abstracta (inquã) per intellectum: sic suppositum, & natura sunt vnum in Deo re: sed quia aliquo modo vnum potest intelligi sine alio, conceditur, quod Deus generet: cùm tamen
S.Tho.p.p. 9.39.art.4. negetur, essentia generat. Partium esse, & totius, est vnum; sed non omnibus modis vnum: sed partes vt constituentes, & totum vt constitutum: vnum vt materia, aliud vt forma: & potest intelligi vnum corrumpi quando aliud manet integrum: nõ in illa ratione in qua conueniunt, sed in illa in qua differunt. Et partes manere possunt corrupto toto, pro quanto intelliguntur, non vt vnum, & non vt coniunctæ; quomodo constituebant totum. Ferè ista solutio coincidit cum prima, sed declarat amplius rem. Neque ex hoc sequitur, quod partes causent se ipsas, cùm causent esse compositi vel geniti, quod non est aliud, quàm esse partium, sed solùm sequitur quod componunt totum quod ipsæ sunt, quod ex earum coniunctione resultat: quia terminus illius constitutionis, uel generationis nihil est aliud, quàm ex coniunctione illarum partium fiat vnum totum, quod antè non erat, quia antè coniũctæ non erant. Et quanuis esse partium sit esse totius compositi, dicitur causare nouũ esse: quia hoc esse, quod est partium coniunctarum, ante constitutionem totius non erat.

Tartaretus. ¶ Qui teneret opin. Scoti (vt defendit Tartaretus in. 1. physi. quæstio. 3.) responderet ad argumenta, quæ fiunt contra, vt ipse ibidem respondet. Illud Damasceni intelligi quantum ad partes essentiales, quas cùm Christus assumpsit, nunquam dimisit, vt ibi dictum est.

Ad.2. ¶ Ad secundum posset esse solutio, negãdo quòd idem numero reddat: nam dato esse totius esse, sit aliud ab esse partium, posito corrumpatur per additionem, aut diminutionem, aut partium transmutationem: si pòst pars illa addatur, vel partes rursus coniunguntur eodem modo vt antè, erit aliud esse numero productum per aliam numero partium coniunctionem.

PRIMA SPECVLATIO libri primi physic. De principijs rei naturalis.

QVia de principijs primò consideratio venit in traditione scientiæ vt ex Aristotel. probatum est, quæritur, vtrùm rerum naturalium principia solùm sint duo, vel plura.

¶ Videtur, quòd solũ sint duo principia. 1.Argumẽ.
Illud dicitur principiũ rei naturalis, quod intrat eius compositionem, & essentiam: sed solùm materia & forma substantialis sunt huiusmodi, vt docet Arist. in isto. 1. Aristot.1. Physic.tex. 65.
libri: ergo non sunt nisi solùm duo principia.

¶ Et cõfirmari potest ex definitione principiorum posita ab Aristote. quæ talis est. Confirma.
Quæ non fiunt ex alijs, neque ex alterutris, sed omnia fiunt ex eis: sed materia, & forma sunt huiusmodi: quia materia non fit ex alia materia, cùm ipsa sit ingenerabilis, & incorruptibilis: vt infrà probabitur. Nec forma similiter generatur, neque corrumpitur, sed totum, est quòd generatur, vel corrumpitur. Neque materia ex materia, neque forma ex forma, neq; materia ex forma, neq; è contra. Et omnia fiunt ex istis, quia nulla res naturalis est, quę nõ constet ex materia & forma, sequitur ergo quòd solũ sunt duo principia rei naturalis. Specu.4.

¶ Probo quòd sint. 4. principia. Illud dicitur esse principium rei naturalis, quod est causa: sed causæ sunt. 4. & non solùm duæ, scilicet finalis, efficiens, formalis, & materialis: ergo tot erunt principia rerum naturalium: non ergo solùm sunt duo. Argumẽ.2. Arist.2.Poste.tex.11. & 2.Phy.t. com.27.28 & 1.Meta. tex.3.

¶ Tertiò. Non sunt solùm tria principia rerum naturalium. Patet. Si essent solùm tria, esset materia, & forma, & priuatio: sed priuatio non potest esse principium. Patet. Illud dicitur esse principium, quod dat esse, aut causa principiati est & compositionem intrat: sed priuatio nõ dat esse, neque intrat compositionem rei: quia esse solùm potest dare, quod actu est: quia omne quod agit in tantum agit, inquantum actu est: sed priuatio actu non est: imò actu priuat, & nihil dicit, sicut tenebræ dicunt absentiã lucis: ergo neq; intrat compositionem: quia quod non est, pars com S.Tho.1.2. quæst.9.

compositi non erit.

Argumẽ.4. ¶ Probo quòd principia rerum naturaliũ non sint contraria. Quia si contraria, vel esset, quia materia, & forma sunt principia, vel quia materia, & forma, & priuatio: sed nullo modo istorum potest intelligi cõtrarietas: nam si materia, & forma intelligantur principia: cùm maneant in eodem subiecto: contraria (ipsis manẽtibus simul) constituerent rem naturalem: quod repugnat. Item: quia materiæ nulla forma contraria est: nũ ipsa susceptiua dicatur esse cuiusibet formæ. Neque potest intelligi cõtrarietas materiæ ad priuationem, neque formæ ad priuationem: quia contrarietas inter positiua est: sed priuatio positiuum non est: ergo non potest esse contrarietas.

In contra. Aristote. 1. Physi.t.67. ¶ In contrarium est quod ait Aristo. quòd principia dicendũ sunt quodammodo vt duo, & quodammodo vt tria, & quodammodo vt contraria.

Nota quòd nõ sunt idẽ causa, & principiũ. ¶ Pro solutione notandum primò, quòd non est idem quærere, quot sunt rerum principia, & quot sunt rerum causæ: nam hoc ad. 2. Physic. & illud ad primum. Principium enim dicit ordinem: causa tamen vltra hoc & influxum ostendit. Et quanuis principij nomen ad causam se extẽdat omnem, hic tamen solùm ad partes rei essentiales, vt de principiũ motus. Quapropter cum Deus, & intelligentiæ, & solæ causæ dicantur rerum: in præsentiarum principium non dicuntur.

Notam.2. Arist.t.42. 1.Physi. ¶ Secundò, consideranda venit principij definitio, quam Aristo. subijtis ponit verbis. Principia sunt, quæ neq; sunt ex alijs, neque ex alterutris, sed omnia fiunt ex illis: vnij ly, ex, quantus soleat dicere principium causalitatis in omni causarum genere, hic tamen specialiter de essentialibus principijs intelligitur, aut termini à quo.

Corolla. 1. Elementa nõ sunt principia prima. ¶ Ex ista definitione sequitur, quòd elementa non sunt principia prima, quia ipsa ex alijs tanquam ex principijs essentialibus, scilicet, ex materia, & forma fiunt, ex quibus quodlibet elementorum constat. Item: quia mixtum cùm fiat ex elementis, non fit ex ipsis sicut ex partibus essentialibus: vt inferiùs in libris de generatione erit differendum, licèt ex eorum actione mutua mixtum consurgat per generationem. Materia ergo principium erit, quia non ex alio tanquam ex parte essentiali, & forma similiter non ex alia: tamen omnia fiunt ex ipsis.

¶ Sequitur secundò, non repugnare naturæ principiorum primorum fieri ex alijs, si ly, ex, denotat principium alterius causæ ab essentiali: quia forma fit ex materia tanquam ex subiecto: nam educitur de potentia materiæ: & materia fit ex forma, pro quãto actuatur, & perficitur per formam, cùm non possit esse naturaliter sine forma. Corolla. 2.

¶ Tertiò, sequitur non repugnare quòd ipsa principia prima sint composita ex suis partibus integrantibus: nam partes integrantes non habent hic nomen principij primi. Nec repugnat principia esse ex alio tanquam ex causa efficienti: nam forma ab agente est, dato Aristotel. materiæ non cognouerit causam efficientem: quia modum creationis, quæ à solo Deo, non intellexit: eo modo quo fides tenet ob quã eam in generabilem, & incorruptibilem posuit, de quo infrà. Corolla. 3. S.Tho.p.p. q.44. 1.Phy. tex. com.28.

¶ Tertiò notandum, quòd cõtrarietas dupliciter sumitur, scilicet, cõmuniter, & propriè. Communiter, illorum est, quæ non possunt simul denominare idem, sed bene successiuè: & sic ait Aristo. 5. Physic. quòd motus est de contrario in contrarium, intelligitur contrarietas inter albedinem vt 4. & albedinem vt. 8. quando motus dealbationis ab albedine, vt. 4. ad albedinem, vt. 8. fieret. Et isto modo priuatiuè opposita contraria dicuntur: & contradictoria similiter: vt videns, & cæcus: album, & non album. Notan.3. Aristote. 5. Physic. a. t. 48. vsq; ad 53. t.

¶ Secundo modo, cõtrarietas sumitur propriè quando est oppositio maximè distantium in suo genere, non potentium simul denominare idem, sed bene successiuè: vt albedo, & nigredo: caliditas, & frigiditas, de quibus infra.

¶ Quartò notandum, quòd priuatio dupliciter dicitur. Propriè, & impropriè. Propriè est illa, quæ carentiam dicit, nullam per se habentem entitatem: vt cæcitas, & tenebræ: licèt subiectum aptum natũ dicant: sicut loquitur in. 1. Physi. & 5. Metaphysic. Impropriè priuatio est forma positiua ad perfectiorem comparata: vt loquitur Commentat. 3. de anima, quòd nigredo est albedinis priuatio: & frigiditas caliditatis. His dictis, sex conclusionibus respondetur. Notan.4. Aristote. 1. physi.t.79. & 5. Meta. tex.26. Cõmenta. Aristot. hic tex.50.

Universidad de Deusto Biblioteca

1. Cõclusi. ¶Prima cõclusio. Principia prima rerum naturalium non sunt infinita. Patet: quia principia non essent cognoscibilia, cum infinitum non sit cognoscibile, quod si non essent cognita, neque res naturalis cognosci posset: neque scientia naturalis esset.

Ratio. 1. Phy. t. 1. t. 45. & 3. Physi. text. 65.

Ratio. 2. ¶Secundò. Frustrà per plura fiunt, quæ possunt fieri per pauciora: & à fortiori frustrà per infinita, quæ per finita: sed res naturalis fieri potest, & essentialiter constare ex finitis, & numero paucis principijs primis: ergo non sunt ponenda infinita principia: Aristo. hic.

Arist. in prædi. ca. 6.

2. Cõclusi. ¶Secunda conclusio. Principium rei naturalis primum non solùm est vnum. Patet. Principia rei naturalis prima, sunt contraria, vt probabitur: at contrarietas in vno non reperitur, cum sibi ipsi nihil contrarium sit: sequitur ergo quod non est vnum solùm principium. Quòd principia sint contraria, constabit infrà.

Ratio.

Arist. in prædi. cap. 6.

Ratio. 2. ¶Secundò, Principia rei naturalis prima, illa sunt, ex quibus constat res essentialiter: sed non ex vno constat solùm: quia nõ ex materia solùm, neq; ex forma sola, neq; ex priuatione sola: ergo nullo modo vnum solùm principium rei naturalis est. Ibidem Aristo.

3. Cõclusio ¶Tertia conclusio. Principia rei naturalis prima, essentialiter constituentia rem naturalem, & intrantia eius compositionem, sunt solùm duo. Patet. Illa solũ sunt principia rei naturalis, quæ cõstituunt rẽ naturalem, & dant esse substãtiale: sed hęc solùm sunt duo, scilicet, materia, & forma substantialis: ergo solũ sunt ista duo principia.

1. Ratio.

2. Ratio. ¶Secundò. Si essent plura quam ista duo, vel esset, quia intraret rei compositionem, essentialem aliud à forma substantiali, & materia: vel quia solùm esset causa ab extra rei naturalis: si primum datur: vel illud est forma, vel materia: si forma: ergo vel informans materiam, vel non: si informans, & simul cũm alia forma, iam res naturalis ex duabus formis substantialibus esset composita, & esset in duabus speciebus, & esset vna res, duæ. Quòd si forma alia sit ibi, & non informat, non intrat compositionem & substantiam eius, neque forma rei dicenda est. Et de materia alia, si ibi esset similiter, quia vel informata, vel non: si informata: vel ab vna eadem forma, quæ aliam informat materiam. Et quidem non potest stare, quòd vna forma duas immediatè differẽtes informet materias, maximè cùm vna sit rerum omnium, licèt Sanct. Tho. aliter sentiat. Quòd si dicas hoc aliud non esse formam, neque materiam, & intrare constitutionem essentialem rei naturalis, iam sequeretur, quòd materia & forma nõ sufficerent ad constituendum, quòd repugnans est. Neq; potest dici quod sit aliud principium per hoc ab extra. Ratio est: quia hic solùm de principijs intrinsecis est sermo. De alijs autem agitur in talibus principijs, quæ esse dant naturale, non est curæ in præsentiarum, quando de rerum constitutione, quòd ad essentiam earum loquimur. Dixi, principium constituens intrinsecè: pro quo sit.

S. Tho. p. p. q. 66. ar. 2. Abulen. sup gen. & b. Bona. in. 2. dist. 12. Ochã. in. 2. q. 22. Argẽ. & Aegidius. in. 2. dist. 12.

¶Quarta conclusio. Principia rei naturalis intrinseca sunt tria, materia, forma, & priuatio. Probatur. Principia intrinseca rei naturalis sunt materia, & forma, vt suprà dicta. 3. conclusio probat: sed vtra etiam priuatio est principium intrinsecũ rei naturalis. Patet: impossibile est aliquid naturaliter transmutari, nisi concurrat priuatio formæ acquisitæ, vel deperditæ: quia in acquisitiua (qualis generatio est) priuatio intelligitur terminus à quo, vel principium intrinsecum: nam ibi in materia illa, quæ subiectum est transmutationi, intrinsecè priuatio non esset formæ generandæ, nunquam esset transmutatio, vnde res naturalis non fieret. Quapropter cœlum non generatur, nec transmutatur: quia huiusmodi principium intrinsecum deest. Et si ex albo fiat album, priuatio intelligitur in termino à quo: quòd si sit deperditiua transmutatio, etiam ibi priuatio intelligitur in termino ad quem: nam si non intelligeretur priuatio formæ præexistentis, nunquam esset transmutatio per acquisitionẽ nouæ formæ.

4. Cõclusio Ratio.

S. Tho. p. p. q. 66. art. 3.

¶* Aduerte Platonem in Timeo tria posuisse principia, vt docet Aristo. at non eadem: ille enim materiam ideam & Deum posuit, hic tamen materiã formam & priuationem. Platonis sensus ex sequẽtibus erit notus.

¶Quinta conclusio. Dicta priuatio licèt dicatur principium intrinsecum, vt docet Paulus Venetus in sua summa lib. 1. capit 6. conclusio. 1. non tamen debet dici principium communiter dicta: quia simul idem denominare non possunt: sequitur ergo contraria esse principia. Maior probatur: quia si non esset formæ priuatio, & forma aduenienis, nunquam esset transmutatio, vt probatum est. Sit minor ex notabilibus constat: quia non stant simul priuatio albedinis in præsentia nigredinis, & albedo ipsa.

5. Cõclusio

Venetus.

¶Dixi, priuationem esse contrariam formæ, non tamen intelligas quamlibet, sed proximam: quia nõ ex quolibet fit quod libet. Si enim priuationem intelligamus in generatione alicuius formæ substantialis, & in transmutatione accidentali formæ accidentalis, oportet proximam considerare, velut necessarium principium, & per se requisitum: vt equus non est immediatè ex ligno, sed ex semine, neque ex semine immediatè: quia multæ mediant formæ ante introductionem formæ equi. Si ergo dicimus, quòd equus sit ex non equo: intelligas ex non equo proximè, puta ex embrione: aliàs si non sic intelligamus priuationem proximam, equus esset ex ligno: quia non equus lignum est, & ex lapide: quia non equus lapis est. Et sic dici solet, quòd non equus, & non albus possunt capi vel infinitanter, pro quocunque quod non est equus, & non albus. Alio modo capiuntur priuatiuè, pro illo subiecto, quòd est aptum proxima dispositione ad formam. Et isto modo accipitur priuatio ab Aristotel. quando dicit eam esse principium rerum naturalium. Dicitque quòd priuatio, & forma sunt duo contraria necessaria ad generationem: ergo ipsa principia generationis contraria, dicuntur esse requisita in fieri, & non in facto esse: quia cùm res facta est, iam non manet priuatio eiusdem rei, quæ fuit principium illius generationis: vt si ignis generetur, oportet sit priuatio in subiecto, scilicet, non ignis: & si non esset talis priuatio, nunquam in carbonibus generaretur ignis: sed ipso igne genito, iam non est amplius priuatio non ignis, quia iam est actu ignis forma.

Aristo. 1. Physi. t. 70.

¶Dixitq; conclusio ex ipso. Aristo. ipsa tria principia rei naturalis esse velut tria, & contraria: quia contrarietas non est propria inter formam, & priuationem, quam ponit Aristotel. nam non est contrarietas in transmutatione naturali inter formas substantia

cipium constitutionis: quia talis priuatio (licèt sit intrinseca) non constituit rem naturalem, neque in transmutatione acquisitiua, neque in deperditiua, sed solùm constituit rem intrinsecè res naturalis ex materia, & forma: vt in quarta conclusione dictum est: & ideo nulla est repugnantia inter. 4. & 5. conclusio. Ob quod nõ esset absurdum dicere, priuationem ipsam principium quidem esse rei naturalis, extrinsecum tamen, in hoc sensu, quia non constituit rem. Tamen aliter extrinsecè quã causa efficiens, agitur, vt consta, eò quòd priuatio in subiecto [illegible]: & ob id Aristo. priuationem principium per accidens dicit.

Aristo. hic tex. 66.

* Et potest dici principiũ per se quo ad fieri naturalis, sed non primò: principium in quo non per se, quia præcedit priuatio ipsum fieri: & est necessariò cõiunctum subiecto principali ipius fieri: quia si materia non esset priuata forma rei producendæ, nõ sequeretur productio: & quia materia est primum subiectum per se. Priuatio secundò dicitur principium, & Aristotel. vocauit principium per accidens, quia solùm ex proposito principia rei naturalis essendi inquirit, & nõ fiẽdi, & est in primo modo perfectitatis, quia priuatio est de ratione motus, & fieri: nam omne qd̃ mouetur, & fit, ideò mouetur & fit, quia tendit ad aliquem terminum quo erat priuatum ante motum & productionem: vt si ex nõ albo fiat album, &c.

6. Cõclusio ¶Sexta conclusio. Principia rei naturalis sunt vt duo: sunt vt tria: sunt vt contraria. Prima, & secunda pars probata est. Nam sunt vt duo: quia materia & forma, solùm sunt quæ intrinsecè, & essentialiter constituunt rẽ naturalem, vt. 4. probat conclusio.

¶Secunda pars (quòd sunt vt tria) patet: quia priuatio est etiam principium intrinsecum rei naturalis, licet non constituat. Intelligit enim ipsa priuatio in omni transmutatione, vt docet. 5. conclusio.

¶Tertia pars est, quòd ipsa sint contraria, quæ modò probanda venit. In omni generatione concurrunt aliqua principia contraria: quia (vt ait Commentator) nihil generatur, nisi vbi aliud contrarium corrumpitur.

1. Ratio. Cõment.

¶Item. Cuiuslibet transmutationis principium intrinsecũ cõsideratur forma, & priuatio: sed ista contraria sunt, contrarietate

2. Ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

substantiales,neq; inter accidentales: sed inter formam,& priuationem ponit huiusmodi cõtrarietatem:nam ipsa forma quæ expellitur inquãtum est quid positiuum, non habet rationem principij in generatione,cum potiùs corrumpatur, tanquam generationi obuians. Sed quia de ratione generationis est nouum esse acquirere, optimè dicitur priuationem formæ præcedentem,esse principium tanquam terminus necessarius à quo, in ordine generationis.

Aristote. in prædica.ca. 5.&.14. Metap. c. 1. Cõtra. inter forma & priuationem.

¶ Aliqui cùm substantiæ nil sit contrariũ (teste Aristot.in prædicamento substantiæ)hic ponit contrarietatem inter formã & priuationem:sed tamen est contrarietas, communis, & impropria: quia contraria propriè sunt duo extrema, contra se posita,quæ non sunt nisi respectu alicuius certæ latitudinis: vt albedo, & nigredo in latitudine colorum: & calor summus, & summum frigus in alteratione: & contraria propriè sunt, quæ maximè distant, & quæ per se ipsa mutuò se expellunt: ob quod in eodẽ subiecto nõ possunt esse nisi in gradibus remissis simul,vt vnũ possit cõtra aliud prẽualere:ex nigro per mediũ fit album,& ex amaro dulce: & quia in prædicamentis sola qualitas recipit magis, & minus,solùm ibi propriè contrarietas:cæterùm,substantia pro toto non recipit, & sic nulli erit contraria. Et cùm forma substantialis(quæ etiam dici potest substantia) non sit intensibilis, & remissibilis,nec se compatitur in eodem subiecto simul cũ alia forma substantiali: sequitur quòd nõ poterit propriè habere contrarium: ob id contrarietatem dicimus esse impropriè inter formam ipsam substantialem,& priuationem formæ,de quibus infrà latius.

Duo cõtraria possunt esse simul, remissem.

Duæ formæ substãciales non possunt esse simul.

Ad argum.

¶ Ad primum patet solutio ex dictis in quæstione:siquidem ita est, quòd principia intrinseca constituentia rem naturalem solùm materia, & forma sunt: quia ex eis tanquam ex naturis constat: sed quia priuatio intelligitur principium intrinsecum in re, ratione cuius fiunt naturales trãsmutationes,non solùm sunt duo principa, sed tria: nam (vt ait AEgidius Romanus exponens quomodo album ex nigro) si albedo nunquam separaretur à subiecto, nunquàm generaretur album: quia si generaretur, vel esset ex nigredine, vel educeretur de potentia subiecti, quod esset potentia album. Ex negredine enim generari non posset:quia est per se contrarium. Nec ex potentia subiecti educi posset. Hæc AEgidius. Ecce quomodo requisita est priuatio, vt principium: & ob id (vt diximus) in cœlo non est naturalis transmutatio: quia forma non separantur à subiecto, neque est priuatio ibi.

Aegidius.t. 44.du.3.

S.Tho.p.p. q.9.art.2.

¶ Ad confirmationem etiam quæsitet responsio: nam licet ad constitutionem sufficiens sit materia, & forma:tamen ad huiusmodi naturalem transmutationem,requisitam,ante rei naturalis constitutionẽ, oportet intelligere priuationem. Ad id autem quod tangitur in argumento, quòd forma substantialis non generatur sed totum, infrà respondebitur quia est proprius: demus nunc esse: semper tamen manet verum priuationem esse etiã principium simul cum materia: & forma.

Ad confir.

In hoc.1. specu.8.

¶ Ad secundum ex primo notabili respondetur. Non enim idem est principium, & causa hic: quia principium dicit rationem prioris, & intrinseci, & non influxum: & quia causa efficiens, & finalis dicunt influxum,& non quid intrinsecum,non habẽt quòd tales causæ hic nomen principij sortiantur.

Ad secundũ

¶ Ad tertium dicendum, priuationem esse principium intrinsecum, vt probatum est: & in tantum est verum, quòd ea seclusa, non esset transmutatio:non tamen constituit,quia non manet facta trãsmutatione. Et non dicitur principium priuatio quia agit,cùm materia sit principium rei naturalis,tamen non agit,sed potiùs patitur: sed dicitur principium, quia supponitur priuatio,& absq; ea non esset naturalis transmutatio.

Ad tertium

¶ Ad quartum dicendum quòd principia rerum naturalium dicuntur esse contraria, non quia materia formæ, vel materia priuationi opponatur, vt bene probat argumentum, sed quia forma priuationi contraria est. Et dato contrarietas propriè dicta in qualitatibus positiuis inueniatur sed large, & communiter quando duo mutuò se expellunt,rationem habẽt contrariorum: sic forma, & priuatio contrariantur: quia albedo ex non albo fit,tanquam ex termino a quo:& quando est albi forma,iam nõ album quod erat albi priuatio,non manet. Et Aristote. non dixit absolutè, huiusmodi principia esse contraria,sed vt contraria. Et quãuis duæ formæ substantiales diuersæ dicãtur, quia non simul se compatiuntur in subiecto, sed nõ contrariè,quia substantiæ nihil est cõtrarium,neque primæ substantiæ: quia non recipitur in subiecto,nec formæ substantiali,quia non intensibilis,& remissibilis,sed indiuisibiliter est:quia sicut numeri, se habẽt formæ specificæ:tamen forma, & priuatio cõtraria dicuntur in isto sensu: quia agunt per actionem contrariorum accidentium expellens formam diuersam, expellit priuationem,introducendo propriam formam au modum contrariorum: vt si in ligno sit priuatio formæ ignis, ignis per calorem expellendo formam ligni introducit formam propriam, & priuationem formæ ignis infert,ad modum quo contrarium expellit contrarium.

Ad quartũ.

Aristo.vbi suprà.

Aristo. 8. Meta. text. cõm.10.

¶ Quia de principijs sermo est,in ista speculatione,paucis dicemus,quæ latè Arist. de principijs adducit contra philosophos, qui variè de rerum naturalium principijs fuerunt loquuti.

11.Opinio. & principijs

¶ Duodecim fuere opiniones. Sex ponentium vnicum principium, & tres ponentium infinita principia. Et isti opinantes fuerunt in extremis. Alij tres fuerũt in medio,qui fuerunt non vnum: vt illi qui primò fuerunt opinati, neque infinita, vt illi qui in.2.loco.

Primò. Melissus.

¶ Primò sese offert Melissus, qui vnicum posuit principium infinitum, & immobile, qui nullam posuit contrarietatem in principijs,

2. Parmeni.

¶ Secunda opinio fuit Parmenidis, qui vnicum ponens principium, secundùm rationem dixit esse finitum:& secũdùm apparentiam posuit contrarietatem calidi,& frigidi, quam appellauit ignem, & terram.

3.Thales. 4.Diogenes 5.Heracli. 6. Anaxim.

¶ Tertia fuit Thaletis, qui aquam solùm posuit principium.

¶ Quarta, Diogenis,& Anaximenidis,dicentium esse aërem.

¶ Quinta fuit Heracliti,qui posuit ignem.

¶ Sexta fuit illorum,qui ponebant vnum principium,sed medium inter aquam, & terram, vel aërem,& ignem.

Omnes vnum solum posuerunt principium rerum naturaliũ.Cõtra quos Arist. latè in isto. Physicorum ad nauseam disputat,atque sine fructu. Nunc huiusmodi opiniones non est qui in aliquo putet habere apparentiam: licet tempore ipsorum philosophorum fuerint alicuius momenti:vt videtur ex vehementia, qua impugnat Aristoteles.

7. Anaximã

¶ Anaximãder .7. & deinde Anaxagoras principia posuit infinita similaria in vnaquaq; specie,vt infinitas particulas carnis: infinitas particulas ossis, &c. quę separatę ab vno Chao,vbi oës ab initio fuerũt permixtæ. Sed Anaximander putauit Chaos fuisse principium primum similarium particularium.

8. Anaxag.

¶ Octaua fuit Anaxagoræ,qui putabat illas partes similares fuisse principiũ Chaos illius. Et non ponebat principia contraria: quia ponebat quodlibet latitare in quolibet actu, quod est contra naturam contrariorum.

9. Democri.

¶ Nono loco se offert Democritus,qui infinitas ponebat atomos, omnes omnium rerum eiusdem speciei essentialis,sed solũ positione & figura differebant,vt in text. 41.Aristo. Et isti tres fuerunt in alio extremo,ponentes principia infinita.

10. Plato.

¶ Decimam opinionem habuit Plato, & est media inter extremas,qui posuit principia finita,& contraria ex parte materię: magnum,& paruum. Et principium formale ponebat ideam cuiuscunque speciei. De quo textu.32.

11. Pytha.

¶ Pythagoras ponebat principia contraria,Par,& impar. De quo tex.48.

12. Emped.

¶ Duodecima & vltima,que proxima vero,fuit Empedoclis,qui posuit rerum principia.4.elementa,in quibus est contrarietas,ex quorum mutua actione mixta generantur.

¶ Isti tres vltimi contraria ponebant principia:sed post omnes philosophorũ princeps Aristo.rerumque meritò naturalium indagator exactissimus,& velut monstrũ in natura (vt ait Hierony.) posuit (lynceis oculis contemplans res naturales) principia,finita quidem,& non vnum,sed tria, & hæc contraria, materiam, scilicet, formam,& priuationem, vt declaratum est. Hanc omnes postea philosophantes sunt amplexãti sententiam, tanquàm veram, omnibus alijs longè à tergo relictis.

Hieronym.

* Et Aristo.tex.50.de principijs loquẽs ait, semper manere in hoc sensu, quia prima materia non est ex alia materia, neque prima forma ex priori, neque prima priuatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

uatio ex priori priuatione, neque sunt ex alterutris, & in hoc distinguūtur hæc prima contraria à posterioribus, & dictum Arist. non rectè intelligitur in sensu quo Burleus in isto primo adducit Liconiensem, quia, scilicet, manet semp forma corpereitatis cùm materia, quæ est in generabilis & incorruptibilis, quia talis forma corporeitatis non est necessariò ponēda, vt infrà suo loco. AEgidius Roma. intellexit Aristot. de permanentia principiorum loquutum in hoc sensu, vt maneat semper, non in particulari, sed in cōmuni: quia sicut ista est vera semper erit homo, nō tamē nic homo, sic ista semper erit materia, forma, & priuatio. Sed tamen non videtur hic sensus Aristo. quia esset permanentia rationis non & realis: ob id primus sensus videtur cōueniens, in quo sensu etiam est verum, primum efficiens manet, quia nō ex alio priori, & primus finis, quia nō pendet ex alio fine.

¶SECVNDA SPECVlatio primi Physi. Vtrùm materia, quæ vnum ex principijs rerum naturalium est, sit potentia pura, & materia nuda, et ipsa sit res naturalis.

1. Argumē. Aristot. 1. Physi. t. 79. & 1. de gene. tex. 11.

ET videtur quòd non. Quod non habet esse, non potest esse principium essendi: quia nemo dat quod non habet: sed materia non habet esse: cum sit pura potentia, vt docet Arristo. ergo non potest esse principium rei naturalis.

Secundò. ¶Secundò. Illud quod est principium alicuius rei, potest intelligi, & inueniri sine tali re: sed materia prima nunquā inuenitur, neq; intelligitur per se, quia pura potētia est, sed semper cū forma: ergo non est principium rerum naturalium.

Tertiò. ¶Tertiò. Aliqua est res naturalis, quæ nō habet materiam: ergo non est materia rerum naturalium principium. Patet de anima rationali, quæ est res naturalis, maximè à corpore separata, & tamen nullam habet materiam, cùm sit spiritus, & absque quantitate molis.

¶Item. Cœlum est res naturalis, & tamen non habet materiam: quia aliàs cùm omne quod habet materiam sit corruptibile, cœlum posset corrumpi, quod est contra Aristotelem. Aristo. 1. de cœlo. tc. 10

¶ Quartò. Color, & alia accidētia sunt res naturales: tamen nullam habent materiā, vt principium sui: quia color est qualitas, vt docet Aristo. ergo non includit materiam, quæ substantia est: ergo non omnis res naturalis ex materia est. Quartò.

Aristo. Aristote. p. Phys. 1. cō. 80. & 2. physic. tc. cōm. 88. & 3. Physi. t. 66. 1. Phy. t. 83.

Probatur de luce, quæ est qualitas actiua consequens formam solis, vel corporis lucidi.

¶ In contrario est quod Aristo. in multis locis tradit.

¶ Pro solutione, oportet primo proponere materiæ quidditatem, & definitionem, quæ talis est. Materia est subiectum primum cuiuscunque rei, ex quo fit aliquid, cùm insit, & non secundum accidēs. Primùm in definitione ponitur, ad differentiam subiecti accidentis: quia subiectum quo, est quantitas: quia omnia accidentia in quantitate subiectātur: vt in prædicamento quantitatis probatum est: & in sacramento Eucharistiæ (secundum doctrinam Sanct. Thom. sapor, color & cætera alia accidentia non sunt absque subiecto: quia in quantitate subiectantur, quę sola absque subiecto manet. Et subiectum quod, accidentium, est totum compositum, quia accidentia sunt in toto composito, & ipsum denominant, & actuant, & informant: sed tamen vtrumque, & quo, & quod, non dicitur subiectum primum, cùm præsupponatur esse compositi, quòd est per formam substantialem, cui subijcitur materia. S. Tho. 3. p. q. 77. ar. 2. Ari. o. 1. de generat. text. 24.

¶ Alia particula, ex quo fit aliquid, cùm insit, ponitur ad differentiam priuationis: siquidem dato priuatio sit principium rei naturalis, nō tamen manet: & non est constituens rem naturalem: vt in præcedenti speculatione probatum est. Materia tamē est principium eò, quòd ipsa intrat rei constitutionem, & manet in cōposito. Et excluditur etiam terminus à quo, qui includit formam contrariam, quia non manet: vt ex vino fit acetum, & tamen vinum non est hoc modo materia aceti: quia non manet vinum in aceto. Et mixtum fit ex elementis: sed tamen non manent formaliter Infrà. 1. de gene. speculatione. 20.

maliter in mixto, vt in libris de generatione probabitur: ob id non dicuntur materia mixti, modo, quo hic de materia loquimur.

¶Illa particula (& non per accidens) ponitur ad differentiam subiecti accidentium, quòd cū forma aliquid constituit, non substantiale, sed accidentale. Sed materia de qua in præsentiarum, principiū primum est, quòd recepta forma substantiali, cum insit, non de per accidens, sed substantiale esse, resultans est.

Differentia inter materiā, & subiectum accidētium. ¶Et quantum latissimè patet differentia inter subiectum, quod materia est, & subiectum accidentium, quia subiectum accidētium dat accidētibus esse: q de ratione accidentis est in esse: at materia ipsa (quę formæ substantialis subiectum est) nō dat formæ esse, sed recipit potiùs: quia per eam actuatur, & exit potentia ad actum: quāuis ipsa materia dicatur sustinere, & cōseruare formam: tamen esse non dat, sed recipit potiùs.

Discert. 2. ¶Ex hoc sequitur vnum aliud discerniculum, q ex materia, & forma substantiali vnum fit ens per se nō tamē ex subiecto, & accidenti: Arist. 8. Meta. tex. 15. quia adueniens accidens enti completo. Ex hoc modus loquēdi dimanat, vt licet vtrūq; materia dicatur, & quæ subiectum accidentiū, & quæ rei naturalis principium: hæc dicatur materia ex qua, & illa in qua. Ratio est: quia esse subiecti, non constat ex esse accidentis, sed potiùs cōmunicat accidenti suū esse, ob id materia in qua vocatur: sed esse substantiale constat ex materia tanquam ex aliquo, à quo habet totū esse, ob id illa materia vocatur ex qua, & nō in qua. Vnde est conclusio, quæ talis est. Aristote. Materia ex qua. Materia in qua. Conclusio. Ratio. 1.

¶Materia quæ principium est rei naturalis, necessariò ponenda est. Probatur: illud est necessariò ponendum, sine quo res naturalis cōstare non potest: sed absque materia, tanquam principio intrinseco res naturalis constare non potest: ergo ipsa necessariò ponenda est. Maior nota est. Minor probatur: quia si constare potest, ergo vel ex sola forma, vel aliquo alio cum forma: sed nō ex sola forma, quia ipsa per se non facit rem naturalem: neque per se sola stare potest (seclusa anima rationali.) Neque cum aliquo alio: quia quæro de illo alio: vel materia est: & habeo quod intendo: vel non est materia: & tunc quæro, vel illud habet aliàs esse, vel solùm per informationem formæ nunc habet: si aliàs habet esse, sequitur quòd nunc per formā non constituitur vnum per se, & neque res naturalis erit: si non habuit esse, sed solùm erat in potentia, & nunc primò actuatur: hoc ego voco materiam: ergo materia necessariò ponenda est.

¶Secundò. Determinatus effectus producitur in rerum natura ab vno agente determinato: ergo necessariò est ponendum id, per quod talis contingit in natura determinatio: sed hoc sola materia est: ergo materia necessariò ponenda est. Consequentia prima est bona, quæ habet vicem maioris: sed minor probatur. Omne agēs naturale productiuum alicuius effectus de se, est productiuum plurium similium: quòd ergo vnum solùm producat, & non plures, oportet dare causam: sed hæc sola materia est: nam si igni applicentur plura combustibilia, in omnibus producit ignē: & si vnum solùm, solum vnum ignem producet, & nō ex alio, nisi quia materia vna vbi vnum: & plures materiæ (licet eiusdem rationis) vbi plures ignes: ergo materia ponenda est. Ratio. 2.

¶Tertiò illud est ponendum, quod omni actioni naturali præsupponitur: sed hoc materia est, quæ omni substracta est actioni. Patet: quia si actio aliqua naturalis absque præsupposito esset: tam sequeretur cōtra illud receptissimum omnium philosophorum, quòd ex nihilo, nihil fieret: sed hoc est verum, ex nihilo nihil fieri: ergo est necessarium, vt quod fit, ex aliquo fiat: sed hoc materiam dicimus: ergo necessariò materia ponenda est: & Aristot. eam ponit, & præsupponit vt necessariam. Atque in re tam compertissima nō est opus adducere varias rationes, quæ à S. Tho. & doctore subtili adducuntur, probantes necessitatem materiæ, eo quòd nullum agēs naturale creare possit: & oportet materiā præsupponi actioni. Erit enim inferiùs tractandum, an creaturæ virtus ad creationem se possit extendere: nunc solùm contendimus explicare, qualem locum in rebus naturalibus teneat materia, & quàm necessariò, vt principium intrinsecum sit ponenda: sed quòd per similitudinem possit intelligi videamus. Ratio. 3. Aristo. 8. Meta. text. cōm. 4. 1. Phy. rebf. cōm. 34. & 11. Meta. 1. commen. 5. Aristot. 2. & 3. physi. S. Tho. p. p. q. 45. Scot. 2. sen.

¶Materia enim intelligi debet in mundo hoc visibili, & sensibili, velut quædā informis

Universidad de Deusto Biblioteca

mis massa,seu cera,quæ cùm sit informis,
nullā in se habens determinatam formā,
potest tamen aliam,& aliā recipere, secun
dùm quòd alia,& alia eiusdē materiæ pars
contrahitur,& actuatur per formam ali-
quam,seu figurā:vt si intelligamus sigillū
impressum dare formā sigilli: sic materiæ,
vt iā illa pars ceræ quę antè informis erat,
dicatur quoddam figuratum, & sigillatū:
cùm ipsa forma,vel figura sigilli, antequā
forma,vel regis figura, aut stemmata eius
essent impressa in cera, aut massa,solū ma
teria erat absq; forma tali considerata:per
adu[illegible]tum tamen sigilli,iam res aliqua dici
tur cōstituta,cuius pars ipsa cera est,& es-
sentialiter,& substantialiter rem cōstituit.
Et sicut in illa parte ceræ regis figura est
recepta:recipi potuit ducis, aut Imperato
ris:sic erat illa pars in potentia ad hanc,si-
cut ad aliam,& quanlibet poterat suscipe-
re.Quòd si tale subiectum tu secludas, vbi
illa sigilli impresio recipiatur, nunquā ali
quod dabis sigillatum, aut figuratum : sic
si hanc,quam vocamus materiam, princi-
pium rerum naturaliū secludas , nihil erit
formatum,aut constitutum in rebus. Pro
posita ergo ipsa materia per aduentum al
terius,& alterius formæ,intelligere res na
Aristo.1.de Generatiōe te.43.&.8. Meta.t.cō. 4. Aristote. 7.Met. tex. 22.&.24.
turales cōstitui, difficile non est,sed absq;
ea capere est imposibile.sic Aristo.susce-
ptiuum omnium formarum vocat. Atque
hæc de materia , quæ prima est, volo sint
dicta. Nam materia,quæ secunda vocatur,
ex qua res per artem constituūtur, & suas
habet formas artificiales accidentales, pu
ra potentia non est,neq; pura materia, sed
potiùs res naturalis actu existēs ex sua pri
ma materia& forma,substantiali.
*Idem sentit de materia Plato in Timeo,
cum Aristo.& Plotinus in lib. proprio de
materia.Materiam ergo ponimus cùm re
ctè philosophantibus: neque excludimus
eam,sicut Iustinus martyr in suo libro cō
tra Aristot.& Lactantius Firmianus in.2.
de origine erroris:& Theodoretus in Epi-
tome diuinorum decretorum, &ponimus
eam necessariò subiectā omni transmuta
tioni:vt pars sit quidditatis,& essentia ipsa
actuata per formam.Et in hoc defficit Cō
mentato.7.Metaph.cōm.21.qui solā for
mam dixit totā quidditatem esse rei : lice[illegible]
Iandunus in.7. q. 12. nitatur interpretari
S.Thom. Scotus.
Commentatorem.Tenenda ergo est sen-
tentia S.Tho.& doct.sub.vt refert Anto.
Andrea.7.Metaphy.q.1.ꝙ materia, quæ
est pars potentialis in substantia compo-
sita:accepta absolutè,& non contracta ad
materiam indiuidualem,pertinēt ad quid-
ditatem specificam:quia cū homo non sit
homo sine materia,necessario est d[illegible] intrin
seca ratione speciei.
Ad argum.
¶Ad primum,dicimus in hoc stare pūctū
rei,quòd materia prima cùm nullum ha-
beat contractū esse,sed potētiam ad omne
esse creatum recipiendum per a[illegible]uentum
sigilli,seu formæ substantialis, hab[illegible]t quòd
ipsa principium sit constitue[illegible]n natu-
ralem:vt ab[illegible] ipsa nō pos[illegible]are sicut fi
gura hæc , vel illa no[illegible] stare:nisi im
pre[illegible] esset,& recepta in hac[illegible]illa parte
ceræ:quæ cera cum aliàs indifferens sit ad
omnem formam,& nullū esse a[illegible]le ha-
beat alicuius figuræ,prin[illegible]ium[illegible]
tiuū est rei iam figurat[illegible] habentis actua
le esse.Ta[illegible]m enim potuit facere forma,
vt informando illā partem inanem,& va-
cuam ipsam actuaret. Et tantum pr[illegible]at
ipsa cera (quanuis sic informis)vt nisi ipsa
esset,neq; forma ibi reciperetur, & neque
figuratum aliquid esset,neq; res aliqua na
turalis constitueretur. Et talis cera,recepta
figura,& impresione sigilli manet,& vnū
per se facit,cū insit,quia ipsa materia pri-
ma recepta forma,rem constit[illegible] natura
lem,& vnum per se,cùm insit. * Et consi- *
deratio de materia,quæ ad physicū expe-
ctat,de prima materia est,& non solùm de
propria cuilibet naturæ, vt dicit Auicen.
in primo su[illegible]fficiētię,deceptus,eò quòd
quælibet ars solū propriam materiam con
sideret sui artifici:sed tamen,quia physica
omnia entia naturalia [illegible]iderat,nō e[illegible]x-
tra limites materiam p[illegible]mam cōsidera[illegible]
& in hoc meliùs Cōmentator in.2.c[illegible]mēt.
22.nam ars frenorum non est,qua[illegible]onsi
deret materiam lignorum,sed su[illegible]t ma
teriam ex qua sua artificia[illegible], &c.
Variæ opi. vtrum materia fuerit aliquando si ne forma.
¶ In. 2 . argumento tangitur diffi[illegible]lta
Vtrūm materia p[illegible]sit esse,vel aliquando
f[illegible]rit den[illegible]data ab omni forma ? De quo
sunt varię opiniones,quas nunc adducere
operosum es[illegible]nimis,& nescio an fructuo
sum.Omnes quidem & probant,& expe-
riūtur,materiā quantuncūq; minimā
destitui aliqua forma:sed solùm in contro
uers[illegible] est,an posit cōtingere, quod tamē
nunquam contingit,& hoc[illegible] Dei potē-
tiam:quia per naturalem potentiam sicut
non

non dant aliquando destitui de facto,neq;
daut posse esse,vt ab agente naturali denu
detur ab omni forma,materia:vt resolutio
cùm fiat ad materiam primam, maneat de
stituta omni sua forma. Sed de diuina po-
tentia,cui omnia subiecta esse dicuntur,lo
quentes,inter Theologos primipilus do-
S.Tho.p.p. q.66.ar.1. & quolib.3. ar.1. Durandus. S.Tmo. Bona.2.d. 12.q.2.
ctor.S.putat non esse factibile per diuinā
potentiam,quia repugnans est:cui subscri
bi[illegible] Dur[illegible].in.2.dist.12.quæstio.2.& alij.
De[illegible]us infrà.
¶ Ratio [illegible] hæc est. Id quod contradi-
ctionem i[illegible]t,à Deo facti[illegible]e non est:
sed materiam[illegible]sque forma,implicat:
nam mater[illegible] pura potentia est: quod si a-
ctu est,per formam est. Materia est[illegible]go
inform[illegible]liqua forma est . Patet. Quia
act[illegible]on habet , nisi per formam:
ergo implicat[illegible]d sit, & quòd forma
in ea recepta non sit : quia [illegible]et actu,
& non esset actu simul & semel : esset a-
ctu,[illegible]ia ponitur quòd sit , & verè manet:
& non esset actu: quia hoc non habet
nisi per formam , qua dicis materiam
Aristo.4. Metaphys. tex.c.27.
priuatam : sic esset,& non esset, quod est
contrarium primo principio illo, Quod-
libet est,vel non est:ac si quis diceret:albū
esse posse absque albedine,per quam actu,
[illegible]formal[illegible]er est.
Confirmat.
¶ Atque confirmari potest, quia impli-
cat contradictionem,aliquid esse , & sub
nulla specie determinata contineri:sed po
sita materia absque omni forma , esset
aliquid , & sub nulla sp[illegible]ie . Patet.
Quia determinatio ad certam speciem
1. Phy.tex. c.67.& præ di.ca.2.
per formam substantialem est : imò for-
ma[illegible]oc sonat quo[illegible] species , vt Aristotel.
docet.
¶ Secundò. Omne quod est, vel est quid,
ve[illegible]le,vel quantum: sed materia abs-
Aristot.8. Phy.tex.81 Aristot. 7. Met. tex.8.
que [illegible]niforma,neque quid est,neq; qua
le,neque quan[illegible]um,vt Aristo.docet: ergo
ipsa s[illegible]la non est:neque potest esse absque
omni forma:quia esset quid , & non esset
quid:esset quale, & non esset quale:es[illegible]
quantum,& non esset quantum.
Ratio.3.
¶ Item : quia si materia es[illegible] absque omni
forma,finitum quid,erit : sed omne finitū
oportet sit figuratū aliqua figura : sed hoc
sine quantitate non est : ergo nullo mo-
do potest dari materia destituta omni
forma.
Sco.in.2.d. 12.q.2.
¶ Opinionem contrariam defendit do-
ctor Sub. quem sequitur Gregorius de
Grego. Arimin.ibidē.
Arimino. Ait ipse,posse fieri per diuinam
potentiam , quod maneat materia omni
forma denudata:quia duobus datis distin-
ctis realiter q[illegible]rum vnum pars alterius
non est,potest vnum ab alio separari : sed
Ratio. Sco. & Grego.
materia , & forma sunt huiusmodi , quia
sunt realiter distincta,& vnū pars alterius
non est : poterit ergo esse materia absque
forma. * Et quidem de facto ita creatam à *
Deo absq; forma fatēt phyl.& Calcidius.
Ad argum. Scot.
¶ Ad hoc argumentum tenendo opinio-
nem S.Tho.est solutio,id verum esse, quā
do vnum ab alio non dependet essentia-
Tartaretus defendit Sco[illegible] tenet [illegible]co.
liter:sicut in simili respondet Tartaretus
defendendo doctorem subtilem , ponen-
tem distinctionem totius à suis partibus.
Quando ergo contra eum sit argumen-
tum : Poterit ergo Deus separare partes à
toto manente toto:respondet quod non:
quia essentialiter totum à suis partibus de
pendet:sic in proposito:materia distingui
tur à forma,sed n[illegible] potest separari ab ea,
quia essentialiter pendet ab ea,& actu est
per ipsam.
Argumē.2. Tartareti.
¶ Secundum argumentum eius est. Quic
quid Deus facit per causam secundam ip-
se solus potest : sed Deus facit per for-
mam,vt materia sit actu,& conseruetur in
esse,vt cōstat in omni re naturali:ergo p se
ipsum poterit:& sic habeo,ꝙ per diuinam
potentiā poterit esse materia sine forma.
Confirmat. Theolo. in 4.dist.47. S.Tho.3.p. q.77.
¶ Atque confirmari potest ratio,eo quod
si Deus potest in id quod est magis , & in
id quod minus: sed potest facere quod ac-
cidens sit absque subiecto,vt in sacramen-
to altaris : ergo poterit id quod est minus,
quod materia sit absq; forma: quia maior
est dependentia accidentis à subiecto , à
quo habet esse , quàm materiæ à forma â
qua solùm recipit actuari,& esse talis.
Solutio argu. Tartar. S.Tho.p.p. q.3.art.8.
¶ Sed ista similiter soluuntur argumenta,
concedendo quidem , quod Deus potest
supplere causalitatem efficientem , & fi-
nalem , sed non formalem , neque mate-
rialem , quia implicat : nam non potest
Deus esse forma alicuius rei , neque mate-
Ægidius de eucharistia thereorma. 37.
[illegible], quia ista intrant essentiam,rei natura-
lis . Secùs est de causa efficienti , quæ
non intrat , & ab extrinseco consideratur.
Quapropter sicut non potest facere al-
bum formaliter sine albedine , licet pos-
set supplere causalitatem albi respectu po
tentiæ visiuæ , mouendo eam , sicut al-
bum mouet : sed quòd album sit formali-

 ter,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter, oportet sit per formam informantem album: sic materia ipsa, si est actu, oportet formaliter informetur per formam dantem esse.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem sanct. Thom. respõdet, quòd alia est ratio dependentiæ accidentis a suo subiecto, quæ est causalis quodammodo, & conseruans, & effectiua, quã Deus potest supplere, & alia est dependẽtia materiæ à forma, quæ est formalis.

S. Th. quo. libe. 3. ar. 1.

Sola. arg. S. Tho. & sequacium. ¶ Tenentes opinionem doctoris sub. respondere possunt ad argumenta adducta pro conclusione docto. Sanct. negantes huiusmodi repugnantiam: quia dato materia sit pura potentia respectu huius, & illius formæ, quia hanc & illam potest recipere, tamen habet esse materiæ: quia verè, & realiter, & non fictitiè materia est. Et licèt denudata ab omni forma, sicut intellectu percipitur, potentia est pura: materia tamen est reale quid, & potest à Deo per suam potentiam sic conseruari. Et tunc illud haberet esse, quod materia est, & secundum hoc aliquod esse: quia verè materia est. Quapropter sit conclusio.

Conclusio. ¶ Per diuinam potentiam repugnans non est, dari posse materiam denudatam ab omni forma, tam substantiali quam accidentali, nam hoc ostendit ratio, quod duobus datis distinctis realiter differentibus vnum ab alio Deus posset separare. Et nõ solum hoc est verum in absolutis (vt probat Scotus) sed etiam in relatiuis: nam si ponamus paternitatem esse realitatem ab ipso patre distinctam, non est quare negemus subiacere diuinæ potentiæ, vt possit ipse illam separare realitatem à patre, & ipsum conseruare absque ea. Sic in præsentiarum, si damus materiam, & formam differre, sicut in veritate est, quare non concedemus posse Deũ ipsam hanc materiam absque forma conseruare, sicut posset Deus (vt quando de proprio loquuti sumus) risibilitatem, vel aliam quancunq; passionem propriam ab ipso homine separare, quandoquidem verè accidens proprium est ab essentia distinctum: & cùm fluat ab ea, maiorem videtur habere connexionem cum essentia, quam habet materia cum forma: sed eo quòd res realiter alia est, posset per diuinam potentiam fieri: & homo talis esset risibilis: tamen nunquam sine risibilitate superaddita rideret. Poterit ergo Deus sic materiam separare à forma, quandoquidem tam ex diametro (vt aiunt) distant. Et ipsa materia esset materia, & verè in potentia ad formam proximam: & actu esset absque omni alia considerata forma.

Ratio Scot.

Prædicabl. de proprio q. 2. ad. 2.

¶ Et tunc oportet intelligere, quod quantuis materia habeat esse naturaliter per formam, non tamen hoc adeò illi est intrinsecum, vt esse album, p albedinẽ formaliter esse tale, qa esse albũ neque dicit essentiam, neque partem eius, sed solùm hoc, quod est albedine informari: at materia dicit aliquam essentiam distintã à forma, quia aliquam naturam & partem essentialem rei naturalis, quæ ex naturis constat: & hoc non repugnat, cum tamen aliud factibile non sit: sicut cùm de ratione quantitatis sit extensio, tamen supra naturam Deus potest seruare corpus extensum absque quantitate.

¶ Sed posito hoc esset verum, quid sentiendum de tali nuda materia: an esset sibi deputatus locus, vel esset in puncto? Dubium videtur potius curiosum, quàm fructuosum, cùm non contingat: tamen consequenter loquendo ad diuinam potentiam, dato isto conuenienti ipsi Deo, & danda essent alia: videlicet quod Deus posset, sicut vellet illam seruare materiam, & extensam, & non extensam, & in puncto, & non in puncto: nam non magis repugnans hoc videtur, quàm primum, scilicet, ipsam materiam sine forma cõseruare: sed per diuinam potentiam sine forma potest conseruari: ergo & in puncto posset, vel in aliqua certa extensione: vt si Deus, amoueret à me quantitatem, cùm partes meæ non haberent, non est quare necessariò dicamus eas fluere ad punctum, sed Deus cõseruaret eas, sicut erant, quando erat quantitas, quamuis locum non replerent & ob id illa se cum compatiuntur: vt de luce dicitur, cùm non sit corpus.

S. Tho. p. p. q. 67. ar. 2.

¶ Et illo concesso & posset concedi, possit Deum tunc sustentare accidentia omnia, quæ erant quando erat forma substantialis, tenendo quod accidentia in materia subiectantur: sicut si ante erat leo, ablata forma substantiali leonis appareat leo. Qui tamen dicunt in toto subiectari accidentia, oportet asserant, ablata forma substãtiali, manente nuda materia non magis posse ibi manere accidẽtia, quã possint in substãtia aliqua spirituali subiectari

¶ Ad

Ad. 3. ¶ Ad tertium dicendum, animam rationalem neque coniunctam, nec separatam dici rem naturalem: siquidem coniuncta est pars rei naturalis, scilicet, hominis: ergo ipsa non est res naturalis. Et separata à corpore habet, quod forma sit corporis, & semper retinet illam inclinationem ad informandum corpus. Et tandem cùm ipsa ex naturis composita non sit, non potest dici res naturalis: quia non per actionem naturalem, sed solùm per creationem à Deo habuit esse.

S. Tho. p. p. q. 90. art. 2. & q. 118. art. 2.

¶ Quod de cœlo tangitur, quod sit res naturalis, quamuis sit incorruptibile, & suam habet materiam, vel vnam cum istis inferioribus (vt aliqui asserunt) vel aliam, vt pulchrè de mente Aristotelis, inferiores dicendum. Tandem est verum, cœlum habere materiam. In quo Auerro. aberrauit, dicendo esse corpus simplex.

S. Tho. p. p. q. 66. art. 2.

In lib. de cœlo specul. 3.

¶ In quarto argumẽto tangitur dubium, vtrum accidentia dicantur habere materiam, sicut & dicimus de ratione esse substantiarum. Nam cùm sit de ratione formæ informare materiam, & accidentia sint verè & realiter formæ, videtur quòd debeant habere materiam, quam informent.

Ad. 4. ¶ Dicendum pro nunc breuiter (fortè alibi latius) quod materia tripliciter dicitur. Ex qua, in qua, circa q. Ex qua vocatur: vt in rebus naturalibus dicimus materiam ex qua fiunt. Circa quam, vt potentiam visiuam dicimus habere materiam circa quam scilicet, colorem: & hæc scientia, ens mobile: & Metaphysica ens: & virtutes quæ sunt circa passiones: quia circa hoc scientia illa est. Materia in qua, vocatur illa, quæ est subiectum alicuius quod inest. Accidens habet materiam in qua: quia subiectiuè in alio est: & per se non stat. Habet ex materiam circa quam: sicut potentia visiua circa colores, & scientia circa suum obiectum: sed tamen non habet materiam ex qua: quia non componitur ex ea, tanquam ex principio intrinseco: neque res naturalis dicitur, quia ex naturis non constat: cùm non ex forma substantiali, neq; ex materia substantiali, licèt dicat res naturæ. Ob id non dicitur accidens generari, aut corrumpi de per se, sed solùm de per accidens: quia omne illud quod corrumpitur, vel generatur de per se oportet habeat materiam ex qua. Subiectum tamen accidentis ad accidens ipsum comparatur, sicut materia ad formam: sed non ob id sequitur, quòd subiectum sit vera materia accidentis: sed est differentia, quia materia substãtialis non habet esse nisi per formam, vt probatum est: tamen subiectum accidentium, habet esse substantiale absq; accidente: supposito in toto cõposito subiectentur accidentia, & esse communicat accidentibus. De quo infra redibit sermo.

Accidẽs nõ habet materiã ex qua.

SPECVLATIO TERtia primi physicorum. Vtrùm materia de se habeat aliquem actum.

Primũ arg. VIdetur quòd sic. Illud dicitur habere aliquẽ actũ, quod est seclusa omni operatione intellectus à parte rei: sed materia est huiusmodi: nam omni secluso intellectu operante, intelligitur materia ipsa, sicut altera pars compositi: sicut intelligitur cera, vel massa ante omnem figurã, & sigillationem: & ob id Aristo. hic posuit distinctionem inter priuationem, & materiam: quia priuatio est non ens, & materia ipse substantiã est, in composito manẽs.

Vide Ægidium quolibet. 1. q. 11.

Aristot. tex. 75. & 79.

¶ Secundò. Materia dat esse in actu: ergo habet actum. Patet. Dat esse substantiale rei naturali: non enim esse totius resultat nisi ex esse partium: sed partes rei naturalis (vt probatum est suprà) non solùm forma, sed etiam materia est: ergo ipsa habet actum, alias non daret esse: nemo enim dat quod non habet.

Argumẽ. 2.

¶ Tertiò. Illud quod habet suas proprias passiones, & propria prædicata essentialia, oportet habeat actũ ex se: sed materia prima est huiusmodi, quia habet appetitum ad formam: vt Aristo. in tex. 81. Habet potentiam ex qua formæ educibiles educuntur per actionem agentis naturalis. text. 78. Est etiam per se principium: vt probatum est in præcedenti tex. 65.

Argumẽ. 3.

Aristo.

¶ In contrarium est Aristote. qui ait, tex. 69. Materia est principium, nõ sic vnum, neque sic ens: vt hoc aliquid. Vnum autem

Incontrar. Arist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet,forma secũdùm quod ratio.Ex quo videtur ostendere, quod materia si esse habet, à forma mutuet.

1.Notand. ¶ Pro solutione notandum, quod esse actu, potest intelligi dupliciter. Vel esse actu, id est, quod per se stet absque aliquo alio: vt dicimus substantiam habere actũ, quia per se stat. Alio modo dicitur esse actu, quod re vera est, quanuis seorsum actu non sit, sed vel in alia subiectatur, vel cum alio aliquid componit: vt accidens est in actu isto modo: quia dato in se, & secundùm se non sit, tamen in subiecto, vel cum subiecto, facit vnum per accidens.

Not. 2. ¶ Secundò notandum, quòd quæstio potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligamus de ipsa materia in prima rerum conditione. Alio modo de ipsa materia post creationem respectu propagationis rerum. Potuit enim esse, quòd à principio habuisset aliquem actum, post tamẽ in rerum formatione ex ea, ipsa dicatur pura solum potentia. Respondetur quinque conclusionibus.

Conclu. 1. ¶ Prima conclu. Licet materia ex quia fiũt omnia, non sit actu per se stans, est tamẽ actu, in alio existens. Prima pars patet ex supra dictis: quia ipsa solum res naturalis est quæ per se stat, & actu est, qualis est substãtia: sed materia non est res naturalis, neq; substantia dicitur propriè: quia non prima, neque secunda substantia: ergo.

Ratio. p.p. ¶ Secunda pars, quod sit actu in alio existens, patet: quia est verè & realiter pars substantiæ, de qua verè prædicatur esse. Patet, quia sicut hęc est vera, homo est, & in homine forma est: sic & hæc, materia est: sed primæ prædicationes sunt de actu realiter existente: ergo & vltima erit de re habente actum.

Ratio. 2. p.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Materia prima in prima sui conditione à Deo creata si informis, id est, absq; omni forma creata est, verum habuit actum per se existẽtem: quem non habet materia post in propagatione. Patet conclusio. Nam si verum est (vt multi opinantur nõ irrationabiliter) quod Deus materiam nudam ab omni forma tunc creauit veluti massam, aut ceram, ex qua vniuersa post cõstituenda, vel saltim potuit creare, oportet intelligere habuisse, p illo, vel instanti, vel tempore paruo, suã actualitatem, & per se existentiam antequàm alia componerẽtur. Si ipsa prior à Deo creata est, nõ potest intelligi in quo existeret, vsque dum ex ea alia formatà sunt: sicut si cera nunc creata esset ad finem omnium illorum, quæ formari deberent ex ea: ante alicuius figuræ impressionem oporteret intelligere actũ illius ceræ per se sine hoc, quod in alio existeret. Si tamen ipsa materia à principio non sic informis, id est absque omni forma fuerit creata, sed cum sua forma: iam oportet dicere, quod materia quã fuit materia actu per se stans, sic, neque pòst in rerum propagatione probatum est in præcedenti speculatione.

Sco. in. 2. d. 12. q. 2. Marsi. q. 8. Gab. et Gre. d. 12. & est communis opi.

¶ Tertia conclusio. Materia eò dicitur esse in potentia, quia non includit in sua ratione formali intrinseca, actũ aliquem, à quo formaliter sit, & sic est pura potentia: nam materia eò dicitur materia, quia in potentia est ad omnem formam suscipiendã successiuè: sed esse sic in potentia, est non habere aliquem actum ex sua ratione formali: quia si in potentia non est ad omnem formam, ergo actuata est per aliquam: quod si actuata est per aliquam, iam pura materia dicenda non est, sed admixta actui.

Conclu. 3. Ratio. 1.

¶ Confirmatur: quia si de sua ratione formali materia aliquem includeret actum, quo formaliter sit, non posset esse sine eo. neque per aliquam creatam potentiam posset tali actu priuari. Tunc, vel existente tali actu posset actuari per aliquam formam substantialem, vel non: si non, ergo materia nõ est in potentia ad omnem formam, contra supra dicta: si sic, ergo illa forma aduenire iam actu existenti, & aliquid per accidens constituere, & non per se, q certè est falsum: ergo dicendum est, quòd materia in sua ratione formali non includit actum aliquem.

Confirma.

¶ Secundò. Dicitur pura potentia, sicut ex opposito dicitur purus actus: sed purus actus dicitur, in quo nulla ratio potentialitatis est: neque inuenire potest, qualis Deus benedictus in secunda, qui purus, & simplicissimus est actus, vt nullam admittat potentialitatem: ergo ipsa pura potentia, (qualis materia est), talis intelligit, in qua nulla ratio formalis actualitatis in se consideranda sit: & pura potentia vocatur. Quod & declarat id quod dicitur communiter. Duo fecit Deus, vnum prope se, aliud prope nihil. Prope se, angelica natura est, quæ licet purus actus non ẽsit, sicut ipse Deus est, nimis tamen prope est: quia de potẽtia in angelo parum est: nam simplex substantia est, & secũdum aliquid semper in actu est, licet secundum aliquid exeat de potentia in actũ. Materia prima tamen dicitur esse prope nihil: nõ nihil, quia aliquid est: quia realiter ens est, & reale esse habet, materiæ tamen. Prope nihil verò: quia nullam sibi determinat actualitatem: sed actua[illegible] nunc per hãc, nunc per illam formam.

Ratio. 2.

D. Aug. in suis confes. lib. 12. c. 7.

S. Tho. p. p. q. 52. art. 1.

Conclu. 4. Ratio. 1.

¶ [illegible]ta conclusio. Materia prima non est [illegible] formam. Patet. Materia verè, & realiter [illegible] dicit prima conclusio, & secunda ampliusq; manifestat: & non determinat in se, & secundum se aliquem actum, vt docet tertia: ergo est quod dicit quarta, per formam: quia à forma substantiali, quæ [illegible]matur, habet esse actu illo substãtiali: hoc est [illegible]d ait Aristotel. 3. Physic. tex. 67. Materia continetur à forma: & primo de Gen. Materia efficitur, vt sit in actu per formam.

Aristot.

Tex. 83.

Ratio 2. ¶ Secundò: quia esse actu idem est, quod esse formaliter: sicut dicimus Petrum esse actu album, quia formaliter est albus: & est actu musicus, quia formaliter est musicus: ergo cùm sit per formam actu, sequitur quòd materia prima non sit nisi per formam.

Ratio.

¶ Potest etiam probari ratione nominis: nam materia Græcè dicitur hyle, & forma entelechia: & hyle, in artificijs significat materiam, non quancunque, sed informẽ: vt sunt ligna, & lapides [illegible] quam dolentur: quæ tamen pro ædificio construendo sunt congregata. Et optimè datur hoc nomen primæ materiæ in naturalibus, quæ omni forma [illegible]stituta intelligitur, & omni actu priuata entelechia: quam malè a[illegible] scribunt, endelechia: cùm apud Græcos per. t. & non per. d. scribatur: quamvis in pronuntiatione sonet vt. d. significat formam, non eodem modo quo idos significat, sed potiùs formam totius: vt hominis, aut equi: sed entelechia significat propriè formã, id est, actum, & perfectionem corporis, vt distinguitur cõtra meram potentiam, quam materiam intelligimus.

Conclu. 5. ¶ Quinta conclusio. Cum omnibus dictis stat, quòd materia, etiam omni seclusa forma, per quam actu est, ad sensum supra dictum, dicitur esse actu, etiam sine additamẽto, & à fortiori qn̄ cum forma est. Probatur prima pars: quia si per se existat per diuinam potentiam (vt probabile esse clarum fecimus in præcedenti speculatione.) Iam oportet dicere, quandoquidem est, q actu sit. Quod si sit ipsa informata aliqua forma, etiam actu est, & per illam formam actuatur: ergo materia prima, etiam si pura potentia est, actu est: aliàs non magis esset ens materia prima, quã Antichristus, qui futurus est. Respondeamus argumentis.

Vide Buri. 1. ph. q. 20.

Scor. d. 12. q. 2. in. 2. Marsil. q. 8.

¶ Ad primum concedimus ita esse, materiam nõ esse ens rationis, quod constat solùm per operationem intellectus: vt solet de vniuersalibus, dici de generibus, & speciebus: sed est verè ens reale à parte rei, omni seclusa operatione intellectus: & si de hãc actualitate sit sermo, materia actu est, vt in conclusionibus probatum est: si tamen de actualitate loquamur, quam includit in sua intrinseca ratione formali, negandum est: quia pura potentia est, neque hanc vel illam actualitatem sibi vendicat, magis quam cera hanc, vel illam figurationem: nisi fit per aduentum sigilli. Sic materia, nisi fiat per informationẽ formæ, nullo modo habet talem actum. Et quia ipsa materia verè, & realiter materia est, à priuatione differt, & prope substãtiã est.

Ad argum.

¶ Ad secundum dicendum quòd ita est, vt argumentum probat: ex quo sequitur, q materia habet esse reale: tamẽ nõ sequitur quòd sit actu: & ipsa non dat talem actum, sed recipit potiùs à forma. Habet enim se vt potentia, & subiectum receptiuum: at quia realiter est, reale esse dat, inquantum pars rei naturalis est.

Ad. 2.

¶ * Et quidem quod sit ens reale, ex philosopho adhuc clarius manifestum fit, quia est substantia sensibilis, vt in. 8. Physico. probatur, & in hoc primo, & est subiectum transmutationis, vt probatur latè, & primũ receptiuum formarum, atque hoc ita erat euidens apud antiquos, vt ipsam solam materiam substantiã dicerẽt: (vt inquit Arist. de genera. & 1. physico. & 7. metaphy.) [illegible] formas substantiales vocabant accidentia, ob id Comẽ. in. 7. metaph. com. 8. dixit. Materia videtur magis esse substan[illegible] quam alia.

¶ Ad tertium facilis est ex dictis responsio: eò quòd materia inquantum est ens reale: & habet illud quod entia realia habent: scilicet suas proprias passiones, inter quas est vna hæc, quod pura potentia sit:

Ad. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd nullam sibi actualitatem vendicet in rebus naturalibus ad certam speciem, vel genus, nisi per formam informantem. Vnde manet, quod materia, cum nullum habeat esse determinatum specificum, posset in omni specie esse actuata per formā: sicut pupilla oculi, quæ nullo affecta est colore, potest omni specie coloris actuari: actuata tamen per formam, habere dicitur actum, & effectiua causa est accidentium, quæ consequuntur rei naturam, vt bene probat Ægidius quolibe. 6. quæstio. 12. in quo tensu angelus, & anima dicuntur esse efficiens suarum potentiarum.

SPECVLATIO QVARta: An materia quę omnium formarum receptiua dicitur, habeat quantitatem secundum se.

POstquàm in. 3. specula. in hoc. 1. lib. physicorum de materia loquuti sumus, quo pacto potentia sit, & receptiuum primum formarum: ens reale tamē quærit, vtrum materia habeat ex se aliquā quantitatem ante receptionem formę substantialis ad quam est in potentia.

1. Argumē. ¶ Videtur quod sic ex auctorit. Com. in li. de substantia orbis. c. 1. vbi ait, materia prima nunquam denudari à dimensionibus interminatis vt dixit, quia credidit, quod si in corruptione rei corrumpitur quātitas, quod corpus generandum fieret ex nō corpore, & dimensio ex non dimensione.

2. ¶ Secundò, materia, vt probatum est, vere & realiter est: quantus in potentia ad formam est, sed non videtur realiter esse nisi per quantitatem: ergo hanc sibi determinat: nam actu est, non solum obiectiuè, sed realiter, quia hæc est vera, materia est.

3. ¶ Tertiò, quia philosophus in isto primo materiā ponit in generabile & incorrupt. bilem, ergo vere materia est, & non videtur nisi per quantitatem &c.

¶ In contrarium est quod dicit Aristotel. & nos diximus, & inferius magis explicabimus, quod materia sit pura potentia.

¶ Pro solutione quæstionis oportet animaduertere, fuisse opinionem communē, quantitatem sic coæuam esse materiæ, vt nullo mō ab ea sit spoliata: & Greg. Arriminen. in. 2. sentent. d. 11. q. 2. art. 1. de mente comment. tria dicit. Primum, quod quātitas materiæ dum rare fit aut cōdensatur, non corrumpitur. Secundum cum aliqua res corrumpitur, quantitas non corrumpitur. Tertium, quando aliqua res augetur, nulla quantitas de nouo acquiritur, neque præcedens augetur, & idem Greg. in. d. 12. q. 2. ponit, opinione fuisse Commentatoris, & multorum sequatiū, quod cum nulla forma sit inseparabilis à materia: quātitas tamen ipsa sola est quæ nunquam separatur: & fundamentum Comm. fuit, quia quando lapis corrumpitur, non potest intelligere aquo corrumpatur quantitas lapidis: quoniam vel à suo contrario, & hoc non, quia quātitati nihil est contrariū: vt in prædicamento quantitatis docet Philosophus, & nos ibidem declarauimus: vel corrumpetur à forma substantiali lapidis, & hoc non, quia non contrariabatur, sed potius ea conserbauatur forma substantialis lapidis: neque id fit concomitanter seu consequenter, corrupta forma lapidis: quilicet alia forma substantialis non possit introduci ante quam abijciatur forma lapidis, quia repugnat duas esse formas substātiales simul: tamen forma introducenda non repugnat quātitati præexistenti, imò confert: ga ea distincta est materia, ab alia materia & ad hoc est exēplū, qū ignis ex aere generat, qualitas symbolica, in qua ignis cu aere conuenit, non expellitur vel corrumpitur, sed perficitur potius: ergo idem de quantitate. Ex ista consideratione notus est Commentator & sequaces ad tenēdum quantitatem materiæ coæuam, vt nullo modo ab ea separari possit: & pro tuenda hac opinione Comment. plures rationes formantur, quas adducit Capreol. in secundo senten. distinctio. 18. quæstio. 1. contra. 6. conclusionem. Capreolus.

¶ Nulla quantitas est coæua & inseparabiliter inhærens materiæ, sed in introductione nouæ formæ substantialis comprocuntur & accidentia & quantitas noua, sicut corrupta forma substantiali, corrumpuntur accidentia, inter quæ quantitas est, & ipsa pura potentia est subiectū. Probat: Nā si quātitas est coæua & inseparabilis à mate 1. Conclu.

materia, vel est forma substantialis quantitas, vel accidentalis: non substantialis, ergo accidētalis: & cum omnis forma accidentalis cum suo subiecto constituat ens per accidens, materia cum sua illa inseparabili quātitate erit ens per accidens & secundum quid, materia cū sua quantitate præcedit formam substantialem introducendam & materia est ens per accidens: ergo ens per accidens vel secundum quid præcedit esse substantiale: ergo ens secundum quid est prius ente per se: sed hoc est contra Philosoph. & contra omnem physicam disciplinam: ergo nullo modo datur inseparabilis quātitas à materia.

Secundo. ¶ Si quantitas esset inseparabilis à materia, sequeretur id intimius & essentiali materia respiceret quantitatem quam formam substantialem quam appetit, & adquam in potentia simpliciter est: sed hoc consequens est falsum, ergo id ex quo sequit, patet sequela. Quia materia respicit quantitatem inseparabiliter per te, & substantialem formam separabiliter: ergo intimius illam quàm istam. Et quod consequens sit falsum, quia materia intimius actum sui generis debet attendere quam alterius, sui generis actus forma substantialis est, & constituit esse simpliciter, & actus quantitatis est accidentis actus, qui alterius generis à substantia est, & esse solum per accidens, & secundum quid cōstituit: non ergo potest dari talis quantitas coæua materiæ, & ab ea inseparabilis.

4. Conclu. ¶ Secunda conclusio, & si non ponatur quantitas coæua materiæ, & ab ea inseparabilis, manet distinctio in partibus materiæ introductionem determinatæ formæ. In hac conclusione volumus explicare quomodo dato ad corruptionem formæ substantialis lapidis, omnia accidentia & quantitas etiam corrumpantur, quæ erant sub forma lapidis, & ab omni accidenti præexistenti denudata sit materia: sicut & denudatur à forma substantiali, tamen forma determinata introducitur de nouo in hac materia figura, & simul cum ea noua accidentia quę concomitantur vel consequuntur ipsam formam substantialem quæ de nouo introducitur: & distinctio est in materia per quātitatem, non quæ præcessit, sed per illam quæ de nouo modo producitur: & ex hoc totale fundamentum Comentatoris corruit: supposito quod nulla accidentia manent ingenito quæ fuerunt in corrupto. Probatio stat, supposito quod secundum communem philosophantium doctrinam dicitur, (& nos in superioribus & infrà etiam adducemus.) quod in permanentibus ex parte corruptionis non datur vltimum esse sui sed primum non esse: & ex parte generationis datur primum sui esse, & non datur vltimum non esse. Com. cōclusio.

¶ Cum ergo in aliaqua parte materiæ verbi gratia, humis materiæ sub qua est forma lapidis, & debet ignis forma introduci, toto tempore præcedenti instans formæ introducendæ, est materia quanta sua quantitate, quæ erat cum forma lapidis: & in vltimo instanti illius temporis, quod est instans introductionis formæ generandæ, est quāta, quātitate cōcomitāte formam quæ de nouo generatur: nam in eodem instanti forma abijcienda, & sua qnantitas habent primum sui non esse, & forma generanda habet primum sui esse, ex præsupposito. Cum ergo inter tempus & instans non detur tempus neque instans medium, & idem instans sit in quo materia desinit esse quanta quantitate formæ corrumpendæ, & in eodem instanti materia incipit esse quanta, quantitate formæ generandæ per positionem de præsenti: sequitur quod illud idem instans in quo quantitas abijcitur, quæ erat introducta, est, quæ de nouo cum forma genita est: & sic materia quantitate sua determinatur, sine hoc, quod illa quæ habebatur ante inseparabiliter, maneat ei coæua, quod si neges, iam oportet dare formam substantialem de nouo genitam, & introductam esse in materia, & tamen absque quantitate: quod est cōtra omnē physicam disciplinam: vel dandum erit instans, in quo materia maneat sine forma substantiali. Ecce ergo quomodo probatur contra Coment. quod quantitas materiæ coæua non sit, & latè probat Herueus in quæstione de pluralitate formarum. Herueus.

¶ Posset esse instantia & ad hominem ex supradictis contra hæc in. 2. conclusione dicta: nam cum substantia prior natura sit accidente. 7. Metaphy. textu. 4. ergo forma substātialis generanda prior erit cū sit Instantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

substantia ad modum quo forma & materia substantia dicantur, & quantitas erit posterior cum sit accidens: tunc quæro, in illo priori, vel materia est quãta, vel nõ: secũdum non potest dici, quia sic materia non erit diuisa ab alia ad introductionem formæ contradicta: si est quanta, vel quantitate præcedentis formæ quæ corrumpitur, & hoc non: quia dictum est omnia accidentia simul cum forma corrumpi: vel quãtitate formæ genitæ, & hoc non: quia nos loquimur de illo priori in quo prius forma substantialis forma accidentali est: ergo oportet dicere, vel quod materia cum illa coæua quantitate manet, vt dicit Comentator: vel quòd manet indiuisa in illo priori, quod est inconueniens.

Solutio. ¶ Soluitur obiectio dicendo, quod in illo priori est indiuisa materia, non quantitate formæ corruptæ, neq; formæ generandæ, neque coæuæ, sed manet diuisa quantitate extrinseca ab hac materia, id est, quantitate quæ in alia materia est: ad hunc sensum, vt hæc materia sit indiuisa in se, & diuisa ab alia materia, quia illa habet quantitatem, quã nõ habet hæc materia: et sic in illo priori diuisio erit p habere & nõ habere: id est, p nõ habere huius, & habere illius, & in instanti introductionis erit diuisio p habere, in hoc sensu, quia hæc materia in hoc instanti habet hãc quantitatem concomitantem hanc formam.

Ad argum. ¶ Ad. 1. q̃ ex Comẽ. adductum est, primo negatur, quod in aliquo tẽpore vel instãti sit materia sine quãtitate: qa quãdiu durat forma substãtialis, etiã manet sua q̃titas, & in illo instãti in quo est forma generãda, q̃ & est instãs expulsionis formæ corruptæ, est & quãtitas noua: quę cõsequitur eãdẽ substãtialẽ formã. Et ad id qd̃ p incoueniẽte ponebat Comẽ. qd̃ corpus fieret ex nõ corpore, nullũ est: quia fit ex nõ corpore actu, sed tamen ex corpore in potentia, & hoc in omni Physica generatione contingit, vt ens fit ex non ente in actu, & sit ente in potentia.

Ad. 2. Grego. Arimi. Scotus. ¶ Ad. 2. relicta imaginatiõe Gregorij Arimi. qui in. 2. sent. d. 12. q. 1. tenet, qd̃ materia sit actu existens in se ipsa, nõ solũ obiectiuè, vt docet Sco. sed actu existentię. Respõdeo q̃ materia habet esse in potẽtia: tamen, vt dictũ est in præcedẽtibus, & nõ est opus ponere ad actuandum eam quãtitatẽ coæuam & inseparabilem: quia adhuc si poneretur, esset actu secundùm quid & non simpliciter: sed materia prima est, & verè est: tamen in potentia ad formam recipiendam & substantialem, & accidẽtalem, quæ consequitur substantialem, & hoc sufficit. Et similiter soluitur. 3. argumentum: nam eo quod ipsa materia sit ingenerabilis & incorruptibilis, non cogimur ad ponendũ quantitatem coæuam & inseparabilem.

Obiectio cõtra prædicta. ¶ Sed tamẽ contra dicta adhuc pro[illegible]nio ri intelligentia sese offert argum[illegible]ti, maxime pro illis q[illegible] in doctrina d[illegible]oris sancti sunt versati: nam videt[illegible] quod quantitas non [illegible]t quid consequens ipsam formã substantialem introducẽdam, sed potius antecedẽs ipsam: nã quãtitas cõsequit materiã, & qualitas formã: ergo ante formam [illegible]troducendam intelligitur [illegible]ntitas, cum primùm inte[illegible]gitur materia: & sic. S. Tho. in. 3. Physicorum, &. 5. Metaphi. quando loquitur de ente. Et sic videtur esse vera opinio Coment. quam reprobauimus: &. 4. li. contra gẽtes. c. 81. dicit quod remanet materia in mortuo & in viuo sub eisdẽ dimensionibus. Ex hoc est argumentũ, q̃ si materia manet in mortuo sub eisdẽ dimensionibus sicut in viuo, quod eadẽ manet quãtitas: & videtur inseparabilis & coæua materiæ. Ad hoc respondetur, verũ ene q̃ consequitur quãtitas solã materiã, sed tũ nõ sequitur ex eo q̃ formã præcedat, quia solũ cõsequit materiã vt rationẽ receptiuam, & non vt suũ su[illegible]iectum, quia subiectũ quantitatis est totum, licet alia accidẽtia de mẽte. S. Th. subiectentur in quantitate. Quod bene Herueus quoliber 2. q. 10. ait em[illegible] esse subiectũ quãtitatis, est habere quãtitatem inhærentem sibi, qua fit quantum primo & per se, & vt quod, & hoc mo[illegible] corpus est subiectum: esse tamen rationem susceptiuam quantitatis, est esse illud, quo quantum, est quantum, & hoc est materia: quia remota materia, non posset assignari principium essentiale quo substantia composita sit subiectũ quãtitatis. Ecce quomodo nõ sequit materiã habere coæuã quãtitatẽ, vt dixit Comẽt. ad id quod ex lib. cõtra gentes: dicendũ q̃ qũ S. Tho. affirmat, easdem dimensiones manere in mortuo, quæ erãt in viuo, intellexit radicaliter & in potentia, quia in materia stant vt in radice ratione dicta: sicut dicitur vegetatiuum manere radicaliter in aia separata, nõ quia ibi sit actu, sed quia ipsa cum vnibilis sit materiæ,

cõtra gẽtes.

3. p. q. 77. ar. 2 Herueus quol. 2.

Nota.

terię, radicaliter habet in sevegetatiuũ. Nõ tamen me latet aliquos ex Thomistis respondere. S. Tho. in illo contra gentes contrarium habere: verùm standum est priori sententię, quia illa fuit posterior, sicut dici solet in cõciliandis locis, quæ in D. sancto repugnare videntur: Vt siquid in scriptis ordinem Magistri sent. sequutus dixe[illegible] cuius contrarium in partibus, quod in par[illegible]is tenendum tãquam proprium, & primun[illegible] quod in scriptis reijciendum: hęc solutio no[illegible]otest stare, neque nodũ soluit: nam sum[illegible]ta illa cõtra gẽtes inter vltima & exactissima ab eodem doctore computatur. A[illegible] asserunt in loco citato [illegible]ntra gentes, agẽs contra eos qui resurrectionẽ nege[illegible], voluisse ex cõcessis ab eis arguere: & ob id ad o[illegible]nionẽ Cõmẽt. accessisse: quanuis contrariu[illegible] ipse ex propria sentẽtia: sed tamen neq; hoc satisfa[illegible], quia idẽ Doctor Sanct. in loco citato contra gentes soluendo rationem adductam, loquendo de corporeitate quæ nõ est aliud quã tres dimensiones, dicit, & si hęc corporeitas in nihilum redit, corpore humano: corrupto, tamen idẽ homo resurget, quia corporeitas quæ est forma substãtialis, & idẽ est, cũ aia intellectiua manet. &c. ob id stãdum est [illegible]imæ solutioni, vt intelligat radicaliter dimẽsiones manere in mortuo, &c.

Summa cõtra gentes.

¶ Et vnum consideratione dignũ duxi, opportunè, quod sicut in corruptione per abiectionem formæ substantialis quantitas non manet, neque qualitas, [illegible]neq; alia accidentia, sed de nouo producuntur, seu comproducũtur potiùs, quia esse secũdũ quid accidẽtium, supp[illegible]sito esse simpliciter substantiale: etiã est intelligendum, qd̃ qualitat[illegible] & dispositiones quæ fuerunt in subiecto ante expulsionem formæ substantialis quæ erant præuiæ ad nouam introducẽdam in materia, statim desinẽte forma substantiali, & desinunt ipsæ: & nulla qualitas manet, sed omnes de [illegible]uo per aduentum nouæ formæ veniunt: quia rei[illegible]ota for[illegible]a corrumpenda, non manet ensin actu materia ipsa, forma priuata: & [illegible]it actu per generandam quæ introducitur. Et cum hoc [illegible]amen est verum quod materia manet dispositа ad formam recipiendam per illas qualitates, etiam si abijciantur cũ f[illegible]rma: neque fue[illegible]nt vanè priùs ante formam generandam, quia sic requirit rerum ordo in generatione & corruptione rerum naturalium: neq; vanè introducuntur nouæ cum noua forma, quia etsi quæ de nouo cõproducuntu[illegible], non agant ad introductionem formæ, vel ad expellendum cõtraria, agunt tamen ad conseruatio[illegible] formæ quæ introducta est: etsi probabile sit vt diximus, nonnulla accidentia manere in corrupto & genito, &c.

Secundò Ægidius.

¶ Ex quo etiam intelliges quod de mente doctoris. S. in. 2. de generatione in expositione textus. 25. in elementis symbolicis, in quibus dicitur facilis transitus, non solùm qualitas contraria corrumpitur, quãdo ex vno alterum generatur, sed vtraq;, neque ex hoc sequitur esse falsum, transitum esse faciliorem, quàm quãdo contrarietas est in vtraq; qualitate. Primo, vt Ægidius in loco eodẽ. 2. de generatiõe tex. 25. docet, quia in non symbolico vtraq; qualitas corrumpitur per se à contrario, & in symbolico cõtr[illegible]ia per se, & alia per accidens: ob id facilior transitus, vel vt ibidem. S. Thõ. quia in non symbolicis vtraq; qualitas agit & repatitur & est resistẽtia, sed in symbolicis illã in qua cõueniunt, sine resistentia & reactione corrũpitur. Hæc pro plena intelligentia sint dicta, quanuis hæc vltima suũ habeãt proprium locum infrà in. 2. de generatione, vbi de transitu elemẽtorum ad inuicem ex professo.

S. Thom.

¶ SPECVLATIO QVINTA. Vtrùm materia, quę pura potentia est, & principium primũ rerum naturalium, ingenerabilis sit, & incorruptibilis.

Primũ arg.

ET videtur quòd sit generabilis. Omnis forma existens in aliquo, verè denominat ipsum, cui inest: sicut albedo existens in subiecto, denominat subiectum albũ, & consequẽter omnes aliæ formæ: sed generatio est ad formam, & inhærens subiecto generationis, quod materia est: ergo vere denominat ipsam, & sic materia generatur. Et cũ vnius gñatio sit alterius corruptio, & cõtraria circa idem fiãt, eodem modo pro

Arist. 1. de Gene. text. co. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do probatur quòd corrumpitur.

¶Secundò. In præcedentibus probatũ est, esse totius, non esse aliud [illegible] partium: sed totum habet esse per generationem: ergo & partes: sed pars totius materia est: ergo ipsa est generabilis.

Argumẽ. 2. ¶Tertiò. Illud dicitur generari, qd de non esse habet esse: & corrupi, qd de esse tendit ad non esse: sed materia, quæ pura potẽtia est, habet esse per aduentũ formæ, per viã generationis, & esse tale perdit per corruptionem: ergo ipsa materia est generabilis & c[illegible]ruptibilis.

In contrar. ¶In cõtrarium est Aristoteles hic tex. 82. & alibi in multis locis.

Nota. ¶Oportet primò notare, quòd generatio est mutatio de non esse ad esse, aliquo subiecto præsupposito. Et differt ab alteratione: quia generatio est ad esse simpliciter substantiale, & alteratio ad esse accidentale. Vtrobiq; tamen subi[illegible]tum prærequisitum est.

¶Vltra huiusmodi mutationem naturalẽ (quæ ad substãtiam est, quæ generatio dicitur, subiecto aliquo substracto) fides catholica habet aliam mirabilem, quam creationem dicit. De qua Aristoteles nullam fecit mẽtionem eo modo quo fides docet, (de quo infrà,) quæ est mutatio de nõ esse simpliciter, ad esse simpliciter, sed tamen nullo subiecto præsupposito: sicut in principio Deus dicitur creasse cœlum, & terram, cum nihil aliud præcesserit, in quo ciusmodi actio reciperetur, vel ex quo cœlũ, & terra formarentur.

Creatio.

Gene. 1.

Notan. 2. ¶Secundò est considerandum, apud antiquos Phi. hoc fuisse receptissimũ axiõma. Ex nihilo nihil fit. Ex simpliciter nõ ente, non fit ens. Quapropter supposito hoc vno principio, consequenter loquentes, quia posuerunt materiam esse subiectum, & principium primum passiuum omniũ rerum naturalium, ipsam posuerunt nunquam cœpisse, & ideo ingenerabilem dixerunt. Nam si ipsa cœpisset per generationem, oporteret materiam præsupponi, vt principium primum: & ipsa quæ generabatur, prima non esset, sed alia ea prior: & de illa quærendo, vel erat ingenerabilis, & sic habeo intentum: vel est generabilis: & tunc oportebat aliam dare priorem illa: & sic vel erat dandus processus in infinitum, vel erat deueniẽdum ad ipsam vnam, quæ cùm esset principium primum generationis, in generabilis esset, & incorruptibilis: quia in aliquo deberet corrumpi, & non nisi in materia: ergo semper ipsa maneret. Sit, hoc supposito, prima conclusio.

1. Phy. tex. 34.

11. Metap. tex. 5.

¶Materia prima, quæ primum principiũ rei naturalis est, non habuit esse per generationem, quapropter ingenerabilis est. Hæc est Aristo. in loco citato, & omnium philosophantium. Ratio est in [illegible] quia aliàs esset processus in infini[illegible] materia ipsa non haberet ratio[illegible] primi principij: sed vtrũq; est falsu[illegible]go & id ex quo sequitur. Non [illegible]dabilis processus in infinitum: ne[illegible] est negandũ materi[illegible] principium primum. [illegible]q; eodem modo probari potest materiam esse incorruptibilem: quia non potest des[illegible]esse, nisi in aliquo subiecto p[illegible]pponi[illegible]cut non habet esse per [illegible]rationem: quia primum principium: nõ corrumpi potest: quia si posset corrumpi, cùm nõ posset generari, iam sequeretur quòd materia [illegible]on esset: quòd si materia (quæ primum principium est) non esset, nihil esset.

Conclu. 1.

Ratio.

Albertus Magnus. 1. phy. tract. 3. c. 18.

¶Secunda conclusio. Licet materia prima sit incorruptibilis, ꝓ neque minima pars illius quæ à principio fuit, desierit esse per actionem agentium naturaliũ, nõ dicitur perfectionem habere, hac ratiõ[illegible]ut habet angelus, qui incorruptibilis, vel cœlũ: nam incorruptibilitas à natura rei est, & non ratione conseruationis perpetuę, quę à Deo est: vt malè dixit Gab. in 2. dist. 2. q. 1. quia null[illegible] habent materiam. Et cœlum est incorruptibile: quia licèt habeat materiam, non tamen habet priuationem alterius formæ. Et isti d[illegible] gradus inco[illegible]ptibilitatis arguunt perfectionem: quia [illegible]tione actus incorruptibilitas per nat[illegible]u suam dicitur esse: sed materia est incorruptibilis: quia est primum principium: quia pura potentia est, & nullum gradum vlterioris perfectiõis acquirit, magis q̃ habet.

S. Tho. p. q. 9. ar. 2.

Contra Gabriel.

¶Tertia cõclusio. [illegible]o materia prima sit in[illegible]enerabi[illegible], & incorruptibilis, habuit tamen esse post nõ esse, simpliciter per creationem à solo [illegible]o. Hæc fide tenẽda est. In principio enim creauit Deus cœlum, & terrã: Et ex nihilo facta sunt omnia per Deum creatorem visibilium, & inuisibilium. Nõ ergo [illegible]pugnat eam esse ingenerabilem (vt dixit Aristo.) & eam incepiss[illegible]er creationem. Repugnaret tamen, si cœpisset esse per generationem, quia iam non haberet rationem

Conclus. 5.

De fide. Gene. 1. in symbolo.

rationem primi principij. Sed quia Arist. nõ attingit ad creationem hanc quia in lumine naturali loquebatur, asseruit ipsam materiam nũquã incepisse, quia ignorabat modum creationis,

Cõclusi. 4. ¶Conclusio quarta. Sic materia prima à solo Deo dicitur esse creata, vt hucusq; per varias rerum trãsmutationes, & generationes nihil fit de ea deperditum, nihilq; posh[illegible] toto, vel in parte anihilari: quod est etiam [illegible]certum in lumine naturali. Nam in lumine n[illegible]rali probatum est, quòd nullius naturali[illegible]gentis potenti[illegible], se extendat ad materiæ corru[illegible]tionem: quia si posset corrumpe[illegible], & posset generare: & si manet & eadem, quod mirabile est, & contempl[illegible]one dignum. Tamen Deus potest i[illegible] nihilum [illegible]euertere materiam ipsam: sicut & omnia a[illegible] ipso auferente manum conseruatricem in nihilum re[illegible]terentur suum.

Psal. 103.

¶Quinta conclusio. Materia prima, quæ à Deo per creationem, & ab ipso solo per annihil[illegible]tionem potest deficere, nõ solum vna specie est, sed vna numero omnium rerum, quæ sub cœlo sunt. Probatur: quia si materia est vna (vt fatentur plurimi) & nõ est aliqua ratio quare non sit vna numeri[illegible]cè, ono[illegible] thanc vnitatem assignare. Nam ipsa materia in se (cùm sit pura potentia) non habet vnde distinctionem sortiatur, vel specificam, vel genericam. Quod si ratione formæ sit sumenda, cùm informetur diuersis formis genericis, d[illegible]ferẽs non solũ numero, neq; solũ specie, sed genere, posset poni: at eam solùm vnam genere ponẽ[illegible] nõ est ausus liquis philosophorum: [illegible]ramus ergo vnam esse numericè. In quo vid[illegible]ur defecisse, Ludouicus Coronel, aliàs vir ingeniosus, & doctus, qui in primo phy sicor[illegible] modo materia loquens, in motiũ 4. reprehẽdit Ic[illegible]nem de Ianduno, qui in primo phy sicorum quæstio. 24. dixerat, esse vnam materiam omn[illegible]um, numero, & reprehendit rationem, & asseri[illegible] ipse Co[illegible]nel quòd sit in vna specie. Qui probat omnia quę contingunt in tra[illegible]smutationibus naturalibus saluari possunt, nõ posita specifica differẽtia in materijs: ergo postquã constat materiam primam esse, rationabiliter dicitur omnium materias, vna specie esse. Hi[illegible]eius ratio. Sed potest probari contra eum eadem ratione nostra conclusio. Omnes transmutationes, quæ in natura contingunt, saluari possunt, posita vnitate numerica in materia: ergo ipsa vnitas ponenda est. Patet, in materia in qua est forma tritæ, statim erit herbæ forma, & statim bos comedet herbam, & erit sub forma bouis, & post homo comedet bouẽ, & erit sub forma hominis, & homo morietur, & erit sub forma cadaueris: & rursus in terram ibit, & in puluerem conuertetur. Ecce quomodo tam variæ formæ non solũ specie, sed genere sub vna materia numero: ergo vna ponenda est.

Ratio.

Contra Coronel.

Ratio cõtra Coronel.

Ratio cõtra Coronel.

¶Ex dictis in conclusione prima, & [illegible]da sequitur male loquutum Antonium Andream, qui propter debiles rationes, vt addducit Dominicus de Flandria. 7. Metaphy. quæst. 12. ar. 6. posuit conclusionẽ, quod materia prima generatur per se subiectiuè: quæ si sic vt sonat intelligatur, expresse est contra Arist. & veritatẽ, vt abundè probatum est: nisi veniat intelligenda conclusio in isto sensu, quòd materia per se generetur subiectiuè, id est, ad generationem totius: quia cùm totum dicatur per generationem habere esse simpliciter, post non esse, & materia similiter, quæ nouam per generationẽ acquirit formam, & nouũ esse. Sed tamen licet sit sentiendum vt pauci, loquendum est tamẽ vt multi loquuntur: & simpliciter est affirmãdum, materiã primam esse ingenerabilem, & incorruptibilem. Dixi materiã primã, quia materia secũda generatur, cùm sit totum compositum, quod dicitur materia secunda, respectu formæ artificis.

Corollariũ. Antonius Andreas.

Paulus Vẽnetus de cẽlo & mũdo. cap. 6. Commenta. 1. Phy. text. 60.

Nota.

¶* Sexta conclu. Licet materia nõ sit corruptibilis per se, est tamẽ per accidẽs. Hoc probatur ex Aristo. hic tex. 82. vbi ait de materia loquẽs, corrumpitur autem & fit, est autem vt sic, est antẽ vt non, &c. Et probatur ratione, supposita distinct. Aliquid dicitur corrumpi dupliciter. Primò verè & propriè, secundò transumptiuè, siue similitudinariè. Primò modo solùm id quod habet esse actu, dicitur corrumpi, quia est nõ esse, post esse. Secundo modo, id dicitur corrũpi, quia licet nõ habeat esse, tamẽ primo denominat aliquid, & deinde cessat denominare ipsum tali denominatione, ac sic esset ens in actu. Hũc est ratio. Id dicitur trãsumptiuè corrũpi, quod cessat denominare tale quod ante denominabat; sed materia est huiusmodi, quia cùm esset sub forma ignis, verbi gratia, modo non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est, sed sub alia forma, & cessat priuatio illius formæ quam habet: sequitur ergo, quod corrumpatur & sic intelligit Commentat. Aristote. cõmen. 82. huius.

Ad argum. ¶ Ad primùm argumentum, quando dicitur, quòd omnis forma inhærens denominat. Primum hoc est falsum: quia calor remissus in aqua tepida nõ denominat ipsam, quia remissè participatur. Secundo. Dato quod totaliter participaretur, non est generatio in ipsa materia inhærens, sed in subiecto: quia cum motus sit in quæ mouetur: & quod mouetur per generationem totum est, ibi erit, & totũ denominabit. Item: quia dato esset in materia, & generatio esset, forma non denominaret, si nomen ad id non esset impositum: vt locus est in locante subiectiuè, cũ sit eius superficies extrema, & tamen non denominat ipsum: vt locans dicatur esse in loco: quia locus, non est nomen impositum ad denominandum locantem, sed locatum. Sic generatio est nomen impositum ad denominandum quod generatur, & no id in quo fit generatio: vel quod præsupponitur generationi. Non concludit ergo argumentum, sed multis vijs solui potest.

Arist. 3. Phy. tex. 18

Aristote. 4. Phy. tc. 40.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum. Demus ita esse, quod esse totius, aliud non sit ab esse partium coniunctarum: sed non sequitur, quòd si totum generetur, & partes similiter: nam nõ est eadem ratio partium, & totius: Sicque aliquid potest conuenire toti, quod tamen partibus repugnat: vt domus constat ex lignis, & lapidibus, & domus ipsa habet esse partium: non tamen sequitur: ergo & ligna, & lapides. Neque valet, ligna & lapides habent esse naturale, & constituunt domum: ergo domus ipsa habet esse per naturam: sic etiam totum habet esse per generationem: cuius pars est materia, ipsa tamen non generatur, quia repugnat ei, & non toti.

Ad tertium ¶ Ad tertiũ. Cõcedimus id gñari simpliciter: sed quãdo infers, sic materiã generari qd' de nõ esse simpliciter, habet esse tale, quia de nõ esse simpliciter, acquirit esse: nego, quia quantũ ad hoc, qm materia est, esse habet simpliciter, ante talem generationẽ: & simpliciter etiam manet facta tali generatione: tamen esse, quod acquirit non est esse materiæ, sed esse tale speciei, vel hominis, vel equi, secundùm rationem formæ quæ acquiritur per talem generationem: ob id materia non dicitur generari, cũ simpliciter ipsa præcesserit, & ipsa etiam maneat: sed meritò totum dicitur generari, vel genitum esse: quia pòst non esse simpliciter habet esse, quia compositum ante nõ fuit: quia dato materia compositi fuit, tamen, quia non actuata, neque informata ista forma qua nunc actuatur, id quod compositum non fuit.

¶ SPECVLATIO sexta. Vtrùm materia sit cognoscibilis per analogiam.

Videtur quòd nõ. Illud dicitur cognosci per analogiam ad aliud in quo aliqualis reperitur similitudo ad ipsũ: sed materiæ ad formã nulla est, quia in materia est aptitudo: est potentia, & est appetitus, quæ non reperiuntur in forma, vt constat: saltim in ea non est priuatio sed aptitudo ad esse susceptiuum. Primũ arg.

¶ Præterea. Si materia esset cognoscibilis, esset vel per sensum, vel intellectum: sed nullo istorum modorũ cognosci potest. Non per sensum, quia nec est quale, nec quantum, vt docet Aristot. Nullum enim participat obiectum formale, alicuius sensus: & sic nec sensibile proprium, nec commune erit: nec per se, nec per aliud: quia materia nuda nihil habet. Nec est cognoscibilis per intellectũ: quia (pro isto statu) nihil potest esse in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Argumẽ. 2. Aristot. 7. Meta. tex. co. 8. Aristot. 3. de anima text. com. 36.

¶ Item. Quod non est ens, non est cognoscibile: sed materia prima non est ens: ergo non est cognoscibilis. Maior est manifesta: quia sicut se habet res ad esse, se habet ad cognosci: ergo si nihil habet de esse, nihil habebit de cognosci. Minor patet ex Aristot. & ex superioribus, vbi dictum est, quòd materia prima sit vt pura potentia: sicut Antichristus non est, quia pura potentia est: quia vel esset ens existẽs per se: & esset ens in actu, vel existens in alio, & non esset primum. Argumẽ. 3. Aristote. 3. Meta. text. 4.

¶ In con-

In contra. Aristo. ¶ In contrarium est Aristote. in textu. 69. qui dicit, eam cognosci per analogiam.

Notand. 1. ¶ Notandum, quòd quæstio potest habere duplicem sensum. Primò: vtrùm per se sit cognoscibilis materia, siue à nobis, siue ab angelo: quia à Deo non cadit sub dubio. Secundus sensus est de modo cognoscendi pro isto statu, an per similitudinẽ, an per aliquam attributionem ad aliud.

Vide Ægidium quolibet. 2. q. 13

Notand. 2. ¶ Secundo. Notandum est, quòd vbicunque in [illegible]nitur analogia, oportet intelligere vnum [illegible] quam primum, ad quod alia reducuntur, secundum diuersitatem analogiæ: sicut si sanum de vrina, & medicina, & dieta, & [illegible]ere dicatur: oportet fit p[illegible] attributionem ad sanum, quod in animali form[illegible]er est. Sit prima conclusio.

S. Tho. p. p. q. 13. art. 5.

Prima cõcl. 7. Meta. tc. 36. ¶ Materia prima per se est ignota. Hæc est Aristot. Cuius est ratio. Tanto aliquid per se est notum, quanto habet de entitate, vt argumentabamur: sed materia prima in se, & secundùm se, considerata, nihil habet de entitate, sed pura potentia est, vt dictum est: non ergo habet in se vnde cognosci possit: & Commentator in isto loco affirmat ipsam non cognosci per se.

Cõmet. in de substantia orbis. Comment. tex. 69.

¶ * Hic tamen aduerte, q̃ qui materiã ponunt actum sine forma, vt Scotus & Gregorius, [illegible] suprà tetigimus, consequenter loquentes, & dicunt materiam posse cognosci sine forma, cum res sicut se habet ad esse, se habeat ad cognosci, sed quia Philosoph. & Comment. quoties de materia loquuntur, de pura potentia sermonem faciunt, nos dicimus per se ignotam: & idem tenet Henricus cum Scoto.

Ratio.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Materia prima non est cognoscibilis sine argumentatione, & discursu. Patet. Illud non cognoscitur absque discursu, quod non est sensibile per se, nec per accides: sed materia prima nec est sensibilis de per se, nec de per accidens: ergo nullo modo potest cognosci sine discursu. Maior probatur: quia cùm non immutet sensum per se, vel per aliquid quod inhæret, non poterit cognosci sine discursu aliquo. Minor est manifesta, cum pura materia intelligatur denudata ab omni illo quod potest mouere sensum. Ista conclusio non solùm intelligi debet de materia seorsum considerata, sed etiam vt in rebus naturalibus est: quia dato ipsa materia pro vt in compositis est, afficiatur aliquibus sensibilibus qualitatibus, non dominant tamen ipsam, sed totum: non enim dicitur materia alba, vel nigra, calida, aut frigida

¶ Et confirmatur experiencia. Nullus est quantumuis Lynceos habeat oculos, & sit ingenij perspicacissimi, qui asserat se cognoscere, aut cognouisse materiam in se: sequitur ergo quod si cognoscitur, erit mediante aliquo discursu. Cõfirmat.

¶ Tertia conclusio. Nullus discursus, per quem deuenimus in cognitionem materiæ primæ, demonstratiuus est. Patet. Non potest demonstrari quòd mundus non fuerit ab æterno, sed solùm fide tenemus. In principio creauit Deus cœlum & terram. Nec potest demonstrari quòd illæ quæ generantur, non secundùm se tota generantur, quanuis ex aliquo sit: & sic non fit euidens per demonstrationem materiam esse. Concluf. 3. Ratio. Gene. pri.

¶ Quarta conclusio. Materia cognoscibilis est per negationem, sic: nec materia est quid, nec quale, nec quantum. Patet ex Aristotel. qui sic de materia loquitur: per quod cognoscitur, quòd ipsa non sit per se stans: vt substantia, nec sit quantitas, neq; qualitas. Ratione sic. A nobis magis remota est prima causa efficiẽs (quę Deus est, quoad cognitionem, quanuis secundùm naturam, & in se maxime cognoscibilis) quàm sit materia, quæ rerum sensibilum principium ponitur: at cognoscitur Deus per negationem, vt diuus Dionysius, & alij Theologi in primo, dicendo. Deus nõ est lapis nõ est terra: ergo, poterit à fortiori ipsa prima materia per negationem cognosci: vt scilicet, non sit hoc, nec illud, sed aliquid istis imperfectius: quia quodcunque istorum demonstratum, habet esse, quod non habet materia. Ad modum quo si cæco velimus ostendere lignum, & quid sit: per tactum ostendemus arcam, lectum, scamnum, & omnia alia quæ fiunt ex ligno: vn intelligat lignum subiectum istorum: sic istam, aut illam creaturam ostendentes, dicamus non esse hanc, nec illam, sed subiectum primum omnium, & puram potentiam ad omnia esse. Conclu. 4. Ratio. Diony. c. 7. de diui. no. S. Th. p. p. q. 12. ar. 12. Theolo. in 1. dist. 3.

¶ Conclusio quinta. Materia potest per analogiam ad formam artificialium cognosci. Sicut se habet lignum ad arcam, sic se habet materia prima ad formam substantialem: ac si diceremus, sicut Cõclusio. 5

experimur

Universidad de Deusto
Biblioteca

experimur sensu, quod in lapide, in quo erat prius sculpta, & cælata Cæsaris figura, postea est Pompeij imago: sic materia, quæ prius sub forma ligni erat, postea sub forma ignis, & deinde sub forma cinerum: quia eadē videtur proportio, & analogia. Hæc conclusio probatur ex eodem Arist. qui in isto loco expresse asserit cognosci materiam per hanc analogiam ad artificiata.

Conclu. 6. ¶Sexta conclusio. Materia est cognoscibilis per formam, etiam si id non asserat Aris[illegible]e. sed additum sit ei. Probatur. Omnis definitio, & partes definitionis dant cognoscere ipsum definitum: sicut animal ra[illegible]onale declarat hominis naturam, & dat cognoscere: ergo & materia ipsa cognoscetur per eius definitionem, vel per id quod definitur: sed materia per formam definitur, & intrinsecè. Patet. Omnis res per hoc intrinsecè definitur, quod dat esse actuale ei: sed materia prima à forma habet esse actuale: ergo per ipsam definitur. Sicque materiam possumus dicere receptaculum esse formæ, & eius susceptiuum. Et ratio alia dari posset. Per hoc res cognoscibilis erit, per quod actu est: quia tantum habet de cognoscibilitate, quantum de actualitate, cùm sic se habeat ad cognosci, sicut ad esse: sed materia actum habet per formam: ergo per ipsam est cognoscibilis: sed tamen quia forma habet in se actum, & nō recipit à materia, non habet quòd forma sit cognoscibilis per materiam, sicut è contra.

Ratio. 1.

Ratio. 2. Aristote. 2. Meta. text. co. 4.

¶In hoc sensu sunt intelligendi, qui dicūt quòd absolute materia est cognoscibilis per formam, licèt Aristot. solùm dicat esse cognoscibilem per analogiam ad artificialia. Quòd si per formam intelligas esse cognoscibilem, improprie per analogiam cognosci dicitur: quia non videtur aliqua ratio proportionis materiæ ad formam, in quo consistit analogia ipsa, quia per hoc quòd subiectum sit formæ, nulla est similitudo: nam si aliqua esset similitudo eodem modo dici posset formam cognosci per materiam: quia sicut materia recipit formam, & ob id cognoscitur: sic etiam forma recipitur in materia.

¶Aristotel. tamen in illo loco solùm voluit ex sensibilibus dare cognoscere ipsam materiam insensibilem, & non per formam substantialem: nam antiqui cognouerunt quòd lignum in cineres conuertebatur: & nō eo posuerunt differentiam inter formam, & materiam: ob id non videtur materia cognosci per formā substantialem, sed per analogiam: sed tamen sensu cognitum est quod fit per artem, & per analogiam ad artificiata modus cognoscendi materiam positus est ab Aristotel. quanuis si intelligant per analogiam ad formam artis, posset stare [illegible] quod materia sit cognoscibilis per [illegible]alogiam ad formam: & fortè sic [illegible]xerūt qui addiderunt, ad formam.

¶ Ad primum, concedimus in materia esse potentiam, esse aptitudinem, appetitum, & priuationem, quæ quidem solùm ratione ab ipsa materia distinguntur. Est potentia in materia quæ dicitur genus causabilitatis in respectu formæ, quam recipit: & hanc præcedit aptitudo, quæ est proportio quædam ad formam: vnde qui hanc habet aptitudinem, & habet potentiam recipiendi. Atque hęc aptitudo in materia ad formam causa est quare in ipsa dicatur esse priuatio respectu formæ, quæ non est, ad quam tamen habet aptitudinem: sicut dicimus cæcitatem esse priuationem in subiecto apto nato: & non dicitur lapis cæcus, [illegible] deficit ipsa aptitudo: & quia materia habet ad omnem formam hanc aptitudinem, in ea est priuatio: sicque priuatio ponitur principium rerum naturalium. Ex hac priuatione insurgit appetitus naturalis ad consequendam talem formam, cuius est priuatio. Non enim materia appetit formam, quam habet, sed [illegible]am non habet. Quapropter non est aptus modus loqu[illegible] illorum, qui dicunt esse appetitum in materia respectu formæ quam habet, qui complacentiæ dicatur: siquidem impropria est loquutio, cum appetitus motum dicat: at respectu formæ habitæ, & & præsentis, est q[illegible]. Omnia ergo ista [illegible] ipsa materia, quanuis per operationem intellectus ponamus distinctionem. Quand[illegible]ergo dicitur, quòd nulla est analogia, seu proportio ad formam, quia ista non sunt materia, dicimus, analogiā non esse ex ea parte: sed quia per forma a[illegible]is, quæ est sensibilis ad suā materiā, cognoscimus materiā rerū n[illegible]uraliū: non tamen est analogia ad formam substantialem, licèt per ipsam formam substātialem: posit

Argument.

Aristote. 4. Meta. text. co. 4.

Suprà speculatiōe. 1. In materia non est appetitus ad formā quā habet.

posit cognosci materia, vt dictū est: quia habet actum ab ipsa, & ab ea potest habere, & posse cognosci.

Ad secūdu. ¶Ad. 2. dicendum, q̄ argumētum probat materiam non esse cognoscibilem in se, & per se: quia habet vnde possit immutare potentiā. Illa enim quæ per se cognoscuntur, oportet per sensum, aut intellectum possint cognosci, sed sufficit ipsa nostra [illegible]cinatione cognoscātur: & sufficit per alia [illegible] per se cognoscuntur, potentias possint [illegible]uere, quālia sunt artificiata, vt veniamus in cognitionem materiæ, quomodo ipsa sit vna omnium rerum: & quomodo omnibus substernatur: vt cognoscimus eam non esse vnum continuum, quāu[illegible] ipsa vna: tum per diuersitatem, & di[illegible]otinuationem rerum, in quibus ipsa materia est: tum propter diuersitatem motuum, quod potissimum est. Non enim in continuò vno, simul posset quis intelligere [illegible]erationem, generationem, augmentationem, & secundùm locum lationem.

¶Cognoscimus enim de materia, q̄ ipsa nullius sit actuitatis, cùm pura potentia sit: quia dicit Aristo. quòd materiæ conuenit potiùs moueri, & pati. Ratio est: quia agere præsupponit esse, & actu esse, quod non est in materia. Atque si ipsa materia alicuius esset actuitatis (vt cætera agētia) sibi simile produceret in specie: & materia esset generabilis, contra supra dicta, & ipsa in aliqua esset certa specie, qd̄ falsum est.

Arist. 2. de generatione. tex. 50.

¶Cognoscimus etiam de materia, quòd infimum locum entium habeat, in quo illud August. explicatur, quod superius adduximus. 12. Cœlum, & terram fecisti domine: vicinum prope te: aliud prope nihil: per cœlum angelicam naturā, & per terram materiam primam intelligentes. Cognoscimus tandem de materia quòd formam appetat, & quam habet velit recipere: & cùm nam solùm actu habeat, priuata dicitur omnibus alijs.

August. lib. 12. confes. c. 7.

¶* Aduertendum, quòd Auicenna in p. primo libro sufficientiæ. c. 2. ait non intellige re quomodo possit stare, yle, appetit formam, per yle, intelligendo materiam: nam ipse desiderium animale non est, neq; naturale, quia si nō est vacua forma omni, neque affecta tædio formę, quomodo potest esse appetitus. &c. Et dicit multa ibi, sed decipitur, quia putauit appetitum naturalem esse aliquid super additum essentiæ. Sed tamen nos ipsam rem, vt in potentia est, appetitum habere dicimus, & quia materia in potentia est, ad hāc & illam formam habendam: & si fit actuata vna, neq; hoc est ex aliquo super addito suæ naturæ: dicimus quòd materia est in potentia, & formam appetit.

¶Ad tertium ex dictis patet solutio.

Ad. 3.

¶SPECVLATIO septima. Quādo quidem materiam necessariā ponimus: quia ex nihilo nihil fit: vtrū creatura posit de nihilo aliquid facere, quod est creare, per diuinam potentiam.

Primū arg.

Videtur quòd sic, Deus potest quicquid non implicat contradictionem: sed quod creatura per virtutem à Deo cōmunicatam creet, nullam includit repugnantiam: ergo. Maior est nota, & minor probatur. Si repugnaret, vel esset ex parte creaturæ, vel ex parte Dei: non ex parte creaturæ: quia cùm creatura ipsa sit finita, & limitata, non excedit potentiam eius, quòd alia creatura finita, & limitata possit emanare ab ea: cùm simile suū producat simile. Nec ex parte Dei, cuius potentia illimitata est.

Argumē. 1.

¶Secundò. Creare est nullo subiecto præsupposito aliquid producere: sed de facto creatura aliquid producit, nullo subiecto præsupposito: ergo potētia creandi non repugnat creaturæ. Patet. In sacramēto altaris supposito illo miraculo mirādo, q̄ in cōsecratione nō manet substantia panis, sed solùm remanent panis accidentia: illa accidētia producunt substantiam: quia nutriunt, & generant vermes, & non in aliquo subiecto præsupposito, quia ibi nullū est: ergo agens naturale creat.

S. Tho. 3. p. q. 77. art. 5. & 6.

¶Tertiò. Gratia communicatur per diuina sacramenta: & non habetur gratia nisi per creationem, cum non educatur de potētia

Argumē. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In.4. dis. 1. S. Th. 3. p. q. 62. art. 1. &. 3. Conci. Flo. & Trident. sessio. 7. potētia materię: sequitur ergo, quòd creare non repugnat creaturæ. Maiorem affirmant doctores Theologi, & ab Ecclesia determinatum est in concilio Florentino, & nunc diebus nostris in Tridentino.

In contra. ¶In contrriū est, quòd id quod soliùs Dei est proprium, infinitam requirit potentiā, & creaturæ non potest communicari, quale est de nihilo aliquid facere.

¶Pro solutione est considerandum, quòd quæstio dubia non est, nec apud Philosophos in lumine naturali, nec apud Theologos in isto sensu, an creatura per suam virtutem naturalem possit creare: nā sicut pro principio dixerūt illi antiqui: ex nihilo nihil fit, dicimus & nos creaturam non pertingere ad hoc: vt ex nihilo aliquid facere valeat: & hac ratione sicut illi necessariam posuerūt materiam præsuppositam omni actioni, ex qua fiunt omnia, & nos asserimus, vt probatum est in superioribus. Quod ergo vertitur in dubium est, an dato ex naturalibus ad id creatura non perueniat, an solus Deus (quia infinitæ virtutis est) possit creaturæ hāc superadere virtutem, vt ad id pertingat, ad quod per naturā non posset. Quod est alijs verbis dicere: vtrùm potentiam creandi Deus possit creaturæ cōicare. Nec esset inter catholicos cōtrouersia, si compertum esset repugnantiam includere, alicui creaturæ communicari talem virtutem: sed quia quidam putant, includere repugnantiam, alij contrarium opinantur, facta est quæstio ambigua inter catholicos: & Theologi eam in. 2. solent disputare, & in. 4. senten. quando de sacramentis fit mentio. Idem Ciruelus in Parado. q. 3. cōm. 3. disputat.

Notandū.

Ciruelo. Prima opi. S. Th. p. p. q. 45. ar. 5. Sco. in. 4. d. 1. q. 1. Vide. Ægidiū. quolib. 5. q. 1. ¶Doctor. S. & Scot. tenent, nullo modo posse hanc creandi potentiā creaturæ cōmunicari, ꝙ repugnātiam includere videatur: siquidē vniuersalissimus effectus, qualis est essendi, in causam vniuersalissimam, qualis Deus est, oportet reducere, nec instrumento potest concedi, cùm oporteat instrumentū attingat per propriam actionem ad dispositionem, vt securis ad incisionem: at in creatione nulla præcedēs est dispositio, cùm nullum sit præsupponendum subiectum: quapropter videtur quòd nullo modo creaturæ possit conuenire, & repugnet quod ipse Deus communicet hāc creandi virtutem. Multę aliæ adducuntur rationes pro tuenda sententia.

¶Contrariam opinionem defendit Durā. Gabr. & Aliaco, & alij plures, dicentes per diuinam potentiam fieri posse, vt creaturę detur posse creare: quia non magis repugnat, quàm dare vnam aliam virtutem: nā infinita potentia videretur esse requisita, vbi esset infinitus effectus productus, vel producendus: sed data quacunq; creatura & in omnibus simul non probatur infinita virtus, sed terminata, & finita. ergo fieri. Opi. 2. Durand. in. 2. d. 1. q. 4. & Gabri.

Confirmat. ¶Et confirmari potest: nā cùm [illegible] possit se solo conseruare formam, absq; subiecto: quare non poterit [illegible] causa secunda id facere? Et pro illo instanti, quo producitur ab igne, posset etiam materiam corrumpere. Adde ꝙ si materia ab agēte creata produceretur, esset creatio: sed cùm tanquam minimum sit in entibus, & [illegible] actiuitatis, ex hoc non infinita arguenda esset potentia in agente: sicque creaturæ posset dari talis potentia. Ad quęstionem ergo respondentes, fit prima conclusio.

Conclus. 1. Nihil creatur ab agente naturali. ¶Prima conclusio. De facto in rerum propagatione, & in tot mutationibus, & transmutationibus, quę naturaliter contingūt, nihil creatur ab agēte naturali. Hæc ex supra dictis patet: quia omnia quæ fiunt de nouo, per generationem, & presupposita materia fiūt, & ex aliquo fiūt, vt costat: & eo posita est materia necessaria: & Aristo. dixit ingenerabilem, quia in omni generatione subintelligitur. Hoc est opus Dei excelsi, qd dat a principio Deus creauerit rerum naturas perfectas, vt sunt quæ possint sibi similes producere, & fieret ex tali propagatione perpetuitas, vel fuit ab principio creauit materiam primam [illegible]dam, informen, velut ceram, aut [illegible]tam quandam, ex qua fierent omnia, vel nunc sunt: nullo pacto in actione alicui agentis creati inuenta est creatio: quia semper materia præsupposita est, de cuius potentia educuntur omnes: (anima rationali excepta,) quam cùm non ex traduce dicamus, à solo Deo per creationem esse fatemur. Ratio.

Conclus. 2. Probabile est nō posse cōmunicari creaturæ potētiā creandi. ¶Conclusio. 2. Probabile est hanc creandi potentiam tam esse excellentē, & prominentem, & solius Dei propriam, vt ea [illegible] alicui communicari non possit, quia repugnat: sicut non potest [illegible]ere, ꝙ creatura non dependeat ab eo. Hanc probant omnia argumenta, quæ adducūtur à doct. S. & à

D. Tho. p. p. q. 118. ar. 2.

[illegible] potētiā creandi. Corolla. 3. Probabile est quod potētia creā possit creare dari. doc. sub. & ab alijs, qui hoc opinantur: quæ ob euitādam prolixitatem ōmittuntur. ¶Tertia cōclu. Cum probabilem existimamus potentiā creādi nō posse cōicari creaturæ per diuinā potentiam, probabiliorē reputamus opinionem quæ asserit ꝙ pōt communicari, & velut certam affirmam⁹: siquidem quicquid repugnans nō est, Deo tribui potest, vt argumentabamur ex Du[illegible] ꝙ creatura per Dei virtutē aliā possit p[illegible]re, nullo subiecto præsupposito, ex m[illegible] non videtur repugnare, vt in solutione ar[illegible]mentorum ostendemus.

Ratio. 2. ¶Ex hoc probat secūda pars conclusionis, ꝙ hæc pars tenēda [illegible]. Nā Deo nō debem⁹ denegare, ꝙ concedere, diuinā superextollit potentiā: sed ꝙ possit hoc dare creaturę, & ꝙ nō sol[illegible] ipse creet, magis superextollit Dei potentiā: ergo [illegible] affirmandū est: nam infinitam exigere potentiā ad creationem propter distantiā inter ens, & nō ens, nō videtur: qa illa distātia nō erit maior, q̄ alterū extremorū, q. sens: atq; cū omne ens creatum sit finitum, non erit distantia infinita.

Corolla. ¶Ex ista conclusione sequitur, quod possit Deus creaturis iam productis, vt absq; subiecto aliquid producant: vt igni quod calorem producat extra subiectum. Et nō solum puto probabile, quod nunc possit superaddere, sed posset facere, quod id conueniret secūdum naturā eius: vt si à principio quando Deus ignē creauit, daret hanc virtutē, vt cū cōcursu generali, aliqd extra subiectū produceret: non enim videtur repugnare: & à fortiori nullo[illegible] deceret negare, quin Deus possit nūc de nouo creaturā ꝓducere, vel creare, quæ haberet virtutem producēdi aliquid [illegible]lo præsupposito subiecto. Dicendū est tū, quod si Deus nunc det [illegible] talem virtutem, non esset dicendum id ei conuenire secundum naturam su[illegible]: quia modus operandi sequitur naturam rei: secū[illegible]ante hanc communicatā virtutem, cum solo generali concursu Dei non poterat ignis aliq[illegible] extra subiectum producere: ergo si modo prod[illegible]at per diuinam virtutem, de nouo nunc datam, nō erit naturale ipsi igni, sed su[illegible]ernaturale datum: dato Gab. & alij putent id in casu dato [illegible] secundum naturam esset ipsi ignis.

Deus posset nunc creaturā creare, quæ posset aliquid producere sine subie.

Gab. in. 4. d. 1. q. 1.

Ad argum. ¶Ad argumenta. Ad primum patet solutio: quia nos concedimus quod prob[illegible].

Ad argu. 2. ¶In. 2. tang[illegible]ur vnum quod non dubitandum est, proposito miraculo cōsecratiōis, scilicet, quod prolatis verbis non maneat substantia panis (vt fatetur fides catholica.) De summa trinit. & fide catho. & de cele. miss. c. cū Marthe. & in concil. Tridē. de Eucharist. ca[illegible] quòd manent accidentia, vel ipsa quantitas: tū absq; aliquo subiecto: quantitas (inquam) est panis, quia de quātitate Christi nō loquimur, quæ est in ipso Christo ibi realiter existentis: quanuis ipse ibi in sacramento non sit modo q̄titatiuo: vt (Deo duce) dicem⁹ in. 4. senten. quando de hoc sacramento dignissimo erit sermo in nostris resolutionibus. Posito ergo quod accidentia manent sine subiecto, nullo alio præsupposito formam producunt: imò & integram substantiam: quia vermes generantur ibi. Hanc quęstionem mouet & tratat curiose Petrus Ciruelo vir moribus, & doctrina nostris temporibus probatissimus, doctor egregius in suis paradoxis. Atq; demodo, quo ibi ab agente naturali, ꝓposito miraculo cōsecrationis materia producat, dicit ipse: quidā dicūt, ꝙ hoc fiat nouo miraculo, alij ꝙ sine nouo, & primi sunt diuisi. Quidā dicunt, ꝙ miraculū fiat in effectu: ita ꝙ Deus se solo materiam, & totam creet substantiam occultè agens, & sic nullo modo ab accidētibus aliquid creatur. Alij dicunt, quòd miraculum contingit in causa: quia Deus tunc dat quandam virtutem nouam agenti naturali, qua data, pōt producere substantiā totam. Secundi etiam sunt diuisi, non ponentes miraculum nouuū dicunt, quod illa productio materiæ nō fit ab agente naturali, sed à Deo miraculosè, nō nouo miraculo, sed virtute prioris, qua facta est transsubstantiatio panis, & vini, manētibus solis accidentibus. Interim quantitas materiæ vicem supplet, & ex ea fiunt cineres, vermes, & carnes, nutritiones, & augmentationes in virtute prioris miraculi.

Ciruelo in parado. 4.

S. Th. 3. p. q. 77. art. 5. & 6.

¶Alij dicūt, ꝙ illa productio nouæ materiæ nullo mō est miraculosa, neq; nouo neque antiquo miraculo, sed est operatio ab agēte naturali ex virtute actiua naturali, q̄ prima rerū creatiōe à Deo accepit: & ad ꝓducēdas illas substātias, post cōsecrationē non accepit nouā virtutem à Deo. Hāc sententiā fateor mihi placere: aliæ tres opiniones, ꝓ libito positæ sunt. Hæc Ciruelo.

Corolla. ¶Ex hoc habes, quomodo naturaliter pōt esse, ꝙ aliquod agēs naturale possit producere substātiā, supposito aliquo miraculo.

D Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sequitur nō esse impossibile, quod Deus hanc virtutem creaturę communicauerit.

Ad. 3. ¶ In. 3. argumēto tangitur grauis difficultas de casualitate sacramentorū, de qua nō est in præsenti animus disputare, suo loco eam habebitur: siquidē vix potest intelligi quod causent sacramenta gratiam vt dicant hanc esse veram: quia iste recipit sacramēta, & nō est impedimētum aliquod, consequitur gratiam, quam Deus dat in susceptione sacramentorū ex pacto diuino.

* Sed meliꝰ, si dicas esse causam gratię, moralem tū, & non naturalem: quia sanguis Christi causa est moralis, quē sanguinē sacramēta continēt virtute. De quo vide cano. in relectione de sacramētis in cōmuni.

S. Th. 3. p. q. 62. ar. 1. & 3. (Et si alij causam physicam dicant.)

¶ Nā q̄ attingat ad dispositionē, vel ornatū, vel characterē, vel ad ipsam gratiā, non ita facilē intelligitur, licet certo habeam q̄ Ecclesia tenet, quæ docet ipsa sacramenta

Concil. Flo. & Triden. session. 7. & in Cōstan. sess. 45. nouæ legis continere, & causare gratiā. Demodo tamē causalitatis dubiū est. Quod si demus in sacramentis causalitatē directam circa gratiā, quæ creatur, iā oportet diuinā in hoc cōsiderare potētiā, quæ talē vim aquæ contulit, vt tangēdo corpus, abluat & cor, vt dicit Beda. Quod latè disputauimus in nostris Resolutionibus Theologicis.

Beda.

SPECVLATIO OCTAua Vtrùm secūdum mentem Arist. detur creatio.

POstquā dictum est de creatione, quomodo creaturę nō possint cōuenire, & q̄ solius Dei sit, opportunè erit disserere an creatio possit probari de mēte Arist. & eam conuenire Deo.

1. Argum. Arist. ¶ Primo, probatur quod nullo modo creatio sit de mēte Arist. patet vbicunq; philo. loquitur de principijs rerū de generatiōe, &c. in omni actione naturali subiectū præsupponit, vt patet in hoc primo in multis locis, &. 8. metap. & in. 7. & in. 12. tex. 12.

2. Argum. ¶ Secūdo, Arist. materiā dicit ingenerabilem & incorruptibilem: vt nos de mente eius latè disputauimꝰ, sed hoc nō est ex alio, nisi q̄a apud eū repugnat aliq̄d ex nihilo fieri absq; materia præsupposita: ergo nullo mō creatio pōt probari de mente philo.

¶ Tertiò, si ad mentē Arist. posset dari creatio, maximè esset in productione animæ rationalis, supposito ipse tenet non educi de potentia materię, & esse immortalē, vt in fine. 3. de anima deducemꝰ: sed ex hoc non probat creatio: quia cū apud ipsum philo. quicquid Deus producit, de necessitate materiæ producit: ne mutabilis appareat, Deꝰ ergo ab ęterno ꝓducit, q̄a ab ęterno intelligit, vel si in tpe intelligit mutabilis [illegible] go si Deus animā creat, ab ęterno creauit & nō de nouo, & sic nō dat creatio, vt aliq̄d habeat de nouo esse ex nihilo. In contrariū videt, qa intelligētiæ sunt à Deo, & nō pōt esse nisi p creationē, cū sint immateriales vt probabit ex mēte Philo. c. 9. go & creatio.

3. Argum. Incontra.

¶ Resolutio huius pēdet ex vno alio, vtrū de mēte phil. Deus sit causa effectiua omniū corruptibiliū: & incorruptibiliū: & qa ꝓpriꝰ locꝰ huiꝰ est in. 6. phi. ifra, nō suppo nam ęs. id de mēte Arist. & in tribus locis videtur id expresè ostēdere. Primo. 8. phy. t. 15. & 2. metap. t. 4. & in. 5. metap. cap. de necessario: & sic iterp̄tat phi. S. Th. in locis citatis. 2. cōsiderādū q̄d cū creatio sit ꝓductio rei ex nihilo p q̄ distinguit à gnatiōe, & ab alijs motibꝰ li, ex, pōt ordinē dicere ad nihil dupliciter: positiuè, vt sit sensus, res ꝓducit ex nihilo vt ex materia, ita vt nihil subijciat ꝓductioni sicut i ꝓductione domꝰ lapides subijciūt i fūdamēto. 2. mō dicit ordinē negatiuè, vt sit sēsꝰ, res ꝓducit ex nihilo. 1. nullo sui presupposito. In. 1. sensu nullus loquitur de creatiōe, quia nō est qui nihil materiā [illegible] ciat positiuè, ex qua aliquid cōstituat inesse, nisi materiā, q̄ cōmuniter dicimꝰ esse subiectā & præsuppositā omni actioni, vocem nihil. [illegible] 2. sensu intelligibile est, mō sit agēs tāti virtutis vt possit ex aliquo præsupposito &c. de quo est [illegible] præsenti disputatio, & in præcedēti specul. probatū est Deū esse tātæ potētiæ vt iu fecerit & faciat: verū mō de sensu philo. pecularis nostra hæc speculatio est: & quidē cūmūdu fuisse in tēpore & [illegible] nihilo teneat fides catholica, loquimur possumꝰ de creatiōe vt sit habere nouū esse ex nihilo, sic q̄ in tēpore aq̄ ceperit esse. E. cū Arist. posuerit mūdū ab ęterno, poterit intelligi creatio sine nouitate esse in tempore, & tā id quod in tēpo [illegible] q̄ id q̄ in æternitate, si ab alio ex nihilo est, creatū dicit. Arist. his suppositis ad quęst.

1. Conclu. ¶ Prima, cōclu. creatio sine nouitate essendi est de mente Arist. nā de mēte Arist est, quod

quod primū illud efficiēs quod nos Deum dicimus ꝓduxit cœlū, & ꝓduxit intelligētias q̄ sunt immateriales, sed hoc est creare, quia de nulla materia cū nullā habeant, qa immateriales sint: sed tū quia ęterna hęc dixit, & mūdū ab æterno, sine nouitate essendi, ponit talis creatio: qa sē p̄ intelligētię fuerunt, & nūq̄ non fuerūt, q̄ requiritur ad nouitatem essendi: de quo philo. 12. me[illegible] te. 9. & in hoc nulla est difficultas.

1. Conclu. Creatio de mente Arist. ¶ De[illegible] la conclu. Creatio cū nouitate essendi qu[illegible] oprię creatio dicitur, ab Arist. cōceditur, [illegible] ecūdū eius doctrinā probat. Ad probationē hu[illegible] oportet aduertere in doctrina Arist. q̄ anima rationalis est immortalis & incorruptibilis: vt nos in. [illegible] de aia ex dictis eiusdē phil. clarū fecimꝰ. Secūdo [illegible] supponendū, q̄ aia rationalis sic corpori infund[illegible] ei vniat vt sit forma eius informās, nō sicut motor mobili applicat, & intelligētia motrix, cœlo q̄ mouet, & h[illegible] nō solū est supponēdū quia fides catholica habet, & est ecclesię determinatio: sed est expressa sentētia Arist. in multis locis, maxime in loco ꝓprio vbi d aia ex ꝓfesso: de quo. 12. meta. t. 16. Ex istis, cōclu. clarè deducitur, anima rationalis Petri vel Pauli de nouo, ꝓducit à Deo, & nō nisi p creatio[illegible] de nihilo: ergo creatio est de mēte phil. cū nouit[illegible] essendi. Probat antecedēs, q̄a cū sit forma, vt suppositū est, nō p̄cedit id cuiꝰ forma est, ergo cū Petrus vel Pau. sint de nouo forma p q̄ actu sunt, est etiā de nouo: sed nō est de nouo edu[illegible] de potentia materiæ & pēdēs à materia. patet quia sic nō posset stare sine materia, sed finē haberet [illegible] corpore, sed est immortalis vt præsupponit de mēte [illegible] dē phil. ergo sequit q̄ est à Deo p creationē & p nouū esse q̄ erat ꝓb[illegible] & hæc cōclu. exactè cōsiderādo doctrin[illegible] philo. nō pōt esse dubia, neq; obstāt dicta eiusdē Arist. qn̄ ait, in omni actioni materiā ꝑsuppositā: nā de anima rationali nō intelligit, cū specialiter de illa sit specialis cōsideratio distincta ab [illegible] formis substātia lib., q̄ deducūt ex potētia materię, & pēdet ab ea [illegible] & corrūpūt, & finē habēt deficiēte dispositione in materia a quibus pēdebāt, [illegible] per quas conseruantur.

3. Cōclusio Tertia, cōclu. Quāuis aliquibꝰ videatur, Cōmē. sensisse creationē dari in. 1. sensu sine nouitate essēdi. Videt dicēdū cū absolutè negasse, in vtroq; sensu creationē. Prima huius cōclu. pars posita est, eò q̄ Herueus 4. quol. q. 9. & Pau. Socinas. 12. meta. q. 15. & Ioā. Capre. in. 1. sen. d. 3. q. 1. tenet Com. Deū facere causam ꝓductiuā oim, & consequēter creationē cōcedere in. 1. sensu primæ cōclu. [illegible] uitate essendi. Sed tū nos dicimus, q̄ Cōme. negauit in vtroq; sensu. 1. & 2. Et huius opinionis est Greg. Arimi. in. 2. sen. d. 1. & Iaduin. 2. meta. q. 4. & D. S. qui exactè intellixit mētē Cōm. 8. phy. c. 4 q̄ adducit Cōm. d. ridētē vulgū, credētē creationē &c., ꝓbo ergo q̄ in vtroq; sēsu neget Cōm. creationē. 1. negat in. 1. sēsu, vt intelligūt doctores citati: quia nō potuit capere quomodo ex nihilo aliquid fiat: & q̄ in. 2. sensu etiā neget, quia negat animā [illegible] ellectiuā esse formā informātē materiā: sed ponit intellectū vnū separatū omniū: de cuius fatuitate in suo loco disserēdū erit in. 3. de anima: cū ergo creatio. 1. & 2. modo ex mēte Arist. cōstet, & q̄a causam primā oim effectricē dicit, & aiā rationalē immortalē formā informātē corpꝰ affirmet, & vtrūq; neget Cōm. vt [illegible] philosophātes intelligūt: seqtinq̄ apud eū nullā esse creationē.

Capreolus. Gregorius. Ianduinus. S. Thom.

¶ Ad. 1. argumentū respōdet concedēdo q̄ Arist. in doctrina sua expressè materiā dicit prerequisitā, velut subiectū in generatione. &c. sed hoc nō obstat dictis: nā nos ex doctrina eius, damꝰ: quod substātias spirituales. 1. causa produxit: in quibꝰ nō est materia: & damus etiā, q̄ anima rationalis cum ab extra veniat, & separari possit, sicut ꝓpetuū à corruptibili fit à deo: & nullo alio modo pōt esse nisi per creationē: & eodem modo soluitur secūdū argumentū.

Ad argum.

¶ Ad. 3. respōdemꝰ. 1. dādo q̄ Deꝰ de necessitate naturæ agat, nō sequit, q̄ eo sequat, q̄ anima rationalis sit ab ęterno creata q̄a & si ex suppositione sequatur, q̄ illa q̄ immediate ab eo & sine causę. 2. cooperatiōe fiūt essent ab ęterno: nō sequitur tū q̄ illa q̄ cōcurrente causa. 2. nō fiāt in tpe de nouo: & ob id cū anima rationalis sit à Deo, q̄ tū nō ꝓducitur sine naturali agente cooperante ad vnionem cū corpore: q̄a cū sit forma corporis vt ꝓbatū est: nō est a Deo, nisi disposito corpore q̄ debet informare: & huiusmodi producta, nō est necesse sint ab ęterno: sed oportet sint in tpe, tūc, q̄n subiectū sit vltima dispositione dispositū, ad receptionem talis formę: quia talia nō sunt volita a Deo ab ęterno, pro æterno: sed in tēpore oportuno iuxta concursum agentis secundarij. Cōmen. tū qui animā intellectuā negat formā informantem, cōcedendo a Deo produci, & consequentur affirma-

Ad. 3.

Herueus. Socinas.

Universidad de Deusto Biblioteca

r et quod ab æterno.

¶Sed quomodo stabit verũ, ꝙ hõ generet hominẽ: supposito ꝙ aĩa rationalis creetur: pro nũc aduerte, ꝙ Greg. ..rim. in.2. d.16. &.17.q.2.ad.6.argumẽtũ dicit, ideo hõ, hominẽ generat: qa hõ ꝓducit animã sẽsitiuã quæ est dispositio ad introducẽdã animam intellectiuã: vel dic ꝙ saluat vera generatio, per hoc ꝙ hõ causat in materia sufficientes dispositiones: & in hoc est ratio generationis vniuocæ: quia de ratione generãtis in viuẽtib⁹, nõ est, ꝙ generans producat formã geniti: sed actione sua agere, vt genitũ participet formã generãtis, nõ eadẽ numero, sed specie, & per hoc qđ dixim⁹ animã rationalẽ nõ educi de potẽtia materiæ, sed à Deo creari, apparet error q atribuit Auicene: vt docet Cõm.8.physi.Cõm.46.& albertus Magnus.3.li.metheo. existimauit Auicẽ. quod omnia animalia, tã imperfecta q̃ pfecta, (inter q̃ hõ cõnumerat) posse generari nõ solũ ex semine, sed sine semine: & sic opinatus est homines, post diluuiũ genitos fuisse ex terra, per virtutẽ & determinatũ aspectũ stellarum: sed de huiusmodi fatuitate alibi locus proprius.

Greg. Arim.

vide Cœl. li.1.ca.40. & li.4.cap. 19.lect.an.

¶SPECVLATIO. IX.
De alio principio rei naturalis, nẽpe de forma, vtrũ educatur de potentia materiæ.

Argumẽ.1.

V Idetur quod non. Anima rationalis forma est, & maxime substãtialis forma, quæ dat homini esse, & in ꝓpria specie cõstituit seipsam: non tñ educitur de potentia materiæ, sed à solo Deo creatur: ergo simili mõ nulla alia forma educitur.

Argumẽ.2.

¶Secũdo. Per actionẽ agẽtis naturalis verè, & realiter aliquid generatur, ꝙ ante nõ erat: & nõ materia, cũ ipsa sit ingenerabilis, vt dictũ est: ergo forma: at illud ꝙ generatur, ante generationẽ nõ erat, cũ sit productũ in esse post nõ esse: ergo forma genti nõ erat: sed esset, si de materia educeret: ergo nõ educit forma de potẽtia materiæ.

Argumẽ.3.

¶Tertiò. Si forma educit de potẽtia materiæ ab agẽte in actione naturali, eo esset, ne dicatur, ꝙ agẽs naturale creat, de nihilo formã producendo: sed non repugnat agenti naturali, non solùm per diuinam potentiã, sed etiam posito vno miraculo, ꝙ naturali ter ei cõueniat: vt in solutione ad.2. ꝓbatũ est in præcedẽti speculatione: ergo nõ educitur forma de potentia materiæ.

¶In cõtrariũ est ꝙ Arist.tex.78.& libr.3. text.20.& primo de gene.tex.11. ..licit.

In contra.

¶Ante solutionẽ speculatiõis oportet supponere, (ꝙ aliàs nõ semel repetitũ est,) ꝓ se notũ fuisse apud antiquos, ex nihilo nihil fieri, saltim simpliciter, & per se: nã ex priuatione per accidens non incon..eni.. ..minẽ ex semine, quod non est ho.. fieri.

Nota.1.

¶Secũdò notãdũ, ꝙ ratione h..us principij multipc.. Aris. crediderũ., aut formas, aut aliq̃ particulã, aut ..cidẽs in materia latitare, anteq̃ ab agẽte manife..tur per ei⁹ actionem. Istorum (vt refert Durand.) quidã dixerũt, in materia ipsa latitare ..uasdã possibilitates: vt si dicam⁹ ꝙ in mat..ia aquæ est possibilitas ig.. & ratione illius possibilit..is ꝙ ignis possit forma educi: & sic de omnibus alijs possibilitatibus: & in actum exibant per actionem agentis.

Notan.2. Diuersæ opiniones.

Prima opi. Durand. in 2.d.18.

¶Secũda opinio fuit Alber.Mag.q posuit formas latere in materia secũdũ quasdã inchoationes, q̃ inchoationẽ vocat formã esse secundũ essentiã: sed per actionẽ agentis naturalis forma, quæ erat solùm secundùm essentiam, acquirit existentiã. Itaq; cum laterent formæ secũdum habit..., poste.. apparent secundùm actum distinctè.

Opinio.2. Alber. Mag. 1.phy. tra. 3.c.3.& 15

¶Alij dicũt, vt adducit Aureo.2.sen.d.18. ꝙ forma est in materia secundũ partẽ, quę pars per actionẽ agentis naturalis perducitur ad effectu.., ad modum quo accidẽtia reducuntur per intensionem.

Opinio.3. Aureo.

¶Quarta fuit opinio, dicẽs in materia esse formã corporeitatis, qu.. facit mater.. corporeã, & extensam, ex cuius virtute pro..ucuntur speciẽ formæ. Hanc recitat.. S. Th. in.2.d.18.q.1.ar.2. quã opinionẽ Sco.in.4. d.11.q.2.art.2. defendit. Contra qu.. edidit elegantem tractatum Æg..ius Romanus. De quo erit disputandum suo loco. Quar.. uis quoad formã in..oducendã nulla sit differentia inter S.Tho.& Scotum vt probat Anton.Andrea.7.metaphy.quæst.11

Opinio.4. S.Thom. Scotus. Ægidius.

¶Quinta opi..o est Cõmẽtatoris hîc li.1. tex.63.& latiùs in li.de substãtia orbis.c.1. &.4.q tenet, in materia esse ꝑpetuas quasdã dimensiones, & illimitatas coęuas materiæ, & incorruptibiles, quæ faciũt materiã extẽsam, & diuisibilẽ: sic vt in ..uersis partib⁹ materię, diuersę formę specificę recipiãt.

Opinio.5. Comment.

¶Omnes istę opiniones ponũt aliquid reale prę existere in materia ante generationẽ

quod

ꝙ sit ingenerabile, & incorruptibile, adiuuans causam agentem ad generationem.

¶Has varias opiniones impugnare nõ esset difficile ex Aris. qui solũ tria ponit principia, .. suprà probatũ est, scilicet materiã, formam, & priuationẽ. Isti tamen omnes aliquid aliud ponũt, scilicet, quod perpetuũ intelligũt in materia, siue sit hoc, siue illud, & sic non solũ de ipsa materia diceretur, ꝙ ..ner..bilis, & perpetua esset: sed prolixitat.. ..tes, accedere oportet ad rẽ ipsam, declara.. ..n quo cõsistat ratio eductionis de potenti.. materiæ, quod p..issimum in hac est. De quo s.. conclusio prima.

Suprà spe. culat.1.

Physica sciãtia

Conclu.1.

¶Formã ..uci de potẽtia materiæ nõ est (vt aliqui iuniores affirmant) formã produci in m..teria, certis dispositionibus dispositã ..naturaliter ordinãt ad talẽ formã, sine quibus fo.. ..õ produceretur. Probatur: quia si hoc sufficeret ad ..ꝙ forma dicatur educi de potẽtia materiæ, sequeret qu..d anima rationalis educeretur de potẽtia materiæ, & nõ à solo Deo crearetur, qđ est erroneũ. Probatur: quia positis dispositionibus illis certis in materia, introducit anima à Deo: sicut positis dispositionibus in ligno introducitur forma ignis.

Formam educi nõ est ipsam in materia produci.

Obiectio.

¶Nec valet dicere ad vitandum inconueniens (v.. dicunt contrarium opinantes) ꝙ illę dispositiones in embrione non sunt ordinatę ex sua natura ad animam rationalẽ, sed solũ ex pacto diuino. Nõ valet (inquã) quia vnde constat, quòd dispositiones in ligno sint magis ordinatæ ..atura ad formã ignis, quã in embrione ad animã rationalem? non habemus vnde: & dicimus illas in lig.. naturales: ..ia semper ipsis existen..bus, forma introducitur: & esset contra natu..am si non introduceretur, à simili. Dispo.. embrione ad animam rationalem suffi..nter, si anima rationalis non introduceretur, es.. cõtra naturã, dato ab ipso Deo solo creetur anima, & introducatur. Quapropter videtur ..icendũ, ꝙ educi de potentia materiæ non sit po..is illis c..is dispositionibus formam introduci, vel recipi in materia. Et quidẽ cũ ..oprie homo generet hominẽ, sicut equus equum, & alias ..erus pater non diceretur, sequitur, quod virtus seminalis hominis ita attingit generationem hominis, sicut virtus sem..nalis equi equu.. ..uia ita attingit ad introductionẽ: ob id si sufficeret in equo, ad hoc quod dicatur forma equi educi de potẽtia materię, sic ad hoc ꝙ aĩa rationalis diceretẽ educi.

Solutio.

Et iam si cõtrariũ dicat Marsilius.

¶Secunda cõclu. Formam educi de potentia materiæ, non est dispositiones attingere ad intr..uctionem, & ad productionem simpliciter esse, formæ. Volo dicere in hac conclusione, quod dato daretur differẽtia inter animam rationalem, & alias formas, per hoc quòd in alijs formis dispositiões attingunt, nõ solũ ad introductionem, sed ad productionem esse formæ, & dispositiões animę rationalis solũ ad introductionem: dico non sufficere ad hoc, quod dicatur forma educi de potentia materiæ. Pro..atur. Quia huiusmodi dispositiones sunt velut instrumenta, quæ se tenent ex parte causę agentis, & non ex parte materiæ: ergo potius deberet dici, formã educi de potentia agentis efficientis, q̃ educi de potẽtia materiæ: qa hoc, quod est de potentia materię educi, vltra cõcursũ agẽtis, significat aliqualẽ concursum eiusdem materię ad ꝓductionem formæ, etiã .. ipsa materia pura potentia sit dicta: tamen nomen hoc sonat.

Conclu.2.

Hoc dixit Coronel. Vid Spiso, lio.3.

Ratio.

¶Tertia cõclu. Formam educi de potentia materiæ nõ est ipsam recipi in materia, qa in ea potentia receptiua erat. Patet. Si hoc sufficeret, sequeretur quòd anima rationalis educeretur de potẽtia materię, quia ipsa susceptiua est: nam dato anima rationalis sit spiritualis, & ad corpus nullã habeat cõuenientiã, tñ est forma corporis, & ꝓ isto statu talis est connexio, & cõuenientia, vt intelligere nõ valeat sine corpore: qa nihil est in intellectu, quin priùs fuerit in sensu. Et necesse est intelligentẽ, phantasmata speculari. Anima.n. actus corporis est physici, organici, &c. vt Arist. ait. Ergo in materia est susceptibilitas, & potentia: cùm tñ ipsa non educatur, de potentia materiæ: sequitur non sufficere hoc in alijs formis.

Conclu.3.

Ratio.

S.Tho.p.p. q.78.art.1.

Arist.3. de anima tex. co.90. Arist.2. de anima.t. c.6.

¶Cõclu.4. Educi formã de potentia materiæ nil aliud est, quã actu fieri quod erat in potẽtia materiæ. Probat. In veritate formę oẽs aliæ ab anima rationali educi dicũt de potẽtia materiæ, & nõ est quia aliq̃d sit po..itiuè in materia coæuũ materiæ, neq; secũdũ partem formę, neq; secũdũ totũ, neq; est dispositiones introducere formã, neq; est formã ipsam producere, neq; est formã recipi in materia: & cũ aliquid fit, oportet fit actu fieri per generationem, quod erat in potentia materiæ: sicut si dicamus nunc actu fit planta per generationem: quia forma plantæ erat in potentia talis materiæ se

Conclu.4.

Ratio. Vide Ægidiũ quoli. 2.q.12. & melius quolib.3.q.10. &.11.

minis:

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

S.Tho.p.p. q.90.art.2. ad.2.

minis: ob id forma educta eſt. Educi enim non eſt aliud, quàm actu fieri quod erat in potentia materiæ: & quia anima rationalis non erat in potentia materiæ, non dicitur educi de potentia materiæ.

Quid eſt formã educi de potentia materiæ.

¶ Nũc reſtat declarare qd eſt eſſe in potẽtia materię, & quomodo oẽs formæ aliæ à rationali dicãtur eſſe in potẽtia materiæ. Eſt enĩ formã omnẽ dependere à materia in fieri, & in cõſeruari, in genere cauſę materialis, ſcilicet, receptiuę, & paſsiuę. Et ꝓbatur ꝙ hoc ſit eſſe in alio tãquã in cauſa. Sic Ariſt. 4.phy.tex.23. dicit, vnũ eſſe in alio, qñ eſt in eo tanq̃ in cauſa: qa ergo hęc eſt rerũ natura, vt nulla forma fiat niſi in materia, meritò omnis forma dicit̃ eſſe in potẽtia materiæ. Et qñ agens naturale aliquid producit, facit ꝙ ſit actu, id quod erat in potentia cõtentũ in materia. In ea (inquã) tãq̃ in ſua receptiua cauſa materiali. Neq; eſt nouus iſte loquẽdi mod⁹, vt dicim⁹ mũdũ fuiſſe in Deo, tanquam in effectiua cauſa: & omnia dicantur in ſole, quæ generãt: ſic ergo omnia ſunt in potentia materiæ. Et quia anima rationalis non ſic eſt in potentia matetiæ: quia dato ita ſit, quòd quãdo à Deo creatur, in materia diſpoſita recipiatur, non tamen habet ꝙ ſic ſit in materia, tanquam pendens ab ea in fieri, & conſeruari: quia poſſet Deus animam creare rationalem ante corporis formationẽ multò antè, licèt non creet: tamen non repugnaret naturæ eius, magis quã modò repugnat, qñ à corpore ſeparata eſt, & nõ pendet à materia in conſeruari, quandoquidẽ abſq; miraculo conſeruatur ſeparata, ob id non dicitur eſſe in potẽtia materiæ: eſſet tamẽ miraculoſum, q̃ aliqua forma ſuſtentaretur abſq; materia: ob id omnis forma dicitur educi de potentia materiæ, & omnes tales fiũt à materia depẽdẽter, id eſt cõcurrente materia in genere cauſæ materialis. Et ſola anima rationalis fit independenter à materia, quanuis non creetur à Deo, niſi in materia, ſeu corpore diſpoſito. Et qdẽ q̃uis inter Ariſt. expoſitores controuerſia ſit, quid Ariſt. ſenſerit de animæ rationalis natura, an educatur de potentia materię, an de foris ſit: de intellectu apertè dicit: vbi animã vegetatiuã, & ſenſitiuam ait educi de potẽtia materię, intellectũ verò venire ḋ foris. Sed de hoc in libro tertio de anima diſſeremus.

Greg. Arimi. in.2.diſ. 16.&.17.

Ariſto.2.de gen.an..c.2

¶ Inter animam rationalem, & formas alias diſtinctio hæc eſt, quòd omnes aliæ dependeant à corpore, vt ſine eo conſeruari nõ poſsint. Anima rationalis verò ſine corpore conſeruatur. Nec obſtat, ſi quis dicat, quod diſſolutis diſpoſitionibus in corpore ad animam rationalem, ipſa non manet, & ſequitur mors. Non (inquam) valet: quia dato ampliùs non animet, non tamen deſinit eſſe, ſed ſeperata conſeruatur. Et ꝙ nõ animet eſt, quia ſuum animare [illegible] poſitis, & conſeruatis diſpoſitionib[illegible] ſis ablatis, nõ ampliùs animat: & hoc declarat, quod diſpoſitiones in corpore ad animam rationalem conc[illegible]unt ad introductionem in corpore, ſed non a[d] eius productionem: ob id ipſis ablatis, non eſt ibi anima: ſed non deſinit eſſe, quia non attingebant diſpoſitiones ad producti[illegible], ſed ſolùm à Deo per cre[illegible]onẽ fuit. Et De⁹ aliter conc[illegible]it ad productionem animæ rationalis, quę nõ educitur, quam cõcurrat ad productionem aliarum formarum, quę educuntur: quanuis vtrobiq; requiſita ſit diſpoſitio. Et differentia eſt in hoc, quod animam rationalem Deus producit in corpore diſpoſito, ꝙ eodem cõcurſu poſſet in vacuo producere, quia eſt forma per ſe ſubſiſtẽs: ſed formas alias producit cũ agentibus naturalibus, vt illo eodem concurſu nõ poſſet producere in vacuo, niſi ſpecialiter ſupplendo vicem materiæ. De quo vide doctorem. Sanct. qui ponit differentiam, & probat formas alias non produci, ſed comproduci ad pr[o]ductionem totius. Et nõ eſt opus dicere (vt aliqui putãt) quod priùs intelligatur forma ſubſtantialis, & quod pri⁹ ſit quàm inhæreat: imò in hoc conſiſt[it] differentia animæ rationalis, & aliarũ formarum: quod anima rationalis dicitur priùs eſſe, quàm inhæreat corpori: quia eſſe priùs formæ quàm inhæreat, eſt habere eſſe independẽter à materia, & per ſe ſtare, quod animæ rationali conuenit: at aliæ formę omnes ſubſtantiales & accidentales nullũ habent per ſe eſſe, niſi eſſe in ſuppoſito: ob id non ſunt antè, neque intelliguntur ante quã inhæreãt: ſicut in artificialibus, ſi ſtatua in lapide fiat, non priùs natura eſt forma artificialis, quàm inhæreat: ſed fit forma ſtatuæ per hoc quod ſit ſtatua: & dato ipſa forma det compoſito eſſe formale, nõ eſt opus ob id priùs intelligatur ipſa: quia licèt in cauſa efficienti id ſit prærequiſitũ, & quod actu ſit, ſi debet agere, formalis tamen

Obiectio

Solutio

S.Tho.p.p. q.118.ar.2.

Differentia inter animã rationalem & alias formas.

S.Tho.p.p. q.90.art.2.

Rõ diſcriminis inter animã rationalẽ, & alias.

men cauſa non habet prius eſſe, quam det ſuppoſito: nã frigiditas dat eſſe frigidi formaliter, ſed ipſa non eſt frigida: & albedo dat albo eſſe albi formaliter, ſed albedo alba non eſt: ob id ſufficit quòd forma cum dat eſſe formale, ſit id quo ſuppoſitum eſt tale, & non oportet priùs habeat eſſe, & non priùs natura eſt, quàm ſit pars totius. Et quia anima rationalis habet per ſe eſſe [illegible]ratum, quod non habent aliæ formæ, [illegible]e priùs natura, quàm inſit corpori. In[illegible]at ratio creationis, & quod non ſit form[illegible] educitur de potentia materiæ. Aliæ verò oẽs [illegible]ducuntur, vt dictũ eſt.

Diſcrimen inter uiuentia, & non viuentia.

¶ In eductione t[illegible] de potentia materiæ eſt differe[illegible]ia notanda inter viuent[illegible], & non viuentia: quia in ſolis viuentibus virtus a[illegible] coniuncta eſt materiæ in eodem ſupp[illegible]to, ita [illegible] nucleo nucis, vel alteri⁹ fructus ibi virtu[illegible]ctiua incluſa dicatur, quæ de materia in qua eſt, ſuffi[illegible] ad educẽdam formam. Et in ſemine animalis exiſtẽte [illegible] matrice fœminæ virtus impreſſa ab agente eſt: at non viuentia, vt elementa, non ge[illegible]rant per virtutem actiuam, quæ ſit coniuncta in materia, vnde forma educitur, ſed ſit per diſpoſitiones receptas ab agente in materia ſeparata: ſicut ignis generatur in ligno per diſpoſitiones [illegible] deſiccando humiditatem, & introducendo calorem. Quapropter loquentes proprię, virtutes ſeminales ſolùm in viuentibus deberent concedi eſſe in materia, quia ibi virtus actiua cõiuncta eſt materiæ, ſed in non viuentibu[illegible]on ſic, quanuis loqui ſoleant philoſophi in materia latere ſeminalem virtutem ad formam intro[illegible]cendam, [illegible]am in non viuentibus. [illegible]od dicunt in hoc ſenſu: quia omnis forma [illegible]cepta anima rationali) ſiue de viuentibus, ſiue de nõ viuẽtib⁹, educitur de potẽtia m[illegible]riæ, ad ſenſum ſuprà explicatum.

Vide Durã. 2.ſen.d.18. q.2.

Quædã formæ magis dependẽt à materia q̃ aliæ.

¶ Eſt tamen c[illegible]ſiderandum, quod aliquæ [illegible]mæ magis dependent à materia, quàm aliæ: ob id quædam v[illegible]tur ſic eſſe in potentia materiæ, vt quaſi non ſi[illegible] vt lu[illegible] forma eſt, & tamẽ in inſtanti in aëre eſt, vt non videatur educi de po[illegible]tia materiæ: idem de ſpecíebus: ſed in veritate educun[illegible]: quia lumen non priùs eſt, quàm ſol faciat aërem luminoſum, & in vacuo non poſſet producere lumen. Quare ai[t] Ariſto. Neceſſ[illegible]um eſt mundum hunc eſſe cõtiguum: ſimiliter & ſpecies in medio, quæ deferũtur ad potentiam, & multiplicãtur, oportet dici quod educuntur de potentia materiæ, licèt minùs videant̃ dependere à ſuis ſubiectis, [illegible] aliæ formæ, quanuis aliq negẽt. ✱ ſpecialis hic ſeſe offert cõſideratio in educendo formã de potentia materiæ, quomodo ſeſe habeãt ſemẽ deciſum à uiuẽte in productione. &c. Sco. in. 2. diſt. 18.q.1.& Anto. Andręa. 7. Metaph.q.11. tenet quod ſemẽ agit vt concauſa & nõ vt ſufficiens actiuũ, & ratio eſt, quia virtus actiua agentis vniformis, nõ poteſt cauſare effectum difformẽ in paſſo vniformi, & qa ſemen eſt vniforme, & materia ſimil[illegible], ſequitur qđ non poteſt cauſare tantã deformitatẽ quãtã videm⁹ in organis animaliũ: & ſic dicunt quod difformitas venit ab agente difformi. ſ. influẽtia cœlorũ: & ſic ſemẽ nõ attingit formã geniti. Nullũ. n. imperfectũ eſt principiũ efficiens producẽdi perfectũ: ſed ſemẽ eſt imperfectius animãte: & Anto. Andrę. di[illegible] quod forma ſpecifica animalis perfecti ꝙ gignit ꝑ propagationẽ immediate ꝓducit à Deo, quia nõ eſt à ſemine neq; à patre, quia eo mortuo poteſt filius generari, neq; à virtute cœli neq; à forma cœli, neq; ab ĩtelligẽtia & ſic eſt à Deo. Com.ẽtũ & Doct. S. dicunt ꝙ ſemẽ nõ ſolũ diſponit materiam ad formã, ſed etiã producit formã animati educibilẽ de potẽtia materiæ, quia vt ait Comẽ. 7. meta. com. 31. in ſemine eſt virtus cõmunicata à generãte, ꝑ q̃ vt inſtrumẽtũ generãs ſibi ſimile ꝓducit: ꝑ & quia virtualiter eſt ipm̃ generãs, diſponit & format diuerſa organa, & ſic eſt virt⁹ quodã mõ diuina occulta: & ibidẽ idem. S. Th. ſentit, ob ꝙ nõ eſt neceſſe ad formã producẽdã in genito recurrere ad ideas vel ad datorẽ formarũ, neq; ad Deũ ſpecialiter in formis q̃ educi poſſunt: qa aliàs ſi tales formę nõ producũt ab agẽte ſed ſolũ diſpoſitiuè crearẽtur à Deo tales formæ ſicut de aĩa rationali dicit̃, q̃ ideò dicit̃ creari à Deo qa hõ nõ attingit ad animã rationalẽ ſed ſolum diſponit ad introductionẽ, de quo Paulus ſoncinas. 7. meta. q. 29. & ſemẽ licet ſit vniforme in ſe eſt virtualiter multiforme: qa eſt ipm̃ generãs virtualiter, & licet ſecundũ ſe ſemẽ cõſideratũ, doctoris ſub. ratio appareat, cõſiderãdo ꝙ virtute eſt animali a quo decidit, poterit agere quæ videm⁹ in genito: hęc ſint pro maiori intelligentia illorũ quę dicta ſunt in hac ſpeculatione.

¶ Ad argumenta patet ſolutio ex dictis.

Ægid. de numeratione intellect⁹ poſſibilis. c.2.

Ricardus.

Ariſt. 1. Meta.

S.Tho.p.p. q.67.ar.2. ad.1.

Hoc eleganter docet Ægid. quol. 5. q.10.&.11.

✱

Universidad de Deusto
Biblioteca

SPECVLATIO OCTAua. An generatio termi netur ad forrm.

Vide Ægidiũ.quolib. 4.q. 11. & quoli. 5.q. 11.

QVia in præcedenti speculatione diximus de generatiõe, & eductione formarũ de potẽtia materię, disputãdũ est de termino generationis, an sit forma, vel totum genitum.

Argum .1. ¶ Videtur quòd sola forma sit terminus generationis. Id verè, & realiter est terminus generationis, quod habet de nouo esse per generationem: sed solùm forma est: ergo ipsa est terminus. Patet: quia terminus in generatione, vel est materia sola, vel totum, vel forma sola. Materia non potest esse talis terminus: quia ipsa ingenerabilis est, vt dictum est. Nequ. totũ. Patet: quia totum non est aliud quã suæ partes: sed materia, quæ pars totius est, nõ est generabilis: ergo neq; totũ, saltim pro illa parte, qua materiã habet alterã partem sui: manet ergo, quod sola forma terminus sit generationis.

Supra speculatiõe. 4. Supra speculatiõe. 6. proœmiali.

Ari. 8. phy. tex. co. 7. & 5. Ethi. c. 1. & 4. Met. t. co. 4. & 1. Topic. c. 8. & 12.

¶ Secundò. Id erit terminus generationis, quod intelligitur esse corrruptionis: quia contrariorum eadem est disciplina: sed corruptionis terminus solùm est forma, quia non corrumpitur materiã, vt constat, neque totum, quando quidem totum non corrumpitur, si pars manet, ergo sola forma est.

¶ Præterea. Illud est terminus ad quem generationis, quod opponitur termino à quo eiusdem: sed terminus à quo privatio formæ est: ergo terminus ad quem generationis sola forma erit. Maior nota est, & similiter minor: quia ex priuatione tanquã ex termino à quo fit motus.

Cõmẽ. 12. Meta. text. co. 18.

¶ In contrarium est Cõmentator, qui ait. Formę secundum Aristo. non producuntur, sed comproducuntur.

Aristot. 12. Met. tc. 3.

¶ Pro solutione notandum, quòd terminus generationis in creaturis dupliciter accipi potest, sicut & principium. Primò. Principium est ipsum generans. Id enim dicitur principium, quod generat. A generante enim incipit generatio, & actio generantis est. Actiones enim suppositorum sunt: & huic respondens est, in termino ipsũ genitum esse. Aliud est principium à quo incipit generatio, & forma est: sicut in dealbatione, terminus à quo nigredo est, quæ priuatio albedinis dicitur, & terminus eius albedo erit. Itaque quia principium à quo, generationis est forma, qua generans generat, in termino correspondet forma geniti.

Aristot.

S. Th. p. sentẽ. d. 5. q. 5. artic. 1.

¶ Est etiam notandum, quòd generatio nõ solùm tribuitur supposito, sed etiam naturæ, tanquàm termino intento pe. generationem. Vnde. Sanct. Tho. ait. quod natiuitas potest alicui dupliciter tribuitur. Vno modo sicut subiecto: alio modo sicut termino. Sicut subiecto tribuitur ei quod nascitur: & hoc propriè hypostasis est, & nõ natura. Nasci enim est generari. Et nascitur aliquid ad hoc quod sit. Esse autem hypostasis est, & non naturæ. Sic natiuitas dicitur hypostasim terminatur. Si tamen consideretur natiuitas sicut in termino: sic tribuitur naturæ. Terminus enim generationis forma est. Intentio enim naturæ terminatur ad formam, seu naturam speciei. His notatis, prima conclusio fit.

Notan. 1.

S. Th. 3. p. q. 33. art. 1.

¶ Per generationem totum verè habet esse & non materia, neque forma. Patet. Illud dicitur habere esse per generationem, quod verè per eam est: sed totum est quod verè est: ergo totum acquirit esse. Quia illud quod verè subsistit, esse acquirit per generationem: sed hoc non est forma, quia ipsa non subsistit, neque materia est: ergo totum, quod & propriè substantia est.

Conclu. 1.

Totum habet esse per generationem.

Ratio. 1.

¶ Item. Id dicitur verè per generationem habere esse, quod verè producitur: sed materia non producitur, neque forma: quia id producitur, quod habet esse per talem productionem: sed forma non habet esse, sed potius dat suum esse composito, & non eã formaliter est: ergo sequitur, quod totum habet esse per generationẽ. Hoc est quod dicit Commentator de mente Aristot. quod forma non producitur, sed comproducitur. Producto enim composito, & id, quo formaliter est, oportet intelligi simul productum: quanuis de formis intentionalibus loquente possset concedi quod forma generatur, & quod forma generat, sicut latè tradidit Ægidius quolibet. 5. q. 1. Sit secunda conclusio.

Ratio. 2.

Comẽta.

Ægidius.

¶ Forma terminus est per se generationis, licet nõ sit ipsa primũ quod generat. Quod sit ipsa per se terminus generationis, patet: quia

Conclu. 2. Paulus Ve-

netur. lib. 1 cap. 9. Ratio. 1. p.

quia id est per se terminus generationis, ad quem de per se tendit generatio: sicut terminus dealbationis, ad quod tendit dealbatio: sed ad quod tẽdit generatio forma est, & intẽtio agẽtis est, formam producere.

Ratio.

¶ Secunda pars probatur, vt in præcedenti specul. dictum est. Forma non debet intelligi prior, sed ipsa dicitur esse toto existẽte composito, qua formaliter totũ est: & quia in generatione cõpositum stat per se, non forma, & formam eo intendit, vt compositum, ea sit: sequitur ipsam formã non esse, sed primo generatur. Itaq; ista duo stant simul, quod forma dicatur per se generationis terminus, & quòd non dicatur primus, quod per se generatur.

Antonius Andræas. Domin. de Flãdria. li. 7 q. 12. ar. 5. sug summę.

¶ In hoc videtur defecisse Antonius Andræas sequens Scotum in. 7. Meta. quæst. 9. qu. 3. conclusione (vt citat Domini, de Flandria.) ait, quòd forma nõ est terminus per se primus generatiõis, eo quòd omne quod vt terminus generatur, generatur ex materia, vt ex parte sui, & cum forma non habeat partes, non erit terminus: Deficit ratio, capiendo terminum generationis, pro intrinseco termino: nam forma ad quã est alteratio, quæ est terminus intrinsecus alterationis dans speciem, non est cõposita ex subiecto alterationis, licet subiectum sit quod alteratur: ita forma, quæ est terminus generationis, non est composita ex materia, quæ est subiectum, licet totum cõpositum sit id quod generatur: sicque soluta manent argumenta.

¶ Considerandum, quod si plato formã in hærentem materiæ etiã cũ ea constituere rem naturalem à firmet, verũ ponit idea à rebus abstractam, & eam causam exemplarem dicit rerum effectarũ, & formam coniunctas rebus effectus eius appellat: imo partum. Aristo. tamẽ, formã principium rei dicit: Ecce in quo cõueniunt, & in quo differũt, & illa idea Platonis in mẽte diuina posita infinita & æterna est: quę singularium rerum in suis vnitate quadam in se cõprehẽdit sicut in Parmenide: & Plotinus in suo de ideis, & vt Simplicio & Themistio videtur. reidẽ. Arist. in. 2. Physicorum, de quo infrà; aduerte, quod ex materia & forma fit vnum per se, licet non sit vnum ex se: quia ad esse vnũ per se, sufficit sint principia intrinseca ex quibus vnũ resultet: & hoc est forma & materia, quę non contingit in aduentu alicuius accidentis cõmunis: cùm forma accidentalis, nõ sit de quidditate rei, quod est vnum esse, quod est ex natura sua simplex, sine materia & forma.

Plato.

Plotinus.

Pro complemento tamen huius primi libri de principijs reinaturalis disputantes, restant duo. Primum, de priuatione (cùm ponatur vnum ex tribus principijs, vt suprà probatum est) opus est post tractatũ de materia, & forma, & de priuatione aliquid dicamus: & erit quæstio, vtrum entia naturalia, quæ constant ex suis principijs, determinentur per naturam per maximũ, & minimũ, vt detur maximũ, vltra quod nõ potest maius, & detur minimum, citra quod non est aliud minus: sic erit finis huius primi libri Physicorum.

¶ SPECVLATIO nona. Vtrùm priuatio, quæ ponitur principium rei naturalis, sit aliquid à materia & forma distinctum.

ET videtur quòd sic illud est verè distinctũ, q̃ seclusa omni operatione intellectus est: quia hæc est vera, cæcitas est, & tamen hec est falsa, Chimæra est. Argumẽ. 1.

Ratio huius: quia priuatio dicit aliquid qd̃ tamen non dicit negatio.

¶ Secundò. Priuatio nihil aliud est, quã forma contraria: sed contraria forma est ens verè: ergo & priuatio. Patet maior: quia nõ album & nigrũ, & non albedo, est nigredo, vel color alius medius. Hoc enim declarat priuatio formę: nã nulla alia ratione materia, seu subiectũ in quo est nigredo, dicitur priuatio, nisi quia non habet albedinẽ: sed albedo aliquid est. Argumẽt. 1.

¶ Item. Priuatio principiũ ponitur rei naturalis, & ponitur & numeratur cũ forma, & materia: sed forma est aliquid reale, & materia similiter: ergo & priuatio: nõ enim est maior ratio de vno, quàm de alio. Argumẽt. 3

¶ In cõtrarium est Aristo. in multis locis. In contra.

¶ Pro solutio, notandum, q̃ non inconuenit aliquid esse vnum secundũ rẽ, & plura secundũ Notan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secũdũ aliam rationem:vt domus est vna, tamen est plura entia.s.ligna,& lapides, in quantum plura concurrunt ad constituendum domũ:sic etiam vna [illegible] potest esse in actu,& in potentia.In actu,per respectum ad formã quã habet:& in potẽtia,quia habet aptitudinem ad aliam habendã. Vnde nõ incõuenit vnã & eãdem rem & actum, & priuationem habere:licèt inconueniens esset respectu eiusdem.

Notand. 2. ¶Secundò notandum,q̃ hic in dubio est, vtrùm priuatio formę,quæ non est nisi in subiecto apto nato, vt materia sit aliquid distinctum ab ipsa materia, sicut solet res à re distingui:an solũ sit vna & eadem res, sed per vnum respectum dicatur priuatio, & per aliud dicatur materia.

Conclu. 1. Cõtra Paul. Venetũ in sua Met.c.8 ¶Priuatio non est quid positiuum à materia distinctũ. Probatur ex nomine ipso, Sonat enim rei priuationem, & non positionem.Id Arist.4.Meta.text.4.ait, Priuatio est negatio in subiecto apto nato:nam cæcitas,cùm sit priuatio,carẽtia solùm importat.

Ratio. ¶Probatur conclu. Si priuatio est aliqua entitas positiua,ergo tenebræ, cũ sint luminis priuatio,aliquid positiuũ essent: sed hoc est falsum:quia,cùm aër illuminatur, per quod tenebræ expellũtur, aliquid positiuum expelleretur:sed hoc constat esse falsum,ergo &id ex quo sequitur:& eodẽ modo probatur de omni alia priuatione.

Corollari. 1. ¶ Ex quo sequitur perperã opinasse,qui dixerũt priuationẽ esse aliquid positiuũ.

2.Conclus. ¶Secũda cõclusio.Priuatio in materia alicuius formæ non est forma cõtraria.i.non est albedo:non est nigredo: non est ignis: non est aqua:imò nec est materia,nec forma.

Ratio. 1. Probatur:quia sequeretur quod materia,& priuatio realiter distinguerentur.Patet:quia materia,& forma realiter distinguuntur:si ergo priuatio est forma cõtraria,realis esset distinctio inter materiam,&

Aristo. priutaionem:sed hoc est contra Arist. qui in text. 60. ait, quòd materia, & priuatio sunt vnum realiter.

Ratio. 2. ¶Præterea.Priuatio intra definitionẽ generationis,quæ est mutatio de non esse ad esse,cuius priuatio,tãquã terminus à quo, est velut principium: at forma impropri dicitur principium sui contrarij.

3.Cõclusio Priuatio idẽ est re quod materia. ¶Tertia cõclusio.Priuatio est idẽ re quod materia:solùm ab ea ratione distinguitur: quia materia seclusa operatiõe intellectus est materia,& seclusa operatione intellectus priuatur forma:sed materia,& priuatio solùm duo sunt per operationem intellectus,per hoc,quòd intellectus aliter capit hoc,quod est subijci formæ: quod est esse materiã,& hoc quod est carere forma: sic tenebræ non sunt aliud quàm aër non illuminatus:& quia priuatio significat materiam in abstracto,nõ prædicatur de ea formaliter,sed idẽticè:sicut si hæc [illegible] vera est res,quæ sunt tenebræ,& tamen [illegible] est tenebræ:sic materia est res, [illegible] priuatio,sed materia non est priuatio.

¶Hæc cõclusio ab Arist. multis probatur rationibus,quòd distinctio sit: & cùm nõ sit [illegible] distinctio,oportet fit rationis:mã illa distingui oportet,quæ sic se habẽt, q̃ vno manente,nõ manet aliud:sed ma[illegible] materia non manet priuatio [illegible] ergo distinguuntur. Ratio. 1.

¶Item.Materia est per se principium generationis in fieri,& in facto esse:at priuatio non est principium rei genitæ de per se,sed solũ de per accidẽs,vt suprà dixim⁹. Ratio. 2. Tex. 59. Tex. 65.

¶Item materia habet potentiã de qua educitur forma,secundùm quod formæ educuntur de potentia materiæ: sed priuatio nõ habet talem potẽtiã,quia est negatio. Ratio. 3.

¶Item.Materia habet se vt subiectũ respectu priuatiõis,& priuatio velut [illegible] quæ expellitur per generationem formæ contrariæ in eodem subiecto.

¶Sufficiat adduxisse has rationes,ad probãdam differentiã secũdùm rationem,inter materiam,& priuationem Realem:tamen vitare est necessarium:siquidem materia ipsa est,quæ subiectũ dicitur formæ, & ipsa eadem conside[illegible] tanquã p[illegible]ta forma,ad quã habet aptitudinem, vt r[illegible]pere possit,dicatur priuatio:& ob [illegible] sunt tria principia rei naturalis,solùm duo constituunt intrinsecè rem [illegible]rtur [illegible] quia in rei veritate solùm sunt [illegible]o re,cùm materia coincidat cum priuatione.

¶*Et cũ materi[illegible] [illegible]orma intrinsecè rem constituat[illegible] naturalem,& hæc duo solùm substãtia rerũ sint:exploditur opinio Platonicorũ,& [illegible]thagoricorum,qui ens & vnũ rerũ substantiã dicebat. Contra quos ex proposito Philos.in.4. Meta. & in [illegible] &.12. Siquidem ponebant ens & vnum per[illegible] separata,extra res ipsas:nam si ens & vnũ transcendẽtaliter sumu[illegible]ctur rerum substantiã dicunt:cũ de omnibus quidditatiuè prędicẽtur,quia quęlibet res, & ens est & vna:quia indiuisa, & sic substantiam rei importaret sicut materia & forma:tamen non extrà rẽ, sed in re:sed ens & vnũ, vt in prędicamẽto quantitatis ponuntur, cum sint accidens,non possunt esse rerum substantię,cũ accidentia posteriora sint,& cõsequantur eam: & non distinguẽs Plato & Pithagoras inter hæc,asseruit vnũ prin[illegible]um [illegible]meri, esse rerum substãtias, &c. de q[illegible]us alias.

Ad primũ. ¶Ad p[illegible]um argumentum concedimus hanc esse v[illegible]ram,cæcitas est sed intelligitur vera,pro qua [illegible]o subiectum in quo est cæcitas,aliquid est.Si verò velis eam verificare,vt eò sit vera, vt cæcitas ipsa secluso subiecto,aliquid sit reale,neganda est. Sed hæc [illegible] vera: priuatio est, sed eò vera est, quia materia quæ est idem re quod priuatio,est,sicut sentit Sanct.Tho[illegible] vbi notandum,quòd in.1.parte dicit, quòd ens vno modo capitur,vt sufficiat ad veritatẽ propositionis:& sic priuatio est ens,in quo differt à pura negatione: alio modo sumitur, vt ens diuiditur in decem prædicamenta: & sic priuatio non est ens,sed negatio formæ:ob quod sequitur, quòd priuatio est ens rationis:quia est carentia quædam distincta à subiecto, solùm per operationem intellectus. S.Tho.p.p. q.48.art.2. ad.2.

Ad secũ.tũ. ¶ Ad secundum.Negamus priuationem esse formam contrariam:imò est ipsa materia:solùm ab ea differẽs ratione: quia per intellectus operationem di[illegible]inguimus ipsam materiam,vt subiectum est, ab eadem quãdo forma priuata esse dicitur.Non est albe[illegible]o,ne[illegible]n est nigredo,neque est alius color medius:sed est [illegible]ubiectum ipsum priuatum albedine.Ob id nõ sequitur,quòd priuat[illegible] [illegible]liquid reale dicat distinctum à materia:[illegible]ia si priuatio aliquid diceret positiuum suprà materiam,cùm materia sit priuata non vna,sed multis formis,tot diceretur habere priuationes & realitates, quot sunt formæ,quas poterit habere: quod videtur falsum. In quo defecit (aliàs nobilis author) Paulus Venetus,qui in sua Metaphysic.cap.7.conclusione.3.dicit.In materia prima est multitudo potẽtiarum respe[illegible]tiarum ab ipsa,& inter se realiter distinctarum.Hæc ibi.Non videtur sanè dictum, in materia huiusmodi ponere realitates, quandoquidem ipsa est vna materia, quæ intelligitur subiectum formarum, & intelligitur priuatio. Sufficiat ponere diuersos respectus, seu diuersas relationes rationis respectu diuersarum formarum ad vitandu[illegible] rerum multiplicitatem, sine causa. Venetus.

Ad tertium ¶Ad tertium dictũ est suprà, priuatio sic ponitur principium rei naturalis,quòd nõ sit de per se,sed de per accidens: nam quia materia est priuata forma,ratione cuius dicitur priuatio, contingit,quòd fiat nouæ formæ introductio in materia:& sic priuatio de per accidens principium est.

¶*Aduerte Platonem priuationem intellexisse,sed tamen causam non vocat, neq; principiũ rei naturalis & merito:quia aliàs etiam tempus & locus principium rei naturalis diceretur,cum generationes,neque sine loco,neque tempore fiant. Dicit ergo Plato occasionem esse priuationem,& quidem religioni christianæ consentaneũ est,vt etiam verbis ab hęreticis fõgẽ simus, priuationem non vocare absolute principium,ne ad Manichæorũ errorẽ accedere videamur,qui duo rerum initia ponentes, vnum boni, alterum mali dicebant, hunc tenebrarum,illud lucis,vbi de tenebrarum initio loquentes priuationem videntur intelligere.

¶SPECVLATIO.XII.
Vtrùm res naturales terminentur per maximum,&c.

POstquam de principijs rei naturalis dictũ est, scilicet de materia, & forma ex quibus cõstãt res naturales, operepretium erit scire. Vtrùm ipsæ res naturales terminentur per maximũ quòd sic,& minimum quòd sic, quod est dicere, vtrùm in omnibus rebus naturalibus detur aliquod maximum,quo nullum maius, & aliquod minimum quo nullum eo minus: & hoc vel absolutè, vel in propria specie:& hoc vel secundùm naturam, vel secundùm diuinam potentiam. De ista specula. multa tractantur, maximè à recenti- Vide Ægidium quodlibet.4.q. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

recentioribus, ingeniosè quidem, innumeris multiplicatis argumentis, sed cùm minimo fructu. Quapropter abstinendum videtur ex proposito ab illis, secundum quæ vtilia videtur, & ad Physicam disciplinam spectant, conclusionibus certis explicabimus, quarum prima.

1. Cõclusio ¶ Omnia viuentia terminãtur quo ad magnitudinem per maximum quòd sic: quod est dicere. Dabilis est tantus homo, tantus Leo: tãtus equus, quo maior per naturam dari non possit. Huius conclusionis ratio

Omni à viuẽtia quo ad magnitudinẽ sunt terminat

signatur à doctore S.p.p. quæstio. 7. art. 3. vbi ait. Forma quæcunq; naturalis determinat sibi certa accidẽtia: vt ignis tantam intensionem caloris, tantã siccitatis: at inter alia accidentia est quantitas, & figura.

1. Ratio. ¶ Ratio sic formari potest. Quælibet res viuens habet formam, per quam terminatur in certa specie: sed quælibet forma habet determinata accidentia, & determinatam quantitatem: ergo quælibet res viuens habet determinatam quãtitatem: sed hoc est determinari quo ad magnitudinẽ per maximum quòd sic.

2. Ratio. ¶ Secundò. Quælibet forma viuentis intrinsecè certæ & determinatæ perfectionis est, vt, scilicet, forma leonis sit, vt. 4. & elephantis, vt. 5. & hominis, vt. 6. Species

Aristot. 8. Metaphysi. tex. 10.

enim habẽt se sicut numeri, vt dicit Arist. ergo & quælibet forma, quæ intrinsecè determinatæ perfectiõis essentialis est, determinatam habet quantitatem, & certã, qua maior dari non potest: siquidem accidentia oportet vt sequantur rationem formæ: & si ipsa limitata est, accidentia non habẽt vnde sint absq; limitatione.

3. Ratio. ¶ Tertiò. Anima viuentis, suppositum auget per nutrimentum, conuertendo alimẽtum in substantiam aliti: sed hæc virtus augmentatiua finita est, cùm & forma, cuius est virtus, sit finita: ergo illius augmenti dari potest terminus: sed hoc est omne viuẽs terminari ad maximum quòd sic.

4. Ratio. ¶ Quartò. Quæcunque viuentia determiminãt sibi per iodum certam suæ durationis, vltra quam pro gredi non possunt: sicut videmus quædam animalia diuturnio ra esse alijs, iuxta speciem suam: vt de corno, & ceruo. Et inter arbores palma nimis durat: & aliæ sicut citissimè fructificant, paucis durant annis: ergo eodem modo in augmento est dabilis terminus: quia quantunuis toto tempore durationis augeantur (quod tamen non ita contingit) non possunt in infinitũ augeri habentes periodum certam vitæ: & sic Aristote ponit mi Aristo.
mam carnem, & maximam, ob terminum augmenti.

¶ Neque est opus hic distinguere, vt de eterogeneis intelligatur conclusio: nam quanuis omne viuens, eterogeneum videatur: sicut etiam in plantis, quæ habent cortiem, folia, & fructus etiam app[illegible] et est ratio termini in augmento, qu[illegible] viuens eterogeneum, vel homo[illegible]m: sed quia vitam [illegible]bens, oportet h[illegible]cat finem augmenti: nam etiam [illegible]nimal homogeneum daretur haberet certum terminum augmenti ratione formæ.

¶ Secunda conclusio. Omnes partes cuiuslibet viuentis, & omnia accidentia, omnes dispositiones tam p[illegible]cedentes, quam concomit[illegible]tes, & subiequentes determinantur ad maximum quod sic: & tandẽ in 2. Conclu.
omni re naturali oportet hoc considerare. Hæc est sentẽtia. Arist. Dicit enim, quod si partes non terminantur in augmento, scilicet, caro, neq; totum terminabitur: ex quo Aristo. in. 8 tex. 36.
sequitur, si totum terminatur, quòd & partes terminantur, sed totum terminatur, vt probat prima conclusio: ergo & partes.

¶ Ratio est. Quælibet forma sib[illegible] determinat certas dispositiones, & acc[illegible]ntia determinata. Non enim posset aquæ forma substantialis conseruari in tanta raritate, quanta est aër, neque aër in tanta, quanta est ignis: Et c[illegible]or non potest esse intensior vbicunque fuerit, quã sit calor in igne, neque frigiditas intẽsior alicubi quã in aqua: sequitur ergo q̃ omne[illegible]tales di[illegible]posi[illegible]es, & huiusmodi acciden[illegible] determina[illegible]d maximum quòd sic.

¶ Tertia conclusio. Omnia eleme[illegible]cor bes cœlestes, & omnia mixta, & n[illegible]viuentia, determata sunt per na[illegible]ram ad maximum quòd sic. Probatur primò de orbib[illegible] cœlestibus: quip[illegible] qui cum sint per naturam in[illegible]orrupti[illegible]les, & ingenerabiles, nullo modo naturaliter possunt augeri, neque possunt fieri capaciores. Ex quo de elementis probatur. Quandocunq; locus est finitus, & terminatus, id quod locat[illegible] non potest esse infinitum, & intermi[illegible]tum [illegible]cum locatum, & locus sint æqualia: sed locus ignis, Lunæ [illegible]bis est, qui est finitus: ergo & ignis si[illegible]er erit. Et de aëre eodem modo, qui locatur in igne, qui est

Cõclusio. 1 Ratio.

igne, qui est finitus: & si oportet, quòd aër qui ibi locatur sit finitus: & eodem modo de aqua, & terra.

¶ De mixtis apertissimè etiam probatur. Cùm enim mixta contineantur in elementorum aliquo, sicut in loco, si ipsa elementa sunt finita, vt probatum est, oportet similiter & ipsa mixta non sint infinita.

Cõcl[illegible] ¶ Quarta conclusio. Non repugnat su[illegible]ficiens, ignem in infinitum crescere, si et app[illegible]rentur in infinitum cõbustibilia: & sic, nõ t[illegible]minaretur ad maximum, quòd, sic intrinsecè, neq; ad minimum quod nõ

Aristo.

extrinsecè. Hæc [illegible]t Aristo. in. 2. de anima. tex. 41. v[illegible] dicit, quòd ignis in infin[illegible]ũ crescere si combustibilia in in[illegible]nitum applicar[illegible]ur: vbi ponit differentiam inter viuen[illegible]a, & igni[illegible]naturam: quòd viuentia habent certum term[illegible]inum augmenti, ignis verò non: quia tandiu sine term[illegible]io augetur, quandiu combustibile applicarur. Ratio

Ratio.

est quare quando viuens nutritur, non posit in infinitum crescere est, quia ab intrinsecco auget, & alit: & quia finita est virtus formę, non potest in infinitum fieri augmentum: sed hoc de igne non potest dici: quia si ignis augetur, non ab intrinseco est, sed ex aplicatione materiæ de foris, quæ cor[illegible]nuatur: ob id applicando in infinitum materiam combustibilem, non obstat quominus posit esse in infinitum augmentum, quòd impropriè augmentum est. Et quod de igne dicitur, ita de aëre dici potest, & de aqua. Sed an de omnibus mixtis homogeneis, vt de auro, & argento, nõ videtur ita certum: quia licet non propriè ista [illegible]etalla habe[illegible]t animam vegetatiuã, su[illegible]t ei valde propinqua, & habent quodã mo[illegible] quia terram velut alimentum in se conuertunt. Si quis tamen dicat eandem esse ra[illegible]onem de istis, non errabit. Neque propriè augm[illegible]atum est, sed impropriè: quia ab extrinseco per additionem materiæ fit.

Corolla.

¶ Ex hoc sequitur, quòd illa, quæ ab aliquibus dicuntur de applicatione combustibilium, non sunt satis ad mẽte[illegible] Aristo. Quidam enim dicunt, quòd illa applicatio in

Variæ opi.

infinitum, nõ est possibilis naturaliter: sed hoc parum est: quia conditionalis nihil ponit in esse: ob id dicit conclusio, si fier[illegible]t in infinitum ap[illegible]licatio combustibilis.

Opinio. 2. ¶ Alij dicunt, quod datur ignis maximus, quòd si stuppa applicetur, non inflammabitur, non ex defectu particularis agentis, sed ex ratione totius naturæ vniuersalis, ratione cuius graue nõ descendit, & leue nõ ascendi[illegible] vt [illegible]t ad euitandum vacuum.

¶ Alij dicunt, quòd si stuppa applicetur, in Opinio. 3.
flammabitur quidem, sed nõn vnietur, nedetur maius maximo. Alij dicunt, q̃ vnietur, sed tantundem corrumpetur ex igne Opinio. 4.
præexistente. Omnes istæ solutiones, videntur voluntariæ, absque ratione aliqua. Nos enim non loquimur supposita conditione rerum, sed si contingeret talis additio combustibilis, quid fieret: & sic si talis stuppa applicaretur, & inflammaretur, & vniretur igni.

¶ Studiosus S. Thom. obijceret cõtra ista, C[illegible]estio. Sanct. Tho.
quæ ipse ait. p.p. quæst. 7. art. 3. qui vniu[illegible] saliter negat, ens naturale posse esse infinitum: tamen videtur sequi ex ista conclusione de igne, si in infinitum cõbustibilia ei applicentur. Caieta. in eodem loco ponit Caieta. Solutio.
quandam distin[illegible]tionem, quæ non videtur sufficiens. Quapropter dicendum ita esse, quòd non datur ens infinitum in actu, vt dicit S. Thom. & nos dicemus infrà. lib. 3. sed tamen ex hoc non sequitur contra. 4. conclusio. quia si in infinitum posit esse additio cõbustibilis, & infinitum fieret augmentum in igne, sed tamen nunquam deuenietur ad tẽpus, quo sit ignis infinitus: si cut in diuisione continui contingit:

¶ Ex omnibus istis sequitur corollariè q̃d Corolla.
ait Aristo. 2. de anima. tex. 41. quòd omnibus natura cõstantibus datur terminus, & ratione magnitudinis, & augmenti: quod omnes affirmant Philosophantes, & experientia constat. Nunquã enim in tanta rerum varietate, & multitudine contrarium inuentũ est, sed omnia entia naturalia sunt terminata.

¶ * Et aduerte q̃ illius propositiõis omnibus natura constãtibus, &c. diuersa à diuersis datur expositio & solẽnis est Com. & Ægidij in eodem tex. 2. de anima text. 41. sed eis omissis. S. Thom. ponitur, qui ait tã viuentium quã non viuentium dari termi[illegible]ratam magnitudinem, & quod de igne dicitur, quòd si combustibilia addantur crescet in infinitũ; ait dupliciter cõsideratur, primo, vt per se vnus nume. 2. vt est vnus aggregatione pluriũ ignium, sicut aceruus lapidum quæ est vnitas per accidens quando cõbustibile additur, fit alius ignis licet ad sensum nõ appareat, & si centum cõbustilbiia nõ potest dici primus ignis augmẽtatus, sed auctus: quia quòd vere augetur manet

Universidad de Deusto
Biblioteca

manet idē, ante & post. 1. de genera. & ob id proprie in viuentibus inuenitur: ob id sumendo ignem, vt est per se v[illegible]bet determinatam magnitudinem: & si apponatur cōbustibile fit nouus ignis, & si ignis vnus per accidēs sumitur, non habet determinatam magnitudinem, sed ex generatione noui ignis, in infinitum potest augeri: neque hoc contra Aristo. quia quando dicit omnium natura constantium, &c. Intelligitur de illo, quòd est per se vnū, vt vnus homo vna planta: & quando dicit, qd ignis in infinitum augetur si cōbustibile applicetur, intelligitur de vno per accidens: & sic non est contrarietas in dictis Aristo.

Conclu. 5. Conclusio. 5. Quanuis de natura rerum sic sit dicēdum, & de potētia Dei ordinata: de potentia Dei absoluta tamen, videtur q

De potētia Dei absoluta nō datur maximum. nullum datur maximum ens, neq; inter viuentia, neque inter non viuentia, neque in substantijs, neq; in accidentibus: quia eius potentia absoluta solum terminatur ad finitam creaturam exclusiuè: quia infinitū non potest facere, vt probabimus libro. 3. infrà: sed quocunque dato, potest maius. Et de inanimatis iam probatū est de igne.

Aristo. Probatur cōclusio. Quicquid potest Deus facere cum causis secundis, potest & solus: sed conseruat Deus mediantibus dispositionibus accidentalibus, vt mediante calore, & quantitate, & organizatione: ergo poterit sine illis conseruare: & sic potest hominem conseruare sub figura circulari,

Aristo. 8 Metaphysi. tex. 10. sub raritate aëris, sub frigiditate aquæ sub siccitate terræ: solùm hoc non potest facere, vt maneat homo, & non sit animal rationale: quia hoc est de eius essentia, quæ consistit in indiuisibili: accidentia tamen potest variare, & augere semper manente natura.

Obiectio. Scotus. ¶Posset tamen quis contra hanc conclusionem obijcere, quod doctor subtil. in. 3. senten. distin. 13. quæstio. 1. ait, posse dari qualitatem finitam, summam tamen: sic, vt Deus etiam de potētia absoluta nō possit eam intēdere, qualem putat Christi g

Caietā. tiam: cum quo Caiet. in. 2. 2. quæst. 24. arti. 7. &, 3. par. quæst. 7. art. 11. &, 12. Verùm

Solutio. quanuis sit probabilis hæc opinio Scot. in speciali loquendo de gratia animę Christi, eo quòd fuerit personæ in infinitum ac

Ad hominē ceptæ: videtur esse tamen contra eundem Scot. qui in. 2. distinctio. 2. quæstio. 9. tenet quartam conclusionem positam de igne: & sic videtur quòd etiam de quacunque alia qualitate idem esset dicendum.

Cratia Christi potuit esse maior in genere qualitatis. Sed videtur hæc conclusio. 5. vera propter rationem dictam. Et sic quacunque qualitate data per diuinam potētiam absolutā, potest esse maior in intensione, si fi[illegible] per additionem nouum gradum addendo, siue sit per maiorem radicationem in subiecto, tollendo magis de impedimento ex parte subiecti.

¶Neq; sanct. Thom. qui. 3. par. q[illegible] ar[illegible] ad primum dixit, gratiam fuisse f[illegible]m sic, q maior non potuit dari, e[illegible]rarius huic cōclusio[illegible] quia ipse loquutus est de gratia animæ Christi in [illegible]re gratiæ: quia non p[illegible]tuit esse maior gratia q[illegible] vniri hypostati cē: & quia per illā fuit Christus ac-

Intelligētia docto. sānti ceptatus ad quācunq; gratiam conferendā hominibus, etiā si essent, in[illegible]iti ho[illegible]. In genere autem qualit[illegible]tuit finita, licēt summa de[illegible]e: quia nō potuit esse maior. Sed de potētia absoluta non negat: & exēplum positum declarans, ait quod cœl[illegible] nō potest fieri additio. Non tamen negaret,

S. Tho. de veri. q. 29. art. 3. quin de potentia absoluta Deus posset addere aliquid: sicut ipse ait, q potentia obedientiæ creaturæ respectu Dei est, quæ est talis, cuius capacitas impleri non potest.

Argument. ¶Contra dicta in conclusionibus est argumētum cōmune. Si daretur ma[illegible]nus homo, ponatur in loco humido, ve[illegible]quis pugno percutiat, vnde necessarium sit tumescere in aliqua parte: tūc oportet, vel quòd detur maius maximo, per hoc quod intumescit, quod [illegible] contra dicta: vel sequitur si nō datur, quod ille homo desinit esse per

Aristot. 8. phys. t. 69. vltimum sui esse: quod est contra Aristot. Et probatur quo ad h[illegible] vltimu.n: [illegible]tu mor per motum est, & non potest inc[illegible]re esse, nisi per vltimū nō esse, vt in, 3. phys. erit dicendum. Detur illud instans. [illegible]se quitur, nunc non tumescit, & im[illegible]diatè post hoc tumescet: ergo [illegible]c est homo, & immediatè post hoc non erit homo: & si definit esse per vl[illegible]m sui esse.

Notand. 1. Pro solu[illegible]one argumēti notandū, quòd omnis res, dupliciter potest incipere esse, sicut & quæ d[illegible]it. Primò, vel per primum sui esse: uel per vltimum sui non esse. Per

Dupliciter res incipit esse. & desinit esse. primum sui esse. Res nunc est, & immedi[illegible]tè ante hoc non erat. Et per vltimum [illegible] esse Res nunc non est, & immediatè post hoc erit.

¶Potest desinere esse dupliciter. Primo, per vltimum sui esse, Res nunc est, & immediatè post hoc non erit. Et per primum non esse

non esse. Res nunc non est, & immediatè ante hoc fuit.

2. Notand. ¶Secundò considerandum, quasdam esse res permanentes, & alias esse res successiuas. Permanens est illa res, cui nō repugnat simul fieri, & simul omnes partes cōseruari, vt sunt cœli & elementa, & omnis substātia. Res successiua est illa, cui repugnat & fieri simul, & omnes habere partes simul [illegible]cut [illegible] motus, & tempus: quia partes tē[illegible]s præteritæ non sunt, & futuræ nondum [illegible]nerūt. Et solùm de tempore datur nunc, continuās partes: si [illegible]t datur in motus mutatū ess[illegible] partes motus cōtinuat.

¶Inter huiusmodi hæc est differentia, q res permanens communiter sicut incipit per primum sui esse, desinit per primū non ess[illegible] & non per vltimum sui esse: at res successiua incip[illegible] per vltimum nō esse & desinit per vltimum esse. v. g. He[illegible]no, & quælibet res permanens incipit esse per primū sui esse: quia nunc est homo, & immediate ante hoc non erat: & desinit esse per primum non esse, quia nunc non est, & immediatè ante hoc erat. Et tempus, vel motus incipit esse: quia nunc non est, & immediatè post hoc erit: & desinit per vltimum sui esse: quia nunc est, & immediatè post hoc non erit.

Aristo. ¶Probatur ergo illud primū dictū, qd est Arist. quòd res permanēs non desinit esse per vltimū sui esse, sed per primū nō esse: supposito primò, q duæ formæ substātiales nō possunt esse simul [illegible] eadē materia.

¶Secundò, quòd duo instantia non sunt simul in tempore cōtinuò, sed inter instās, & i[illegible]stans mediat tempus: sicut inter punctum, & punctum linea.

S. Tho. p. p. q. 76. ar. 4. & in. 2. sent. d. 13. ar. 4. P. p. q. 53. arti. 3. & in 4. d. 11. q. 1 art. 3. q. 2. ad. 2. ¶Tertiò suppono, quòd nunquā materia po[illegible] esse sine forma.

¶Quartò, quòd duo contradictoria non possunt simul [illegible]sse vera. Istis suppositis, probatur quòd res permanens non desinit esse per vltimum sui esse: [illegible]ia si sic, sequeretur aliquod inconueniens prædic[illegible]orum. F[illegible]tet. Sit Petrus qui desinat esse per vltimum sui esse: sit instans. a. Tunc [illegible]c, post mortē Petri erit in materia Petri forma cadaueris, & illa debēt habere primum instans sui [illegible]e, cùm sit res permanēs. Sit illud instās. b. Tunc quæro, vel. a. instās, in quo est forma hominis est idem instās cum. b. in quo forma cadaueris, vel non. Si idem instans: ergo simul, & semel in eadem materia duæ formæ substantiales: quod est contra suppositum, & contra veritatem. Si non sunt idem instā[illegible]s, vel illa duo instantia sunt immediatè, vel non. Si sic, est contra suppositum, & contra veritatem. Si non, sed est tēpus medium, quæro de illo tēpore medio, vel tunc est forma hominis, & sic sequitur quod non erat vltimum instans hominis in. a. Vel nō est forma hominis, neq; est forma cadaueris, quia. b. est primū instās, neq; aliqua alia forma. sequitur quòd in illo tēpore medio fuit materia sine forma, quod est contra suppositum, & contra veritatē. Si est ibi alia forma in illo tempore medio: vel est forma Sortis, vel alia. Si forma sortis: ergo Sortes est, & non est, & sic dua[illegible] ō tradictoriæ veræ. Patet: quia si forma eius in eadem materia, Sortes est, & non est: quia supponitur quòd in instanti. a. desinit esse. Si dicis q est alia forma: tunc quæram de illa, qu[illegible] est. Non potest signari nisi cadaueris, quæ tamen non potest esse, vt dictum est. Manet ergo ex dictis, quòd res permanēs incipit esse per primum sui esse, sed nō desinit esse per vltimum sui esse, sed per primum non esse: quia vitantur ista in conueniētia. Hc volui latiùs explicare semel: quia sæpè sese offert in authoribus: res permanens non desinit esse per vltimū sui esse. Et oportet semel intelligere rem: vt in lectione authorū non hæreat lector, maximè qui incipit philosophari: qd in summulis adduxim[illegible]. Et adhuc infrà est repetēd ū.

Ad argumē prima solu. Venetus. ¶Ad solutionem ergo argumenti, redeuntes vnde sumus digressi, supposita veritate conclusionum, ad casum. Si homo intumescat, dicunt aliqui (vt Paulus Venetus, quē multi ex iunioribus sequūtur) q sic fieret: & ob id negāt naturaliter argumentū per maximum q sic, terminari, & putant esse de mente Cōment. sed contrarium est verùm: vt in. 6. hujus text. 32. & in alijs locis non semel. Themestius & alij tenēt res naturales terminari intrinsecè, quo ad augmē Themistī. tum in maximum quòd sic, & decrementum in minimum quòd sic.

Solutio. 2. Alij respondent ad argumentum, dicentes quòd inflatio non potest fieri nisi aliqua precedente alteratione: vt calefactio, aut putrefactio, aut quid simile; & in tali alteratione danda est minima dispositio, quæ sufficit ad inflationem, qui dicunt, quòd illud instans in quo primo illa qualitas est, est vltimū non esse inflationis, & primum non esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

non esse illius maximi hominis: & sic vitatur, vt non desinant esse per vltimum sui esse, quod argumentum inferunt.

Cõtra solutionem. 2. ¶ Verum hæc solutio non potest stare: nã si ille homo maximus solùm ratione inflationis corrumpatur, quomodo potest intelligi corruptio, quando nondum est inflatio? Si enim per inflationem, ea non existente, oportet sit & homo. Si enim nunc nõ est inflatio, & immediatè post hoc erit inflatio: ergo similiter nũc est homo: ergo male dicitur nunc non est homo. Quapropter aliàs solut. quærenda est. Maximum, de quo in conclusione, illud est, ad quod augmentum secundum naturam termina t[illegible], scilicet, illud quod forma in sua naturali dispositione facit ex alimẽto: ita quòd ille dicatur maximus, qui non potest dari maior ex alimento ab intrinseco. Huic nõ repugnat quòd per viam corruptionis detur maior: vt esset ex tumore, & inflatione. Et tunc existente inflatione, erit distemperamentum in humoribus, & dabitur in illa infirmitate maximum distemperamentũ, sub quo esse non potest homo, & potest sub quolibet minori. Quapropter licèt detur maximus homo, quem forma hominis in sua naturali dispositiõe potest facere, sed in via corruptionis non dabitur nisi minima inflatio, sub qua non potest esse, & sub qualibet minori potest.

Solutio. 3.

¶ SPECVLATIO. XI.

De minimo naturali oportet etiã dicere, quid sit sentiendum Physicè loquentes.

1. Conclu. INE argumẽtis respondetur: & sit prima cõclusio. Omnes substantiæ, siue homogeneæ, siue etherogeneæ, tã in elemẽtis, quàm in elementatis, siue habeant vtam, siue non, per naturã terminãtur naturaliter quantum ad paruitatem. Hæc conclusio de animatis à nullo est dubitata: nã organizatio, quæ necessariò est requisita in viuentibus, nõ potest sub qualibet quãtũcunque minima quantitate conseruari. Nõ enim potest esse homo, aut equus, aut pomum tam paruum, vt est sinapis granum. De non viuentibus doctor Sub. putat in homogeneis res non terminari [illegible] uo ad minimum. Ait enim, nullam esse tam paruam quantitatem ignis, quin quæcuncunq; eius pars posit subsistere: & dicit, Aristo. in. 2. de anima solùm posuisse in viuentibus augmenti, & decrementi [illegible]rmi num. Sed hæc opinio doctoris sub[illegible] laris videtur: vniuersaliter verò lo[illegible]um esse Aristo. pre[illegible]atur: nam tex. 3[illegible] expressè ait cõtra Anaxagoram [illegible]ui dixit, ex minima c[illegible]ne non est separabilis e[illegible]o. Licèt Petrus Tartaretus in primo Physico. defendendo opinio. Scoti dicat Aristo. ibi loquutũ, non secũdùm positionẽ Ana[illegible]o ræ, quem impugnabat, a[illegible]ũ cõtrarium sentiunt alij, [illegible] ex alijs locis. Aristo. maximè ex. 2 de anima concluditur, entia naturalia terminari quoad maximũ. Et quãuis non posuit Aristote. exemplum de aqua, eodem modo est intelligendum.

Scotus. In 2 dist. 2. q. 9.

Aristot.

Tartaretus. 1. Physico. Res naturalis, etiã quoad minimũ terminata est.

¶ Et probatur conclusio ex Commenta. hic, & libro. 6. & tex. 32. & 69. Et sic omnes expositores Arist. Ratione probatur: quia videmus, quòd res per contusionem, & quia in minutas rediguntur partes, corrumpuntur, & amittunt suam [illegible]peciem, & esse naturale: vt apud Pharmacopolas est videre, quòd simplices res corrumpuntur. Et triticum in molendino, cùm fit farina, mu[illegible]re videtur speciem, cum sub puluere non posit triticum conseruari. Cùm ergo contingat, quòd aliqua quæ sunt in certa specie naturali, & non viuentia, in minima quantita[illegible] nõ conseruentur, oportet asserere consequenter per naturam omnia esse determinata ad cert[illegible]ãtitatem paruam, sic quòd sub mino[illegible] non possint.

Comment.

Ratio.

¶ Conclusio secunda. In rerum generatione videtur dari mini[illegible] quãtitas, sic, quòd [illegible] minor [illegible]on posset esse generatio. v. g. Ad ignis generationem sic requisita est minima quan[illegible]tas, qua existente, potest ignis generari, sed sub qualibet minori nõ potest: & sic de aqua & alijs. Hanc ponit Commentat. Probatur. In cæteris alijs [illegible] spos[illegible]ionibus datur minima, quæ requisita est: vt minima intensio fr[illegible]iditatis ad aquam, & minima densitas, quia res incipiunt esse per primum sui esse, vt dictum est. Res

Cõclusio. 2.

Cõment. 6. Physi. co. 33 & libro. 7. Physi. co. 2.

est. Res (inquam) permanentes, ita vt illud instãs, in quo est minima dispositio, sit primum instãs esse rei. A simili ergo & dabitur minima quantitas, quæ requisita est ad gẽner[illegible]tionem.

Cõclu. 3. ¶ Tertia cõclusio. In rerum corruptione, quæ fit naturaliter, non datur minima quãtitas. Hæc conclusio probatur, supposito quod in præcedenti specula. dictum est, [illegible]re permanens non desinit esse per vl[illegible] sui esse, sed per primum non esse ma[illegible] in viuentibus. Probatur conclusio. Cum homo corru[illegible]tur per diminutionem cal[illegible], non datur minimus calor sub quo conseruatur, sed maximus, sub quo non conseruatur: [illegible]ia aliàs desineret homo per vltimum sui esse: qui[illegible] illo minimo, iam tunc homo esset, & imm[illegible]tè post illud non esset: quod est desinire esse per vltim[illegible]m sui esse. Eodem modo si per extenuationem, & [illegible]nsumptionem, per maciem corrumpatur homo, non datur minima quantitas sub qua potest conseruari: quia si daretur, desineret esse per vltimũ sui esse. Et sic qũ aër per condensationem conuertitur in aquã, nõ est dabilis maxima cõdensatio sub qua pôt conseruari aër: aliàs si esset cõtinua [illegible]densatio, illud instãs, in quo esset illa maxima cõ[illegible]ãsatio, esset vltimũ esse aëris: ergo eadẽ ratione nõ datur minima quãtitas sub qua potest aër conseruari: nã cũ per cõdensationem semper fiat minor, daretur eadem ratione vltimum in[illegible]ns esse aëris.

Ratio.

Notandum. ¶ Notandum erit hoc ad dissoluenda argumen. quæ fieri possunt in materia: non enim [illegible] dat[illegible]ur minima quantitas, quæ sufficit [illegible] generation[illegible]dãda est minima, quæ su[illegible]it ad conseruationem.

Cõclusio. 4. ¶ [illegible]ta cõclus. Ad potentiã Dei absoluta att[illegible]dentes, res naturales quo ad quãtitatem non ter[illegible]minantur quo ad paruitatẽ, siue in homogeneis siue in etherogeneis, neq; per minimũ q[illegible] neq; per maximũ q non. Probatur. De[illegible] pôt[illegible] solo quic[illegible] potest cùm causa secunda: si ergo pôt[illegible] conseruare cum certa quãtitate: poterit ergo sine ea: & sic quacũq; da[illegible], etiã minima sub minori poterit conseruare de sua potẽ[illegible] absoluta: sicut de maximo dicebam⁹ in præcedẽti speculatione. Atq; hoc fides catholica manifestè contemplatur quotidiè in altaris sacramento. Ibi enim sub parua illa hostiæ quantitate, sub qua non posset naturaliter hõ esse, est Christus Redẽptor noster realiter, & verè, non solùm sub tota hostia, sed sub qualibet particula hostiæ quantun[illegible]ima. De quo in. 4. in nostris Resolutionibus Theologicis.

De potẽtia Dei absoluta quacũq; quantitate data, sub minori potest res conseruari.

S. Th. 3. pe q. 76. art. 3.

¶ Notandũ tamen, q̃ si Deus per suam absolutã potentiã in quantitate tam parua, qualis est granum sinapis, hominem conseruaret, non posset tunc ibi homo exercere opera vitalia, eo quòd requirant huiusmodi opera, membrorum distantiam, & organorum dispositionem, qualis in tam parua quantitate non potest esse.

¶ Quinta cõclu. In accidentibus tam[illegible] quãuis sit probabile quo ad intensionẽ, & extẽsionem etiam dari minimum, probabilius tamen est non dari. Probatur, supposito q̃ in rebus successiuis hoc contingat, q̃ incipiunt per vltimum nõ esse, & desinunt per vltimũ sui esse. Cùm lignum incipiat calefieri, tunc est verũ: nunc non est calor, & immediatè post [illegible]oc erit calor: sed in istis non datur minimum quo ad inceptionem: quia quocunque instanti dato, in quo est motus, ante illud iam erat motus: ergo eadem ratione quocunque gradu caloris dato extenso per lignum in aliqua parte, pri⁹ fuerat extensus per partem minorẽ: & sic non dat minima extẽsio. Similiter quocũque gradu dato intensionis, quantuncunque minimo, ante illum fuit minor. Neque est eadem ratio de forma substantiali, quæ requirit certas, & determinatas dispositiones, non quales requirit accidens.

5. Cõclusio. In accidentibus nõ da[illegible]tur [illegible]imũ

¶ Contra istam quintam conclusionem quidã tenentes contrarium argumẽtãtur, probantes dari minimam intensionem, & extensionem. Accidens enim propter substantiam est: sed substantiales formæ sibi minimam determinant quantitatem, vt dictum est: ergo & determinabunt accidentia alia quo ad minimã extẽsionem & intensionem: vnde Arist. tex. 36. argumentatur. Si totũ est terminatum, & etiã partes.

1. Argumẽ. cõtrariæ opinionis.

Aristo.

¶ Ad hoc argumentũ respõdetur, tenẽdo quæ in cõclusione quinta posita sunt, solũ probare dispositiões requisitas ad formæ introductionem substantialis, esse determinatas per maximum, & minimum: sicut late probatum est, tamen non probatur, quod in motu alterationis detur qualitas remississima primò per motũ introducta, propter inconueniens dictum: sicut neque datur remississima pars exten

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionis primò calida.

1. Argumé. ¶ Adhuc grauissimum est argumentum ex dictis Aristo. qui vniuersaliter dicit (vt suprà diximus) quòd entia permanentia incipiunt per primum sui esse: at qualitas est ens permanens: ergo per primum sui esse incipit: ergo datur prima qualitas minima tam in intensione, quàm in remissione.

Solutio. ¶ Ad hoc respōdetur, quòd Arist. id dixit de entibus, quæ per generationē habēt esse substantiale, & de alijs accidentibus, quę non habentur per motum alterationis, tamen accidens quod habetur per motum alterationis, non incipit per primum sui esse, sed per vltimum non esse, vt dictum est. Itaque sicut in motu non datur primum instans esse, neque datur in qualitate quę per motū acquiritur. Quòd si qualitas in instāti produceretur, sicut de spiritualibus contingit, & similiter de sensationibus, dato q̄ sine resistentia aliqua produceantur, nō successiuè, sed in instanti habēt esse, tūc esset dicendum quòd haberent esse per primum sui esse.

¶ Multa alia solent hìc argumenta multiplicari, quæ ex proposito relinquuntur seriosis locum demus. Sine fru[illegible] enim hæc congeruntur sophisma[illegible]. Hic ergo sit primus libri physicorum finis, in quo de principijs rerum naturalium agitur, nempè de materia, forma, & priuatione.

Finis primi libri Physicorum.

SECVNDVS LIBER PHYSICORVM.

IN hoc secundo phisic. Aristo. de natura agit, & de rebus naturalib⁹, quæ constant ex natura is, scilicet ex materia, & forma, quorum quælibet natura dicitur. Et de quatuor generibus causarum, scilicet, finali, efficienti, formali, & materiali. Tractat etiam de fortuna, & casu: & quomodo cùm ista contingant rarò, & non habeant causam per se, reducuntur ad causam efficientem.

SPECVLATIO. I. Secūdi lib. Phys. Vtrùm rectè definiatur natura.

DEfinitio naturæ, infrōte secundi libri posita, talis est. Natura est principium mouendi, & quiescendi ei in quo est primum, per se, & non secūdum accidens.

Argum. 1. sed vtrùm sit bona?

¶ Videtur quòd nō. In cœlo est natura, cū sit ens naturale, & tamen ibi non est principiū motus: ergo definitio malè posita est.

Minor nota. Et minor probatur. Quia principium motus in cœlo non est eius forma, sed intelligentia motrix: quia non posset esse talis motus tam regularis ab intrinseco, quin viueret cœlum: sed cœlum non habet vitam: ergo neq; motum ab intrinseco.

¶ Nec eius materia est principiū passiuū naturale motus: quia cœlum naturaliter esset inclinatum, ad motum circularem, quem habet: sed hoc est falsum: vt in. 3. Metaph. ostendit Auicenna: & est manifestū, cum omnis motꝰ naturalis oportet fit à medio, vt est leuium: vel ad medium, vt est grauium: sed motus ille cœlorum neque à medio, neque ad medium est: ergo nullo modo est naturalis. Item, quia non est in eo principium quietis, cùm non quiescat: ergo in eo non est natura. Auicenna.

¶ Secūdo. In elementis est natura, tū non est ibi principium motus ab intrinseco. Patet. Non est in igne tale principium actiuū, quia haberet vitam: neq; est passiuū p hoc, quòd potest aliam recipere formam: quia sequeretur, quod ferrum respectu formæ statuæ diceretur natura: quia habet quod possit recipere talem formam artis, & ratione consistentiæ partium, & propter duritiem: sed hoc est falsum. Secundo.

¶ Præterea. Si ratio naturæ in hoc consistit, quod sit principium motus eius in quo est, sequeretur q̄ sola viuentia haberent naturam: quia sola ipsa ab intrinseco habent tale principium: quia nutriuntur, & augētur: consequens est falsum: quia grauia mouentur à seipsis, sicut ab interiori principio deorsum: quia non videtur à quo alio: & semen animalis antequàm viuat, & aqua calida reducendo se ad frigiditatem. Tertio.

¶ In contrarium est Aristo. qui sic definit. Incontrā.

¶ Pro solutione speculationis oportet notare ex Aristot. 5. Metaphysi. tex. 5. quòd hoc nomen, natura, prius fuit impositum ad significandum generationem nascentium: & sic natura idem est, quòd nascitura, seu natiuitas: at nasci solum viuentibus conuenit. Et quia in generatione viuentium in semine dicitur virtus inclusa intrinsecè, vt à sua virtute disponatur, & moueatur ad generationē animalis, deriuatum est nomen natura, non solū ad actū genera- Nota. 1. Multis modis natura sumitur. S. Tho. p. p. q. 118. ar. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis,vt est natiuitas,sed ad principium in trinsecum motus eius in quo est:siue sit actiumsiue passiuum principium, siue in viuentibus,siue in non viue...ibr-,siue motus sit alterationis,aut augmentationis, siue secundum locum:quomodocunque id quod principium intrinsecum est talis motus,natura dicitur:& in hac acceptione Aristot.sumit quando ipsam definit, dicendo,esse principium mouendi,& quiescēdi.

¶Et quia ex principijs naturalib⁹ essentia rei constat,nomen est etiam extensum ad significandam essentiam rei,quę terminus principalis est generationis.* Vt ex materia & forma in hoīe resultat totius:natura scilicet,humanitas,quę forma totius dicit. ..n hoc sensu hic in tex. 14.ait q̄ natura se habet ad naturam id est,nascitura,vel natiuitatē,sicut sanitas ad sanationem:vt sicut sanitas sanationis est terminus,& est p eā: sic natura,vel species rei per natiuitatem, quæ est terminus eius:& quia essentia rei principalius per formam,quam per materiam dicitur,forma magis natura, quam materia.

¶ Ex ista consideratione naturæ rursus emanauit alia distinctio formæ,vt quędā sit, quæ est forma partis,alia quæ totius. Illa quæ partis est,contra materiam distinguitur:sed quæ totius,est natura ipsa,quæ est essentia rei constans ex materia,& forma, quæ in abstracto declaratur:sicut humanitas in homine,& equinitas in equo.

¶ Secundo notandum videtur,quod Commentator comen.2.notat,hanc definitionem esse analogam,vel æquiuocam (vt explicat Ægidius Romanus in principio huius,dubio.2.)Quale est definitum, talis est eius definitio:cum ergo natura in his,in q̄b⁹ habet esse,sit quasi æquiuocè,quia quicquid est in supercœlestibus,& in istis inferioribus,totum est quasi modo æquiuoco, & sic æquiuocè est data definitio. Non oportet ergo,quod secundum eandem rationem,& vniformiter,conueniat omnib⁹: sed in aliquibus natura erit principiū mot⁹ & quietis:in aliquibus vero motus tātū, & motus non eodē modo:quia in aliquibus est principium motus secundū locū solū, in aliquibus vero secundum augmentum, in quibusdam autem secundū alterationē, vel etiam secundum generationem. Hæc ex Cōmētatore.Respondeamus ergo per conclusiones.Et.1.sit.

Duplex forma,quędam partis alia totius.

Notan.2. Auerro. Egidius. Aui.libr.1. sue sufficientiæ.c.5.

¶ Definitio naturæ posita ab Arist. est bona,& sufficiens. Probatur. Ad bonam definitionem requisita omnia,in tali definitione ponuntur:quia primo loco generis ponitur quòd sit principium,& causa:quia ti materia,quam forma principium est vnde motus,& vtrumq; in suo genere causæ,qa hæc formalis,illa materialis:& causa quidē supra principiū,influxū dicit,q̄ habet materia,& forma,licēt non eodem modo principium motus,& quietis:quia quand... principiū motus,sit & quietis:qui... mo tum ad quietem. Quod dicit pri...u,est ad excludendas accidentarias formas,quæ q̄uis sint principium mot...s,non tamē principium substantiale sunt,sed in...rumentale:licut est grauitas,& leuitas in elementis, & calor naturalis in animalibus.

Conclus.1.

Causa supra principium influxum.

¶ Quod additur per se, &...n secun...um accidens: siue sit ad excludendum casum &fortunam. (vt aliquibus videtur) quæ sunt causa per accidens:vel sit ad excludendum artem medici, quæ licēt sit principium sanationis eius in quo est; non dicitur natura,quia non de per se sed de per accidens:quia accidit, quòd talis infirmus sit medicus.

¶ Sequitur ex hoc,quod forma cū sit natura,non dicetur natura,eo q̄ sit principiū generandi sibi simile extrà: vt q̄ ignis ignem extra se posit generare: sed dicitur natura,quia habet principium motus ascēdendi sursum. Sic forma animalis non dicitur natura ab eo quod generet, sed ab eo quod animal per formam nutritur, augetur,& localiter mouetur.In hoc enim saluatur ratio naturæ,etiam si nunquàm sit generatio extrà.Et sic ens naturale dic...ur, quod in se habet tale intrinsecum principium.

Corolla.

Notā.

¶ * Hæc est Arist.intelligenda de natura 2.modo:quæ intrinsecè in rebus co...idera tur:nam ipse naturam alia...fecit primā,q̄ primum motorem appellat : de qua in.8. infra.

Concla.2.

¶ Secunda conclusio,quæ velut corollarium est præcedentis:tam forma,quā materia natura dic...ur.Patet:quia id est natura,quod est principium motus, & quietis: sed tam forma,q̄ materia est huiusmodi...go.Cui enim cōuenit definitio, oportet & cōuenit definitum:forma est principiū actiuum,& materia passiuū. ..orma quidē, vt patet discurrendo p oia naturalia entia, princi-

Corolla.

Ratio.

principium actiuum reperitur,& intrinsecum,& materia ipsa susceptiuum principium demonstratur.Magis tamen ipsa forma natura dicitur,quam materia, quantò nobi...s est agere,quā pati.Et vniuocè hoc nomen natura conuenit materiæ,& formę Etiam si contrarium Commenta.& Albert to Magno videatur:quia dato aliter materia sit pars,quam forma,tamen vtraq; est ...tialis rei,vt suprà diximus in pri... habet quod ...pprie dicatur natura:qu...ura abstrahit ab hac,vel illa parte,cū solū dicat,quòd sit pr...ipiū per se: q̄ reperitur ita i...ateria,sicut in forma.

Commēta. Albertus. Magnus.

¶Probari ...otest vniuocatio ex Aristote. qui dicit,magis esse naturam formam,quā materiam:sed comparatiuum omne positi ...ssupponit,& in eo fundatur. Si ergo magis est ...ra forma,quam materia sequitur materiam esse natur...& propriè naturam,& non æquiuocè.

¶ ...rtia conclusio. Sola viuentia dicuntur entia naturalia ratione principij actiui, quod forma substantialis est.Patet.In solis viuentibus forma est principium actiuum eius in quo est:ergo sola ipsa dicuntur entia naturalia ratione formæ.Patet. Viuere (vt Aristot.2.de anima tex.13.) consistit ...hoc,q...dres à sua propria forma mouetur,aut a...motum augmentationis,aut alterationis:vt in plantis,aut vltra,motu sensitiuo:vt in animalibus,aut vlterius motu locali:vt in perfectis animalibus,aut intellectiuo:vt in homine: ergo v...entia habent in se à forma substantiali principium huiusmodi motus.

3.Cōclu.

Ratio. Aristo.

¶ ...probatur solùm viuentibus conv...ab,q̄ principi...huius mot⁹ sit intra: qu...forma substantialis ignis non habet se mo...e intrinsecè,neque aqua existens in sua n...rali dispositione se mouet, neque aurum,neque ...rum.Et in hoc posita est ...ffer...tia inter viuentia,& non viuentia, quod viuentia habent ...perfectionem sui status in motu:ita vt qu...diu mouentur,v...uant:non viuentia tamē,habent perfectionem sui status in quiete:& si sint in suo loco naturali,non mouentu...

4.Cōclusio. Non viuētia dicunt entia naturalia ratione materiæ.

¶ Quarta conclusio . Non viuentia dic...ntur entia naturalia ratione principij intrinseci passiui quod est in eis,sed actiuum principium ...bent ab extrinseco.Probatur.Non viuentia dicuntur entia naturalia,& ex naturis composita,sicut dicuntur & viuentia:quia vtraque ex materia,& forma constant: ergo debent dici naturalia, vel ratione principij actiui, vel passiui intrinseci:...non dicuntur ratione intrinseci principij actiui,quod est forma,cum sola viuentia sic dicantur,vt dicit tertia conclusio,sequitur quòd non viuentia dicantur entia naturalia ratione principij intrinseci passiui,id est,materia,q̄ docet hæc quarta conclusio.

¶ Ex quo sequitur,quod calefactio passio aquæ, non dicitur naturalis ratione formæ ignis,sed à natura aquæ,putà à ...teria,quæ habet inclinationem ad recipiendum illum motum,Dixi,calefactio passio: quia si ipsa consideratur actio,vt ab igne p...cedit,est naturalis igni:quia secundum natura eius est.Ecce quomodo viuētia,& non viuentia entia naturalia dicta sunt,& ex naturis constant:tamen est differentia latissima in hoc quòd sit intrinsecè principium actiuum,v...m viuentibus: aut passiuum,sicut in non viuentibus.Nunc oportet respondeamus ad argumentum.

Corolla.

¶ In primo argumento tangitur difficultas de cœlorum motu,vtrùm sit à principio intrinseco,& an sit naturalis. S. Tho. dicit ante Aristo.quosdam opinatos cœlos moueri à propria forma:& sic dixerūt cœlum esse animal, & in hoc consequēter loquebantur.Sed tamen Aristo.qui negauit esse cœlum animal, vt habet veritas (quicquid Cai.dicat)de quo infra expropo sito,motum cœlorum dicit ab intrinseco, scilicet ab intelligentijs euenire.Sed Ægidius Romanus(qui doctor fundamentalis merito dictus est) in principio huius.2.dubio.1.ait.Mot⁹ cœli potest dici dupliciter naturalis.Primò,ratione motoris. Secundò,ratione mobilis.Ratione motoris quidem,quia motor cœli est quasi forma ei⁹, & anima eius:non quod ex huiusmodi motore, & mobili vnum fiat secundum esse: sed pro tanto cœlum dicitur esse animatū: quia motor eius approximatus influit ei motum,qui est quoddā opus vitæ. Ex parte igitur motoris cœlum mouetur à principio q̄ est in ipso:tùm qa motor eius est appropriatus sibi:tū quia est quasi anima ipsius.Tertiò,qa huiusmodi motor est in ipo cœlo,qa vbi operatur substantia separata, ibi est.

Ad argum. S.Th. p.p. q.70.art.3.

Caiet.super Psalm.133. Ægidius.

An motus cœli dicatur ei naturalis.

¶ Secunda via ex parte mobilis:nam cùm leuia per naturam moueantur à medio

Universidad de Deusto
Biblioteca

& grauia ad medium:cœlum,quod per naturam neque graue,neque leue est,habet ex natura sua,quod nec moueatur ad medium,neque à medio,sed circulariter,circa medium. Motus ergo eius est naturalis. Et natura in ipso est aliquo modo principiũ huius motus:quia ex natura sua habet q̃ sit aptum natum sic moueri. Et dicit vlteriùs,quod motor cœli non potest dici extrinsecus,cum sit quodãmodo anima eius. Sic enim cœlũ mouetur à motore separato,quòd etiam mouetur à principio intrinseco. Hæc Ægidius,qui sumpsit hoc ex Cõmen.qui in primo de cœlo, commen.41. & inde substantia orbis,&.12.meta. id affirmat,quam sequitur Paulus Venetus,& alij.

Cõmenta. Pau. Vene.

¶ Contrariam sententiã ad Cõment.& ad comunem opinio. Auicenna.9.meta. tuetur,qui ait.& probat,motum cœli non esse naturalem simpliciter: quia neque habet in se principium actiuum, neq; passiuum illius motus,neq; inclinationem ad illum: tamen non dicitur violentus,sed præter naturam:quia neque habet naturalem inclinationem,neque repugnantiã. Huic opin. Auicennæ subscribit.doctor Sub. Opinio Auice.& doctoris subtilis secundùm considerationem particularem videtur quòd habeat probabilitatẽ,vt ille motus nõ dicatur ei naturalis,neq; ratione formæ,neq; ratione materiæ,solũ habendo respectũ ad neutrã potentiã in eo,eo modo quo de superficie doctor sub.ponit exemplũ,quę nõ habet neq; naturalem potentiam ad albedinem neque repugnantiam, sed neutram ad hanc,& ad illam. Pro solutione tamen argumenti ponamus propositiones.

Auicenna.

Sco.in.2.d. 2.quæst.6.

Quomodo motus cœli dicatur naturalis.

Proposi.

¶ Prima propositio. Cœlum mouetur motu circulari naturaliter. Probatur ex Arist. 12.meta.tex.10.qui ait. Cœlum habet materiam non in potentia ad aliam formam, sed ad motum localem. Et.1.cœli text.13. & 14.probat ex professo,quòd motus cœli circularis sit ei naturalis.

S. Th. p.p. q.70.ar.3. ad.4.

¶ Ratio est,quia Deus sic attingit â fine vsque ad finẽ fortiter,vt omnia disponat suauiter,disponendo quamlibet rem secundũ naturæ proprios mot⁹: sed qui à principio dedit igni,vt calefaceret naturaliter,& aquæ,vt frigefaceret,& arboribus,vt fructificarent,dedit cœlo,vt circulariter moueretur:at motus in suprà dictis censetur,& dicitur naturalis,quare & non dabitur cœlo?

Ratio.1 Sapien.8.

Mirabile est hoc,q̃ Deus à principio creasset cœlum inter corpora nobilissimum,& velut causa inferiorũ,& q̃ cùm alijs daret naturaliter suos mot⁹,solũ cœlũ priuaret?

Motus cœli naturalis.

¶ Præterea. Quæ liberres habet aliquã inclinationem secundũ naturam:ergo & cœlum habet:sed non videtur quæ sit,nisi ad motum illum circularem,quẽ habet à principio conditionis suæ:ergo talis motus erit ei naturalis. Non enim meliùs aliquem ex natura inclinatio cognoscitur quam quod à principio semper habuerit.

Ratio.2.

¶ Confirmatur:quia aut materia,aut forma,aut vtrunq; simul sunt in cœlo principium illius circularis motus,vel non:si sic, habeo intentum,quòd ille motus sit naturalis:si non,sequitur quod neq; forma cœli,neque materia eius sunt natura,cum nullo alio modo(vt ex definitione naturæ patet)dicatur natura:& sic neque cœlum esset res naturalis,quia non componitur ex naturis,quod contra Commentatorem probabimus libr.de cœlo.quæstio.2.

Confirma.

¶ Secunda propositio. Principium motus naturalis in cœlo non solùm materia est, sed forma principalius. Patet:quia cùm nullus alius motus cõueniat cœlo,nisi ille,qui est circularis,si solùm ratione materiæ conueniat ille motus,nullus alius ei conueniret ratione formæ,& forma cœli non esset natura: sed hoc non est dicendum: quia cœlum est naturalis res composita, non ex natura, sed ex naturis, scilicet, ex materia,& forma: ob id iste motus naturalis in cœlo non solùm ratione materiæ, sed ratione formæ naturalis est:& sic intelligit Aristotel.quod sicut graui,& leui conuenit naturaliter motus sursum,& deorsum, ratione formæ,sic & cœlo conuenit motus circularis ratione formæ, cum ratione formæ illi conueniat illa figura circularis.

2.Proposi.

Ratio.

¶ Et probari posset etiam,quia (vt ex Ægidio dicebamus)corpori non graui, neque leui per naturam, quale cœlum est, competit motus,qui circa mediũ est,qualis circularis.

Ægidius.

¶ Tertia propositio. Quanuis motum naturalem cœli posimus dicere esse ratione motoris: quia à principio quo cœlum habet esse,mouet,& dicitur ipsi cœlo affixus angelus mouens,& quia ex diuina ordinatione nõ desistit à motu,magis quã si à forma esset,tamen quia angelus forma cœli non

3.Proposi.

non est,neque intrinsecè mouet,sed extrinsece:non debet dici propriè motus à natura,ob hoc,neque cœlum viuere,vel habere vitam. Hęc propositio patet ex supra dictis:quia ad motum naturalem oportet intelligatur à principio,quod natura est,quale intrinsecum est,ex quo constat res naturalis:sed angelus non est intrinseca pars cœli, neque ex ipso componitur,vt forma materia:& naturalis motus non potest dici propriè: nisi naturalẽ vocemus, quod à principio rei est, etiamsi ab intrinsecis principijs non sit. Similiter probatur,quòd cœlum neque viuit,neque est animal:quia ad hoc est requisitum,vt sit id quo viuens viuit formaliter in ipso. De quo infra latius.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundum dicimus elementum habere naturam,& consequenter in se habere principium sui motus,non actiuum ratione formæ,sed passiuum ratione materiæ, ita,vt ignis corruptio,& aquę calefactio sit naturalis illis:quia passum confert vim patiendo. Et passum conferre vim, est formã educi de potẽtia materiæ ad sensum suprà expositum:aut saltim quòd materia sit in potentia naturali,quæ ad eius receptionẽ concurrit:vt in hominis generatione concingit,dato anima rationalis non educatur de potentia materiæ,vt ibi dictum est.

In.1.libro secu⁹ 7.

¶ Sed respectu formæ artificialis materia non dicitur habere principium naturale. Quantunuis enim per artem sit dispositũ ferrum ad statuam,non dicitur materiam habere appetitum naturalem ad talem formam artis,neque dicitur educi de potentia materiæ propriè:quia formam educi de potentia materiæ est respectu agentis naturalis,& non artificialis. Ob id neganda est sequela,quæ in argumento fit.

Ad tertium

¶ In tertio argumento tangitur difficultas,quæ est disputanda in proprio loco in 8.infra,vbi Aristot.probat:quod omne q̃ mouetur,ab alio moueatur. Et si qd intrinsecus mouetur,oportet distinguere partẽ mouentem à parte mota,vt in etherogenis viuentibus contingit:vt in animali cor mouet alia membra:& ob hoc grauia,& leuia non dicuntur intrinsecè moueri, sed à generante. Et dato in lapide, verbi gratia, quis consideret partem mouentem, formam,& partem motam,materiam,nõ potest esse:quia forma non est quæ agit, sed suppositum,mediante forma,neque materia est quæ descendit,sed lapis. Non enim forma animalis nutrit,neque materia nutritur,sed totum animal nutrit,& auget se per formam,quod si isto modo concederetur de lapide, per hoc quòd forma ageret, iam sequeretur, quod lapis moueret se, sicut animal mouet se: quod est contra Aristotelem.

Aristot.2. phyſi.t.32. S.Tho.ibi.

cõtra Greg. in.2.d.6. & Iad. de quo Capre elus in.2. d.6.q.1.cõtra.1.cõclusionem.

¶ Dicuntur tamen ista inanimata à generante moueri, per hoc quod habent à generante impetum,quo moueantur naturaliter ad locum suum naturalem,quãdo sunt extrà:sicut qui lapidem impellit, dicitur imprimere in lapide impetum: siue sit qualitas distincta à lapide,siue non,est imperti nens. De quo in.8.& Ægidius Romanus in principio huius dubio.3. Sol enim mouet vapores sursum,dando vaporibus calorem:vapores non mouent seipsos, sed mouentur à sole:ità generans dando grauibus,& leuibus formas suas, dat mouere, nam graue postquam habet formam grauis,quantum est de se,semper est deorsum. Quod si moueat se deorsum, quando est extra locum,est de per se, scindendo medium,remouendo prohibens, ergo graue antequam habeat formam grauis, est in potentia essentiali,vt sit deorsum, & indiget causa per se vt moueatur ad talem locum. Generans ergo dando graui formam, est causa effectiua per se,vt grauè deorsum descendat. Et grauia & leuia dicuntur moueri à generante,& mouentur à se de per accidens. Vnde forma grauis potest dici principium actiuum respectu motus, qui consequitur naturam formæ, ac si ab eo produceretur. Et in isto sensu Sanct. Tho. dicit,formam grauis,& leuis quodammodo esse principium actiuum sui motus:tamen super Aristo. in loco citato in octauo simpliciter dicit in graui, esse principium passiuum sui motus:alibi latius.

Quomodo in animata dicũtur moueri à generante.

S.Th.de potẽtia.q.5. art.5.

S.Tho.8. phy.et.p.p. q.32.art.4.

¶ Ad id quod de semine in argumento tangitur, ferè similis est responsio. Virtus enim seminis virtus generantis est, per quam generans seimmutat vsque ad producẽdum animal,licẽt aliter quam in graui,& leui:quia grauitas,& leuitas sunt principia passiua:virtus tamen seminis est actiua:sicut virtus in grano ad spicam producendam de hoc infra.

Variæ opi.

¶ Ad id de aqua,quæ se reducit ad frigidi tatem,quando calida est, Paul. Venetus in hoc libr.2. Physicorum ponit opiniones va-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Opinio. Auicennæ. varias. Prima est Auicennæ, qui dicit fieri à forma substantiali aquæ: at quia non declarat an mediante frigiditate, quidam dicunt mediante formali frigiditate: alij mediante virtuali: alij sine ea.

2. Opinio. Ægidij. ¶ Secunda est opinio Ægidij, quolibet. 5. quæst. 16. & 18. quòd reductio fit à forma substantiali aquæ, non per se, sed per accidens, quia intendit corrumpere caliditatẽ, & producit frigiditatem.

3. Opinio. Burlei. ¶ Tertia est Burlei, quòd illa reductio non fit à forma substantiali aquæ, saltim vbi plus est caloris, quã frigiditatis: quia à proportione minoris inæqualitatis non fit actio, sed fit à medio circunstante frigido paulatim frigefaciente.

4. Opinio. ¶ Quarta opin. est Iacobi de Forliuio, q dicit, q. aqua nũq est vniformiter calida: ob id partes frigidiores frigefaciunt calidiores.

5. Opinio. ¶ Quinta est eiusdem Pauli Veneti dicentis, quòd inclinatio naturalis aquæ est certa densitas: ob idque quod cum calida sit rarior quàm debeat, reducit se ad densitatẽ, & sic frigefit. Sed omnes has opiniones physicè loquendo oportet reijcere, & impugnare. Illa enim reductio aquæ calidæ ad frigiditatem fit à generante aquam: sicut quando graue est extra suum locum naturalem, motus ad talem locum tribuitur generanti, & motus aquæ calidę, quia vltra suam naturalem dispositionẽ est, debet tribui generanti. Et quidẽ aqua nunq debet intelligi, quandiu manet sua forma substantialis sine frigiditate: sicut ignis nõ potest intelligi absq; ne calore aliquo: imò non videtur improbabile asserere, quod quamuis aqua esset summè calida, in ea intelligatur magis de frigiditate, quàm de calore: quia si summa frigiditas esset vt. 8. requiritur, videtur ad conseruationem, saltim vltra gradum medium, vt. 5. scilicet, ita vt cum minori non possit stare aquæ forma. Et dato hoc non esset difficile intelligere, quomodo maior frigiditas posset præualere contra calorem: sed ponamus quòd tenendum est, quod in aqua nimis calida minus sit de frigiditate, q̃ de calore, tunc fiet reductio ad frigiditatẽ mediante: tali frigiditate. Et dato sit maior calor à proportione minoris inæqualitatis fiet actio: qa illud à proportione minoris inæqualitatis nõ fit actio, intelligit de accidentibus cõtrarijs existentibus in sua naturali dispositione: sed quando vnum accidens est extra suum subiectum, etiam si sit fortius, poterit pati à minori, si sit in sua naturali dispositione: quia calor extrà non habet vnde conseruetur: & sic frigiditas in aqua calida quanuis sit minoris intensionis gradualiter, quàm sit calor in eadem aqua, quia tamen aqua est in suo subiecto naturali, & in sua naturali, dispositione, conseruatur ibi, & poterit agere, & præualere contra calorem: quia extra suam dispositionem est, & ne corruatur à subiecto: & ob hoc dicunt [illegible], quod infirmum animal, quod [illegible] vltra suam naturalem dispositionem, non ita facilè ab intrinseco reducitur ad sanitatem & integrum statum naturalem: quia hoc fit per hoc, quod pars sana mouet non sanam: & cum in agendo repatiatur, calor naturalis fit debilior, & indiget [illegible] extrinsecus adiuuari.

Quo aqua calida reducat se ad frigiditatem.

Probabile quod in aqua summè calida sit magis de frigiditate, quã de calore.

aliquã à proportiõe minoris æqualitatis fit actio.

¶ Ecce ergo quomodo aqua ad frigiditatem reducitur (quãtunuis sit calidissima) à sua forma substantiali, principaliter mediante frigiditate actuali, quæ semper manet. Et iste motus tribuitur generanti dantì illam formam, quæ conseruatur cum frigiditate, & non sine ea. Qui in aqua negarunt frigiditatem actualem, sunt decepti ex experiẽtia, eo quòd aqua calida magis, & vehementius adurat, & combuat, quã flãma ignis: & cũ in ignis flamma nulla sit formalis frigiditas: sic dixerunt de aqua: sed decepti sunt, quia non est ex eo, quòd sit maior calor in aqua calida quãin igne, sed quia forma ignis est rarior, & aqua est densior, fortius sentitur calor in aqua condensata: nam fortior est virtus vnita se ipsa dispersa. Vapor enim, qui ab aqua calidissima exhalatur, tantum sensum habet caloris sicut aqua, sed non tantum adurit: quia cum rarior sit, minus de multitudine materiæ: & sic minus calefacit: sicut ferrum incensum non habet tantum calorem quãtum flamma ignis, aliàs ferrum esset ignis sed tamen quia maior de multitudine materiæ, magis adurit: ergo in aqua nunquam fit summa caliditas, oportet intelligere ac̃ valem aliquam frigiditatem.

Non est negandà frigiditas in aqua ex se.

¶ * Sit quis de natura hic sermo est, non erit ab re, loco apendices in fine specula, ponere modos omnes, quibus dicitur natura. Primo natura dicitur generatio viuentiu, vt diximus in principio: & potest in textu. Secundo dicitur quod est principium intrinsecus motum, vt hic diffinitur.

Tertio,

¶ Tertiò sumitur pro quacunque essentia, seu quidditate, vt cum dicimus, alia est natura substantiæ, alia qualitatis.

¶ Quarto. Pro quacũq; differentia specifica, vt naturã hois, dicimus esse rationalem.

¶ Quintò. Pro quacunq; proprietate, quæ rem consequitur in separabiliter: vt homo natura scire desiderat.

¶ Sextò. Pro causis motiuis vniuersalibus [illegible] vniuersi, tam intellectualibus, quàm [illegible]ibus: vt cum dicimus, tota natura comp[illegible]r Deo, vt instrumentum, principali agen[illegible].

¶ Septimò. Sum[illegible]r pro essentiali ordine rerum concurrentium, per se, & principaliter, ad perfectionem vniuersi: vt cum dicimus solem stare est cõtra naturam.

¶ O[illegible]uo. Sumitur pro Deo, non in se considerato: sed p[illegible] vt est dirigens omnes causas secũdas in actionibus suis [illegible]turalibus: & inquãtum est omnium motuum primũ principium: vt cũ dicimus natura, instituit solem declinare in zodiaco, modo ad austrum modo ad Septentrionem, ob alternam rerum generationem & corruptionẽ.

¶ Nonò. Sumitur à medicis pro cõplexione, vt rhebarbarũ colerę purgatiuũ natura est, & pro virtute formatiua, quæ deseruit generatiõi, vt cũ dicimus natura in generatione [illegible]is incipit à formatione cordis.

¶ Decimo, apud moralem philosophum sumitur, pro consuetudine: vt dicimus consuetudo est altera natura &c, omnib⁹ istis modis natura sumitur: sed [illegible] isto loco, in secundo sensu tractat Aristote. vt dictum est.

¶ SPECULATIO SE[illegible]nda. Vtrùm forma sit [illegible] principium actionis.

QVæritur hic quoniam d[illegible]uitate sermo in[illegible], & natura principium actuum dicitur ratione formæ, vtrùm sic attendatur penes formam, quòd solùm penes eam sit.

1. Argum. ¶ Videtur, quòd non. Et sit argumentum vltimum q[illegible]stionis præcedentis de ferro candente. Si forma esset actionis principium, sequeretur quòd actiuitas in agentibus deberet attendi penes multitudinem formæ: quia diminuta virtute, oportet decrescere essentiam, sicut augeri, ea aucta: sed h[illegible] falsum. Nam in ferro candente minus est de calore, quàm ut inflammaignis, & tamen ferrũ magis adurit: ergo actiuitas non est attẽdenda penes formã.

Secundò.

¶ Secundò. Causæ secundæ nihil operantur, sed solùm ipse Deus: ergo actiuitas nõ debet penes formam attendi. Antecedens probatur: quia Deus, & natura nihil faciũt frustra: sed causæ secundæ efficientia est superflua, Deo concurrente, qui in omnibus est per essentiam præsentiam, & potentiã, vt Theologi affirmant: ergo nullo modo attendenda est causalitas penes formæ actiuitatem.

Arist. 1. de cælo, te. 31. 1. sen. d. 37 S. Th. 1. p. q. 8. art. 2.

Tertiò.

¶ Tertiò. Si forma substantialis esset per se principium quo, agens ageret, ergo & accidentalis esset quo, instrumentale principium ad eundem effectum: consequẽs est falsum, quoniã accidẽs produceret substãtiam, & vltrà perfectionem speciei ageret: ergo & illud ex quo sequitur. s. quòd forma substantialis sit principium actiuitatis.

¶ In contrarium est Arist. qui dicit formã esse principium & causam motus.

Aristote. 2. physi. text. 29. & in. 3. t. 17.

¶ Pro solutione notãdum, in præsenti speculatione, sermonem esse de efficientia formæ: & quia causa formalis ab efficienti distincta est (vt infrà dicemus) hic quæritur, vtrùm causa efficiens per formã agat, tanquam principio quo, ita vt causalitas agentis sit ratione formæ. Et simul, & semel tangitur, q[illegible]d in causa efficiẽti, sit causalitas, & quod in forma qua agens agit.

Notand. 2.

¶ Secundò est notanduin circa efficientiã quàm presupponit hæc speculatio, variam fuisse opinionem, non solùm philosophorum, sed etiam Theologorum.

Variæ opi.

¶ Prima opinio fuit quorundãtollentium omnem causalitatem causæ secundæ, siue vniuersalis, siue particularis, fuerit. Dicunt enim, quòd solus Deus est, qui omnia operatur ad præsentiam causæ secundæ, ita vt ignis non calefaciat, sed Deus in præsentia caloris, & non aliàs, ex pacto posito, sicut ad præsentiam prolatiõis verborum sacramentalium in Eucharistia se ponit in sacramento: vt si nunc statueret Deus, quòd ad prolationem hõrum verborum: fiat ignis, tunc faceret ipse ignem. Hanc opinionem, si opinio dicenda est, tenet ex professo Gab. Licet longè ante eum, vt citat S. Th. aliqui

Gabr. in. 4. sent. d. 1. q. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

S.Th.in.2. d.1.q. 1.ar tic.4. aliqui tenuerint. Dicit ergo Gabr. q̃ causę se cundæ nihil re vera faciant, sed Deus ipse. Hæc sententia penitus est rejicienda, & Sanct. Thom. in loco citato dici. eam esse stultam, nempè quòd tollàt ordinem vniuersi: nam si causæ secundæ nihil faciunt, iam esset compertissimum res omnes esse otiosas, atq; superfluas, & absq; aliqua necessitate, quod diuinæ sapientiæ derogat.

2. Opinio. ¶Alia in alio extremo fuit sententia, vt tolleret omnem causalitatem, & concursum primæ causæ, & tribueret secũdæ, vt Deus nihil peraretur immediatè cum ipsis, sed solùm ageret ipsa Deus ad cõseruationem causarum. In hoc extremo fuit Durandus. Quòd sit erroneum hoc asserere, aliàs clarũ faciemus in. 2. sentent. in nostris Resolutiõibus (si Dominus dederit.) Nunc tamen falsitas comprobatur ex illo Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur. &c. Et B. Grego. super illud Iob. 8. adnotant: quę constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Et est ratio ad hoc. Res omnis naturalis per eandem formam operatur, per quam habet & esse (esse enim propter operari est) est ergo eo modo quo res à Deo pendent in esse, pendent in operari: sed ab eo pendent in esse immediate, per suam præsentiam conseruando, vt etiam dicit Durand. ergo ab eo pendent in operando.

Durand. in 2. sent. d. 1. q. 5.

Gregorius. B. Aug. lib. 48. sup. gene. c. 12. & lib. 5. c. 20.

Confirma. ¶Confirmatur. Quia rem fieri, est esse acquirere: sed res dum sunt, conseruantur à Deo: ergo cùm fiunt, Deus attingit earũ productionem.

Auicenna. ¶Alia fuit opinio in hac forma, quæ dicit, quòd Deus creauit primum ens, idest, angelum primum, & ille per virtutem receptam à Deo creauit secundum angelum, & ille secundus tertium, & vltimus cœlum: & cœlũ ista inferiora. Isti moti sunt, quia non poterant intelligere, quomodo causæ inferiores concurrerent immediatè simul cùm Deo: quia si Deus concurreret, ipse solus videretur sufficere. Hæc opinio Auicennæ tribuitur, & docet S. Tho quæ etiam est contra fidem Christianam: maximè, quia creatio, est solius Dei, vt in superioribus probatum est in, primo speculatioue. 6.

¶Quo ad causam formalem est considerandum, quòd quædam est causa formalis substantialis, & alia est accidentalis: sicut in igne datur sua forma substantialis, qua formaliter est ignis & calor est formalis causa, sed non substantialis, sed accidentalis. Sit prima conclusio.

1. Cõclusio ¶De causa efficienti loquẽtes, ad omnem motum, & omnem actionem naturalem, nec Deus solus, vt dixit reprobata prima opinio, neque creatura sola, vt dixit secunda & tertia, sed Deus simul cùm causa vniuersali, & particulari concurrit. Hæc est via regia, qua oportet incedere, n[illegible] declinando in vnam, aut aliam partem [illegible] ex reprobatione opinionum pr[illegible]atur. Et addendur[illegible] est, quia aliàs nulla esset causa eficiens in istis i[illegible]ferioribus præter Deum.

Deus concurrit immed[illegible] S. Tho. p. p. q. 8. ar. 1. 2. Ratio.

¶Secundò. Quia nulla esset causalitas in istis inferioribus, nõ esset maior ratio, quare Deus ad præsentiam solis illu[illegible]aret solum, & frigefaceret ad p[illegible]æsentiã aquæ: sed videmr[illegible], quòd ad præsentiam aquæ fic frigefacit, quòd neque illuminat, neq; calefacit: & ad præsentiã solis calefacit, & illuminat, quod non facit ad præsentiã aquæ: causa ergo est, quòd naturaliter ex conditione à Deo indita habent, q̃ operẽtur cũ ipso Deo certos, & determinatos effectus.

Obiectio. Solutio. ¶Neq; valet dicere ratione pacti hoc esse, quia Deus pepigit ad præsentiam solis illuminare, & ad præsentiam aquæ frigefacere: nam queto, aut illud pactum [illegible] aliquid superadditum naturæ rerum, aut est de intrinseca ratione? Si primum: sequitur q̃ nõ est illud de natura rerum: & aqua ex natura sua non ha[illegible]et, quòd magis frigefaciat, quàm calefaciat. Si hoc est de essentia rerum, habeo intentum, quòd sit de intrinseca rati[illegible]ne solis illuminare. Quòd si hoc est naturale, sequi[illegible] quòd [illegible]uraliter operatur Deo concurrente, & Deus nõ potuit ipsis naturis rerum manentibus, sine im[illegible]alo aliud facere, quin sol illuminet, & aqua frigefaciat.

2. Conclu. ¶Secunda conclusio. Forma substantialis cuiuslibet rei est formale principiũ, & principiale, quo agens agit. Patet ex Aristo. infrà in. 3. tex. 17. vbi ait, quòd species, seu forma, principium est, & causa motus.

1. Ratio. ¶Ratio est. Omne quod agit, eò agit, quò & actu est: sed quælibet res actu est per suã formã substãtialem, per quã in specie cõ[illegible]stituitur: ergo sequitur q̃ ipsa agens formaliter agit. Maior est nota: quia n hoc q̃ quid sit in potentia solum, nõ agit: vt si aqua in potentia calida est, non calefaciet, neq; equus in potẽtia equum producet, nisi per id quod actu sit equus.

1. Ratio ¶Item. In omni agente intẽtio est, sibi passum assimilare: sed huiusmodi assimilatio in forma est: ergo sequitur, quòd per ipsã tanquam per principium formale agit.

3. Cõclusio ¶Tertia conclusio. Forma accidentalis est principium instrumentale quo agens agit. Probatur. Quia vt dicebamus, per id agens [illegible]per [illegible]d actu est: sed sicut est actu per for[illegible] substantialem, & actu est per formam a[illegible]lentalem: ergo sicut efficiẽs operatur forma substantiali, tanquàm principio quo, principa[illegible] & operabit accidentali forma, tanquã principio quo, instrumentali: & ignis actu calidus per calorem calefaciet, producendo formam ignis, tanquàm quo[illegible]am instrumento, calore tens.

4. Cõclusi. ¶Quarto con[illegible]asio. Forma accidẽtalis nõ solùm instrumentũ est quo agens agit, sed est quo, attingitur formæ substantialis productio, vt scilicet, ignis per calorem, non solùm calorem, sed formam substantialem producat: imò & posito miraculo in sacramento eucharistiæ, accidẽs attingit ad substantię productionẽ, vt in primo libro probatum est, quãdo ex hostia cõsecrata fiũt vermes, & nutritio. Prima pars conclusio: [illegible]st contra nõnullos aliàs graues authores, qui habe[illegible] pro inconuenienti asserere, q̃ forma accidentalis posit esse instrumentum ad producendam formam substantialem. Probatur. Ferrũ inflammatum (cùm tamen nõ sit formaliter ignis, sed solùm habet calorem participatum ab igne) stuppã applicatam inflãmat, & causat ignem: ibi est forma substãtialis ignis, & non est à forma substantiali fe[illegible]oportet ergo sit à forma accidentali eius, scilicet, à calore.

Specu. 6. Scot. in. 4. di. 3. q. 3. 3. Ratio. 5. Ratio. Arist. 2. de animal. to.

¶It[illegible] Virtus seminis in matrice immediatè producit animam tanquàm virtus generantis: quia semen est in potẽtia corpus viuens: tamen illa virtus est accidens.

S. Th. 3. p. q. 77. ar. 3. d. 3. ¶Et quidem in animalibus, quæ ex putrefactione generantur, [illegible]rtissima est ratio: vbi forma cadaueris ab accidẽtibus producitur. Prædicta conclusio est S. Thom. qui ait. Immutationes natu[illegible]ales non fiunt immediatè à forma substantiali, sed ab ea m[illegible]diantibus accidentibus: ergo ipsa accidentia sunt causa instrumentalis ad formę productionem attingentia: & agẽs agit formam substanti[illegible], vt principio quo: & accidentali: sed tamen ista vt instrumento, illa vt quo principale, per quam & habet esse substantialiter.

5. Cõclusi ¶Quinta conclusio. Calor ab igne separatus (modo sit extensus in quãtitate) eundẽ producet effectum, quem produceret si esset in igne. Hoc probatur in sacramento ultaris. Nam naturaliter effectum habet, quẽ haberet, si panis adesset. Et cùm aqua calida calefaciat manum, illius calefactionis nõ est danda causa forma substantialis aquæ, sed calor est, qui in virtute ignis agit. Probatur etiã. Calor (verbi gratia) vt. 8. est dispositio sufficiens ad introductionem f[illegible]ęmæ ignis: ergo vbicunq; sit, poterit eodem modo id causare: sicut virtus seminis in absentia eius, à quo decisum est, generat animal.

Ratio.

¶Dixi in conclusione, si modò calor sit extensus: quia cùm actio debeat recipi in quãto, & extenso, non posset exerceri nisi ab agente, quod sit extensum.

Corolla. ¶Ex hoc sequitur, quòd si calor vt. 8. esset summus, qui suapte natura non potest esse nisi in igne, si per miraculũ esset separatus ab igne, eodem modo produceret formam substantialem ignis, sicut si non esset separatus.

6. Cõclu. ¶Sexta conclusio. Actiuitas in agente venit consideranda penes multitudinem formæ, tam substantialis, quam accidentalis. Itaq; ignis bipedalis ea proportione, qua habet magis de forma substantialis ignis, & de accidentali caloris, quam ignis pedalis, poterit in eadem proportione effectum producere. Hæc ex superioribus constãt. Cùm virtus agentis sit forma, qua actu est: ergo quantum habebit de actu, habebit & de virtute ad agendum: sed actum habet secundùm rationem formæ, & substantialis quo ad actum substantiæ, & accidentalis quo ad esse accidẽtale. Intantum est verũ, quòd si forma esset infinita, & actiuitas infinita esset. Quapropter in creaturis non datur actu infinitum: vt infrà in tertio, specula. secunda probabitur.

Ratio.

Obiectio. ¶Quòd si quis objiciat contra conclusio. eo quòd in prima conclusione dictum est, causas vniuersales cõcurrere, & Deum cũ particulari: & cùm eadem sit actiuitas ex parte vniuersalis, quantuis diminuatur de bipedalitate, semper actio erit eadẽ: vnde non sequitur, quod actiuitas sit considerãda penes multitudinem formæ.

Solutio. ¶Respondetur: dato ita sit, quòd vniuersales concurrunt causæ, sed quia determinatio actionis

Universidad de Deusto Biblioteca

tio actionis respectu vniuersalis causæ est pēdens à particulari causa: quia videtur determinare vniuersalem ad [illegible]cursum, actiuitas venit consideranda penes actiuitatē ipsius causæ secūdæ, & particularis. Et sufficit, q̃ in ipsa sit diminutio in virtute, ad hoc quòd sit etiā in actione. Exēplum est. Deus cōcurrit cum homine ad actionem, & ipse homo quodammodo determinat ipsum Deum ad agendum. Si tamen remisse agat homo conatu vt vnum, Deus concurrit vt vnum, neque facit maiorem actiuitat[illegible] in actu, quā sit in causa particulari. Ad argumentum.

Causa particularis determinat vniuersalē ad actionē.

Ad primū. Sot. in isto 2. q. [illegible] solutio. ad. 5.

¶In primo, in quo tangitur vnde dignosci possit actiuitas: penes intēsionem, vel aliū[illegible]e? est notandum, quod multitudo formæ attendi debet penes multitudinem materiæ, ita vt in eadem proportiōe vbi plus de materia, plus de forma, & è contrà: quia forma educitur de potentia materiæ, & materia actuatur per formam.

Notand. 1.

¶Secundò notādum, quòd multitudo materiæ cognoscitur per extensionem, & intensionem, vbi est æqualis densitas, aut per densitatem, vbi est æqualis extensio, & intensio. V.g. Flāma ignis bipedalis plus habet in duplo multitudinis formę, quàm flāma ignis pedalis, vbi vtraque esset flamma stuppæ æquè raræ: vbi vero flamma pedalis est densior: vt quando fumus ligni viridis inflammatur, non est dupla materia in igne bipedali, neque duplex forma: imò plus formæ & materiæ, potest esse in igne minori. Et in rebus calidis patet euidētius, quæ nō sunt formaliter ignis. In pruna pedali quercı, plus multitudinis est caloris, q̃ in pruna pini: quia quercus est lignū densius. Et multo plus in ferro æquali, quia densius: vbi sunt æquales quantitates, & intensiones.

Notand. 3.

¶Tertiò notandum, q̃ multitudo formæ non est cognoscenda penes intensionem: quia neque in ferro, neque in aliqua aliare, quæ non sit ignis formaliter potest esse tā intensus calor, quàm est in flamma rarissimi ignis: quia calor est dispositio naturalis ignis, non potest esse fumus calor, nisi vbi sit ignis. Ex quo sequitur, quòd æqualis multitudo caloris in materia æquè extensa, intensior erit vbi materia fuerit rarior: & hinc fit, quòd in ferro, & si non sit formaliter ignis, quia nō est calor summus, si applicetur stuppa, incenditur, & fit ignis: quia illa multitudo caloris magis intenditur, quia in materia rara.

¶Ad formam igitur argumenti deuenien do, negatur quod in ferro calidissimo sit minus multitudinis caloris, quàm [illegible] flamma stuppæ, licet in flamma stuppæ sit intensior ob raritatem materiæ. Neque est verum, quòd vbi calor est intensior, sit magis de multitudine formæ, & magis consequenter de actiuitate, nisi cæter[illegible] in raritate: imò inferro pedali es[illegible] plus multitudinis caloris, quàm [illegible]uppa, ob id vehem[illegible]tius agit.

Ad formā.

¶Itaq; ex ista solutio[illegible] aduertendū est, q̃ ex intensione maiori, vel minori, non oportet [illegible]tiri maiorem, vel min[illegible]em formæ quantitatem, & virtutem: quia si ceteranō sint paria, poterit esse intensior ca[illegible] & nō tantum de forma, & sic [illegible] de actiuitate.

Nō ex intēsione maiori oportet metiri actiuitatem, si cætera non sint paria.

¶Ad secū[illegible]m sufficienter responsum est. Non enim ponitur ipsius Dei causalitas superflua, neque similiter ipso concurrente, causalitas causę particularis: quia sic habet rerum ordo, & diuina dispositio, vt cū eis concurrat, & secundùm proprios actus earum agere sinat.

Ad 2.

D. Augustin.

¶Ad tertiū, similiter in quinta & sexta cōclusione responsum est. Non enim habemus pro inconuenienti, q̃ accidēs velut instrumentum concurrat cum ag[illegible]te principali ad substantiæ productionem: & contingit in putrefactione, vt ipsa accidētia cū Deo concurrant vt instrumentum, & in sacramento alt[illegible]ris, vt dictum est.

Ac. 5.

¶Circa hanc causalitatem maiorē, vel minorem penes formam, multa multiplicantur argumenta à modernis, à Coron[illegible]lo, & ab Spinosa, sed cum i[illegible]ura tempor[illegible]. Vide si placet ibi in 2. phyſi. fol. 36. apud [illegible]inosam, & Soto in. q. 4. 2. phyſi.

Coronel. Spinosa. Soto.

¶SPECVLATIO TERtia. Vtrum tantum sint quatuor gen[illegible]a causarum.

QVia de causa efficienti, & formali in præcedentibus dictū est, & de materiali multa in primo, & [illegible] isto secūdo, & de finali [illegible]lùm obiter mentio facta est, oportet inquirere, an so[illegible]int istæ quatuor causæ.

¶Videtur

Primū arg.

¶Videtur quòd non sint tot causarum genera: nam causa à causando dicitur: sed materialis causa non causat, quia materia nullius est actiuitatis, vt dictum est. Neque formalis, causat: quia solùm habet esse formale in co[illegible]apolito: & si aliqua efficientia deberet attendi: solùm esset efficere actu esse, quod est formalis effectus. fiinalis etiā nō causat: quia de ratiōe causę est, vt sit prior, effectu: sed finis nō est prior sed posterior.

Argumē. 2. Aristo.

[illegible]tet[illegible]à. Non datur causa efficiēs: quia si aliq[illegible] esset, maximè illa, de qua Aristo. ponit ex[illegible]plum text. 29. scilicet, consultor pater: sed istæ non sunt [illegible]ausæ: quia stat consilium dar[illegible] quando non fiat: ergo consultor [illegible]on est causa: aliàs eo posito, poneretur effectus. Item. Stat patrem esse, quando non est filius: nam dum generat, fi liu[illegible] est.

Argumē. 3.

¶Tertiò. Sunt plura genera causarū: ergo non sunt solū quatuor. Patet: [illegible]ia fatum: fortuna: casus, sunt causę, & nō est aliquod gen[illegible] istorum quatuor.

In cōtrar 1.

¶In contrarium est Aristo. in tex. 68. huius. 2. lib. i.

Notand. 1.

¶Pro solutione notandum, quòd consideratio de causis, inquātum cognitionis sunt principia, ad Dialecticum spectat: & sic tradit Arist. Et de ipsis in quantum sunt diffe[illegible]tiæ enti[illegible] ad Metaphysicum: vt. 5. meta. tex. 2. quia ens diuiditur in id quod se habet vt causa, & in id quod vt effectus.

Aristote. in 2. Poste. capit. 11.

¶Cōsideratio tamen de causis, vt ad suos applicātur effectus, ad physicum spectat: & sic Aristotel. in isto. 2. p[illegible]ysicorum de causis agit.

Notand. 2.

¶Secundò, notandum, quòd de causarum num[illegible]o fuit varia opinio apud antiquos.

Prima opi. Aristotel.

¶P[illegible]rimò, illi qui ponebāt vnum rerū principium aerem, vel aquam, ignorauerunt causam formalē, vt ait Arist. 1. Meta. quia illa ent[illegible] ponebant vt causam materialem: & isti ignorant[illegible] causam formalem, ignorauerunt efficientem similiter, & finalem: nam efficiens produc[illegible] formam propter finem. Quod Cicero ostendit, [illegible]quando [illegible] Democrito loquēs ait: quia ignorauit causam efficiētem, ignorauit & finem: & omnia à casu esse dixit.

Cice. lib. 1. Academi.

Opinio. 2.

¶Plato in Timæo in alio extremo plures, quàm quatuor posuit causas: nempe sex, Materiam, finem: efficientem principalē, & instrumentalem: formam extrinsecam, & separatam ideam, & formam intrinsecam particularem.

¶Aristot. tamen medius, melius quatuor solum posuit causarum genera, qui exemplarem ad cau[illegible]m formalem, & instrumētalem ad efficientem reducit.

Tertia opi. Aristot.

¶De materiali causa dicendum, quòd ipsa sit subiectum primum quod generationi subijcitur.

De materiali causa.

¶Materia triplex est: in qua, ex qua, & circa quam. In qua, idem est, quod subiectum formæ: & hæc est triplex. Materia prima nudè considerata: & sic est subiectū formæ substātialis. Et materia sub accidētib[illegible], quæ in animalibus corpus physicum. Et [illegible]ertia materia accidentium, siue naturalium, siue artificialium, siue corporalium, siue spiritualium: vt anima, & lignum.

Materia in qua.

¶Materia ex qua secundùm Commenta. conclu. 31. est triplex. Compositionis tantùm: vt literæ sunt materia syllabæ: & lapides, & ligna materia domus. Alterationis tātùm: vt vinū, ex quo corrupto fit acetū: & panis, & pisces, ex quibus alteratis, & corruptis animal nutritur. Alterationis, & compositionis simul: vt mel, acetum, & sal sunt materia oxymeli: quia fit ex ipsis, alteratis quidem, sed manentibus secundùm substantiam, vt putat Commen.

Materia ex qua.

¶Sequitur ex istis, quòd omnis materia, in quā forma naturalis, est materia ex qua, quia forma substantialis educitur de potētia materię, & omne accidens corporeum educitur de potentia subiecti.

Corolla.

¶Materia circa quam, est obiectum potentiæ, vel habitus: vt color respectu potentiæ visiuæ.

Materia circa quā.

¶Causalitas materiæ non est aliquid producere, sed est concurrere in genere subiecti: de cuius potentia forma educitur: & in hoc saluatur eius causalitas.

¶* Aduerte, quòd modus causalitatis materiæ, maximè ostenditur in hoc q̃ est limitare, & restringere amplitudinē formę, quā recipit: nam si forma receptibilis in materia: vt calor daretur extrà materiam, haberet omnē perfectionem & gradū suæ natu[illegible]: & quia recipitur in materia: necessario proportionatur, & limitat per materiā: & ex hoc formę separatę à materia, dicūtur [illegible]abere quandam infinitatē: quia non terminātur à materia: & formę materiales, è cōtrario, dicūtur limitatæ: ex hoc ergo q̃ forma recipitur in materia limitatur, & hęc est causalitas materiæ: non quod det aliq̃d esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse formæ, neq; influit, neque perficit: sed quia limitat secundum suam capacitatem: & non manet secundum totum esse debitum naturæ suæ: & hoc c[illegible] dicimus concurrere in genere subiecti, de cuius potentia educitur. De quo vide Capręo. in. 1. senten. distinct. 43. quæst. 1.

¶DE FORMALI causa.

DE causa formali, quæ est species, & exēplar (vt ait Arist. tex. 28.) est dicēdum, quòd sit actus, per quem res in aliquo certo esse specifico cōstituitur. Sicut est duplex esse, duplex est forma: substantialis, & accidentalis.

S. Thom. 3. p. ¶Item. Duplex est forma. Quædam partis: alia totius: quæ partis est, actuat materiam: & totius, quę se habet vt forma respectu suppositi: vt humanitas respectu hominis, vt suprà diximus actuat totum.

¶Forma accidentalis: alia artificialis, & alia naturalis: & hæc, alia spiritualis, & alia corporalis. Et quæ corporalis, quædam quę se tenet ex parte materiæ, vt quantitas, alia ex parte formæ, vt qualitas.

¶Modus causandi huius est, concurrere tā quam actus, & terminus quo generatiōis, per quem id quod fit, habet esse. Vbi notādum, non esse vniuersaliter de ratione causæ, esse priorem suo effectu: sed hoc solùm conuenit efficienti, & materiali: formali verò, & finali minimè: quia sufficit sint simul cum suo effectu. Forma quidem priùs natura componit, quàm totum sit: at quia esse conuenit non parti, sed toti, non est priùs forma, quàm totum: & ideo, quia totum est, partes sunt: sicut, quia albedo dealbat, lignum est album: non tamen, quia albedo est alba. Ideo quando dicitur causam esse id, ad cuius esse sequitur aliud, nō intelligitur generaliter, quòd causa prior natura sit, sed quòd priùs natura componat, aut quodam modo moueat: sicut finis, qui antequam sit, mouet agentem: forma verò informando, & componendo acquirit esse in toto.

* ¶* Causalitas, causæ formalis consistit in hoc, quòd actuādo materiam, coarctat ipsam: seu eius potentialitatem: pro quanto ante aduentum formæ, materia erat in potentia, ad aliàs formas varias, sed postquam hanc recepit, quandiu sub ista est, non potest aliam recipere: sic docet Sanct. Thom. prima part. quęstio. 7. arti. 1. & idem. de forma artificiali, dicendum: itaque & materia limitat formam, & coarctat, vt diximus: & forma coarctat materiam, & limitat eam: sed alia & alia consideratione: & forma dat esse formale se ipsa, & non per actionem, in quo differt ab efficiēti: ita vt [illegible] det esse vt quo, & efficiens esse, vt quod, vel sic dicendo forma dat esse vt principium intrinsecum, & efficiens dat esse, vt principium extrinsecum.

¶DE CAVSA efficiente.

CAusa efficiens est primum principium, vnde incipit motus. text. 29. quæ modum habet causalitatis cōcurrendo influere in effectum.

¶Diuiditur primò causa efficiens, in causam per se, & per accidens. Illa [illegible] per se, quæ virtute suæ naturæ producit effectū. Vel sic. Est illa, ad quam intrinsecè ex sua natura sequitur effectus: statuarius causa est statuæ. Et Deus, & intelligentia, & cœlum, licèt non denominentur à suis effectibus, dicuntur causæ per se. Per accidens illa est, quæ suapte natura non est requisita, sed per accidens concurrit, vt musicus ædificat. Non sic hæc. Calidum calefacit: quia illa prima de per accidens, & [illegible] da de per se. Inter causas de per accidens, causa sine qua non, computatur. Quapropter qui sacramenta noui legis dicunt esse causa gratiæ sine qua non (vt aliqui putant) simpliciter dicunt in re non esse causam gratiæ: quia causa per accidens, non est simpliciter causa. Quod est contra Ecclesiæ determinationem, in concilio Florentino. sub Eugenio IIII. & nostris temporibus in Tridentino sub Paulo. III. vbi definitum est, quòd sacramenta nouæ legis causant gratiam, & continent. De quo aliàs: & tetigimus suprà speculatio. 6. in solutio. ad. 3.

Causa per se, per accidens.

Cōtra Ocham in. 4. q. 2. & Scot. d. 1. q. 5. & Duran. q. 4. & Marsil. q. 2. arti. 3. & Gabri. dist. 1.

Cano. rele. de sacra. lin genere.

¶Sequitur

¶Sequitur ex ista diuisione causæ, Ocam in primò sent. d. 2. q. 10. malè dixisse, quando inquit, non esse magis per se istam: Calidū calefacit, & ædificator ædificat, quàm ista: Musicus ædificat, cū sit contra Arist. & veritatem: quia vna est causa per se, & alia est per accidens. De per accidens est, q musicus sit, qui ædificat: quia musica non est per se ordinata ad ædificandum, sed cō[illegible] quòd ædificator sit musicus. Vnde licet [illegible] faciendi sit accidens, non sequitur q causa faciēdi sit de per accidēs: sicut ignis calefacit & sua forma substantiali, & & calore: tamen dat sit calor accidens, de per se calefacit, & statuarius de per se causa est statuæ quanuis operetur per artem, quæ est accidens,

¶Causa tam de per se, quàm de per accidens diuiditur in vniuersalem, & particularem: seu in proximam, & remotam.

Causa vniuersalis, particularis remota proxima.

¶Remota, & proxima, duplex: aut ratione suppositi, aut ratione prædicationis. Primo modo illa dicitur remota causa, quæ prior est. & quæ mouet alias sicut medicus ad Phlebotomiam: & proxima, quæ venā incidit. Et alijs verbis: causa immediata, & mediata dicentur causa vniuersalis, & particularis: vt sol causa est vniuersalis, & homo causa particularis: non eò q Sol non attingit effectum, sed quia mouet aliam causam particularem, & inferiorem.

¶In prædicando est, vt medicus, & artifex non sunt duo agentia: sed quia vt artifex superior quàm vt medicus, dicitur artifex causa vniuersalis in prædicando, & medicus particularis.

Vniuersalis in causando, & prædicando.

¶Causa vniuersalis diuiditur in vniuersalem in causando, & in vniuersalem in prædicādo. In causando: vt sol, quia causat vniuersaliter plura: & in prædicando: vt artifex respectu medici. Et omnis causa, quæ est vniuersalis in causando, est vniuersalis in prædicando: vt docet S. Tho. hic super tex. 32. Nam sicut sol est causa vniuersalis in causando, est & in prædicādo: non quòd sol de homine dicatur, quia homo non est sol: sed quia prædicatur de eo, & de omnibus alijs, quorum causa est in ratione causæ: hoc modo, q homo sit solùm per se hominem generans: sol verò est generās corpus, & animal per se. Ignis est calefaciens per se: sed sol est calefaciens, & alterans, & frigefaciens: medicus est causa per se sanitatis, sed artifex sanitatē, & statuam, & domum facit. Itaq; sicut causa est vniuersalis in causando, erit & in prędicādo, & ecōtra.

¶Causæ plures concurrentes ad eundem effectum: quædam dicuntur essentialiter subordinatę: aliæ accidētaliter. Primo modo sunt illæ, quæ sic se habent, q vna sine alia nō potest agere: vt homo, cœlū, Deus. Accidentaliter, quando vna sine concursu alterius potest agere: vt pater, auus, & proauus. Agit, n. pater, quādo auus est mortuus.

¶Diuiditur causa rursus in vniuocam, & æquiuocam. Vniuoca illa est, quæ effectū similem in specie producit: vt homo hominem generando. Aequiuoca est, quę non idem in specie: vt sol hominem, vel murem producendo. Non enim in specie est similitudo inter causam, & effectum.

¶Causarum est alia, à qua effectus dependet in fieri, & in conseruari: & hæc est æquiuoca causa: vt est Deus. Alia est causa, à qua effectus solùm pendet in fieri, & non in cōseruari, & est vniuoca causa. De quo S. Th. Et sic sol est causa, à qua effectus in esse, & conseruari pendet. Et tandem omnia inferiora à suis causis superioribus pendent: quia sunt causæ æquiuocæ respectu effectuum inferiorum.

S. Th. p. q. 104. ar. 1

¶Causarum, quędam dicitur prima causa: alia secunda. Prima causa est Deus solus. Aliæ omnes infra Deum, causæ secundæ dicuntur, siue sint vniuersales, siue particulares, quæ à prima dependent in essendo, & in causando.

¶Causarum particularium, quædam est disponens: alia consilians: alia adiuuans. Sic etiam dicuntur causæ totales, & causę partiales. Causę sufficientes, & insufficientes. Nam disponens, causa sufficiens est.

¶Causarum particularū, alia principalis, alia est instrumentalis. Principalis illa est, quę agit per propriam virtutem, intendēs perfectè sibi passum assimilare: sed instrumentalis est illa, quæ agit per virtutem principalis causæ. Exempla sunt clara: vt anima in nutritione est causa principalis, & calor est instrumentalis.

¶Duplex est instrumētum: coniunctum, & separatum. Coniunctum est illud, quod nullam virtutem recipit à principali agente, nisi motum, quo actu mouetur: vt serra, & calamus: quæ instrumenta nihil faciunt, nisi moueantur. Instrumentum separatum est, quod recipit virtutē à principali agēti: & operatur, etiam si actu nō moueatur ab

Universidad de Deusto Biblioteca

eo:vt est semen decisum à viuente. Est virtus quædam separata, quomodo concedit Doctor. S. & alij sacramenta esse diuina instrumenta respectu gratiæ, quæ ipsa sacramenta causant per virtutem à Deo receptam: & sunt velut instrumentũ separatum: & virtus illa à Deo collata sacramentis, sit diuina institutio eorum ad talen effectũ causandum: quia Deus, qui poterat se solo causare gratiam, instituit huiusmodi sacramenta, quæ causent gratiam. De quo alibi ex professo. S. Th. 3. p. q. 62.

¶ Causa rursus diuiditur, vt quædam dicat causam actu, alia dicat causa in potẽtia, in actu domũ faciẽs, in potentia domificator est: qã nõ ois domificator actu domũ facit. Tex. 34.

Causarum alia positiua est, & alia priuatiua. Positiua est: vt gubernator nauis est cõseruatiua, & positiua causa conseruãdi nauem. Priuatiua causa est, absentia gubernatoris: vt dicatur esse causa submersionis: nõ quia ipse aliquid agat, sed quia nõ exhibet suã præsentiã.

¶ Considerãdum tũ, q̃ priuatiua causa nõ dicitur causa per accidẽs, sed perse est causa, quãdo tenet, & debet suã exhibere præsentiã: sicut in exẽplo posito. Absentia gubernatoris causa dicit submersionis nauis: sed nõ debet dici causa de per accidens, sed per se: quia tenebatur ad præsentiã, & sic imputatur ei. Secus esset de illo, cui cõmissa nõ est cura nauis: quia eius absentia causa de per accidẽs diceretur, etiam si in veritate, si præsens esset, non periclitaretur nauis. Quòd nauis pereat, potest causam habere duplicem: positiuam, ventorũ impetum, & priuatiuã, absentiã gubernatoris. Noto. S. Th. 1. 2. q. 6. ar. 3.

¶ Aliæ possent dari diuisiones causarum, vt quædã sit naturalis, quando effectus est naturalis, & alia supernaturalis, quando est effectus miraculosus. Et causarum naturalium, quædam est causa libera: & alia naturalis ex necessitate agens, nisi impediatur, vt sol. Exempla sunt clara.

✻ ¶ ✻ Pro complemẽto huius speculationis operę pretium videtur tangere: an causæ eædem sint, incorruptibilium & corruptibilium: vel solum quæ dicta sunt intelligãtur de causa corruptibilium horum inferiorum: & alia sit speculatio, & ratio incorruptibilium vt cœlorũ, intelligẽtiarũ, &c. Pro solutione oportet distinguere de causis: quia quædam sunt primæ simpliciter, & vniuersalissima: aliæ sunt secũdariæ, sed vniuersales: & in tertio loco sunt proximè & particulares. Et oportet distinguere etiã de rebus incorruptibilibus, considerantes: nã quædã sunt permanẽtia, vt intelligẽtiæ & cœlũ: alia sunt autẽ successiua, vt motus qui in cœlo secũdũ Arist. est perpetuus. &c.

¶ Ad dubium, sit primum assertum: principium primũ vniuersalissimum tam incorruptibilium quã corruptibilium vnũ solũ est efficiens, & finis, Deus benedictus: hæc est sententia non solùm fidei, sed Aristo. in. 12. Metaph. tex. 23. & Primũ assertum.

¶ Secũdũ assertũ rei ppetuæ incorruptibilis, successiue, vt est motus cœlorũ, ad mẽtẽ Arist. principia secũdaria vniuersalia sunt intelligentiæ & corpora cœlestia effectiua, sed incorruptibilium permanentium, quo ad substantiam, vt cœlorum & intelligentiarum, solùm primum vnum est principium, vt in primo asserto diximus in quo excluditur Anaxagoræ error.

¶ Tertium: rerum corruptibilium, tam permanentium, quã successiuarum, eædem sunt principia effectiua, & motiua secũdaria vniuersalia, quæ sunt incorruptibilia, vt intelligẽtiæ & cœlũ, sic Aristo. 12. Meta. tex. 34. ppetuitatẽ gñationis, & corruptionis, reducit ad primũ cœlũ motũ, vniformi & simplici motu: & alternationẽ gñatiõis, & corruptionis reducit, ad motũ planetarum in zodiaco. &. 8. Phisi. tex. 48. dat rationẽ, & cũ motus ab intelligentijs: cœlũ & intelligentiæ causæ dicuntur vniuersales, secũdariæ, sub primo & cũ causæ eædem, potest esse diuersitas & corruptio: quia materia eorum, est subiectiua priuationi, & cũ qualitatibus contrarijs, &c.

¶ Quartum dictum: tam corruptibilium tam permanentium, quã successiuarum, vniuersalia sunt principia motiua, effectiua: ma: quia sicut sunt principiata diuersa, sic & principia: cũ vnũquodque fiat à suo agente vniuoco, de quo Arist. Metaph. tex. 34. Et sic non oportet quærere ideas secũdùm Platonem, nec item & amicitiam secũdũ Empedoclem: nec deos gustantes Nectar & Ambrosiam pro incorruptibilibus, vt dixit Homerus: & non gustãtes pro corruptibilibus. Sunt enim fabulosa hæc, & indigna Philosopho. &c. Et aduerte quod modus causalitatis causæ efficientis, stat in hoc quòd est efficere, vel producere rem siue secundum totam substantiam, siue secundum partem, siue secundum accidens.

Primo

Primo dicitur rem producere, in quo à materia distinguitur, cuius causalitas recipere est: & distinguitur à causa formali, cuius modus est dare esse quo, formaliter, & distinguitur à fine, cuius causalitas est gratia cuius. &c. & est considerãdum quod hæc tria scilicet, dare esse quod, rei productæ, & deducere rem ad esse, & efficere rem: idem significant: & istis tribus solemus declarare causalitatem efficientis. Dicitur efficere tantum secundum quantitatem vt primum agens: dicitur vel particulariter sicut agens quod formam producit educendo de potentia materiæ: vel accidens, sicut ignis calefaciendo. Etiam cõsiderandum quod efficere rem multis modis contingit, scilicet, cum nouitate tendi, vt quando mũdus productus est in tempore sine nouitate, vt si mundus fuisset ab æterno per simplicem emanationem, quæ est propria Dei actio, vel per motum, & mutationem instantaneam, quæ conueniunt agẽti naturali, in generatione substantiali: vel per solum motum, vt quando agens supponit subiectum actu, & producit quantitatem, vel qualitatem. &c. de hoc vide. S. Tho. 5. metap. 2. text. 2. & Herueum quolib. 2. quæstio. 1.

DE CAVSA FINALI.

Causa finalis, quæ est cuius gratia aliquid fit, tex. 31. attenditur, nõ penes efficere, sed penes mouere agens ad opus secundum, q̃ in intentione est.

¶ Finis habet rationem causæ secundum esse reale quod habet, quando est acquisitum, vel ly secundum, dicat rationem formalem finalizãdi. Patet: quia finis est optimum, & vltimum: cuius gratia omnia fiũt: sed illud optimum, & vltimum est finis secundum esse reale: vt infirmum mouet ad sumendum potionem amarã sanitas, quã se consequuturum sperat. Item: quia cum finis, & bonum sint idem ex Aristotel. & non habet boni rationem, nisi secũdùm q̃ in re est, sequitur q̃ sub hac ratiõe mouet. S. Th. 1. 2. q. 1. art. 6. Arist. 1. Eti. cap. 7.

Finis tamen mouet secundũ quòd est in intentione: vt ly secundùm, dicat conditionem requisitam: vt est conditio requisita ad hoc quòd ignis agat, applicatio combustibilis; nam si causa efficiens non applicetur realiter secundum præsentiam localẽ, non aget: sic, nisi finalis causa applicetur. Et hoc est per cognitionẽ aut agentis particularis, si liberum agat, mouendo se in finem: vt homini conuenit agere propter finem: aut erit per cognitionem primæ causæ dirigentis: vt contingit in brutis, quæ non mouent se ad suos fines, sed mouentur potiùs. Et sic particuliariter in finali causa causalitas consideranda est, vt in absentia moueat, cum per cognitionem præsens dicatur, non per contactum corporalem, sed spiritualem. Ob quod Aristotel. dicit, quod finis mouet metaphoricè: quia non agit per contactum realem: & sic intentionaliter mouet. S. Th. 1. 2. q. 1. Arist. 1. de Gen. te. 55.

¶ Est finis quo, & finis gratia cuius. Finis quo, est medium per quod venitur ad finẽ: quod etiam finis dicitur, sub fine: vt si quis quærat medicinas, vt faciat potionem, tũc ipsa potio est medium, & est finis quo: quia herbæ & alia medicinalia colliguntur ad hanc potionem: sed sanitas est finis gratia cuius quia ipsa potio est propter sanitatẽ: & non incõuenit, quòd aliquid sit finis, & medium ad finem, respectu diuersorum. Finis quo, & finis gratia cuius.

¶ De causa finali aliqua adducuntur ab Ocam in secundo sententiarum quæstione tertia. & à Gabriele in. 2. dist. 1. quæst. 5. sed non pauca notatu digna apud Sanctũ Thomam. Ocam. Grabi.

¶ Etiam hìc considerandum, quod quando plures effectus ordinantur ad vnum finem, posteriores sunt finalis causa priorũ, & priores effectus sunt causa efficiens posteriorum & causæ, sunt adinuicem causæ: vt si quis euellat herbas, & contundat, & faciat potionem quam sumat ob sanitatẽ, oportet dicere, q̃ potio habeat rationẽ finis, respectu colligendi herbas, & herbarum cõtusiones: tamen ipsa potio est effectus, herbarum & contusionis earum. S. Th. 1. 2. q. 1. art. 2. & 3.

¶ Causæ finalis causalitas, & effectus, nõ est agens: q̃ mouetur à causa finali: nam idem esset causatum à seipso: quia accidit idẽ esse causam finalem, & efficientem: vt est in Deo: qui cùm sit causa omnium, propter semetipsum sit operatus omnia. Prouer. 6.

¶ Causatum ergo causę finalis, est effectus causæ efficientis, connotando quod sit ab efficienti ratione motionis à causa finali. Itaque idem est effectus causæ finalis, & efficientis, sed sub alia, & alia ratione: sicut sanitas est effectus & potionis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

causæ finalis.

* ¶ * Aduerte:quòd causalitas causæ finalis,seu modus causandi consistit primo in hoc,quod finis sit illud cui... amore,vel desiderio,vel delectatione,aliqd agitur ab alio:quia de natura finis est imprimere sui amorem,& inclinationem in agẽte, quib⁹ trahitur agens ad operandum : & quibus seclusis non operaret : & ob id dicimus ꝙ finis mouet agẽtem, & si fiat comparatio finis in ordine ad media quibus agẽs agit, causalitas stat in hoc ꝙ, medijs, dat quãdã bonitatem,& amabilitatẽ,ex eo ꝙ media sint in ordine ad finem:vt præter eam quã ex sua natura habẽt, habeãt hanc:vt si infirmus vt finẽ,intẽdat sanitatẽ:sanitas quę ...st finis medicenæ,quæ est medium , dat quandam bonitatem,& dulcedinem etiam si secundum naturam suam sit amara,& abominabilis:vt cũ suauitate sumat:ob sanitatem desideratam:& ablato desiderio sanitatis refutatur statim:h... experientia cõstãt:ecce quando intelligitur causalitas causæ finalis . Et cum finis non dum sit actu, Auicenna.libr.6.metaph.c.15.tenet:quod sit causa vt est in anima : & eum sequitur Paulus Socin.5 Metaph.quæst.3.& ad mẽtem Commẽt. & S.Tho . cum finis sit qui mouet agens,& est conditio requisita,sine qua non moueret in finem : primũ habet ab esse reali extra animam,producibili,vel acquisibili,vt sanitas producibilis & vt possibilis acquiri est quę mouet,& agit:nã medicus mouetur, vt actu producat sanitatẽ: quę in potentia est:& atleta pugnat vt acquirat victoriã &c.Secũdũ quod cõsideratur,vt cõditio finis,habet ab esse in anima: nam si medicus non apprehenderet sanitatem,vt possibilem,non moueretur ad medendum:& non videtur hic sensus discordare ab Auicenna,quia eo dicit finem esse causam,quia in anima est:quia scilicet apprehendit vt possibile acquiri, & p Cõm. in.12.metaph.Commẽ.36.explicat quando dicit forma balnei ad extra,mouet vt finis:& vt est in intellectu,agit desideriũ, ꝙ est dicere,quod ex esse potentiali producibili,vel attingibili,ad extra habet quod sit finis.Et ex apprehẽsione,habet quod actu appetatur:ob id apprehensio est conditio necessario requisita.

Conclusio. ¶ Solũ sunt quatuor genera causarum, extra quas nulla causa est reperibilis: & istæ quatuor sunt necessario ponẽdæ.In hac cõclusione intẽdimus,ꝙ nõ sufficit vnã neq; duas,aut tres assignare rerũ naturaliũ causas,sed ꝙ quatuor danẽ & sunt:Materialis: formalis:efficiẽs:& finalis:& vltra nullũ aliud genꝰ causæ est,quia quacũq; causa data,quę verè causa sit,oportet vel vna sit ex istis quatuor,vel reduci debet ad aliquod genꝰ causalitatis earũ.Patet.Quia aut causa solũ cõsideratur quoad esse: & ponitur causa formalis,quæ dat quidditatẽ rei: aut cõsideratur res quãtũ ad fieri:& cũ in ist... ferioribus nihil aliud sit quã id,ꝙ ... potentia est,ad actũ reducatur,ponitur materialis causa.Et quia agens est ꝙ educit id,ꝙ in potẽtia est:vt sit actu,po...itur causa agens seu eff...ciẽs.Et quia agens à fine mouetur: cũ omne agens agat propter finẽ, ponitur & causa finalis:vltrà nihil excogitan...i venit circa rẽ naturalẽ.Et quia istarũ c...ausarũ hic in cursando ordo seruatur,vt primò finalis causa concurrat:quæ causarum causa dicitur,tanquã potissima,& principalis: quæ mouet causam agentẽ ad effectũ,& sequitur forma ab agente producta: & quia in aliquo subiecto præsupposito, in cuius potẽtia erat,materia ponitur,seu causa materialis.Et postremo cõsideratur causa materialis,ordine perfectionis,cùm via generationis prior dicatur.

Ratio.

Oẽs 4. causæ requisitæ sunt.

¶ Quòd oẽs sint istæ quatuor re...quisitæ, patet:quia quacũq; illarũ deficiẽte,nõ esset res naturalis:nã si tollas efficientẽ causam,non erit formalis,per q̃ forma educit de potẽtia materiæ:ꝙ si nõ sit forma,neq; erit res naturalis,quæ constat ex forma tã q̃ ex parte essentiali sui.Neq; sufficit ponere efficientem,& formalẽ,nisi apponas materialẽ,vbi forma debet ...duci,& de cuius potentia debet educi.Nec sufficit sint tres, nisi etiã finalẽ ponas:quia si non sit f...is, non erit efficiẽs,cũ omne agẽs agat ...pter finẽ.Finis enim est quod primò mouet.

Aristot. ...atio 2. p.

¶ Probatur alia pars,ꝙ non sint ponendæ plures:quia istæ sufficiũt:vt constat:& nulla alia causa dari po...st,quæ non includatur in aliqua istarum,siue de instrumentali,siue de exemplari sermo sit.

Ad argum.

¶ Ad primũ argumẽtum patet solutio ex dictis:nam causa materialis non dicitur causa,quia causet agẽdo aliquid effectiuè,sic... facit causa efficiens,formalis,& finalis:aliàs esset cõfusio in causis:sed dicitur causa , q̃a ad rẽm naturalẽ concurrit,no... vt agẽs,sed vt suscipiens:& hoc est ,ppriè esse causam,

etiam

etiam si nullius sit actiuitatis ad agere.Sic & causæ formalis causalitas non stat vt agat,vt efficiens,quia coinciderent: sed stat in hoc quod det rei naturali,esse specificũ, & formale,in quo distinguit ab alijs causis.

Ad.2. ¶ Ad secundum similiter patet ex diuisione causæ efficientis , quomodo pater est causa,& consultor est causa, quanuis non semper sequatur consilium:quia non omnes causæ sunt eodem modo causæ.

Ad.3. ¶ ... tertium,dicendum,quòd fortuna,& casus ... efficientem reducuntur, & fatum similiter,vt infrà dicetur.

SPECVLATIO QVARta.Vtrùm ideæ sint causæ.

Argumẽ.1. HIc (quia de causis est sermo)quæritur,vtrum det alia c...usa, q̃ verè sit causa,& nõ coincidat cũ aliqua illarum quatuor. Videtur ꝙ sic.Ponũt ideæ à Platone causæ,& veræ causæ,à quibus dependent substantiæ rerum:tamen idea non est finalis:non est efficiens:quia positis,& cõcessis ideis,sunt agentia naturalia:non formalis,quæ intrat rẽ:quia etiam data idea, ponitur forma in qualibet re,quæ est participatio ideæ:non est materialis : quia etiam ponitur materia , quæ non est idea: ergo danda est alia causa,quæ idealis dici potest.

Argumẽ.2. ¶ Item . Quicquid sit de opinione Platonis,secundum veritatem catholicam Theologi non...int ideas,licèt non omnes conuenient in modo. ...onenda est ergo idea in Deo,& est causa,non efficiens,non finalis, neq... materialis,neque formalis:ergo vltra q...atuor illa genera oportet ponere aliud genus causæ,quod ideale est.

In contra. ¶ In contrarium est quod ex Arist.in specula.præcedenti est adductum.

¶ In his duobus argumentis duo tanguntur,quæ difficultatem habent.Primum,de ideis Platonis.Et dato Metaphysicus consideret de eis,inquantum ponuntur à materia separatæ,iuxta doctrinam Arist. qui per libros plures agit de eis in Metaphysica contra suum magistrum,non est extra propositum physicum de illis aliquid considerare,inquantum formæ dicuntur tales ideæ,& causæ indiuiduorum cum ad physicum naturalem spectet de causis consideratio secundùm hanc rationem.

¶ Secundum quod tangitur in secundo argumento est, ...ipsis ideis,vt in Deo ponũtur à Theologis . De hoc quidem in loco proprio in Theologia tractandum: verum quia de ipsis considerandum est,inquantũ causæ,sicut considerat Physicus de prima causa,quæ Deus est,& poterit considerare de ideis,prout in eo ponuntur, loquentes in lumine naturali:& sic nonnulla, paucа tamen adducemus.

¶ Quantum ad primum de ideis Platonis considerandum venit,inter graues ...athores controuersum esse , an Plato posuerit ideas in sensu illo, quo tam vehementissimè,& acriter ad sanguinem vsque,impugnatur ab Aristotel.à.3.libr. Metaphysicæ,vsque ad.9.& obiter in alijs locis, maximè in Ethicis. An alius fuerit Platonis sensus , quàm ille, qui impugnatur ab Aristotele. In Ethi.lib. 1.c.6.

¶ Sunt enim qui putent Platonem ideas posuisse ad modum quo Theologi ponũt eas in mente diuina:& eas dicit à rebus separatas,& æternas absque materia. Si sic, non solùm non venit impugnãdus in idearum opinione,sed imitandus, & sequẽdus. De ideis. Platonis.1. sententia.

Omnes Platonici affirmant hoc: Eusebius in libr.de præparatione Euangelica.Seneca epistola.66.& D.P. August.libr. 12.de Ciuitate Dei.cap.26.& libr.83.questionũ quæstio. 46.& ipse Plato in Timæo dicit cœlum esse à Deo factum per ideam.Sic etiam intelligit Platonem,Durand.in primo sentent.dist.36.& Scotus.distin.35.Mars. quæst.1.prologi,& Faber Stapul.in suis introductionibus ad Metaphys. & Mayro.in primo distin.47.quæst.3.Item Egubinus,de perennì philo.lib.1.capit.17.&.29. & in harmonia mũdi,cantico.1,tono.1.capit.9.& cantico.2.tono.1.6.7.8.&.9. De quo Plotinus de pulchro,qui ad propositum optimè loquitur, Marsilius Ficinus * vide Commẽ.12.metaph. com.18. qui licèt neget ideas substãtias separatas,vt putabat Platonem intellexisse ponit tã eas in primo motore:quia vult ꝙ omnes formę inferius productę,recipiant modum & mensuram ex dispositionibus stellarũ:& vt ait omnia prouenìunt ab arte intellectuali ipsius Dei:& sic concludit quod omnes ...portiones & formæ quæ sunt in potentia materię primæ,sunt actu,in primo motore.

Eusebius. Seneca. D. August. Durand. Scotus. Marsilius. Faber. Mayr. Egubinus. Georgius. Plotinus. *

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Alij putãt, q̃ Plato posuerit ideas separatas, ad modũ, quo inpugnantur ab Arist. & alijs. Ex Iãbico in sympofio Platonis colligit, ideas nihil aliud esse, n[illegible]nes rerũ naturaliũ in aia mũdi sigillatas. Pro quo oportet scire, animã mũdi duos habere ordines: vnũ, quo ab omnium rerũ authore, in medio mũdi egreditur: alterũ, quo redit in illum. In primo quidẽ tenebrosa, seu causa existit: in fine reditus ornata, seu mũdũ adipiscitur. Iterũ in reditu plures imaginãdi gradus consequitur: vnus tñ, quo in illũ reuertitur: & hic amoris dicitur origo à Plato[illegible]e in illo li. 2. quo ab authore illo illustratur. Et hic amoris pabulũ dicitur. Tertius est quo illi inhæret. Et hic amoris incẽ[illegible]m. Quartus quo Deo plus appropinquat. Et hic amoris impetus dicit⁹ est. Quintus quo Deus vt sigillator in illa eius mente, omnium rerum naturalium formas depingit: & hic omnium rerum naturaliũ perfectio dicitur. Vltimus e[illegible] quo omnes illæ ideæ, rerumq̃ que similitudines habent esse quietũ, perfectũq̃. Et sic mũdus dicit. 1. ornamẽtũ, in quo amoris statũ Plato posuit.

De modo idearum secundũ Iã bicum.

¶ Secundùm ergo hanc intelligẽtiam ideę nihil aliud sunt, nisi rationes, & rerum similitudines in anima mundi formatas: vt per illa omnium rerum teneat notiones, & eas producere sciat. Cùm autem anima hominis in quinto fuerit gradu, rationes omniũ rerum sibi depinguntur. Veniens tamẽ ad hominis corpus, mole ipsius corporis obtunditur, & obnubilatur, atque obliuiscit: & postea suum scire reminisci est: vt Aristot. adducit contra Platonem.

Tertia sententia de ideis.

Aristot. 1. Poste. text. 4.

¶ Alij tamen putant, q̃ Plato in Parmenide de ideis sic loquutus, ac si ideã intellexerit quoddam vniuersale, non genericum sed specificum: nam specierum solum ponit ideas: vt ipsæ indiuiduorum specierum sunt, ad modum quo nos eõceptum formamus hominum, vel vniuersale speciei, ab omnibus, abstrahendo indiuiduis, quod non habet materiam, neque habet locum, neq; tempus: sic & ideæ. Atque eas Plato propter duo ponebat: & propter generationem, & propter cognitionem. Propter generationem (inquam) quia homo in indiuiduo erat ab illo homine per se, & cognoscebat etiam peream.

Quarta sententia est Alberti Magni.

¶ Albertus Magn⁹ in primo suæ metaphysicæ de ideis loquens ait quod sint virtutes stellarum. Deus enim, quia omnium est artifex, & perfectus, conuenientẽ mundum formauit: & in. 8. cœlo quod est firmamentum. 48. posuit imagines: vt scorpio stella sit, quæ dominatur scorpionibus, & serpentibus, & secundum numerũ omnium animalium posuit stellam [illegible]terminatam. Imo Hermes, & Mercurius Ægyptij dicunt, quod quælibet arena maris, etiam quantumcunque minutissima, habet suam propriam stellam in cœlo, [illegible]ne cuius habet quod est. Sit pri[illegible]fio.

bãtur stellę firmamẽti.

¶ Ideæ si ponantur ad sensum, q[illegible] inpugnat Aristo[illegible]atonem tanquam authorẽ opinionis, est quid fict[illegible]m: & penitus inane. P[illegible]batur hæc conclusio a[illegible]risto. exactissimè in locis citatis: & in. 1. Ethi. cap. 6. Si quidem dare huiusmodi forma[illegible]tas à materia per se existen[illegible] caus[illegible] corruptib[illegible]um, nullum habet in re fundamentum: [illegible] illæ tales ideę vel essent à se, vel ab alio: non à se: quia solus Deus est, qui hoc habet. Neque ab alio: quia maxi[illegible] à Deo: sed à Deo non sunt creatæ, nisi substantiæ spirituales, quales sunt an[illegible]eli: & omnia corpora cœlestia, & terrestria: sed non sunt de numero angelorum, neq; terrestrium tales ideæ, ergo non sunt ponendæ, & est fictitium asserere.

1. Conclu.

Arist. Ratio.

¶ Secunda conclusio. Ideas po[illegible] ad m[illegible]dum quo ex Iambico declaratũ est, quod sint rationes rerum naturalium sigillatas in anima mundi, vanũ est, & ab omni physica disciplina [illegible]enum. Patet. Istæ ponuntur ad hoc, qu[illegible] mundus sit, qui rerum omnium & habeat notitiam & omnes producat: sed est vanum, & alienum à veri[illegible], q̃ mundus sit animal qu[illegible]m, habe[illegible] & cognitionem: & etiam à fide alien[illegible] mundus iste visibilis, sit rerum pro[illegible] & author, cum Deum cognoscam[illegible]rem: sequitur ergo ideas non esse [illegible]endas in tali sensu: nisi per mu[illegible]um intelligat ipsum factorem mundi, in quo ipse [illegible]mundus antequam es[illegible]ua natura, vita erat: v[illegible] Ioan[illegible]

Conclu. 2.

Ratio.

Ioan. 1.

¶ Conclusio tertia. Ideæ (vt ponuntur à Theologis in [illegible]) verè dantur, quæ sunt rationes in ipso Deo omnium, quæ ab ipso fiunt, cum ordinatissimè operetur. P[illegible]tet. Quia in quolibet artifice ordinatè pro[illegible]cede[illegible] in arte oportet ponere in mẽte eius formas, seu exemplaria [illegible] agendarũ ab ipso: q̃a dom⁹ ad extra fit à domo q̃ est ad

Conclu. 3.

S. Tho. p. 1. q. 15. art. 1.

Ratio.

Aristot.

ad intra: sed Deus est ordinatissimè procedens in suis operibus: ergo oportet in eo ponere huiusmodi præcognitiones, quas ideas vocamus: sic ponuntur a. B. August. in libr 83. quæstioaum. quæstio. 46. &. 11. de ciuita. capit. 26.

P. August.

4. Conclu.

¶ Conclusio quarta. Huiusmodi ideæ in Deo positæ nihil aliud sunt quàm ipsa diuina essentia, eminenter continens omnia, [illegible] omnium perfectiones, prout ipsa imitabi[illegible]st ab alia, & alia creatura. Probatur. Ideæ [illegible]t in Deo ponendæ, quæ sunt rationes gubernandorum, & illorum quæ fiunt ab eo: ergo vel sunt ipsa diuina essentia, vel aliquid aliud à Deo: sed non sunt aliquid aliud ab eo: quia quicquid in E[illegible]o est, ipsem et Deus est: oportet ergo sint ipsa diuina Tentia.

Ratio.

Secundò.

¶ Secundò. I[illegible]æ illæ sunt ab æterno: quia ab æterno sunt rerum cogniti[illegible]nes: omnia ergo Deus ab æterno cognoscit, & non in tempore accreuit scientia: sed quod æternum in Deo, Deus est: ergo ideæ sic consideratæ oportet sint diuina essentia.

Conclu. 5.

¶ Conclusio quinta. Probabile est Platonem ideas posuisse separatas, vt eas concederet esse in diuina mente, quam animã mundi dixit. Probatur conclusio à multis doctis, & sanctis, qui in tali sensu affirmãt Platon[illegible]n loquutum. Non enim est verisimile tam diuinum philosophum (vt vocant) tantum hallucinatum, vt ideas diceret separatas extra ipsum Deum. Quis enim credet nisi clarissimis, & apertissimis testimonijs? At quæ ab eo citantur, quanuis obscura sint, oportet interpretentur in partem saniorem, & conformiorẽ rationi: sed hoc quod est [illegible]icere, huiusmodi ideas in mente diuina, est secundum rationem, & [illegible]d est contra ipsam: ergo oportet intelligere Platonem de idæis, vt intelligunt citati authores in principio speculationis.

Ratio.

Conclu. 6.

¶ Sexta conclusio. Positis ideis in diuina mente, quæ sint velu[illegible]ausa exemplaris, ad causam formalem oportet reducere. Volumus in hac conclusione dicere, quod si ideæ tales sint velut exen[illegible]plar quoddam, ad quod Deus respiciat operando, erunt [illegible]elut causa formalis. Patet. Formalis causa illa dicitur, qua agens agit, & sibi assimilat passum: sed ideo in Deo est huiusmodi: qa nõ est aliuo, q̃ diuina perfectio ab ipso Deo cõsiderata, & à creatura imitabilis. Nõ eñ ideas dicimus ipsas creaturas cognitas, vt Ocam, & Gerson, & alij affirmant, sed ipsam diuinam essentiam imitabilem varie, à varijs creaturis. Alia enim ratione condit⁹ est homo: alia equ⁹, & alia leo. Et ideæ sunt ratione diuersæ, quanuis sint ipsa diuina essentia. Et hæc de idæis quãtum ad propositum spectat, sufficiat dixisse: alia autem in nostris Theologicis Resolutionibus adducentur.

Ratio. In. p. d. 35. q. 5. De vita spirituali. lectio. 1. co.

rol. 12. Gabri. dist. 36. q. 5. Dur. d. 35. quæst. 3. Sco. d. 36. Alisco. in p. q. 6.

¶ Ad primum, dictum est in hac vltima, & 6. conclusione, quod idea cum sit velut exemplar, ad formalem reducitur causam, ad modum quo in creaturis si artifex habeat domum depictam: sicut & pictores faciunt, vt foris respicientes ad exemplar propositum, operentur, esset illa causa exemplaris: ad formalem tamen reducitur: & per hoc, secundùm illam sibi effectum similem producit, quod est proprium formalis causæ.

Ad argum.

¶ Etiam patet solutio ad. 2. Nam ponimus ideas esse in Deo ipsam diuinam essentiam, & non vt citati doctores volunt, creaturã ipsã intellectã: quia Deus in operando, & cognoscendo à creatura videretur dependere: nam artifex ab exemplaribus pendet. Et quidem opinio prædicta, quod ideæ sint diuina essentia, est. D. Augustini 9. de ciuitate Dei. capit. 22. &. 11. capit. 29. & libr. 83. quæstionum quæst. 46. vbi dicit Idea est incommutabilis.

Ad. 2.

D. August.

¶ Doctor Sub. in pri. sen. d. 36. putat omnia mundi entia producta esse ab æterno in esse cognito, in mente diuina, per actum intellectus diuini: & in tali cognitione entia habere esse secundum quid, scilicet, esse cognitum, & has creaturas sic cognitas dicit ideas. Istam opinionem sequuntur multi. Nos tamen dicimus esse diuinam essentiam: vt imitabilem à creatura. De quo suo loco latiùs.

Scotus.

¶ Hic tamen est dubium: vtrùm species intelligibilis (quia est qua intellectus cognoscit) debeat vocari idea. Respondetur quòd non debet dici idea: quia licet sit principium cognitionis, nõ est terminus eius: quia cognitio non terminatur ad speciem, sed ad rem cuius est species: & species non est terminus cognitionis, sed verbum, seu conceptus, qui dicitur esse rei similitudo: nam quandiu artifex per speciem quam habet domus, nõ format cõceptũ, seu idolum in mente, non dicitur habere ideã: sed

Dubium.

Solutio.

Universidad de Deusto Biblioteca

S.Thomas. primò habet quando format. De quo.S. Tho.p.p.q. 15.artic. 1.ad.2.Et species dicitur communicare verbo mentali.seu conceptui suam similitudinem.

Contra Aliacen. ¶ Notet tamen futurus Theologus Petrũ Aliacen.in. 1.sen.q.6.non satis congruenter loquutũ,qui dicit,filium,& Spiritũ sanctum esse patris ideam.Non (inquam) congruenter hoc:quia idea solùm ponitur,vbi ad extra operatio est:sed illa diuina emanatio ad extra nõ est:& nõ potest dici, q̃ pater habeat ideam filij,quia filium generet:& ideam Spiritus sancti qua spiret: q̃a esset emanatio ad extra:sicut illa quæ creaturarũ est.In alijs tenet cũ Scoto,& alijs.

SPECVLATIO QVINta. Vtrùm fortuna, casus & fatum, sint causæ.

QVM in precedẽtibus speculationibus de causis sit disputatum,& solùm posuerimus quatuor causarum genera,& ideas ipsas, quas exemplares dicimus, causas,ad formalem diximus reducendas, operæpretium est de fortuna,& casu disputare,an sint causæ per se. Et videtur quod non.

Argumẽ.1. ¶ Primò.Nulla est fortuna:ergo nullo modo potest poni causa: quia quod non est, non supponit:& non solùm non est, sed non est dabilis.Patet,quia gentiles in lumine naturali loquentes,fortunam dari negabant.Et D.P.August.in principio retractationum se retractat,quòd nomine fortunę fuerit vsus.

August.

Secundò. ¶ Præterea.Si fortuna,vel casus esset dabilis,maximè quando euenit aliquis effectus preter intentionem,& cognitionẽ agẽtis: sicut si quis eat in forum causa salutandi amicum,& ibi inueniat debitorem, & recipiat pecuniam suam:at hoc non est præter cognitionem,neque præter intentionem agentis:ergo non est fortuna, neque casus.Primò. Non est præter intentionem, & cognitionẽ ipsius Dei,qui est causa vniuersalis,immediatè causans,& cognoscẽs. quia omnia nouit,etiam antequam fiant. Neque respectu particularis causæ, quia est intentum ire in forum,vel fodere in agro:ex quo sequitur inuentio debitoris,& thesauri: ergo nullo modo datur fortuna.

Ad Rom.4 Ad Hæb.1.

¶ Tertio. Probo quod fatum non detur. Ait enim D. Grego.in homil.Epiphaniæ. Absit à cordib⁹ fidelium,vt fatum aliquid esse dicant.Ratione sic. Fatum,vel est aliqua causa agens præter intentionem, vt fortuna:aut est causa agens ex intentione. Non primum:quia teste D.August. 5. de ciuitate Dei,fatum est id quod prædictum est ab aliqua prouidentia. A fando dicitur fatum.Si secundum detur,talis causa certa non nisi Deus est,qui in suo æternum prædinauit ea quæ in rebus futura sunt. sed Deum fatum appellare,est inconueniens, cum fatum ex necessitate causans,ab astrologis dicatur:Deus tamen liberè agit:ergo fatum non est dandum.

Tertiò. B.Grego. D.August.

¶ In contrarium est Aristotel.text.39. & 42.&.52.

In con.

¶ Pro solutione speculatiõis primò oportet notare quid importet nomen fortunæ, & casus, & in quo differant,q̃ maximè ex difinitione constabit.

¶ Fortuna ab Aristotel. definitur tex. 52.

Fortunæ definitio.

¶ Est causa efficiens per accidens in his,quæ secundùm propositum fiunt propter finẽ, raróque contingunt.

Ibi,causa efficiens,ponitur tanquàm genus:quia quicquid fortuna est, causa efficiens sit oportet:non tamen quicquid est causa efficiens,continuò & fortuna erit. Per accidens,ponitur ad differentiam causæ per se:& quia fortuna cum sit causa efficiens,non tamen est de per se(quæ sola simpliciter dicitur causa)sed de per accidens: sed cùm causa per accidens multis contingat modis,quia & est forma accidentis, quæ coniungitur causæ per se:vt statuario:aut cum cõiungitur effectui per se,vt remouendo prohibens aut remouẽdo corruptioni:vt qui amouet colũnam. quæ sustinet lapidem,est causa per accidens casus lapidis:& sal est causa præseruationis carnium,quia tollit humiditatem. Et dicitur causa per accidens,quando non attingit effectum,secũdùm dispositionem:sicut furor tyrannorum erat causa patientię martyrũ: quia cùm esset patientia necessaria, fiebat tunc fortior.Etiam est causa per accidens, quando fodiẽs inuenit thesaurum, quẽ nõ intendebat. Et de hac causa per accidens loquitur Arist.in definitione fortunæ,dicendo,

cendo,esse causam efficiẽtem per accidẽs.

¶ Dicit,in his quæ sunt secundùm propositum,quia cùm ex proposito eat in forũ, sequitur de per accidens, & à fortuna euenit,quòd debitorem inueniat. Ex proposito fodit agrum,inuenit thesaurum, quem non intẽdebat:ibi est fortuna. Quòd oportet,sit propter finem potest intelligi, q̃ talis actio apta sit fieri propter finem.

Sed raróque contingunt.Insinuat, quòd eventus quidam contingant semper: alij frequenter:alij verò raró, fortuna non est in his quæ semper, neque in illis quæ frequenter,sed in illis quæ raró. Non est semper,neque frequenter, quod quis fodiens in agro,thesaurum inueniat, sed rarissimè contingit:ob id ibi fortuna est. Cõsentit Aristotel. Platoni licèt hic minimè distinguit, inter casum,& fortunam.

¶ Si ergo à definitione fortunæ semoueas particulam,secundùm propositum, manebit integra definitio casus. Et sic solet dici, quod casus reperitur in illis quæ non agũt ex proposito,& ex intentione finis cogniti:quia sunt omnia infra ipsum hominẽ. In homine tamen,qui agens est à proposito cognoscens finem, & mouendo se ad finem, fortuna est. Habent se ista duo sicut superius,& inferius:quicquid fortuna est, casus continuò erit:sed non quicquid casus est, continuò & fortuna erit, cùm in brutis,& in animatis casus sit,in quibus tamen non habet fortuna locum:vt si lapis ratione grauitatis descendens alicuius caput conterat,casus vocatur:nam casu contigit,quòd cadens,aliquis esset infrà, qui percuteret.

Definitio casus.

S.Tho.1.2. q.1.artic.3.

¶ Istis fiunt manifesta illa quæ à philosophis de fortuna dicuntur. Primò,quòd dicitur occulta,& in manifesta, & quod non moueretur secundùm rationem: quia ex his quæ raró contingunt, non possumus certam reddere rationem. Dicitur in dana:cæca, bruta,volubilisque vt Cicero libr.2.ad Herenniũ refert:& fuerunt insani,qui eã Deam fecerunt, vt refert Diuus Augustinus. libr.4. de Ciuitate capit. 18.

Cicero. D.August.

¶ Et quidem inter antiquos variæ fuerũt fortuna opiniones.Quidam sunt,qui penitus negarunt fortunam:tum quia causa per accidens est:tum quia erat ignorata,vt Aristote.refert tex.53.

Variæ opin. de fortuna. 3.Opinio. 3.Opinio.

¶ Alia fuit opinio in alio extremo, quæ Democriti est,vt Aristotel.text.44.refert, quæ dicebat omnia à fortuna euenire.

¶ Tertia fuit opinio, quod fortuna erat prima causa omnium fortuitorum effectuum,qui contingebant: sicut Deus est prima causa omnium effectuum per se: & fortunam faciebant Deam,vt ait D.Augustin.4.de Ciuit.cap.18.Respondentes ergo sit.1.conclusio.

3.Opinio. B.August.

¶ Tam physicè,quàm catholicè loquentes,nullus respectu Dei est effectus à casu, aut fortuna. Probatur, quia id secundum Arist.dicitur à fortuna,& casu,quod contingit de per accidens,& non fuit intentũ, neque præcognitum ab agente: sed nihil contingit in mundo,quod non sit cognitum à Deo,& quod non sit præuisum ab eo: ergo respectu eius nihil potest esse à fortuna. Vnde Aristot.2.libr.magnorum moraliũ capit.8.ait.Ibi minùs de fortuna,vbi magis de intellectu:& è contrà:vbi magis de fortuna minus de intellectu:sed in Deo omnia sunt intellectus,cùm omnia sint nuda, & aperta coram oculis eius, & omnia actu intelligat,præterita,præsentia,& futura:sequitur q̃ respectu eius nulla sit fortuna.

1.Conclu. Ratio. Respectu Dei nihil casu. Aristot. Ad Heb.4.

¶ Dixi tam physicè, quàm catholicè loquendo,quia sicut ex lumine naturali probatur, primam causam,quam Deum dicimus,intelligentem omnia:& probatur lumine reuelato ex sacra scriptura in multis locis:cùm ipse omnium habeat prouidentiam,& gubernationem,vt folium arboris non moueatur sine diuina voluntate. Et duo passeres qui dipondio venduntur,non sunt in obliuione apud Deum: & omnes pili capitis sunt numerati ab eo:quomodo poterit aliquid contingere fortuito respectu ipsius Dei?Et ratione probari potest.Si aliquid posset à fortuna respectu Dei contingere,maximè esset vt in exemplo dicebamus.Si quis fodiendo agrum thesaurũ inueniret quem ignorabat ibi esse: sed hoc non potest esse respectu Dei:quia si respectu eius esset,ergo ipse ignorabat ibi absconditum thesaurum,& ignorabat à fodiente inueniendum: sed hoc non solùm repugnans fidei est,sed etiam physicæ disciplinæ: ergo absolutè dicendum,nihil contingere à casu,vel fortuna respectu Dei.

Matth.10. Ratio. Vide Ægid. diũ quodlib. 4.q.12.

¶ * Et quidem Plato in timeo Dei prouidentiam fatetur,licet diuerso modo quam fides tenet catholica,quippe triplicem illã faciat,vnam,rerum communium: & hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo opifici tribuit, secunda dicitur rerum minus communium, quam dijs iunioribꝰ tribuit, id est, intelligentijs cœlestibus: quarum virtus in terris se se infundit, certia dæmonibus dat: qui partem hanc inferiorē mundi administrent. Sic de Platone sentit Plutarchus, in suo de placitis philosophorum, quem sequitur Iabelus, Proclus, ac cęteri Platonici: stoicorum infatuitas seclusa est quam etiam stoicus Seneca in libro de prouidentia damnat. Et Cicero in libro de natura Deorum: Aristot. tamen aperte de Dei prouidentia solum in libro. 12. metaphysicæ mentionem fecit: quam ad lunę globum dūtaxat, dicit attingere: a cęteris inferioribus rebus excludit. Verum neq; hic, nec Plato, veritatem attigerunt: omnia quidem testante sacro eloquio à te expectant vt des illis escam in tempore. &c. est apertissimè apud Matth. Christus redēptor noster nonne duo passeres, asse veneunt & vnus ex illis non cadit in terra, sine patre vestro, vestri enim capilli capitis, omnes numerati sunt. &c.

Seneca.

Corolla. Deus nō cōtingēt creat

¶ Ex hoc sequit impropriè loqui illos, qui dicunt, Deū contingenter agere, aut cōtingenter creare: quia cōtingenter idē est in rigore vocabuli, ꝙ fortuitò, & indeterminatè agere: sed Deꝰ nō fortuitò, & indeterminate agit: sed qui sic loquuntur cōtingenter, idē intelligunt, ꝙ liberè, seu nō necessario.

2. Conclusi.

¶ Secunda conclu. Sicut fatuum est negare aliqua à fortuna, & casu respectu particularis causæ cōtingere, sic est falsū asserere oīa a fortuna esse. Hæc habet duas partes: prima dicit, ꝙ fortuna nō est negāda, & est stultū negare. Patet. Id est stultū negare, ꝙ experientia constat, & sensibus percipitur: sed in rebus humanis experimur, ꝙ aliqua cōtingūt vel raro: & præter intētionem: vt fodiendo agrum, inuenire thesaurum, vel eundo in forum, inuenire debitorem: ergo stultum est negare fortunam.

Ratio. p. p.

Ratio. 2. p.

¶ Secunda pars, quòd sit falsum, omnia à fortuna cōtingere, patet. Illa quę cōtingūt iuxta ordinē causarū ordinatarū secundꝰ ꝙ intenta sunt, non sunt á fortuna: sed vt in plurimum omnia eueniunt, secundum ꝙ sunt intenta, & præordinata, vt etiam experientia constat: ergo sequitur, quòd non omnia à fortuna eueniunt.

3. Conclu.

¶ Tertia conclu. Respectu illorum quæ raro contingūt, fortuna cū nō sit simpliciter causa, est tn per accidens, quæ ab illa quæ per se est, solū ratione differt. Prima pars, ꝙ fortuna sit illorū quæ contingūt raro, patet ex supradictis: qa neq; inuenit in illis, q̄ semper sunt inuariabilia, neq; in illis, quæ frequēter fiūt, & quæ vt in plurimū sunt, sed cōtingūt in his quæ raro, vt dictū est. Sed ꝙ sit causa, patet: qa re vera fossio causa est inueniēdi aurū: sed nō simpliciter, qa nō est de per se: nā si esset de per se, vbicūq; esset fossio, esset, & thesauri inuētio: at non sic est, imò rarissimè cōtingit: ergo non est causa per se, sed per accidēs, qa nō est per se ordinata fossio ad thesaurū inueniendum.

Ratio. p. p.

Ratio. 2. p.

¶ Quòd à causa per se solum ratione differat, pbatur. Si fossio esset intēta ad inueniēdū thesaurū cognitum, ibi esset, & ceretur fossio causa per se: sed eodē modo se habet fossio ad thesaurum, qn est ignoratum quòd ibi sit thesaurus, sicut si esset cognitū: ergo quòd dicat esse per accidens, quādo ignoratur, & de per se quādo cognoscit, solum est differentia per operationem intellectꝰ.

4. Conclu.

¶ Quarta conclusio. Fortuna cū sit causa reducitur ad causam efficientē: similiter & casus. Hæc conclus. est Arist. t. 65. Cuius rationem ibi adducit: quia fortuna, & casus non est nisi in his quæ agunt propter finē: sed agere propter finem est proprium causæ efficientis: ergo casus, & fortuna ad efficientem causam reducuntur.

1. Ratio.

2. Ratio.

¶ Præterea. Quòd sit à casu, & fortuna, est effectus: ergo alicuius causæ effectus: sed non materialis, neque formalis, neque finalis: ergo erit efficientis.

¶ * Verum est tamen ꝙ Petrus Pom. cōcedit casum & fortunā in omni genere causarū: neq; aliter defendit Arist. & adiuꝰ Boetius in lib. 5. de consola. causa materiali, vt si sutor intendit incidere vestem, & corrosam inuenit a tinea: & si pictor, intendit pingere Petrum: & depingit Paulum. Est in causa formali: & si vadat Romā, vt merces vendat, & fiat episcopus: est in causa finali, tamen dicta in conclusione manet vera quia hæc omnia ad causam efficientē reducuntur: quia in quocūque genere causæ fortuna sit: cū efficiente concurrit, causa, vel materialis, vel formalis, vel finalis.

*

5. Conclu.

¶ Quinta conclusio. Non est repugnans fidei catholicæ: neque physicæ disciplinæ dare aliquos homines fortunatos à natura, & alios malè fortunatos. Hæc conclusio est doctoris sub. in quolibet. 21. Probatur: qa videmꝰ, & experimur aliquos homines semper esse ad virtutem inclinatos, & pronos, tam secundùm opera, quàm secundùm actus interiores, & alios è contra, semper esse quasi in continua cogitatione malorum & rerum inhonestarum. Primi videntur esse bene fortunati, & secundi malè fortunati. Quòd hoc non sit contra fidem, patet: quia per hoc non tollitur libertas arbitrij, cùm scriptum sit: Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Et illud: Sapiens dominabitur astris. Et quòd non sit contra physicam disciplinam, patet: quia potest euenire ex complexione bona, vel mala, & ex naturali organorum dispositione: sicut per naturam quidam magis apti sunt ad scientiam, alij inepti ad eam. ergo si militer ad virtutem, vel ad vitia ex complexione naturali, quidam bene fortunati, alij male: sicut quidam fortes in corpore, & sanatiui alij debiles, & nimium infirmatiui. Quāuis hos esse bene, vel male fortūatos, à natura possit euenire ex aliqua exteriori causa intus mouente, vel suggerente bona, vel mala: tamen non videtur negandum, quod experientia probatum est. Si ergo homini bene succedat ex causis particularibus naturalibus præter finem intentum, talis meritò bene fortunatus dicitur, respectu illius causæ, licèt non respectu Dei omnia cognoscentis.

Gen. Ptolemeus

1. de anima. tex. 12.

6. Conclu.

¶ Sexta conclusio. Licèt fatum non detur, ad sensum quem astrologi iudicijari prætendunt, vt ex constellatione huic necessariò prosperitas, & illi veniat aduersitas: datur tamen, & conceditur à catholicis, vt dicit ordinem causarum præordinatum, & præscitum à Deo.

S. Th. p. p. q. 116. ar. 2

1. Opin. antiquorū de fato.

¶ Pro debita intelligentia oportet considerare, vnam in vno extremo antiquorum fuisse opinionem de fato, vt crederent ordinem esse naturalium causarum ineuitabilem, qui ex necessitate operaretur: vt quòd iste hac die, & isto modo esset mortuus. Et quòd futurus sit diues, vel pauper, fortunatus, vel infortunatus esset à fato ineuitabiliter. Hæc fuit Stoicorum sentētia. De quo Gellius in suis noctibus Atticis libr. 6. ca. 2. Et Seneca Stoicus. lib. 2. naturalium quæstionum. cap. 36. dicit. Fatum existimo necessitatem rerum omnium, actionumque quam nulla vis rumpet: quanuis in subsequentibus Seneca Christianè de fato videatur loqui.

Gellius Seneca.

2. Opin. est Cicero. qui

¶ Cicero in libris de natura Deorū, vt hanc refutaret stultam de fato opinionem incidit in aliam amentiam, vt negaret Deum esse futurorum præscium: vt B. August. 5. de Ciuit. c. c. p. 9. refert. Nam dicebat. Cicero. Si Deus futurorum præscius est, eo modo necessariò euenient, quo ab eo sunt præscita: & nullus poterit euitare mala præscita.

negauit Deum præscium futurorum.

¶ Nos tamen medium tenentes, ponimus conclusionem supra dictam, & vt extrema vitemus, fatū ponimꝰ, vt ponit B. August. in loco citato, & colligitur ex Boētio. 4. de consolat. De quo eleganter S. Thom. p. p. q. 116. &. 3. contra gent. cap. 93.

D. August. Boētius. D. Thom.

¶ Prima pars conclusi. quòd non detur fatum, vt dixerunt Stoici, & iudiciarij astrologi, patet. Quia sequeretur, quòd tollatur libertas arbitrij: sed hoc est hæreticum, & contra Physicam disciplinam, vt in. lib. 3. de anima probabitur: ergo nullo modo fatum est ponendum vt illi dicebāt. Patet. Nāsi (verbi gratia) sit præuisum, quòd Petrus debeat Christum negare, & Iudas tradere, & Paulus Christianos persequi, non poterat, non esse, sed necessariò ita erat ex fato euenturum: ergo isti ista facientes nō peccabant, quia euitare nō poterant: nam qui dixerit Deum præcipere impossibile, anathema sit: sed isti poterant ista euitare, quæ secundùm ordinem causarum futura erant: ergo non necessariò fato eueniebāt.

Ratio. p. p.

S. Th. p. p. q. 83.

Hieronym.

¶ Secundò. Tollere cōsilia humana, & prudentiam in cauendis futuris, & præuenendis euentibus est stultum: sed fatum ponere (sicut illi ponebant) est è rebus humanis ista tollere. Patet: quia si necessariò ista futura sic euenient, frustrà est consilium: inanis erit prudentia, & omnis hominū prouidentia.

Secundò.

¶ Secunda pars conclusionis, quòd fatum, vt à catholicis ponitur, sit dandum, probabatur, quia debet concedi ordo causarum naturalium à Deo præuisus circa ista inferiora, qui deficere potest, & ex diuina pendent libertate: sed hoc est fatum, vt diximus: ergo fatum (vt catholici ponunt) est concedendum.

Ratio. 2. p.

¶ Secundò. Si fatum non esset cōcedendū, maximè quia ponendo Dei præscientiam in causis, effectus necessariò essent euenturi: sed non ob hoc. Patet: quia dato à Deo sint omnia præuisa, & causæ dicantur ordinatæ ad suos effectus, rebus ipsis nullam imponit necessitatem, neque mutat rerum naturas

Alia ratio. 2. part.

Universidad de Deusto Biblioteca

naturas per prouidentiam, magis quàm si non præuidisset: quia effectus contingentes manent contingenter in suis causis, & necessarij manent, & euenient [illegible] necessitate. Quia ergo præuidit Deus Iudam peccaturũ, intellexit hoc ex libertate arbitrij eius, futurum. Et ex tali prouidentia non est mutata causæ conditio, & liberè Iudas peccat, & non fato ineuitabili peccauit. Si Dauid erat adulterium commissurus ex aspectu Bersabeæ, quanuis à Deo esset præuisum, & cognitum, non ineuitabiliter cõmisit adulterium: quia poterat non committere; ob id imputatum est ei. Quòd homo interficiatur ab hoste in foro, vel ex equo cadens moriatur, præuisum erat à [illegible], sed euitabiliter: quia poterat non ire ad forum, & poterat non ascendere equũ. Sequitur ergo, quòd fatum ponere (sicut ponũt catholici) est catholicè dictum: quia ex hoc nulla imponitur in ipsis rebus necessitas maior, quàm sit ex ipsarum rerũ conditione.

2. Regũ 15.

Corolla. ¶Ex quo sequitur malè à vulgo dici quando aliqua contingunt aduersa, quæ procedunt ex causis contingentibus: sic erat in fato: non poterat euitari, &c. Si enim diceretur solùm, sic erat in fatis, bene quidem: quia sic erat rerum ordo, & causarum à Deo præuisus, cui omnia futura sunt præsentia: tamen addere, euitari non poterat, quin talis sic, vel sic moreretur, est gentiliter sapere: quia sic rerum ordo fuit præuisus, vt non sit mutatus, vt cõtingentia manerent contingentia, & necessaria, necessaria.

Aristo. p. de anima. t. 11 ¶Constellationes etiam ad mores hominum facere possunt disponendo: vnde ait Aristot. quòd cholericus suapte natura sit iracundus, & ad literas aptus: sicut phlegmaticus est desidiosus, & ineptus, & sanguineus est ad beneuolentiam hominum conciliandam aptissimus: sed tamen istæ causæ possunt impediri, etiam per alias causas naturales: & maximè ex libertate arbitrij potest homo facere contra istam dispositionem. Ecce hic ordo causarum est fatum, tamen non ista ineuitabiliter eueniunt.

✱ ¶✱Et quidem Plato in Timæo: stabilem Dei in efficiẽdo rationem, & præscriptum ab eo ordinem, rebus, fatum dicit, & videtur idem esse quod Dei prouidentia: atque hanc Platonis sententiam, Iambicus Plotinus, Proclus, Apuleius, Plutarchus, & academici omnes sequuntur: & idem sentire Aristo. Gregorius Niscenus, docet. De quo vide Plotinũ in libro de fato: & Alex. Afrodiseum in eodem.

¶Septima conclusio. Fatum, & fortuna sic differunt, quòd in aliquo conueniant. Differẽtia est: quia Fortuna, & Casus sunt causa de per accidens, quæ vnum intendit, & aliud cõsequitur: sed fatum est causa de per se, inclinans ad aliquem effectum, quem impediri potest per alium causam [illegible] euenirunt: quia vnaq; causa est hominibus occulta: & similiter, quia si [illegible] fortuna non reperitur propriè, nisi in rationabilibus intellectum, [illegible] etiam fatum. Non [illegible] dicimus fortuna arborem corruere, & scindi: sicut nec fato, vel si fulmine brutũ perijt [illegible] diceremus de homine.

7. Cõclusio.

¶Octaua conclusio. Non omnia subduntur fato, sed solùm illa quæ causis secundis subduntur. Hoc patet ex Boëtio. 4. de consolatio. Et probatur. Illa non subduntur fato, quæ non sunt in causis secundis: quia fatum ordinatio est rerũ humanarũ: sed aliqua sunt quæ à solo Deo depẽdent: vt creatio rerum: glorificatio substantiarum spiritualium. Ista enim fato non subduntur. Sic Sanct. Thom. p. p. quæst. 116. articu. 4.

8. Cõclusio. Boëtius. Ratio. 1. p.

¶Secunda pars patet. Illa cadunt [illegible] fato, quæ habent mobilitatem in se: sed huiusmodi sunt, quæ in creaturis contingunt: quãuis vt præuisa à Deo, sint immutabilia.

Ratio. 2. p.

¶Ad primum dicendum ita esse, christianis prohibitum de fortuna loqui: sicut & prohibet D. Augustinus, ad modum quo infideles Gentiles ponebant, quòd esset aliqua causa extra ipsum [illegible]um, à qua euenirent tales effectus non præuisi, nec cogniti à Deo: sed de fortuna loquitire, vt in conclusionibus est probatum, nõ solùm nobis non est prohibitum, sed [illegible] necessarium sic loqui, cum sit [illegible] pertissimũ fortunam dari: tamen dicere vt vulgo solet [illegible] de fortuna. Vo[illegible] fortuna, Noluit, est [illegible] interpretum: quia fortuna non est causa volens, nec [illegible]ne nolens, sed solus Deus est, qui vult, vel non vult. Quapropter cauendum est à tali modo loquendi, qui sapit Gentilitatem, facientem fortunã D[illegible] cœlorũue locantem. Quòd si B. August. [illegible] tractauit se, quia de fortuna [illegible]rit loquutus, eo est, quia senserit ma[illegible] de ea: sicut Gentiles sentiebant.

Ad argum.

D. August.

¶Ad secun-

Ad secũdũ. ¶Ad secundùm patet solutio ex prima conclusione, quòd respectu Dei non ponitur fortuna. Nihil enim cõtingit à casu, vel fortuna, si referatur ad Deum: quia omnia sunt ab eo cognita, & quæ fiunt, intenta. Cum ergo nihil præter intẽtionem fiat, non erit fortuitum respectu eius licèt respectu causæ particularis sit: sicut contingit in domino mittente seruum vna via, & [illegible]tente [illegible]lium seruum per aliam viam, qui ob[illegible]nt mutuò, licèt sit casus fortuitus respec[illegible] [illegible]orum seruorum, qui nesciebãt, neque in[illegible]endebant illum occursum: non tamen dicitur casu vel fortuna respectu mittentis, qui cog[illegible]uit, & præuidit futuros obuiam [illegible]ic quod deberet secu[illegible]m causas naturales homo nasci cum quinque digiti[illegible]cut solet, & quòd causa naturalis tu[illegible]impedi[illegible] ex alia, scilicet, quia defectus fuit in semine, vel in ma[illegible]ia, & nascatur cum quatuor, à casu po[illegible]t dici respectu illius causæ, sed non erit à casu respe[illegible] Dei cognoscentis, & præuidentis concursum illarum causarum, & impedimentum futurum. Et sicut respectu Dei nulla fortuna, neque casus: quia omnia cognoscit, & intelligit: sic proportionabiliter quantò homo sapientior, & prudentior est, pauciora ei contingunt à for[illegible]na: q[illegible] in pluribus est prouidus, & minus dicet, non excogitaram, vt dici solet.

Ad tertiũ. ¶Ad tertium dicendum, fatum negari à D. Gregorio ad sensum, qu[illegible] Stoici aberrantes, ponebant, quòd esset causa necessaria ineuitabilis, non impedibilis per aliqua[illegible] potentiam: & reprehendit illos, qui dic[illegible]nt, quòd q[illegible] tali fuerint constellat[illegible] [illegible] nati, futuri sunt tales, & tales, & in[illegible]liter fiet: sicut solent Astrologi permi[illegible]se diuinare de futuris, euentum infalli[illegible]em ponentes: tamen de fato modeste loquentes, vt Diuus Augustinus, & Boëtius, quòd sit illa causarum naturalium ordinatio à Deo præ[illegible], quæ tamen impediri posit multis modis, qua[illegible] non cõcedat, & Diuus Gregorius, qui non dubitat dari inclinationem [illegible] constellatione ad aliquem effectum certum? Sed tamen cum hoc fatetur impediri posse aliunde.

D. Grego.

D. August.

✱ ¶✱Sed cõsideratione dignũ videtur: quod Petrus Põpo[illegible]atius in hoc. 2. contra prædicta, duo format argumenta, primum quod fortuna potest esse in per se intentis. Patet: de illo qui ex proposito ludit, & intẽdit lucrari: sed tamẽ [illegible] casu lucratur. Secundũ argumẽtum [illegible]cit ad probandũ, quod in illis quæ, vt in pluribus, potest esse fortuna: vt si sunt duo lusores, & vnus, vt in pluribus lucratur: alter vt in pluribus perdit: hic perdit à casu, & non intẽdit perdere: ergo est in illis quæ vt in pluribus. Hæc argumenta putat difficilima, & putat insolubilia: sed tamen solutio stat in hoc: ad primũ, quòd ille qui raro lucratur, non à casu, sed ex proposito lucratur: sicut qui fodit & intendit, & sperat, thesaurum inuenire: licèt raro, [illegible] nõ à casu, sed ex proposito est: & ad secundũ ille qui expertus est in ludo perdere quasi semper, non à casu perdit: nam quando aliquis effectus secundarius, ex aliquo primo intento, vt in pluribus euenit, per se intentus censendus est: nam vt docet S. Tho. in expositi. tex. 59. in hoc. 2. stultum est dicere, quòd aliquis i[illegible]endat aliquid, & non intendat illud: quòd vt pluribus adiungitur. Etiam considerandum qd S. Tho. 7. Meta. tex. 22. loquens de animalibus, quæ ex putrefactione causantur: ait qd cõparata ad diuersa, possunt dicit genita per se, & genita à casu: nam si in ordine ad calorẽ putridinalem, fiunt à casu: quia calor ille humidũ consumendo, non intendit generationem animalis: si autem comparetur ad virtutẽ cœli, quæ est regitiua totius vniuersi, producitur per se: quia intẽdit producere, oẽs formas, quæ sunt in potentia materiẽ. Hęc imaginatio nõ placet Ioã. de Idãuno in. 7. Metaph. q. 13. sed sufficiant hæc pro isto loco & aduerte obiter, q̃ animalia sic genita ex putrefactione, vt sunt mures, muscę, & cetera huiusmodi (quæ etiam ex semine generãtur esse eiusdẽ speciei sic genita, cũ illis quæ ex semine: nã rana ex putrefactione, sic canit, & saltat, sicut quæ ex semine: sic S. Tho. lib. 7. Mataph. tex. 23. & Scotus vt adducit Anto. And. 7. Metaphy. q. 8. & hæc contra Cõmen. in. 8. Physic. com. 46. [illegible] dicit loquendo contra Auicen. quòd si [illegible]omo esset genitus ex putrefactione, non esset eiusdẽ speciei nobiscũ: sed æquiuoce, [illegible]iceretur homo, quẽ sequitur Iãdunus in 7. Metaphysic. quæstio. 15. sed non rectè philosophatur. Et negat illa, quæ experientia constant, nec est repugnantia in Sanct. Thom. quando in primo sentent. distinct. 10. quæst. 1. art. 5. dicit quod non idem est

S. Thom.

Iandunus.

specie

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie, quod à natura, & quod ab arte: quia intelligit, quando illa diuersa sunt, quæ ab agẽtibus disparatis, non sub ordinatis: vt si homo, pducat hominẽ per pro pagationẽ, & vermem per putrefactionem: sed si cœlum cum rana ex semine producat ranam, & ex putrefactione, idem specie est: quia sunt agentia sub ordinata, sed de hoc alibi clarius & latius.

¶SPECVLATIO. VI. Vtrûm natura agat propter finem.

1. Argum. ARguitur ꝙ non: illud dicitur agere propter finem, quod intendit talem finem: sed secũdum naturã fiunt multa, quæ nõ sunt per naturam intẽta: vt patet de monstris, quæ cõtingunt, & peccatum in natura dicitur: sicut natura intẽdit, quòd homo nascatur more solito cum quinq; digitis in manu. Cõtingit tamen ex materiæ superfluitate quod cũ sex digitis nascatur: sequitur ergo, quòd præter naturæ intentionem, quę erat, vt nullus cum defectu, neque per excessum, neq; per defectum nasceretur, aliquis nascatur.

2 ¶Præterea. Si natura agit propter finem, maximè hoc erit verum in animalibus brutis, de quibus Aristo. ponit exẽplum, vt de hirundine nidificante: & de formica grana in æstate cõgregãte: sed ista nõ agunt propter finem: nam vel cognoscunt finem, vel non. Si cognoscunt, & media congruentia ad finem ordinant vt notũ est: ergo ex deliberatione agunt, cùm hoc sit ex deliberatione agere: at hoc est falsum, cùm sit proprium hominis. Quòd si non cognoscunt finẽ habeo intentũ quod nõ agũt propter finem, sed ex alia causa fortuita eueniunt huiusmodi tam ordinatissimi motus ad fines consequendos.

Aristro. Prouerb.

3 ¶Si natura ageret propter finem, esset, vt dicit Arist. ꝙ dentes anteriores fecerit duros, & acutos, & molares obtusiores, ob cibum terendũ, & oculos molles: sed hoc nõ est ratione finis, sed ratiõe materiæ ex qua ossa, quæ durior est, quã sit illa, ex qua oculus, quæ mollior: ergo non à fine.

Aristot.

In contra. ¶In contrarium est Aristo. qui multis argumentis probat in fine huius. 2. naturam agere propter finem.

Notandum. ¶Pro decisione est notandum, vt exactissimè S. Thom. probat quòd quæ propter finẽ agunt, habent se in triplici differentia: quædam agunt propter finem, sine aliqua prorsus cognitione finis: vt sunt elementa, & plantæ, & cætera omnia inanimata. Alia sunt, quæ cognoscunt finem, licèt non cognoscunt sub ratione finis, neq; tingu[illegible] vt cognoscant proportionem med[illegible] ad finem. Ista sunt bruta animantia quæ cognoscunt fa[illegible]em, & sitim, & aquam quam bibunt, & pabulum q[illegible]od comedunt, sed non cognoscũt ista ordinata esse ad talem feda[illegible]dam sitim, & famem: quia eorum vis imaginatiua non est collatiua, aut cõparatiua vnius ad aliud: qd in imagina[illegible]ia hominis, propter coniunctio[illegible]em cũ [illegible]tione contingit [illegible]icut æstimatiua in eo particularis ratio dicit, * & nõ solũ animalia perfecta, sed etiã imperfecta: vt aranea, & formica, agunt ex phantasia imperfecta, & indeterminata, & sine apprehensione per sensus exteriores, sed solũ ex congenita & cõnaturali. Et ista sicut & illa licèt propter finem agant, non mouent se in finem, aut agunt, sed mouentur, & aguntur. In tertio gradu ponuntur illa, quę non solùm finem cognoscunt sub ratione finis, sed & media [illegible]pportionata esse illi fini, in tali, vel tali gradu. Ista sunt quæ agunt ex deliberatione, & mouẽt se ad finem, vt homo se habet in suis operatio[illegible]bus, quæ operatur inquantum homo est, non inquãtum animal est. Et istarũ operationum dicitur esse dominus, pro quãto per liberum arbitrium potest in finem cognitun[illegible] nouere se, vel non mouere: quod in brutis non est.

S. Tho. p. q. 59. arti. 1. q. 1. & 6.

Notandum. ¶Secundò est notandũ, ꝙ cũ mõst[illegible] sit defectus in natura, prouenienS vel à superfluitate materię: vt cõtingit in illo, qui cũ sex digitis nascitur, vel propter defectũ ei[illegible]: vt in illo qui cum quatuor: vel ex defectu oualitatũ: vt in frig[illegible]do per natiuitatem: vel ex defectu cõtinẽtię: vt in illo qui nascitur leprosus: oportet attẽdere & ad naturã vniuersalem, & ad particularẽ, qd est dicere, ad causam vniuersalẽ, & ad causam particularem: nam potest esse, ꝙ aliquis effectus [illegible]ic sit intẽtus ab vniuersali, quòd sit absq; intentione particularis, imò cõtra: vt in præcedenti speculatione dicebamus de Fortuna, & Casu: nã respectu ipsius Dei, qui est causa

S. Tho. p. q. 1. & q. 6. ar. 3.

causam vniuersalis, nihil euenit nõ præuisum, & non cognitum, cum tamen respectu particularis causæ dicatur fortuitus effectus. His præhabitis, sit prima conclusio.

1. Cõclusi. ¶N[illegible]ura agit propter finem vniuersaliter, etiã in omnibus illis quæ cognitione carent. Patet. Id fit propter finem, quod fit semper, vel frequenter eodem modo, & raro in contrarium: sed quæ fiunt per natu[illegible] [illegible]mper, vel frequenter, & raro in c[illegible]um eueniũt: ergo natura agit propter [illegible]

Ratio. 1.

* ¶*Et in[illegible]tantum est verum [illegible]t corruptio, quæ contingit [illegible]um generatione dicatur propter fine[illegible]cet non propter seipsam, sed t[illegible]en propter alterum, id [illegible], propter formam introducendam.

¶[illegible]ndò. Natura agit, vt ars, cùm ars natu[illegible]mitet[illegible] inquantum potest: sed ars agit propter finem. Non en[illegible] [illegible]mere artifex per artem, sed ordinati[illegible]ne ad finẽ, q[illegible]m intẽdit, media apponit congruẽtia. Et multis rationibus probatur ab Aristot. in isto loco, & à Sanct. Thom. in locis citatis: ità vt sit insani hominis hãc negare propositionem. Quis audet dicere membrorũ hominis dispositionem, quo ad figuram, situm, & ordinem, à fortuna, vel à casu esse, non [illegible]ione finis pedes in infimo loco: [illegible] omnes alij sensus in supremo?

Ratio. 2. Arist. 2. phy sic. text. 22. & 79. & 4. met. tex. 28

S. Thom.

2. Cõclusi. ¶Secunda conclusio. Illa quæ penitus cognitione carent, agunt propter finem, non cognitum à se, sed ab ipso Deo dirigente.

Ratio. Hæc probatur ex notatis [illegible] certum est, huiusmodi absq; errore in [illegible] dirigi certis operationibus, quæ fines vocantur: oportet [illegible] præuisa aliqua cognitione: sed [illegible]o in ipsis [illegible]matis non est: debet [illegible]sse in dirigẽte, & mouente omnia ta[illegible]ha[illegible]tione carentia, quem Deum dicimus. [illegible] enim certæ essent huiusmodi operationes, nisi à [illegible]gnoscente missæ diceren[illegible]ur, se[illegible] errabundę, nunc huc, nũc illuc tranerentur in incertum[illegible] sicut qui sagittam mitteret temere nullo [illegible]propo[illegible] sibi al[illegible]

3. Conclus. Tẽdẽtia in finẽ est inclinatio naturalis.

¶Tertia cõclusio. Tendentia in finem omnium carentium cognitio[illegible] non est aliud, quàm naturalis illa inclinatio data vnicuique ab ipso Deo, secundùm propriã vniuersalẽ, naturam: sicut quia plantæ Deus imprẽsit virtutem germinandi, mo[illegible]etur ad fructus [illegible]ducendos, tanquam ad finẽ intentum. [illegible]obatur. In rebus inanimatis est ista in finem tendentia naturalis: ergo

Ratio. 1.

oportet signare vnde in eis agere propter finem est: sed non videtur aliud, nisi illa inclinatio à D[illegible] impressa.

¶Secu[illegible]ominem dicimus secundùm naturam inclinatum in virtutem, tãquàm in finem, seu in bonum, vt bonum naturali instinctu prosequatur, & malum fugiat, quia conueniens est naturæ suæ: sicut & in animatis est ad conuenientia, suæ naturæ: sed in homine id est per illam à Deo impressionem inclinationis factam, ità vt in eo lex naturalis dicatur: vt dicemus in. 2. sentent. in Resolutionibus in fine, [illegible]ndo de legibus erit sermo: ergo eodem modo oportet dicere de naturalibus carentibus cognitione.

Ratio. 2.

¶Quarta conclusio. Inter illa, quæ cog[illegible]tionem habent, homo maxime dicitur agere propter finem: quia mouet se in finem, cognoscendo rationem finis. Hæc est apertissima ex supr[illegible]dictis: quia solus ipse est, qui potest vnum [illegible] alteri comparare, & de tali comparatione iudicare, quantum ad conuenientiam, vel disconuenẽtiam, quod est agere se in finem, vel mouere.

Cõclusio. 4

Ratio.

¶Quinta conclusio. Licet mõstrum (quod peccatum in natura dicitur) à causa particulari non sit intentum, est intentum ab vniuersali, quæ cum concursu causarum deficiẽtium producit effectum defectuosum, quem monstrum vocamus. Patet. De intẽtione vniuersalis causæ est, ꝙ particulares causæ, agãt secundũ suã virtutẽ, quãdo applicantur ad operandũ: ergo cũm generatione mõstri causa deficiẽs applicetur, vel excedens, vel diminuta, oportet, ꝙ in effectu cõsimiliter id appareat: & sic ab vniuersali causa videtur intentũ, ꝙ talis sit effect[illegible].

Cõclusio. 5 Pau. Venet. hic. c. 15. cõclusio. 1.

Ratio. 1.

¶Secundò. Ab vniuersali causa est intentum, quòd secundùm proportionem causarum sit & effectuum proportio, & sit correspondentia: sed quod applicata causa deficiente (vnde mõstrum oritur) effectus sit deficiens, seruatur talis proportio: ergo ex intentione vniuersalis causæ est.

2. Ratio.

¶Sexta conclusio. Quamuis in monstri generatione nõ sit intentio particularis causæ (vt hominis generantis) sed præter intentionẽ eius eueniat, est tamen ex intentione causæ particularis alterius, putà causæ impedientis huiusmodi consuetam per naturam generationẽ. Probatur: quia licet causa particularis generans, intendit suum effectum integrum, & præter intentionem monstrum

6. Conclus.

Ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

monstrum est: sic etiam causa impediens intendit tale monstrum: & naturale est respectu huius causæ particularis, ita vt contrarium esset contra naturā, scilicet, quòd existente causa defectuosa, non esset defectus. Sic est contra naturam in respectu alterius causæ etiam particularis intendentis effectum non deficientem.

* ¶ * Imò & dici potest monstrum intentum: non quidem ex prima intētione agētis, sed ex alia: quia cum agēs nolit frustrari sua actione, si non potest producere perfectū in sua specie, producit quod potest.

Corolla. Monstrū & cōtra naturam, & secūdū naturam dicitur.

¶ Ex quo sequitur, quòd monstrum potest dici & contra naturam, & secundum naturam, secundùm aliam, & aliam considerationem. Neq; inconuenit magis quàm dicere, graue ascendere ad vacuum vitandum: quod est contra naturam, & secundū naturam. Est contra naturam particularē, inquantum graue est: & est secūdùm naturam vniuersalem: imò & secundum hanc particularē, inquātum pars vniuersalis est: quod periret, nisi vitaretur vacuum: vt infrà in. 4. speculatione tertij libri physic. dicemus.

Vide Albertū Magn. 2. phisi. tract. 3. c. 3. Iandinum. q. 14.

7. Conclus. ¶ Septima conclusio. Necessitas in natura ex fine sumenda est. Hæc est Arist. in fine huius. 2. quam probat multis medijs: siquidem serra cum sit ad secandum lignum, oportet fiat ex ferro, quæ materia dura est, & non ex plūbo: quod est metallum molle. Quia dantur oculi ad speculandum, & nociua fugienda visa, & conuenientia prosequenda, oportet in loco eminentiori ponantur, & non in inferiori. Dentes sunt ad cibum terēdum: sint ergo duri, & acuti: & sic de alijs partibus corporis.

* ¶ * Est tamen considerandum: necessitatē esse, & consequentis & consequentiæ: consequentis est, ex habitudine terminorum quando prędicatum, est de subiecti ratione: vel consequitur naturam eius: & hæc prouenit solū à forma & materia, quę sunt causæ intrinsecę: in quo sensu Sanct. Tho. 5. Metaph. ponit absolutā necessitatem, materia & forma, vt quia anima hominis intellectiua, simpliciter est rationalis, est risibilis: & quia ex contrarijs compositus, est alterabilis & corruptibilis: sed necessitas consequentiæ, ex fine ex suppositione: vt quia finis serrę est secare, materia eius debet esse ferrea.

Ad argum. ¶ Ad argumenta patet solutio.

¶ SPECVLAT. VII. DE distin. formę artis, à naturali.

PRO complemēto huius lib. 2. quia Aristote. facit mentionem de forma artificiali, & eam cōparat naturali, & distinguit, quæritur, vtrum distincta sit forma naturalis ab artificiali, & mathematica. ex Phy.

¶ Videtur quòd artificialia non distinguātur à naturalibus, * si in aliquo deberent distingui esset in eo, quòd est principium motus: sed in illis quæ per artē est principium motus, sicut in illis quæ per naturam: ergo nō distinguūtur naturalia ab artificialibus. Antecedens patet de naui, & de rota, quæ ratione formæ quam habent ab arte, habent motus. Eodem modo de arte pulsandi in manu, & saltandi in pedibus. 1. Argum.

¶ Secūdò. Si aliqua res artificialis nō esset naturalis, maximè esset statua, sed statua est res naturalis. Patet, quia statua est lignum, & lignū res est naturalis. Patet. Hæc res, demonstrato ligno, est res naturalis: & hæc res est statua: ergo statua est res naturalis: expositoriè enim sequitur. 2. Argumē.

¶ Item. Res naturales dicuntur naturales ratione principij susceptiui, quod materia est, quæ in potentia est ad formā suscipiendam, de cuius potentia educitur, vt dictum est: sed eodem modo materia respectu formæ artis in potentia susceptiua est, vt forma arcæ est in ligno: ergo ita arca erit naturale ens, sicut lignum: & sic forma artis nō distinguetur à naturali. 3. Argumē. Suprà lib. 1 specula. 7.

¶ In contrarium est Aristote. qui in isto. 2. tex. 1. & 2. asserit, naturalia ab artificialibus distingui. & tex. 7. In contra.

¶ Pro solu. oportet intelligere non esse idē quærere, vtrum forma naturalis distinguatur ab artificiali: & quærere, vtrū forma artis distinguatur à subiecto naturali in quo est. Prima enim quęstio physica est: quàm tractat Aristo. in isto. 2. Secunda verò est metaph. quæ hic infertur ab Aristo. Notandū. 1.

¶ Notandum vltrà, sicut forma naturalis siue sit substantialis, siue accidentalis, non reperitur per se, nisi in subiecto, sic forma artis nūquàm est, nisi in aliquo subiecto: sed est differētia in hoc, q̄ forma substantialis requirit materiam primam, quæ aliàs Notand. 1.

aliàs non sit res naturalis, ad hoc quòd faciat rem naturalem, & vnum simpliciter: sed forma artis requirit materiā velut subiectum: non primam, quæ non sit res naturalis, sed secundam, quæ sit res naturalis, & simpliciter actu ante formam artis. Sicut statuæ forma prærequirit, vel lignū, q̄ aliàs est res naturalis, vel ferrum: & vocatur prima materia illa quæ subiectum est formæ substantialis: & hæc quæ subiectū form. artis est, materia secunda vocatur: & aduenit illa forma artis iam existenti in actu, & habenti esse cōpletum: sicq; ex forma artis, & subiecto fit vnum ens, non simpliciter, sed per accidens. Consideratis his, fit conclu. 1. Materia. 1. in rebus naturalibus. Mate. in rebus artis.

Conclus. 1. ¶ Forma naturalis distinguitur ab artificiali. Probat. Distinctio in formis vel potest esse ab agente, vel à subiecto: sed naturalis, & artificialis est ab agente, & à subiecto: ergo distinguuntur. Patet primum: quia illæ formæ videntur esse diuersæ, quę non sunt ab eodem principio actiuo, sed actiuū principium formæ naturalis est agens naturale, & actiuum artificialis ars: at ista distincta sunt. Subiectum enim formæ substantialis materia prima est, quæ est natura, & ens in potentia, & non res naturalis. Subiectum autem formæ artificialis ens naturale est, & secūda materia, quæ actu est: ergo sequitur quòd inter ipsas formas erit distinctio. 1. Ratio. Venetus in sua Metap. cap. 11.

¶ Et probatur adhuc cōclusio, vt Ægidius Romanus in isto secundo physicorum, dubio. 12. probat: quia materia transmutatur naturaliter, vt ex ipsa educatur naturalis forma, sed hoc non facit ars: quia (secundum Themistium) natura agit in corpore toto. Ars verò secundùm quod huiusmodi, agit in extremitatibus eius. 2. Ratio. Ægidius. Themisti.

* ¶ * Arist. 2. de anima. tex. 8. intēdit, differē tiam ponere inter formam naturalem, & artis: per hoc quod remota forma naturali, non remanet res neque materia proxima rei, nisi equiuoce: vt remota anima ab homine, non remanet homo: neq; idem oculus, neq; eadē caro, nisi equiuoce: & signū trahitur ab operatiōe: quia iā nō videt oculo &c. Vnde Philo. 4. meteoro. tex. vltim. dicit: quod ablata propria operatione à re, res nō permanet nisi equiuoce. Si autē tollatur forma artificialis, ab artificiato remanet artificiatū saltim quo ad substātiā materialē proximā, licet sit mutatio quo ad talem formam. & dicit quia quod dolabra est artificiatū, cuius forma, scilicet, acumē est accidens: si auferatur acumen, adhuc manet dolabra: si autem dolabra esset corpus physicum remoto acumine non maneret dolabra, nisi equiuoce. 2. Cōclusi.

¶ Secunda conclusio. Naturalia differunt formaliter ab artificialibus. Probatur. Illa dicuntur differre formaliter, quæ pertinēt ad diuersa prædicamenta, & si re non differant: sed naturalia, & artificialia hoc modo se habent, quòd ad diuersa pertinēt prædicamenta: ergo formaliter differunt. Maior patet: quia ideo ponuntur ibi decem distincta: vt entium multitudinem comprehendant, & non coincidant. Minor probatur: quia scamnum, domus, & arca sunt in prædicamento qualitatis, in quarta specie eius: sed lignum, & alia entia naturalia, ex quibus artificialia fiunt, ad prædicamentum substantiæ pertinent: sequitur ergo quod formaliter distinguuntur. Naturalia differūt ab artificialib.

¶ Secundò. Illa distinguuntur formaliter, quæ sic se habent, quod vnū non est aliud, neque è contra: sed res artificialis, & naturalis sic se habent: quia vna non est alia: ergo distinguuntur formaliter. 2. Ratio.

¶ Ista conclusio non solùm habet veritatem, suppolito quòd alia sit res naturalis ab artificiali: vt domus est alia res à natura li: quia plures res naturales constituunt domum, cùm solùm domus vna sit: sed etiam si quælibet res artificialis sit ens naturale: quia actio & passio sunt vna, & eadem res: atquia actio non est passio, distinguūtur formaliter, & ad diuersa pertinent prædicamenta: vt ibi deduximus. Aristo. c. 9. prædi. & 3. phyhc. tex. com. 19.

¶ Tertia conclusio. Forma artificialis nō distinguitur realiter à quantitate, sicut alia res, sed distinguitur formaliter. In hac conclusione intendimus, vitando extrema, tenere medium. Est vnum extremum nominalium, qui dicunt, formam artis non distingui à re quanta: & non distingui à suo subiecto: sicut tenent quantitatem non distingui à re quanta. De quo in prædicamē to quantitatis disputatum est quæstio. 2. 3. Cōclusi. Opin. nomina. extrema

¶ Aliud est extremum realium, tenētium non solùm quantitatem distingui à re quā a, sed præter quantitatem produci ab artifice formam artifialem, quæ est qualitas distincta à quantitate: quod negant nominales, cùm dicant per artem solùm produci rem aliter se habere, & nulla alia realitas producitur. Nos ergo in conclusione neq; opinionem Opini. realiū extrema

Universidad de Deusto Biblioteca

Opinio media tenēda.

opinionem nominalium probamus, neq; illam quæ realium est affirmamus, sed dicimus formam artificialem à subiecto distingui formaliter. Itaque ita potest, q̃ sit eadem res forma artis, & suum subiectũ quantitas, vt dicũt nominales, & quòd forma artis non sit quantitas. Probatur cõclusio. Illa quę in diuersis ponũtur prędicamẽtis, oportet distinguantur saltim formaliter, per hoc quòd vnum nõ est aliud: sicut de actione, & pasione dicebamus, sed forma artis, & quantitas eius subiectum sunt huiusmodi: quia forma artis ad prædicamẽtum qualitatis ad quartam speciem pertinet, & quantitas eius subiectum ad prędicamentum quantitatis: modò prædicamentum quantitatis non est qualitatis, neque è conta.

Ratio. p. p.

Ratio. 1. p.

¶ Sed quòd non distinguantur realiter vt res, & res, probatur vltrà experientiam. Statuarius qui de ligno facit statuam, nullã rem de nouo producit, præter superficiẽ nouam, quę est terminus quantitatis illius ligni. Ratio est: quia rerum pluralitas non debet poni sine necessitate aliqua, vel ratione non solubili: sed nulla est necessitas, neque est ratio conuincens, quod forma artis sit aliquod accidens distinctum à quãtitate: ergo nullo modo est ponendum.

Ratio. 2.

¶ Secundò, & efficacissimè. Si figura esset accidens distinctum à quãtitate, sicut res, & res, sequeretur quòd Deus posset seruare illam quantitatem, ablata figura: sed ea semota, quãtitas eodem modo se haberet quo ad suas partes, sicut se habet modo: sequitur ergo q̃ figura non erat res distincta à quantitate. Quòd si distinguerentur, vnum ab alio separari posset, non est qui possit negare rationabiliter. Non enim est intelligibile, dari duas res distingui sicut res, & res, quòd vna non possit ab alia separari per diuinam potentiam. Hoc argumento probatur esse existentiæ, nõ distingui realiter ab esse essentiæ: sicut res, & res: quia si Deus separet esse existentiæ à me, manẽte mea essentia, eodem modo me haberem: & sic non videtur ponenda alia realitas, qua ego existam, nisi me, & partes meas. In quo aliqui ex Thomistis decipiũtur, dicentes distingui realiter, & non formaliter solùm. Sed tamen videtur ponenda sola distinctio formalis, qualis est inter sedere, & hominem: & solùm ibi distinctio ponenda est inter essentiam, & existentiam: quia de essentia hominis nõ est quòd sit, cùm ante mundi creationem erat eius essentia, rationalem esse (de quo in primo sententiar.) tamen nondum habebat existentiam.

Esse essentiæ & existen. non distinguũtur realiter.

¶ Ad primum argumentum solutio est, quòd forma artis potest esse principium in motu: non ipsius motus: quia hoc cõuenit rei naturali, sed principiũ quantum ad modum motus: vt sit velox, aut tardus: circularis, aut rectus: nam figura rotunda facit ad velocitatem motus. Et quòd [illegible] nauis ex lignis, & non ex plumbo, facit ad hoc q̃ nauis in medio maris non submergatur. Idem de arte pulsandi, vel saltãdi potest dici principium motus, quantũ ad modum, in quantum illi motus qui in pulsatione assimilantur quodammodo motui naturali. Et in hoc habet forma accidentalis, vt principium sit quodammodo. Sic etiam de rota plaustri. Et si absolutè quis concedat in artificialibus esse principium sui motus, sicut in naturalibus, non errabit, dummodo intelligat esse in eis: nõ quia artificialia: sed quia naturalia sunt.

Ad argum.

¶ Ad secundum argumentum, dictum est in conclusionibus, formam artis non esse rem distinctam ab ipso subiecto, sed solùm distinguitur formaliter: quia hoc non est illud, & ad diuersa spectant prædicamenta. Et per expositorium argumentum solùm concluditur, quòd hoc est illud, id est, eadẽ res: non tamen sequitur hoc est illud, prędicatur de eo, sicut idẽ de se ipso: quia ponitur distinctio formalis.

Ad secundũ.

Ad tertium

¶ Ad tertium argumentum patet ex dictis solutio. Nam dato ita sit quòd forma substantialis materiæ sequirat, de [illegible] potẽtia forma educatur & in forma [illegible] requisita materia, tamen est latis[illegible] differentia: quia illa est materia prima & ens in potentia, & ista est materia secunda, & ens in actu. Item. Educitur in materia prima forma de potentia eius, agente naturali operante in toto, [illegible] introducendo dispositiones conuenientes formæ introducendæ, & expellendo cõtrarias: sed in producendo formam artificialem agẽs solùm in superficie agit: vt ex Ægidio Romano adducebamus: ex quo sequitur latam esse differentiam. Item: quia in re naturali materia habet rationem naturæ: sed in re artificiali non hoc: quia non agit naturaliter.

Differentia inter rẽ naturalem, & artificialẽ.

SPECV-

¶ SPECVLATIO octaua. Vtrùm scientia Physica differat à Mathematica.

1. Argum.

VIDETVR q̃ non differant penes hoc quòd Mathematicus abstrahit à materia, & physicus non. Mathematicus cõsiderat res in materia, sicut naturalis, seu Physicus: ergo penes hoc nulla est differentia. Probatur. Mathematicus, q̃ loquitur in veram habet scientiam, vere considerat, sed mathematicalia vera non sunt, si extra materiam sunt: ergo ea considerat in materia. Patet: quia si de linea, vel de superficie, vel de corpore, oportet cùm quanta sint, in aliquo subiectentur: & sic res in materia considerat.

Argumẽ. 2.

¶ Præterea. Si ratio differentiæ inter mathematicam, & physicam esset per hoc, q̃ mathematicus abstrahit, & nõ naturalis, contra. Etiam naturalis abstrahit. Patet: quia abstrahit à singularibus: (quia de eis non est scientia:) & ab hinc, & nunc: ergo sequitur quòd nulla est distinctio.

Confirmat.

¶ Et confirmari potest: quia siue mathematicus, siue Astrologus probet hanc terram rotundam, siue illam probet naturalem, considerat de re naturali. Item. [illegible] motibus astrorum, aut cœlorum.

Argumẽ. 3.

¶ [illegible]tio. Si Mathematicus differt à naturali, erit quia physicus definit per motum, & mathematicus non: sed contra est: quia mathematicus dicit circulum esse spheram rotundam à cuius centro omnes lineæ deductæ ad circumferentiam sunt æquales. Quòd est de motu considerare.

¶ Item. Quia naturalis non semper definit per motum. Patet. Naturalis considerat de prima materia (vt in primo, & in isto secundo dictum est) & tamen non definit eam per motum: quia nullum sibi vendicat motum: ergo non est differentia inter mathematicum, & naturalem.

¶ In contrarium est Aristoteles in capitulo secundo huius, qui ponit differentiam.

In contrarium.

¶ Pro decisione speculationis notandum, quòd vt Commentator comment. decimo sexto hìc adnotauit, ponere differentias inter scientias, spectat ad dialecticam. Vnde primo posteriorum, textu quadragesimotertio Aristoteles ostendit scientias differre penes obiecta formalia: sed datoita sit, quia Aristoteles sic meminit de differentia inter physicam, & mathematicam, non erit abre aliqua dicere, vt solent omnes qui physicam tractant.

Notan. 1. Comment.

¶ Secundò notandum, quod mathematica scientia includit in se quinque scientias, scilicet, Geometriam, Perspectiuam, Arithmeticam, Musicam, & Astrologiam. Et Geometria de quantitate continua solùm absolutè: sub alternans dicitur respectu Perspectiuæ, quæ cùm agat de quãtitate lineali, ipsa Perspectiua de linea visuali agit. Arithmetica tractat de quantitate discreta, & subalternans est Musicæ, quæ de numeris agit sonoris, vt in certa proportione se habent. Astrologia tamen de astris considerat. Et ipsa Astrologia non est purè Mathematica, vt est Geometria, sed est mixta: quia partim Mathematica, partim Physica, licèt inter Mathematicas scientias computetur. Idem de Perspectiua, & Musica.

Notand. 1. Mathematica sciẽtia includit in se. 5. sciẽtias.

¶ Tertiò notandum, esse differentiam inter Mathematicam, & medias, & ipsam Physicam: quia Physica considerat de re naturali: quòd si considerat de quantitate, de qua Mathematicus, est in ordine ad motum, vel inquantum terminus est rei naturalis: tractat de curuitate, inquantum figura nasi, & de sphericitate, inquãtum apta ad motum, & de figura orbium, & astrorum: hæc enim omnia sub ista consideratione ad physicum spectant.

Notand. 3.

¶ Qui purè Mathematicus est, considerat de quantitate, & de figuris eius, abstrahendo tamen ab hoc quod est esse terminum rei naturalis, vel ad motum aptam. Et tandem absque ordine ad materiam sensibilem solum considerat de triangulo, quòd tres habeat angulos æquales duobus rectis: sed quòd sit figura apta ad motum, vel non, nihil ad eum: quod sit in materia

G auri,

Universidad de Deusto. Biblioteca

auri, vel ferri, nihil refert: quòd sit calidus triangulus, vel frigidus, penitus non cogitat: & sic dicitur abstrahere omni sensibili materia. Scientia tamen quæ media est, quantitatem considerat, & non eo modo quo physicus, sed neque eo modo quo purus mathematicus, sed considerat eam contractam ad aliquam certam materiam sensibilem: in quo videtur conuenire cum extremis: vt perspectiua de lineis, & angulis radiorum uisualium: Musica de proportione numeri sonori: Astrologia verò de figura corporis cœlestis.

1. Conclu. ¶ Prima conclusio. Differentia inter physicam, & mathematicam non est ex eo, quòd physica de re in materia, & mathematica de re extra materiam consideret. Probatur. In vtraque scientia res quæ considerantur non nisi in materia sunt: ergo ex hoc quòd vtrique conuenit, non est sumenda differentia. Consequentia est bona. Antecedens probatur: quia neque mathematicalia, neque naturalia absque materia sensibili inueniuntur.

Ratio.

Conclusi. 2. ¶ Secunda conclusio. Physica disciplina non differt à mathematica per hoc, quòd physica de substantijs, & mathematica de quantitate. Patet: quia non solùm physicus tractat de substantia, sed de illis quæ ipsi accidunt, inter quæ potissimùm quantitas est, in quo alia fundantur accidentia, vt ex suprà dictis patet.

Ratio.

S. Th. 3. p. q. 77. ar. 2.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Physica disciplina non differt à mathematica per hoc, quod illa de quantitate sensibili, & contracta, & hęc de quantitate non contracta tractet. Patet: quia perspectiua, musica, & astrologia sunt scientiæ mathematicæ, & tamen de quantitate contracta ad certam speciẽ, & ad certum modum tractant, vt dictum est in notabili vltimo.

Ratio.

Conclu. 4. ¶ Quarta conclusio. Physica non distinguitur à mathematica scientia per hoc, quòd physica de motu, & mathematicæ scientiæ non considerant de motu. Patet: quia astrologus de motu considerat cœlorum, & astrorum, & similiter perspectiuus: imò & musicus, & tamen istæ mathematicæ scientiæ non sunt physica disciplina.

Ratio.

Conclu. 5. ¶ Conclusio quinta. distinctio inter physicam & mathematicam maximè attendi tur penes hoc, quòd illa si tractat de quantitate, figura, & motu, est in ordine ad rem naturalem, & ad sensibilem materiam: sed mathematicus considerat de istis sine vlla consideratione ad rem naturalem, aut sensibilem materiam: quia si considerat astrologus de figura astri, non considerat sub hac ratione, an conueniat naturæ astri, vel non: neque considerat ad quem finem habeat illam figuram. Si tamen physicus cõsideret de astri figura, erit, an conueniat ad naturam astri, an respectu finis. Ex istis oritur differentia quantum ad modum demonstrandi: nam si physicus cœlum, vel astrum esset rotundum demonstret, sic erit. Perpetuo motu, datur figura perpetua: sed hæc rotunda est: quia nõ habet principium, neque finem: ergo cœlum, cui perpetuò mouetur, habet sphericam figuram ex parte materiæ.

Differen. 1.

Naturalis & figura & motu in ordine ad rem naturalem, & mathematicus.

¶ Astrologus tamen, idem demonstrabit. Sol semper æqualiter distat à terra: ergo est orbicularis, vel quia eclipsis solis apparet orbicularis. Perspectiuus si de lineis agat, non in ordine ad complexionem naturalem, vel causam, sed de ipsis in ordine ad angulos quos constituunt in oculis, vel ad basim, quam causant in obiecto visibili.

¶ Ad primum argumentum solutio ex dictis patet, aduertendo ad consideratio nem vtriusque: quia licet eadem considerent, non eodem modo, neque sub eadem ratione: ob id est differentia inter mathematicum, & physicum.

Ad 1. arg.

¶ In secundo argumento tangitur de modo abstrahendi in scientia: & ita est omni scientiæ proprium abstrahere, vt nullo modo detur scientia, vbi non sit abstractio à materia: sed materia est duplex: quædam sensibilis: alia intelligibilis. Sensibilis materia illa erit, quæ subiacet sensibus, per hoc quòd sibi vendicat sensibiles qualitates, & certam determinat substantiæ speciem: vt est ligni materia, vel alterius rei. Materia intelligibilis est substantia corporea, considerata ac sola ratione, quòd sit subiectum quantitatis, abstrahendo ab omni sensibili materia, & ab omni qualitate.

Ad 2. arg.

Aris. 7. Meta. text. 35. S. Tho. p. p. q. 85.

¶ Hæc materia tam sensibilis, quàm intelligibilis dupliciter accipitur: vno modo pro materia singulari signata, quæ est hæc: alio modo pro materia in vniuersali, abstrahendo à singularibus. Istud secundo modo abstrahere commune est in omni scientia: quia non est scientia de singularibus, sed

Abstrahit mathema. à mate. sensibili, sed non ab intelligibili.

sed de speciebus. Et materia signata non est de essentia speciei, sed de natura indiuidui: & sic physica scientia si de ossibus, & carne tractat, nõ de his ossibus, & his carnibus. Sed tamen est differentia inter physicam & mathematicam, quòd physica non abstrahit à materia sensibili in communi, & vniuersali: tractat enim de animali: de osse: de carne in genere, vel in specie humana, vel equina: sed mathematica, saltim pura, abstrahit à materia sensibili, non solùm in singulari, sed etiam in communi: quia non solùm abstrahit ab isto triangulo lapideo in singulari, sed in vniuersali, à lapideo triangulo, aut æneo: neque in genere considerat de triangulo lapideo, vel æneo, sed de triangulo: tamen mathematicę, nõ abstrahunt à materia intelligibili in communi: quia licet à quacunque naturali specie substantiæ abstrahant, non tamen à substantia corporea, quandoquidem de quantitate agunt: quia de lineis, de superficiebus, & figuris, quæ non nisi in corporea substantia, quæ habet rationem materiæ, inquantum est subiectum quantitatis: sed dicitur materia intelligibilis, quia abstrahit ab speciebus rerũ sensibilium: in quo Metaphysica superemineat, quæ abstrahit etiã à materia intelligibili: quia de substantijs separatis, quæ non sunt corporeæ substantiæ, sed spirituales. Sic manet solutum argumentum: quia physica abstrahit. &c.

Finis secundi libri Physicorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

TERTIVS LIBER PHYSICORVM.

¶ ARGV. III. LIB. PHY.

IN tertio lib. Physicorum Aristoteles solùm duo præcipuè tractat: de motu, & de infinito: & ideo primò se se offert de distinctione motus à mobili, & à forma, ad quã est motus.

PRIMA SPECVLATIO

3. Physicorum. Vtrùm motus sit res distincta à mobili, & à forma ad quam est motus.

1. Argumẽ. VIdetur quòd sic: quia si non distinguereatur, oportet ꝙ motus vel esset quantitas in motu augmentationis, vel esset qualitas in motu alterationis, vel esset subiectum. Et in motu locali esset vel spatium quod pertransitur, vel mobile ipsum: sed hoc non potest stare: quia esset prædicamentorum confusio, & vna res esset quantitas: qualitas: vbi, & substantia: quod est maximè repugnans, cum prædicamenta sint per se diuersa: sed quòd posito motus non sit res distincta, hæc sequantur, est compertissimum.

¶ Secundò. Nulla res successiua est permanens, neq; è contra, permanens, est successiua: sed qualitas & quãtitas sunt res permanentes, cũ habeant suum esse simul, & incipiant esse per primũ sui esse, & non possint desinere per vltimũ sui esse: sed motus est res successiua, sicut & tempus, quæ incipit esse per vltimum non esse, & desinit per vltimum sui esse: quia repugnat mor[illegible] habere partes simul: quia quę prætierit nõ est, & quæ futura est, nondum e[illegible] & in præsenti, solum habemus mutatum est: sicut in stans in tempore: ergo nullo modo motus est [illegible] m cum re quæ mouetur neque cum forma acquisita per motum.

¶ Tertiò. Impetus est res distinct[illegible] re q̃ impetu mouet: ergo & m[illegible] simul: ergã eadẽ est v[illegible] obiq; ratio. Probat antecedẽs. Cũ lapis [illegible] uetur sursum, aliquid est causa eius, nõ proijciẽs: quia stat lapidẽ mouere, mortuo proijciente, neq; est forma [illegible] substantialis lapidis, cũ potiùs resistat: neque aër: quia stat ventũ trahere aërem ex alia parte. Itẽ. Si aër moueret, esset ex intẽtione vitandi vacuũ: vt dicit Thomas de Garbo in sua doctrina de elementis, quæstio. finali. sed hoc nõ: quia ille motus esset vniformis, contra Aristo. dicentem, q[illegible] motu violentus semper est tardior, & tardior, & remissior. Patet sequela: quia ratio vitandi vacuum semper manet: ergo.

¶ In contrarium est Aristote. hîc in text. 4. vbi ait, qu[illegible] motus non est præter res ad quas est motus.

¶ Pro decisione oportet priùs præsupponere motus definition[illegible], quæ ta[illegible]est. Motus est actus entis in potentia, secu[illegible] quòd in potentia. Dicitur actus, q[illegible]r tet intelligere in omni motu aliqu[illegible] esse de actu: nam si motus sit alteration[illegible], oportet considerare actu aliqu[illegible] de forma, ad quam est motus: nam si aliquid eius nõ est, nondum incepit [illegible]us. Et dicitur actus [illegible]is, id est [illegible]abentis esse: vt est subiectum in quo est motus: quia non est subiectum pura potentia [illegible] aliquid habet de actu: sed tamen motus sic est actus, quod nõ sit perfectus actus, qui est medium quodd[illegible] inter terminũ à quo, qui est pura potẽtia, & terminũ ad quẽ, qui est perfectus actus. Est ergo motus actus entis [illegible]t in potentia: quia si mobile non esset in potẽtia ad id ad ꝙ

Argumẽ. 3.

Thom. de Garbo.

In contra. Aristo.

Notandũ. Definitio motus.

ad quod est motus, nunquam moueretur: at quia in potentia est, & partim habet actum illius, ratione cuius est motus, dicit actus entis in potentia.

Notand. 2. Tripliciter sumitur potentia.

¶ Est considerandum etiam quod potentia sumitur tripliciter. Vno modo actiuè: vt dicimus aliquem posse: quæ non est ad propositum. Alio modo capitur pro possibilitate physica ad formam, quæcũque [illegible]t talis forma: & sic dicit ordinem subiecti ad formam: siue habeat illam, siue non: & non sumitur hic pro tali potentia. Tertiò modo potentia dicit aptitudinem in subiecto, simul cum priuatione eiusdem formę: vt corpus cálidum est in potentia vt sit frigidum: hoc modo sumitur potentia [illegible] definitione: nam motus est actus entis in potentia [illegible]d est, illius subiecti in quo est potẽtia, id [illegible]st, aptit[illegible]do ad id ad quod est mot[illegible], cum priuatione eius: quia si esset aptitudo, & non esset priuatio, nondicere[illegible]tur motus.

¶ Additur in definitione, in quantum est potentia: nam de ratione motus est, quod partim sit in actu, & partim in potentia: sicut corpus dicitur moueri ad frigiditatem, quando habet actu aliquid frigiditatis, & tendit vt habeat perfectè eam: & mouetur: quia in potentia est, & inquantum in potentia, dicitur moueri: quia respectu gradus acquisiti frigiditatis, non est motus, sed respectu acquirendi, respectu cuius est in potentia. Forma enim substantialis aquæ, & forma frigiditatis accidentalis sunt actẽ entis in potentia, scilicet, ipsius aquæ, quæ ad calorem habet potentiam: sed quando aqua in esse quieto est, non dicitur esse mot[illegible]: quia non est actus eius, forma substantialis eius, ne[illegible]e accidentalis, in quantum est in tali potentia ad calorem: sed est actu[illegible] inquantum in quiete est, in esse suæ form[illegible]. Itaque secũdum quod est potẽtia, intelligitur, inquantum motus est actus tẽdentis à potentia in actum, quasi in via.

Notan. 3.

¶ Etiam est aduertendum, quod motus non est aliud, præte[illegible] res ad quas est motus: quod est dicere. Motus ponetur in eodem prædicamento, vbi ponitur forma, vel res, quæ per motum acquiritur: & ideo si per motum est maior quantitas, motus e[illegible] in prædicamento quantitatis: si est per motum acquisitio qualitatis, erit motus in prædicamento qualitatis.

Idẽ Plato in li. 10. de republica & in libr. de legibus.

¶ Hic tamen considerandum est, ne quis decipiatur, quia cùm motus sit actio, vtà mouente, & sit passio, vt in mobili, sit distinctum prædicamentum, & peculiare sortietur, scilicet, in actionis, & passionis prædicamento. Quapropter dicit Comment. & Diuus Thomas quòd motus dicit duo, scilicet, formam, quæ est infieri, quæ nondum peruenit ad perfectum: quia nondum ad terminum peruenit: & isto modo non habet peculiare prædicamentum, sed ponitur reductiuè in illo, in quo forma, ad quam est motus. Alio modo accipitur motus formaliter: vt dicit viam, & continuam acquisitionem eiusdem formæ: & isto modo habet prædicamentum peculiare, actionis, & passionis, secundum variam considerationem: & in vtroque est, in tali via, & acquisitione continua, quidam fluxus formæ: non vt sit res distincta à subiecto, & forma: sed fluxus dicit formam illam confidcatam in ordine ad terminum à quo, & ad terminum ad quem, prout continuè, & sine interruptione processus est ab vno ad aliud. Hoc est quod dicit Sanct. Thom. quod motus non completur solum per id quod est in rerum natura, sed per id quod ratio apprehendit: in quo intelligit, rationem apprehendere, huiusmodi fluxum formæ.

Auer. hic. t. 4.

S. Th. le. 5.

D. Thom.

¶ Vlteriùs notandum, quod motus cùm ponatur actus entis, est in mobili, tanquã in subiecto: sicque motus subiectatur in re quæ mouetur. Si quis ad qualitatem moueatur, oportet motus sit ibi, in quo talis est acquisitio qualitatis, vel alteratio: quod Arist. probat: quia est motus actus mobilis: sicut albedo ibi ponetur vbi intelligitur actuare in ratione albi: ergo & motus simiiter oportet ibi ponatur: quod si in agente (eò quod agendo repatiatur) motus ponatur, non erit inquantum mouens: sed in quantum mobile est, & actu mouetur.

Notand. 4.

Arist. t. 17.

¶ De hoc ergo, vtrum motus sit qualitas distincta à subiecto, & re quæ per motum acquiritur, fuerunt variæ opiniones, quæ ab Alberto Magno recitantur: ex quibus solum tres in medium adducemus, quæ sufficiunt declarare rem.

Variæ opiniones. Albert. Magnº. 3. phy. trac. 1. c. 3.

¶ Est opinio, antiqua quidem, quam sequitur Paulus Venetus dicens, quod motus alterationis (verbi gratia) est quidam fluxus qualitatis realiter distinctus ab eadem qualitate: & sic dicunt motum esse entitatem absolutam.

Prima opinio. Pauli Veneti.

¶ Secũda opinio dicit, motũ esse relationẽ rea-

Opinio rẽa lium. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

realem, quæ est qualitatis, quæ per motum acquiritur ad terminum: quæ habitudo tendentis in finem dicitur. Hæc opinio est realium, & Thomistarum principue.

Opinio nominalis. Ocã. 2. sen. q. 9. Greg. 2. d. 1. q. 4.

¶ Tertia opinio est Ocã, & Gregorij, quã nominales sequuntur. Hæc dicit, quod motus est ipsamet res absoluta, quæ per motũ acquiritur: & si fit motus alterationis, neque est fluxus qualitas realis distincta à forma, neque est relatio realis, distincta à fundamento, sed est ipsa qualitas, quæ per motum acquiritur: si fit motus augmentationis, est idem quod quantitas.

¶ Secundum varietatem opinionum varia formantur argumenta hinc inde, quæ non libet in præsentiarum adducere, ob prolixitatem vitandam. Et quia aliqua sunt difficilia intellectu, nisi plurimis præsuppositis, quid tamen sit probabilius, more nostro, conclusionibus faciemus notum.

Cõclusio.

¶ Prima conclusio. In omni opinione est concedendum necessario motum esse fluxum, siue fit motus alterationis, siue augmentationis. Probatur. Motus, ad hoc q̃ fit motus, oportet fit continuus: vt explicatum est: & quod fit entis in potentia, secundum quod in potentia: sed hoc non nisi fluxus formæ est: ergo motus fluxus est verè & formaliter.

Motus est quidam fluxus.

Ratio. 2.

¶ Præterea. In omni opinione oportet concedere necessario motum esse ens successiuum, & non permanens, sicut & tempus: & sicut motui repugnat omnes suas habere partes simul, sic & tempori repugnat, eo quòd motus in fieri consistit, sicut & tempus: sed hoc aliud non est, quàm quidam fluxus continuus: ergo motus formaliter est fluxus.

Ratio. 3.

¶ Item. Si motus non est fluxus formaliter, eo est, quia successiuum non est, sed actu, & permanens: sed hoc non potest stare: quia si actu est, & partes omnes habet simul, motus non est, sed quies potius: ergo sequitur quod motus est fluxus formaliter.

Conclu. 2.

¶ Secunda conclusio. Hic fluxus, q̃ motus est formaliter, non est reale quid, distinctum à forma, quæ acquiritur per motum. Hæc conclusio est de directo contra primam adductam opinionem. Et ven. primo probanda ex adductis in notabilibus ex Arist. t. 4. qui ait, motum nõ distingui ab illis, ad q̃ est mot̃. Ille mot̃ formaliter est fluxus: vt docet prima conclusio: & motus, ex Aristotel. non est realitas aliqua distincta à forma, ad quam est motus: ergo de primo ad vltimum, ille fluxus nõ erit aliqua entitas distincta ab illo quod per motum acquiritur.

Ratio. 1. Cõtra Venetum in loco citato supra

¶ Probatur secundò communi, & facili argumento, & conuincenti. Si ille fluxus qui formaliter est motus, qualitas realis distincta est à forma, quæ per motum acquirit, sequeretur, quòd quando aqua c[illegible] duo reales acquirit distinctas entitates: vnã, calorem ratione cuius mouetur, & [illegible]am, fluxum illum [illegible] motum, quem ponunt qualitatem distinctam: s[illegible] consequens est falsum. Quòd sequatur, [illegible] apertissimum: nã qu[illegible], illa qualitas vel est ca[illegible], vel non: si dicis quod non: à quo producitur? vel ab aqua, vel ab igne, vel à calore qui [illegible]ritur: non ab aqua: quia ip[illegible] aqua p[illegible]ritur, & non a[illegible] neque habet virtutem producendi contrarium naturæ suæ, quale esset talis fluxus, cùm tẽdat per id ad corr[illegible]ionem. Neque ab igne: quia ignis solum habet ignem producere, & calorem: sed talis qualitas, seu fluxus non est ignis, neque calor: ergo non producitur ab igne, neque à calore: vt constat: sequitur ergo quòd nullo modo est ponendus talis fluxus, qui est motus, qualitas distincta à form[illegible]

Ratio. 3.

¶ Tertio. Si ille motus qui est fl[illegible], et qualitas realis, distincta à qualitate, poterit Deus illam conseruare sine qualitate, & poterit eam destruere, manente qualitate, cùm neutra s[illegible]terius pars. Destruat eam Deus, & calor recipiatur in aqua: posito casu, aqua tunc verè recipiendo talem calorem, diceretur moueri, sicut & n[illegible]mouetur: sicut ergo motu[illegible] sine tali q[illegible]te superaddita, solùm per hoc quod [illegible]a recipit calorem, & modò etiam est [illegible]motũ, sine tali qualitate reali superad[illegible] quæ sit distincta ab ipsa qualit[illegible], quæ per motum acquiritur. Frustrà e[illegible] fiunt [illegible]plura, quæ possunt fieri [illegible]que bene per paucio[illegible] vt dicit Aristo. [illegible] Physicorum.

Aristot. Argument.

¶ Potest fieri argumentum. Si motus est res distincta à [illegible] ad quam est motus, sequitur quod esset [illegible] qua creatura, quam Deus non posset annihilare. Patet: quia talem qualitatem, quæ est motus, non posset [illegible]tet. Sit motus horæ. Si[illegible]us in instanti medio [illegible]oræ. Ille motus est, & [illegible]us non pot[illegible] eum annihilare. Patet: quia [illegible] posset, maximè illum corrumpẽdo secundùm se, & q̃ libet

libet sui: sed hoc non: quia corruptio alicui ius præsupponit eius existentiam: ergo præsupponit quod vltima medietas sit, quæ tamen non est. Ad hoc Coronel concedit sequellam: sed malè, quia dato casu, annihilando mobile, annihilaret motum, secundum quòd habet esse: q̃ sufficeret.

Solutio Coronel reijcitur.

* Plato in locis citatis in hoc differt ab Aristot. quia ille motum à Dei mente, in qua ideæ sunt peruenire dicit in materiam: neque ponit accidens, sed ens quoddam intelligibile. diuersum à sensibilibus: & comensurabile æternitate. Hanc differentiã Simplicius, & alij intellexerunt. At motum in diuina mẽte collocare, planè ridiculum videtur: cum ipse sit Deus absque m[illegible]tatione: & motũ appellare essentiã, est absurdũ.

Conclu. 3.

¶ C[illegible]cl. 3. Flux̃ iste qui motus formaliter est, [illegible] qualitat quæ per motũ acquirit, ratione distinguitur solùm. Pro[illegible]atur hæc. 2. pars: quia prima iam probata [illegible]st. Illa quæ sunt idem re, & alium habẽt modum significandi, oportet vt distinguãt ratione saltim: sed motus & res quæ per motum acquiritur, sunt huiusmodi: nam motus significat formam, per modũ fluxus cõtinui: & forma absolutè significat ipsam formam: vt calor calorem, & frigiditas frigiditatem: ergo oportet distinguantur ratione.

Prima ratio 2. p.

Ratio. 2.

¶ Præ[illegible]rea. Aliquid importatur in motu, quod non importatur in qualitate, quæ acquiritur per motum: ergo distinguitur motus à tali forma: & non realiter, vt dictum est: ergo ratione. Antecedens probatur: quia in motu includitur quid successiuum, & partim in actu, partim in motu: sed hoc non includitur in qualitate: ergo est distinctio: & non reali[illegible]: ergo erit saltim rationis.

Calor. 4. modis considerari potest.

¶ [illegible] pro clariori intelligentia conclusionis oportet notare, quòd calor potest quadrupliciter considerari. Vno modo absolutè, & materialiter: vt qualitas est: & sic est

1. in prædicamento qualitatis. Secundò modo considerari pote[illegible], vt est in fieri, id est, in continua acquisitione: & hic est motus, & identicè est in eodem prædicamento, in quo ipsa qualitas: sed formaliter, quia ratione distinguitur à qualitate, ponitur in

2. prædicamento actionis, vel passionis. Tertio modo consideratur, vt est effectus agentis. Sicque specialiter est in prædicamento actionis. Quarto modo intelligitur, vt est id quo mobile efficitur, in quo

3.

4.

est motus: & sic ad prædicamentum passionis spectat. Ecce quomodo motus est idẽ quod ipsa qualitas, quæ per motum acquiritur: sed quia addit supra ipsam, relationẽ quandam, seu fluxum, non quod sit realitas distincta: vt dicebat secunda opinio, distinguitur ab ipsa, ratione: solùm enim videtur aliqualem modum se habendi qualitatis importare, suprà ipsam qualitatem absolutè. In re hæc conclusio est sententia nominalium: sed est differentia in modo loquendi, quod ipsi nominales terminorum connotationes consideratè dicunt, scilicet, quod motus supponit pro qualitate, connotãdo quod sit in fieri: & actio significat eandem qualitatem, connotando, quòd sit ab agente. Nos dicimus quod motus est [illegible]la qualitas, ea ratiõe qua in fieri est: & actio est eadẽ qualitas, ea ratiõe qua fit ab agẽte.

Differentia in modo loquendi à nominalibus.

Ratio. 3.

¶ Pro prædicta conclusione potest ex notatis sequens formari ratio. Illa oportet distinguantur sic, vt vnum non sit aliud formaliter, quæ propriè, & formaliter ad diuersa pertinent prædicamenta: sed forma, quæ per motum acquiritur, & motus sunt huiusmodi: ergo distinguuntur. Maior est nota. Minor probatur: quia forma pertinet vel ad qualitatẽ vel ad q̃titatẽ: sed mot̃ ad actionẽ, vel ad passionem formaliter pertinẽt, & ,ppriè & non reductiuè: ergo est distinctio inter ipsa: & non realis, ergo rationis, aut formalis, ad sensum suprà dictum de actione, & passione. Vnde dicit Ægidius. Motus materialiter aliquo modo idem est, quod forma incompleta, sed formaliter non idem est. Addit autem supra formam incompletam, vel supra id q̃ acquisitum est, ordinem ad illud quod vlterius acquirendum restat, quod tendẽtia est ad vlteriorem actum, quã si quis tollit, auferet rationem motus.

Ægidius. t. 15. dub. 1.

¶ Vnum tamen notandum est, quòd in conclusione non ponimus distinctionem rationis inter motum, & formam, vt putet quis nos dicere, motum non esse ens reale, sed ens rationis, quod nullum habet esse, nisi per operationem intellectus: imò motus est ens reale: quia est identicè idem qualitas, & quantitas, quæ sunt entia realia cũ motu: sed solus intellectus est, qui distinguit inter ipsa, quæ idem sunt identicè: & ad hoc quod distinguat, sufficit quòd habeant ipsa, diuersas definitiones quidditatiuas: q̃ cõsiderat intellectus vt duo, cum tamen

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mèn identicè sint vnum. Et antiqui, vt S. Tho. & alij, appellabant huiusmodi distinctionem realem. Non per hoc quòd essent res, & res alia: sed quia secluso operatione intellectus res erat realiter: non aduertentes ad hoc, putant antiquos posuisse distinctionem realem inter illa, inter quæ solùm est rationis: quod est maximè cauendum: nam duplex est realis distinctio: quædam quæ est inter duo distincta realiter: quæ se habent vt res, & res: vt substantia à quantitate distinguitur: alia est inter illa, quæ distinguuntur vt res, & modus se habendi rei: vt sedens, & sessio: fundamentum & relatio: motus, & qualitas.

¶ Quarta conclusio. Motus localis non est spatium per quod mobile mouetur. Hæc conclusio est contra Greg. Arimi. qui in loco suprà citato, cùm poneret motum alterationis esse qualitatem, putauit etiam de motu locali dicendum: quia sicut in alteratione acquiritur qualitas, sic in motu locali spatium acquirit mobile, nam id est quod per motum acquiritur successiuè: nos tamen tenemus contrarium: & probatur. Si motus localis solum spatium acquisitum per motum est, sequeretur quod cùm primum mobile mouetur, cũ non acquirit nouum spatium, non esset in eo motus: consequens autem est falsum. Si dicat Gregorius, quod terra & cœlum quod amplectitur, esset spatium: contra. Ponamus quòd nihil esset extra primum mobile, neque intra ipsum moueatur: tunc in vacuo vere esset motus, & tamen nullum ibi esset spatium.

Conc. Gregor. in 2. sent. d. 1. quæstio. 4. Marsi.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

¶ Præterea. Motus (vt suprà dictum est) in re quæ mouetur est: sicut albedo in albo est: sed spatium non est in illo quod mouetur localiter, sed extrà, vt notum est: ergo sequitur quod motus non est spatium: in quo Gregorius deceptus est.

Conclus. 5.

¶ Conclu. quinta. Motus localis est ipsum mobile inquantũ continuè in alio, & alio loco est. Hanc cõclu. tenet Ocã in loco citato, qui dato conuenerat cũ Greg. vt schol. tenet nominalium, motum non distinguitur à re, quæ per motum acquiritur in motu locali, diuisus est à Gregorio Ariminen. nam Gregorius dixit esse spatium, & Ocam tenet esse ipsum mobile, pro quanto cõtinuè in alio, & alio loco est.

In. 1. cõcl. q. 9.

Ratio. 1.

¶ Probatur conclusio. Motus localis verè aliquid est, & non est realiter distincta res: ergo vel erit spatium quod acquiritur, vel ipsum mobile, vt continuò in alio, & alio vbi est: quia non videtur quid aliud possit signari quod sit motus localis: sed non est spatium per quod fit motus, vt contra Gregorium Ariminen. probatum est: erit ergo ipsum mobile: & non absolutè: quia alias quando quiesceret esset motus, & diceret moueri: ergo est cum consideratione, qua acquirit alium, ac alium locum continuè.

¶ Item. Qualitas, quia in continuo fluxu acquiritur, motus vocatur alterationis, & identicè idem est: ergo mobile, quod continuè aliud, & aliud vbi acquirit, motus localis erit: quia eo modo quo se habet qualitas in fluxu ad motum alterationis, habet in motu locali mobile, secundum quod aliud, & aliud acquirit vbi continuè. Ista ratio est. Sanct. Thom.

Ratio. 2.

¶ Neque obstat quod S. Tho. dicit, quod mobile secundum locum non est in potentia ad aliquod intrinsecum acquirendum, sed ad aliquod extrinsecum, putà ad locum. Non inquam valet, quod ob id putent doctorem Sanct. tenere opinionem, quam Gregorius defendit, vt motus localis sit spatium: sed loquitur ipse non de potentia mobilis ad motum, sed de potentia eius ad terminum motus: & sic est mobile secundũ locum est in potẽtia ad terminũ motus: sicut aliquid extrinsecum: sed tamen non negat S. Tho. quin successio quæ mobile localiter acquirit alium, & alium locum, sit motus localis, qui est idem quod mobile ipsum. Non tamen ex hoc sequitur quod sit concedendum in sensu formali substantia est motus, vel homo est motus, & cœlum est quidam motus: vt aliqui ex realibus concedunt. Non inquàm conuenit: quia aures abhorrent tales logicones, & est alienum ab Aristotele sicut dato motus alterationis sit idem realiter cum qualitate, quæ acquiritur, non concedimus tamen quod alteratio est qualitas: quia in diuersis prædicamentis ponuntur: nec dicemus motus localis est vbi: quia vbi, est prædicamentum aliud ab actione, & passione: & vbi dicit esse in loco, siue per modum quietis, siue per modum transitus: sed motus localis dicit illam continuam successionem vbi.

S. Th. p. 1. q. 110. art. 3.

Non concedit substantia est motus.

¶ Ad primum argumentum dictis solutio patet: non enim ob id quod non ponamus motum, qualitatem realem aliam à re quæ

Ad argum.

quæ mouetur, prædicamentorum confusio est: nam (vt diximus) reductiuè tunc erit motus in quantitate; si motus sit ad quantitatem: sed tamen inquantum formaliter est passio, qua afficitur mobile, ponitur in distincto prædicamẽto passionis. Sufficiens est enim ad prædicamentorum confusionem vitandam, quòd vnum nõ sit aliud formaliter, etiam si identicè sint eadẽ res: quia qualitas non est alteratio, neque quantitas augmentatio: neq; substãtia est vbi: sicut in veritate actio, & passio eadem res sunt: vt ex Aristo. compertum fecimus in prædicamentis, in alijs locis non semel tamen actio non est passio: quia actio est vt ab agente, & passio vt recipitur in passo id quod ab agente emanat.

Aristot. c. 9. de prædic. & 3. Physic. tex. 1.

¶ Ad 2. secundum. Ita vt probat concedendum, quòd res successiua non est permanens: formaliter tamen idem sunt, non repugnat iuxta dicta: & tunc motus cõsideratur vt est ipsa res ad quam est motus, non est res successiua propriè, sed est res ipsa permanẽs: cum tali respectu, quod sit in continuo fluxu, ratione cuius est motus, de cuius conditione est, quòd non habeat omnes suas partes simul: sicut non habet tempus: & inquantum motus, successiuorum sequetur, naturam: vt incipiat esse per vltimum non esse, & desinat esse per vltimum sui esse: & è contra, qualitas, vel quantitas in quantũ sunt entia permanẽtia incipiũt esse per primũ sui esse, & desinunt esse, nõ per vltimũ sui esse, sed per primum non esse. De quo suprà diximus.

Ad 2.

¶ In. 3. argumento tangitur dubium de impetu: qualitas, & an sit distincta à re mota per impetum. De quo lib. 8. specula. 3. dicendum, vbi adducemus varias esse opiniones de modo quo proiecta mouentur. Pro nunc videtur dicendum, quòd impetus sit qualitas quædam realis impressa in mobili, ab ipso impellẽte causata: videmus proiecta velocius, vel tardiùs moueri, secundum maiorem, vel minorem intensionem huiusmodi qualitatis: & quandiũ durat qualitas, & durat motus in re proiecta: & sicut remittitur, remittitur & motus. Est que qualitas permanens: quia non repugnat ei habere omnes suas partes simul. In quo Ludouicus Coronel (aliàs vir ingeniosus, & doctus) deceptus est, dicens motum, & impetum non differre, nisi penes intensum, & remissum: quia ambo sunt permanentes qualitates: imò differunt ex diametro, vt aiunt, quia motus est res successiua, cui repugnat omnes suas habere partes simul: impetus est res permanens. Differunt etiam: quia motus non est realiter alia qualitas, quàm res ad quam est motus: & in motu locali est mobile: sed impetus est qualitas producta à proijciente, distincta à proiectis. In quo & Paulus Venetus (aliàs grauis author) deficit, negans huiusmodi impetum, ne concederet motum proiectorum esse naturalem. Putat ipse sufficere, quòd illa qualitas conferat vim: cum tamen vltrà hoc, requiratur ad motum naturalem, quòd illa sit mobili naturalis: quod non est de impetu, cum ab extrinseco imprimat.

Contra Coronel.

Contra Paulum Venetũ

¶ Ex istis ergo solutum est argumentũ tertium. Non enim est idem impetus, & motus. Et quia impetus sit qualitas distincta à proiecto; non sequitur quod motus sit res distincta à re ad quam est motus: quia alia & alia ratio est.

¶ Verùm pro complemento oportet intelligere: quòd Paulus Venetus, & alij qui tenent motum esse rem distinctam, dicũt motum esse rem successiuam, siue alterationis, siue augmentationis, siue localis sit motus. Sit dicunt partes motus continuari per indiuisibilia: hoc est, per mutatum esse: sicut partes lineæ per punctum, & partes tẽpõris per instans continuantur: sicque de motũ nihil est in præsenti, nisi mutatum esse. Et de existentia motus aliqui dicunt, quòd propriè motus non est in ordine ad copulã de præsenti, sed motus fuit, & erit: quia habent pro inconuenienti dicere, illud est in hoc instanti, cuius partes non sunt.

¶ Alij dicunt, quòd motus est, si ly est, vniat pro toto tempore motus, non tamẽ si pro instanti.

¶ Paulus Venetus, & alij dicunt, quòd ly est, vniat pro instanti. Hæc est vera: Motus est, & verum dicit: quia concedimus nunc est dominica prima in quadragesima, quãdo istæ dictæ sunt, & est. 22. dies Februarij, & annus. 1569. & non alia ratione, nisi quia nunc est instans continuatiuum temporis præteriti cum futuro, & quãtum ad horam, & diem, & mensem, & annum: & hoc sufficit ad veritatem propositionis. Ergo ad veritatem huius: Motus est, sufficit mutatum esse sit quod continuat partem motus præteritam cum futura.

Paulus Venetus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius, Arimi. ¶ Gregorius Arimi. non probat motum componi ex istis, mutatum esse: quia cùm sit magnitudo, & nulla componatur ex impartibilibus, nec motus componetur. Difficilè est haud dubiè intelligere hoc, quomodo detur aliqua res, quę verè sit, & q̃ in nullo instanti sit ipsa secundùm se, neque secundũ aliquam partem sui, & tamen habuit, & habebit partes: maximè quia illa entitas, si daretur distincta, vt putant illi, qui tenent eam distingui, diuidi posset ex parte subiecti: & haberet suam extẽsionẽ, vt subiectum: vt animal quod mouetur. Et ad diuisionem temporis etiam esset diuisibilis in præteritum, & futurum: sicque secundùm primam diuisionem haberet partes permanentes, & non secundùm secundam: ob id nos dicimus motum non esse entitatem distinctam, sed dato negemus esse rem distinctam, non est negandũ motum esse rem successiuam: vt in solutione ad secundum dicebamus, si modò de motu loquamur formaliter inquãtum motus est: in quo videntur Ocam, & Gregorius decepti, qui eo quòd teneant motum non esse quid distinctum à re quæ per motum acquiritur, & illa sit res permanens, & nõ successiua, dixerunt motum non esse rem successiuã. Nos tamen quia diximus vnũ non esse aliud formaliter: quia qualitas non est motus, loquimur de eis, ac si distinguerentur: & motus inquantum est idem cum forma, nõ habet partes successiuas, sed simul: sed in quantum est formaliter motus, & in suo prædicamento distinctè ponitur, non habet, neq; habere potest omnes suas partes simul: tamen si materialiter capiatur, est res permanens.

Ocã & Gregorius dixerũt motũ nõ esse rem successiuam.

Ægidius in isto lo. tex. 5. dubi. 2. ¶ Hoc videtur declarare Ægidius, quando ait: de ratione motus est forma incompleta, & ordo ad complementum. Ordo tamẽ ad complementum principalis, & formalis est de ratione motus, magis, quàm forma incompleta. Quòd patere potest. Primò: quia motus est de genere successiuorũ. Si enim motus se nõ teneret principaliter, & formaliter ex parte acquirendi, & non importaret principaliter ordinem, sed formalior in motu esset forma incompletè acquisita, sequeretur quòd motus esset magis de genere permanẽtium, quàm successiuorũ. Hæc ex Ægidio. Ex quo habemus, quòd motus cùm non distinguatur à re quæ acquiritur materialiter, sequitur naturam, & conditionem permanentium: at quia manet formaliter motus, per hoc quòd ordinem dicit ad complementum, est & de genere successiuorũ formaliter: & sic possumus loqui de motu, vt ens successiuum, & vt ens permanens est.

¶ * Contrà prædicta est argumentum, nam difinitio motus non videtur conuenire omnibus, quibus cõuenit motus Physicus: patet quia generationi & corruptioni, conuenit: vt patet, quia exemplum ponit Aristo. de generatione, & corrup. & tamen nõ competit eis difinitio: quia quod generatur, non pars in actu, & pars in potentia est: sed totam formam substãtialem simul recipit, &c. Respondetur distiguẽdo, de generatione & corruptione: nam dupliciter sumi possunt. Primò pro instantanea introductione totius formæ, vel de perditione. Secundò pro alteratione præuia, quæ licèt sit alteratio, tamen habet dici generatio, quę ordinatur vltimatè ad solam qualitatem, sed ad formam substãtialem introducẽdam. Ad argumẽtum dicendũ, quòd difinitio motus, non conuenit generationi, & corruptioni primo modo capiendo: sed tamen secundo conuenit, & in hoc sensu intendit Philosophus. Alij tamen vt Antonius Andræas. 11. Metaph. quæst. vnica sine distinctione concedit generationi, competere motũ: eo quòd teneat omnes formas (anima rationali excepta) gradus habere intrinsecos: sed tamen quia hoc est falsum, & in libri de anima reprobatum: non est opus modo referre rationes contra.

* Instantãs.

Solutio.

¶ SPECVLATIO SEcunda. Vtrùm dari possit infinitum.

VIDETVR quòd detur infinitum in actu. Ad hominẽ. Mũdus (secundùm Arist. fuit ab æterno: ergo ab æterno fuit tempus, & motus, & per consequens infinitæ circulationes fuerunt in actu: & infiniti homines: ità cùm anima rationalis sit immortalis, etiam secundùm eundem Aristot. infinitæ nunc essent actu: ergo dari potest infinitum in actu. 1. Argumẽ.

¶ Secũdò

Argumẽ. 1. Aristo. ¶ Secundò. Frustrà est potentia, quæ non reducitur in actum: sed datur infinitum in potentia: quia in quolibet cõtinuo sunt infinitæ partes proportionales: ergo sequitur quod possunt esse actu.

Argumẽ. 3. ¶ Item. Circulus est infinitæ capacitatis: ergo datur infinitum. Probatur antecedens, supposita illa propositione Euclidis. Omnium figurarum hisoperimetrarum, quæ plurium [illegible] angulorum, est capacior: & q̃ omnium hisoperimetrarum sphera maximum est. Ego habito, probo antecedens. Diuidatur hora per partes proportionales, minoribus versus finem: in prima parte fiat vna figura polygonia, quæ sit triangulus: in secunda parte altera quatuor angulorum, & in tertia quinque angulorum, & sic proportionabiliter: quæ semper erũt capacores: & omnibus illis sphera est capacior, & illæ sunt infinitę, ergo sphera est infinitum actu.

Incontra. ¶ Incontrarium est quod asserit Aristote. in lib. 3. text. 59. vbi dicit, infinitum actu dari non posse. bene tamen in potentia.

Notandũ. 2. ¶ Hæc quæstio est de infinito primè intentionaliter, pro rebus sumendo. Speculatio ergo est, vtrùm detur aliqua res immensa, non mensurata. Infinitum capitur duplici [illegible] vno modo negatiuè, pro eo quod terminum non habet, neque aptitudinem ad id: alio modo capitur priuatiuè, pro eo q̃d non est terminatũ actu, tamen habet aptitudinem vt terminetur: nempe quod est quantum. Exemplum primi vt punctum. Exemplum. 2. vt est linea, quæ per puncta terminari potest, & superficies per lineas, & corpus per superficiem.

Text. 34.

¶ [illegible] infinitum diuiditur, vt quoddam [illegible] infinitum secundùm essentiam, vel secundùm quãtitatem. Essentia enim cùm habet quantitatem, non molis, sed virtutis, quæ perfectionis est, potest esse finita, & infinita. Et secundùm quantitatem est infinitum, vel finitum pro quãto habet terminum, vel caret eo.

¶ Infinitum secundùm quantitatem, duplex est: & secundùm quantitatem continuam, & secundùm quantitatem discretã. De quo Aristotel. hic text. 63. cùm dicit. Infinitum est illud, cuius secundùm quantitatem accipientibus, semper aliquid accipere est ext[illegible]

¶ Præterea. Infinitum dupliciter capitur: vno modo cathegorematicè: alio modo syncathegorematicè. Primo modo sumitur quãdo supponit pro re infinita: syncathegorematicè tamen est aduerbiũ: & exponitur tantũ quin maius: aut tãtum, & in duplo plus, & in quadruplo. Et hoc de infinito in magnitudine: at de eo in multitudine dant expositionem: Non tot quin plura, seu aliquot, & in duplo plura, & in triplo. De hoc dare solent regulam moderni, quod infinitũ à parte prædicati sumitur cathegorematicè: vt Deus est infinitus, & cõtinuum habet partes infinitas. Sed si sumitur à parte subiecti, sumitur syncathegorematicè: & debet exponi vt diximus: quanuis nõ sit hæc regula exacta: quia si nominis habet formã, etiã à parte subiecti sumitur cathegorematicè: vt infinitæ potentiæ est Deus: infinita est Dei virtus: infinitæ sunt partes in continuo. Arist. tamen & S. Thom. non vtuntur istis verbis, sed ponũt distinctionem infiniti, quòd aliud sit actu, & aliud potẽtia. Actu correspõdeat quãdo cathegorema est: & potentia, quãdo est syncathegorema. Infinitum in actu est, q̃d habet infinitas partes permanentes: & est illud, quod vni parti signatæ dantur infinitæ æquales, non cõmunicantes: vt si esset linea infinita versus Orientem, vel Occidentem, & in illa signaretur vna pars, quæ habeat quantitatem pedalem, diceremus talẽ lineam esse infinitã. Dixi, æquales: quia in vna pedalitate sunt infinitæ partes proportionales, non æquales tamen. Et dixi, non cõmunicantes: quia aliàs in bipedalitate dãtur infinitę pedalitates: sed sunt cõmunicãtes: vt si diuidatur per partes proportionales prima & secunda pedalitas, erunt ibi infinitæ pedalitates: vt si sumas partem proportionalẽ vnius pedalitatis, cũ residuo alterius diuisiõis de secũda, infinitũ habebis: semper aliã, & aliã pedalitatem inueniẽdo.

Text. 56.

¶ Infinitum in potentia est ens successiuũ: & est, cui* partes si numerare incipias, semper quæ numeratæ sunt, sunt finitæ, & quę restant numerãdæ, sunt infinitæ: quia quanq; parte temporis data, adhuc alia manet transeunda: nunquam tamen deuenietur ad instans, in quo numerando, fit trãsitum infinitum. Hoc vocant infinitum syncathegorematicè: & sic de cõtinuo loquũtur, quòd sit in infinitum diuisibile: nã quibuscunque diuisionibus datis, possunt alię dari, & nunquam in infinitum erunt datæ actu. His dictis, fit. 1. conclusio.

¶ Infinitũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conclus. 1. ¶ Infinitum perfectione solus Deus est. In hac conclusione volumus dicere, quòd nihil aliud à Deo habet infinitam perfectionem essentialem, sed quocunq; dato, cùm sit creatura, & habeat esse participatum, habebit finitam perfectionem. Deus tamen cùm sit abyssus perfectionum omnium, & habeat esse non participatum, & suum esse sit sua essentia, dicitur infinitus perfectione. Hæc conclusio est Theologorum, & fide tenēda. Et rationem à priori videtur sanctus Thomas dare. Et probat conclusionē, quia in rebus materialib⁹ & forma per materiam, & materia per formā terminatur: cum enim materia habeat quodammodo esse illimitatum: quia omnem formam posset recipere, cùm actuatur vna forma, videtur terminari, eo quòd simul non posit habere aliam. Et forma de se, habet quandam infinitatem: quia de se est indifferēs ad plura indiuidua: terminatur tamen ad hoc indiuiduū per hoc, quòd recipitur in hac materia, cum istis conditionibus indiuiduantibus de quibus infrà latius. Sed infinitas ex parte formæ dicit perfectionem, quę tamē cōtrahitur, & limitatur: quia in materia recipitur. Vnde sequitur, quòd forma quanto immaterialior, tanto perfectior. Tunc procedit ratio: sed Deus est simpliciter per naturam suam immaterialis, neque limitatur, aut coarctatur ad aliquem certum gradum perfectionis: sequitur ergo quod est infinitæ virtutis, & perfectiōis. Maior probatur: quia ob id anima rationalis ponitur perfectior, quàm sit anima bruti: quia immaterialior est, neque educitur de potentia materiæ: nec corrūpitur destructo corpore: & angelus est perfectior essentialiter anima rationali: quia angelus magis immaterialis: & non solum non educitur de potentia materiæ: sed neq; est forma, quæ recipitur in materia. Cùm ergo Deus in infinitum sit magis immaterialis, quàm angelus, sequitur quòd ipse sit infinitus perfectione.

Theologi in primo sētēt. dist. 43. S. Tho. p. p. q. 7. arti. 1. & 2.

D. Th. p. p. q. 118. arti. 1. & 2.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Illud est infinitæ perfectionis quod nō recipit esse ab alio, sed habet à se omnem perfectionē: at solus Deus est huiusmodi: quia omnis creatura eo quòd creatura est, habet esse participatum, & nō est de eius essentia quod sit. Maior patet: quia si aliquid habeat pefectionem aliquā, quā to minus ab alio receptam habet, tāto magis perfectum est: quia minus dependens, & magis sibi sufficiens: sed Deus est huiusmodi, quia suū esse non recipit ab alio, & sibi sufficiēs est, & omnem habet perfectionem, non ab alio cōmunicatam: nam si omnem non haberet, Deus non esset, cū alius eo daretur perfectior, scilicet, ille in quo talis perfectio, quæ huic deest, inueniretur.

Ratio. 3. ¶ A posteriori probat conclusio. Deus est causa omnium: ergo est quodāmodo omnia: semper enim in causa oportet effectus includantur, & sint modo eminenti: sed nō posset Deus eminenter esse omnia, si haberet esse limitatum, & terminatum: ergo in eo terminus non est: & infinitus est.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio. Infinitum in potentia tam in continua, quàm in discreta quātitate datur naturaliter. Hæc est Aristote. Ariston. tex. 58. Quam multis exemplis probat: de tempore, & motu cœli: in continua quātitate: nā quocunq; tempore, & motu signato, potest esse maior motus: & maius tempus. Similiter & partes continui sunt infinitæ in potentia: quia continuum potest diuiui in duas partes & in quatuor quartas, & sic in infinitum.

¶ In quantitate discreta ponit exemplum de generationibus: quia Aristo. mundū sicut ab æterno, sic & in æternum duraturū excogitauit: sed catholici, de igne inferni loqui possumus, quòd in infinitū durabit: quantum ad tempus, & de damnatorū cogitationibus, posito (vt fides tenet) animas rationales esse immortales: imò & de beatorū actib⁹, quos extra verbū habere possūt, qui in infinitū multiplicari nō repugnat. Theo. in 4. d. 44.

¶ Ratio ergo conclusionis hęc est, naturaliter loquendo. Illud dicitur infinitū in potentia in continua quantitate, quod sic se habet, quòd quacūq; parte data, adhuc datur alia, & tandem vltima non sit data: sed dato cōtinuo, si diuidatur in partes proportionales, quacūq; data datur alia, & tādem ad vltimam non est deuenire, ergo cōtinuum est infinitum in potentia. Et sic de tempore, quocunq; dato est, & aliud accipere: ergo est infinitum. In discreta quantitate similiter: quocunq; dato numero, est dare alium: ita vt vltimus nō detur: sed hoc est infinitum in potētia esse naturaliter in rebus: ergo sequitur quòd datur. Ratio. Vide Egidiū quodlib. 6. q. 17.

¶ Tertia conclusio. Non est dabile infinitū in actu, neque in magnitudine, neq; in multitudine. Hæc est etiam expressa conclusio Aristotel. in loco citato. Probatur in Conclus. 3.

corpore

Ratio. 1. corpore physico. Quælibet forma corporis naturalis cùm sit determinatæ virtutis, & perfectionis, sibi determinata requirit accidentia: ita vt terminetur per maximum, & minimum: sicut in primo libro probatū est, in speculat penultim. sed inter accidentia quantitas molis est: ergo nō datur actu corpus infinitum. Supra libr. 1. speculat. penult.

¶ Secundò sic, vt Aristot. argumentatur. Omne corpus physicum, mobile est naturaliter ad aliquem certum locum, aut sursum, aut deorsum, aut circulariter: sed tale infinitum si esset, nullo istorum motuum posset moueri. Nam motu recto est clarū: quia si esset infinitum, non esset à quo termino ad quem moueretur: quia nullus esset terminus. Neque posset motu circulari moueri, supposito quòd dato circulo, lineæ quæ à centro emanant, quanto magis protenduntur, magis distant ad inuicem: vt apparet in subiecta figura: si ergo lineæ in infinitum protrahantur, & consequenter ipsæ lineæ in infinitum distabunt. Tūc est argumentum, quòd tale infinitum si daretur nō moueretur circulariter: quia in motu circulari necessarium est, quod saltim linea, quæ nunc est in puncto. a. aliquando perueniat ad. b. aliàs non moveretur illud corpus circulariter: sed nunquam hoc contingere in corpore infinito: quia est infinita distantia à linea. a. ad lineam. b. vt patet ex præsupposito, & infinita distantia non est pertransibilis: quia si pertransitur, actu infinita non est.

Ratio. 3. ¶ De corpore mathematico probatur similiter, quòd non detur actu infinitū: quia dato corpore mathematicū abstrahat à materia sensibili, nonnen abstrahit à materia intelligibili: & reperitur corpus mathematicum in aliquo corpore naturali: & probabitur eodē modo, sicut de corpore physico.

Ratio. 4. ¶ Quarto. Si daretur aliquod infinitum actu, maximè extra cœlum, vt Pythagorici ponebant: sed ibi non datur: quia non posset esse pura materia: quia si actu est per formam oportet sit: sequitur quòd illæ essent infinita entia naturalia, & infiniti essent mundi, quod inferiùs in libro de cœlo reprobatur, sequitur ergo quòd infinitum non datur actu.

Ratio. 5. ¶ Quintò. Si infinitū daretur, & esset corpus naturale aliquem locum certum sibi deputaret: sicut corpora omnia naturalia: sed nullum possemus locum signare illius: quia omnia repleret: vnde nō esset in loco: quia quod locatur, oportet à loco circunscribatur, & finiatur.

¶ * Sed cōtra tertiā conclu. posset quis ex dictis Arist. obijcere: nā, id est cōtra Philo. tex. 1. Phylsic. reprobādo melisiū (inquit) infinitum est in quantitate: item dicit, ratio infiniti congruit quantitati: ex quibus format argumentum: quando aliqua duo sic se habent, quod vnum est subiectum, aliud proprietas eius: si subiectum, est dabile in natura, & eius proprietas datur: sicut dato rationali, datur risibile: sed quantitas, & infinitum, sic se habent: cùm ergo detur quantitas, & dabitur infinitum. Respondetur, quod Arist. in loco citato, solum intendit, quòd si infinitum est, in quātitate erit. Nam substantia, & qualitas, non possunt esse infinitę, nisi per accidens ratione quantitatis: ex illa conditionali, ergo nō potest inferri, quòd sit infinitum actu: quòd si instes, infinitum actum dari in materia, quia tot sunt potentiæ actu in ea, quot sunt formę, quas in futuro recipiet, quæ sunt infinite de mente Philosoph. qui generationem ponit ęternam, aparte ante, & aparte post, vt patet ex secundo generatione: quod & probatur, si non habent nunc potentia, ad formā quam recipiet, in futuro nō poterit eam recipere: quia nō potest esse, quòd aliquid sit potens respectu alicuius ad quod non habet potentiam. Respondetur quod potētia ad formam dupliciter intelligitur, scilicet, aut de proxima, aut de remota: si de proxima, negandum est talem potentiā esse in materiā: quia sic esset materia disposita ad omnem formam in futuro, & nō indigeret alia dispositiōe, quod est falsum: quia materia existens sub vna forma, paulatim debet disponi ad aliā, abijciendo quā habet: si de remota sit sermo, non concluditur infinitum actu realiter, sed solum formaliter: quia alia est ratio in materia, respectu huius formæ, & alia respectu alterius: sed hoc non arguit distinctionem realem, magis quam inter genus, & speciem: quāquam aliam rationem formalem includat species, quam genus non includit. Et hæc sententia est tenenda, & non illa Ianduni in hoc. 3. quæstio. 11. qui concedit infinitam multitudinem actu potentiarum, eo quod ipse tenet potentiā materiæ, distingui realiter ab essentia materiæ: & multiplicari, vt multiplicantur formę receptibiles; & dicit Solutio. Solutio.

non esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

non esse inconueniens concedere: quia istę potentiæ, licèt sint infinitæ, non sunt indiuidua diuersa, secundùm quantitates continuas: sed tamen hæc imagina o Ianduni tenenda non est.

Ad argum. Specula. 1. &. 2. Genes. 1.

¶ Ad primum. Aristo. non negaret, posito quòd mundus non cœperit. De quo disputandum erit in. 8. Nō tamen in disputatione adducemus, an verum sit, cùm fides contrarium doceat. In principio creauit Deus cœlum, & terram sed an Aristo. id senserit, & an potuit esse ab æterno, disserem⁹. Sed supposita opin. Aristo. cōcederet quòd incipiendo ab ista hora, quæ nunc est. die lunæ. 23. Februarij. Anno. 1569. accipiendo omnes reuolutiones præteritas, quacunq; data, alia fuit ante eam, & sic infinitum est: sed non vocatur hoc infinitum actu: quia cùm tempus sit ens successiuum, non potest habere suas partes simul, quod requisitum est ad infinitum in actu. Idem esset dicendum de generationibus præteritis.

¶ Ad id quod dicitur de infinitis animab⁹, facta suppositione de mūdi æternitate, nescimus quid Arist. responderet: quia pendet ex animæ rationalis immortalitate, de qua quid senserit Aristo. in lumine naturali, non est certum. De quo disputandū erit in libris de anima, maximè in. 3. quando de anima rationali erit sermo. Sed videtur ꝙ ponat eam immortalem: quia dicit, intellectum separabilem à corpore, sicut perpetuum à corruptibili: in quo videtur asserere animæ rationalis immortalitatem: & si Commentator Auerrois mortalem dicat, & intellectum perpetuum asserat vnū esse in omnibus hominib⁹, quòd est falsissimū, vt dicemus in libris de anima: sed loquēdo consequenter ad Aristo. cùm ipse dicat ante hominem quenenunq; fuisse hominem, cùm creationem nō cognouerit, neq; plasmationem primi hominis intellexerit, inuitabiliter sequitur ꝙ posuerit animas infinitas, quæ modò sunt, vbicūq; sint illæ: quia non occuparent locum: sicut & cōcederet reuolutiōes cœli infinitas, supposito quòd opinio Pythagoræ de circulatione animarū, quod vna sit in diuersis corporibus, nō admittatur, neq; figmentum Auerrois.

Arist. ponit animā rationalem immortalē. 1. de anima. c. 75. &. 3. c. 10. & de gener. anima. cap. 5.

S. Th. p. p. q. 46. ar. 2.

¶ Verùm S. Tho. cùm aliàs in omnibus sequatur Arist. innuit, ꝙ quanuis fuerit possibile de potentia Dei absoluta mundum fuisse ab æterno, non tamen est possibile quòd homo fuerit ab æterno: sed angeli numero finito, & res numero finito: & res perpetuæ, & cœli essent ab æterno. Non enim potest intelligi alicuius rei corruptibilis suæ naturæ relictæ, creatio ab æterno: nam si ab æterno esset creatus homo relictus suæ naturæ, solùm per tempus finitum potuit durare, & per consequens ille homo ab æterno esset mortuus. Implicat tamen quòd ab æterno fuerit natus, & ab æterno fuerit mortuus, & ꝙ prius per. 39. vel. 40. annos fuerit natus, quàm mortuus, cùm in æterno non detur tale prius. Et sic si Arist. concederet infinitas nunc actu animas esse, vno impossibili dato, ante omnē hominem esse hominem deberet concedere. Dato ergo vno impossibil., non mirum sequatur aliud: & ideo quanuis concesśit infinitas animas, nō sequitur ita esset. mia ex impossibili sequebatur: & ortè Aristo. subnubilo de hac materia loquutus est de animarum perpetuitate: quia posita perpetuitate, sequebatur infinitas esse, & non videbat quomodo producerentur, cum nō educerentur de potentia materię, quod tamen de intelligentijs non erat inconueniens: & quia non sunt formæ corporis, apertè dixit perpetuas, & incorruptibiles: finitas tamen, & non receptibiles in materia.

Vide. 8. lib. specula. 2.

Aristoteles.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potentia potest reduciin actum eo modo, quo conuenit ei actus: & quia in permanentibus infinitum non datur ob repugnantiam, vt 3. probauit conclusio, non datur actu aliquid infinitum, quòd habeat omnes suas partes simul: at in successiuis, vt est motus, & tempus, datur tale infinitum, & proportionabiliter. Et datur actus correspondens illi potentiæ, scilicet, quod sit infinitum: vt in fieri, & non in actu completo: quia reducuntur sic ad actum, quòd nunquam ad finis: & continuum est in potētia ad diuisionem in infinitū, & tamen nūquam in actu continuum diuisum erit in omnem suam partem. Non ergo potentia illa dicitur esse frustrà: quia licet non reducatur in actum completum, reducitur eo modo quo potest ei conuenire.

Ad. 2.

¶ Ad. 3. quanto de circulo probatur quòd sit infinitæ capacitatis, per hoc quòd figura quāto plures angulos habet, tanto capacior est: solùm sequitur ꝙ detur infinitum syncathegorematicè, in isto sensu, ꝙ quacunq; polygonia figura data, detur capacior: sicut quacunque parte data alicuius continui

Ad. 3. Vide in fine lib. figuram.

continui, dari potest maior, & dari potest minor: tamen non ideo sequitur quòd sit actu infinitum, sed solùm quòd in potentia dari possit.

Primū arg.

¶ Possit tamen quis contendere probare infinitum dari actu ex perspectiua, posito quòd vmbra sit lumen diminutum, & tamen datur infinita vmbra naturaliter. Patet. Sit luminosum minus, & oppacum magis: ita vt oppacum faciat vmbrā Pyramidis euersæ infinitæ: vt dicit Cantua. prima. p. perspectiuę prop. 24. Ibi est vmbra infinita, & in actu: ergo datur infinitū in actu.

Cantuari.

Soluto.

¶ Ad hoc argu. tendo conclusionē propositam, vt habet veritas, dicendum quòd non erit vmbra infinita: nam ad hoc oporteret qd luminosum esset infinitæ virtutis ad illuminādum: si tamen sit finitæ, vt sunt omnia luminosa, quocūq; oppaco opposito, finem habebit vmbra: sic in argumento proposito: vnde non sequitur contra conclusionem.

Argumē. 1.

¶ Quod si quis adhuc contendat probare dari actu infinitū, probet sic. Duobus speculis contra se positis sunt infinitæ imagines: quia. a. apparet in. b. & rursus. b. in. a. & b. in seipso: vt experientia docet. Quòd sit alia, & alia imago, constat, quia semper videtur minor, & profundior secūda q̄ prima.

Soluto.

¶ Ad hoc respōdetur, quòd causa huius visionis de imaginum reflexione in speculis contra positis est, quia species vnius speculi imago est alterius: vt. a. species dirigit per suos radios rectos in. b. & item radij reflexi à. b. in. b. reuertūtur ad. a. quo iterum in. b. & inde ad oculum. Vnde apparet iterū a. in seipso: at non erit infinitum in actu: nō enim erunt infinitæ imagines in illis speculis: quia deueniendum erit ad aliquam tam debilem reflexionem radiorum, quæ non possit immutare visum, & non apparebit. Quare vna imago apparet profundior quā alia. Ratio est, quia illa quæ à remissioribus radijs magis distans apparet, & quæ intensioribus magis propinqua.

✱ ¶ ✱ In infinito actu & potentia: consensus est Aristot. & Platonis: vt testatur Simplicius: quia Plato infinitum actu, in ente illo immobili, siue idea, in Parmenide affirmat. E. Aristo. idem fatetur in primo illo motore. Sed tamen secūdùm fidem catholicam, infinitatem actu, sic Deo tribuimus soli: vt hanc nō magnitudine, vt isti sentire videntur: sed essentia, intelligētia, ęternitate. &c. Et hoc infinitū maximè cognoscibile est: & est primum intelligibile, sicut & primū appetibile, de quo Arist. 12. Meta. tex. 37.

¶ SPECVLATIO. III.
Vtrùm infinitum materiale sit incognoscibile.

ET videtur quod nō: nā Aristo. cognouit tempus, & cœli motū infinita esse: imò probat. 8. Physicorū. infrà cum motū ponat ab æterno: ergo nō est in cognitum. ✱

¶ Secūdo in intellectu nostro. possunt esse infinitę species intelligibiles: cum sint spiritualiter, & non se impediant mutuo: & per eas est cognitio infiniti, quia quælibet species incognitionem illius à quo emanat ducit.

¶ Tertiò saltim intelligentiæ abstractę, infinitum possunt cognoscere, cùm nullum sit obstaculum.

¶ In contrarium est quod Aristot. docet.

Pro decisione notandum quod infinitum dupliciter potest accipi, vno modo quo ad rationem suam formalem, quatenus infinitum est: & quæ ei cōueniat necessario in quantum tale est.

¶ Secundò capitur infinitū quo ad substractum, id est, quātum ad illud cui competit ratio infiniti si daretur: vt putà si esset infinitus numerus, infinita magnitudo, infinitum corpus. &c. Secundò.

¶ Prima conclusio infinitū quo ad suā formalem rationem, cognoscibile est: & de eo habetur notitia tradita ab Aristotel. in hoc. 3. de quo difinitionem dat text. 63. & multa tradit, quia oppositum cognoscitur per suum oppositum, & contrariorum eadem est disciplina: sed cognoscimus finitū, ergo per finitū, & cognoscemus infinitū. 1. Cōclusi.

¶ Secunda cōclusio, infinitū secundo modo, quo ad id in quo est. &c. est ignotum, & in cognoscibile ab humano intellectu. Patet: quia tale, neque est actu, imò neque potest esse actu vt dictū est, vt probabitur in sequenti quæst. & Aristo. probat in hoc libro: ergo ignotum erit: quia in tātum res est cognoscibilis, in quantum est: quia sic se habet ad cognoscibile sicut ad esse. 2. Cōclusi.

¶ Secundò

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Secundò, quia etiam si daretur actu infinitum quantitatiuũ, necessario erit incognitum, in quantum infinitum: quia nõ esset cognoscibile, nisi partibus cognitis & principijs suis: sed infiniti, infinitę sunt partes: & infiniti, non erit principiũ: & loquor de partibus actu.

¶Tertia conclusio. Non solùm intellectus humanus, distinctè infinitum non potest cognoscere: sed neque angelicus: neq; cõprehendere actu, neq; successiuè vnũ post aliud &c. Patet nam ad comprehendendũ infinitum, infinita virtus requisita est: quæ in nulla creatura potest reperiri: neque potest infinitum, distinctè successiuè cognoscere, numerando partẽ post partem: quia finis numeratio & transitus repugnat infinito. vt docet Philo. hic tex. 63. manent ergo infinitum incognoscibile.

¶Ad argumenta in contrarium ad primũ dicendum: quòd eo modo quo motus & tempus in infinitũ tendunt, cognouit Arist. sed hoc non est distinctè cognoscere infinitũ: quia cognouisset, omnes partes temporis, numerãdo partem post partem: qd non potest esse: cum tempus non sit infinitum actu, sed potentia, ex interminata eius duratione.

¶Ad secundum dicendum, quod licet species intelligibiles, ratione sui, possent esse infinitę: quia obiecta non possunt infinita dari, & non potest infinita multitudo, actu dari, non potest esse infinitũ in speciebus.

¶SPECVLATIO. IIII. De infinito per diuinam potentiam.

DATO infinitum nõ posit dari per natura ob repugnantiã, vtrũ per diuinam potentiã posit esse. Nõ est dubium diuinam virtutem non esse exhaustam ob rerum vniuersitatem, & posse adhuc de nouo creare, & ea meliora facere, si voluerit. Et licèt per naturalem potentiam ignis non posset frigefacere, per Dei potẽtiam poterit.

1. Argumẽ. ¶Videtur, quòd per potentiam diuinam poterit infinitum actu dari. Ex præcedentibus patet quòd in continuò sunt infinitæ partes proportionales, quas Deus distinctè cognoscit: & in qualibet parte, proportionali horæ futuræ Deus potest aliũ, & alium angelum creare: vel lapidem, vel ignem, vel quãcunq; aliam creaturam: sed hoc facto, iam infinitum erit in actu: ergo infinitum est dabile in actu.

2. Argumẽ. ¶Præterea. In precedentibus tetigimus, q̃ non est repugnans, Deum mundum creasse ab æterno: ergo posito fuerit infiniti dies distincti, potuit Deus in qualibet die vnum angelum creare: quia sicut potest in hac die, potest in qualibet die creare. Tunc posito creatum, cum sint infiniti dies, sequitur quòd infinitum potest esse per diuinã potentiam.

3. Argumẽ. ¶Tertiò. Quicquid non implicat contradictionem à Deo est factibile: sed quod actu sit infinitum, nõ implicat contradictionẽ. Patet. Id dicitur implicare contradictionẽ, quòd infert duo contradictoria simul vera, vel falsa esse: sed per hoc quòd concedamus esse infinitum, nõ sequitur quòd duo contradictoria sint vera, neque quòd sint falsa: ergo potest dari per diuinam potentiam.

In contra. ¶In contrarium est. Quod non est cognoscibile, non est factibile: sed infinitũ sub ratione infiniti non est cognoscibile: ergo non est factibile.

Nota. ¶Pro solutione notandum, hanc speculationem esse controuersam apud probatissimos Theologos, pariter & philosophos: nam dato conueniãt in illis, quæ in præcedenti speculatione dicta sunt, scilicet, quòd non detur infinitum actu naturaliter: quãdo tamen est sermo, an de potentia absoluta id possit fieri, dissentiunt.

S. Th. p. p. q. 7. & 46. Scot. in. 2. 1. d. Bon. Marsilius. Durand. ¶Apud antiquos fuit opinio nullo modo dari tale infinitum, etiam de potentia absoluta. S. Thom. negat infinitum animarum fuisse possibilem in quolibet. 9. art. 1. expresse dicit per nullam potentiam fieri posse. Hanc opinionem etiam tenet Scotus. Sed. b. Bona. in. 1. sentent. d. 43. Eadem tenet Duran. & Marsilius subscribit. in. 1. sent. d. 42. & ait. hanc esse opinionem communem, & corroborat multis argumentis eam.

Oc̃ tenet posse dari infinitum. ¶Nominales tamen, inter quos dux Occam in. d. 1. tenent contrarium. Putant enim dari posse infinitum per diuinam potentiam. Hanc sequitur Greg. Arim. Gabr. reputat probabile, & quod non posit dari: vt dicit. 1. opi. & quòd per diuinam potentiam id fieri posit, vt dicit hæc secunda.

Greg. 1. d. 43. q. 4. Gab. 2. d. 1. q. 3. ¶Grego. Arimin. tres conclusiones sigillatim ponit. Prima est, quod posit dari infinitum magnitudine: & concedit posse fieri infinitum multitudine. Similiter affirmat, posse dari infinitum in intensione. Quas conclusiones multis firmat argumentis, ingeniose quidem magis quàm fructuose. Hæc. q. & similes cùm nimium bona crucient ingenia, habent in se parum frugis, & ædificant nihil. Quapropter à superfluis abstinendum erit; vt locus necessarius, relinquatur.

¶Huius decisio videtur pendere ex hoc vno, si implicat contradictionem: quod nõ fiat infinitum actu, vt in tertio argumento tangebamus: quia apud Theologos acceptum est. Axioma Theologo. Quicquid non implicat contradictionem, factibile esse à Deo. Sed quia quidam putant implicare, quant possit fieri, quales sunt primò opinantes. Alij dicunt id non implicare: ob id potentiam diuinam dicunt ad id se posse extendere: vt qui in secundo loco loquũtur. Quapropter oportet notare, quod implicare cõtradictionem dupliciter cõtingit vno modo, quòd formaliter inferat duas contradictorias: vt si quis affirmet manum esse æqualem homini. Hoc implicat contradictionem: quia duas formaliter infert cõtradictorias, sic. Manus est pars, & homo est totum: ergo est minor homine: & manus est æqualis homini: ergo non est minor. Est minor, & non est minor contradicunt. Vel sic. Totum est maius sua parte: sed homo est totum, & pars est manus: ergo est minor, & non est minor. Alio modo dicitur aliquid implicare contradictionem, non quia formaliter inferat duas contradictorias, sed quia includit repugnantiam: quia intellectus lustratus lumine naturali, quàm primum resilijt: vt Chimeram esse, quam fingunt, animal compositum ex tam diuersis. Repugnat quidem, non quòd duo contradictoria formaliter inferantur ex hoc quod concedamus Chimeram esse, sed solùm quia intellectus lumine naturali statim refugit, & renuit tale animal posse dari. In isto sensu intelligitur illud angeli Lucæ. 1. secundo, Non erit impossibile apud Deum omne verbum: ac si diceret. Omne quod potest mente concipi, factibile à Deo est, & non impossibile: sed tamen impossibile remanet, id est, non factibile, quod non potest ab intellectu concipi, quod est id quod repugnat: vt facere hominem irrationalẽ, vel brutum rationale.

Notandũ. Lucæ. 1.

¶Non est dubitandum, quia fiat aliqua, quæ implicant, quæ à Deo fieri non possunt: dato ex concessione non sequantur duæ contradictoriæ: liquidem in diuinis factibile negamus, verbum posse alium generare filium: & tamen ex hoc quod quis concedat filium genarare alium filium, non poterit inferre duas contradictorias: sic etiam dicimus Deum non posse facere hominem esse equum: si tamen quis affirmaret, non continuò sequeretur duas contradictorias verificari. Sic etiam negamus Chrimeram esse, tamen non ob id infertur duas contradictorias simul stare. Eodem modo in proposito: quod quis concedat, infinitum posse actu dari per diuinam potentiam, non sequitur duas contradictorias simul stare in veritate. Non enim formaliter sequuntur.

¶Dicimus ergo quòd id quod implicat contradictionem, non est à Deo factibile: intelligitur, nõ solùm pro illo, quod infert cõtradictoria, sed pro illo quod repugnat intellectui: & huiusmodi videtur esse infinitum actu: quia repugnat vt detur. Pro quo sit prima conclusio.

Conclu. 1. Ratio. 1. ¶Per nullam potentiam infinitum dari potest in magnitudine: quia si posset tale infinitum dari, maximè quia id quod in potẽtia erat infinitũ, reduceretur in actũ, per hoc quod continuum esset actu diuisum in omnem suam partem: sed hoc implicat contradictionem, non solùm. 2. modo, sed primo modo. Secundo modo repugnat: quia statim intellectus refugit dicere continuum actu esse diuisum in omnem suam partem. Etiam repugnat primo modo: quia formaliter inferuntur duæ contradictoriæ: quod est continuum, & non est continuum: nam si in omnem partem est diuisum: cùm quælibet pars sit continuum: cum continuum ex indiuisibilibus non componatur, vt dicemus in. 6. sequitur quod rursus potest diuidi: & sic actu non est continuum diuisum in omnem suã partem, & tu ponis diuisum: ergo est diuisum, & non est diuisum: & dato actu diuideretur, iam non esset infinitũ secundùm magnitudinem.

Ratio. 2. ¶Itẽ. Si posset dari infinitũ in magnitudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne actu, sequeretur quòd tale, vel esset in loco, vel in vacuo: sed nullibi esse posset. Non in loco: quia esset finitum, & circunscriptum à loco, & non esset infinitum, contra præsuppositum. Vel esset in vacuo: sed hoc non est dabile: cùm esset etiam vacuum infinitum: ergo nullo modo est dabile infinitum in actu secundum magnitudinem: quia id repugnat.

Conclu. 1. ¶ Secunda conclusio. Infinitum in multitudine non potest dari: quia repugnat, & contradictionem implicat, id est, refugit intellectus. Patet. Si dari posset, maximè per horam quòd continuum actu diuideretur in omnem suam partem proportionalem: vt si hora præsens diuideretur per partes proportionales, & in qualibet parte proportionali horæ Deus angelum vnum creasset: hoc non potest esse, sed repugnat quòd actu sit continuum ipsum diuisum in omnem suam partem: & sic non potest dari infinitum secundùm multitudinem, sicut neque secundùm magnitudinem.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Si tale infinitum actu in multitudine daretur, sequeretur quòd manus mea tangeret, & non tangeret, quæ sunt contradictoria. Patet. Volo quòd inter manum meam & quadratum, Deus aliud quadratum producat, quod tangat meam manum, & quadratum primum, & post producat aliud quadratum inter manum meã, & quadratũ secundũ quod tangat manũ, & quadratũ. Hoc faciat per partes proportionales horæ. In fine horæ, quæro vel manus mea tangit aliquid, vel nõ: nõ secundũ: quia tota hora tãgit, & nõ desinit tangere: nec primum: quia infinitum esset clausum inter duo extrema, inter manum, & primum quadratum. Et sic videtur dicendum, quòd nullo modo datur actu infinitũ in magnitudine, etiam per diuinam potentiam.

Contra Gregorio. Arimi. & Maio. in. 4. d. 11. q. 1. ¶ Hæc conclusio sit posita non solum contra Gregorium Arimin. sed etiam contra Maio. qui putat posse dari tale infinitum secundum multitudinem, in casu quo sacerdos intenderet consecrare solas partes pares hostiæ diuisæ proportione duplà tunc enim cùm in omnibus partibus paribus erit corpus, & in imparibus panis, fit vt partes illæ panis sint actu diuisæ: & sic daretur infinitum in multitudine.

Ad argum. ¶ Ad hoc argumentum, stando in conclusione, potest responderi, primò physicè, quòd petit principium: nam si implicat contradictionem continuum actu esse diuisum in omnem suam partem, negatur etiam Deum, posse dare talem virtutem verbis, vt possent illo modo intercalare partes proportionales. Secũdo respõ. Theologicè. Casu dato, quanuis omnia alia ad consecrationem requisita essent, non fieret consecratio: nam materia panis non potest consecrari, nisi sit præsens distinctè. Partes verò impares, vel pares non possunt esse sacerdoti præsentes distinctè; quia sunt infinitæ: & quanuis sint Deo præsentes, non cognoscit illas partes, vt actu separatiles: quia non potest continuũ in omnẽ suam partẽ actu esse diuisum. Exemplum dari potest, quòd talis non consecrasset: quia distinctè non habet: sicut si plures haberet hostias consecrabiles coram se, & intenderet aliquas ex illis consecrare, & non omnes, non signando quas: vel nulla esset consecrata hostia, vel omnes: sed omnes non sunt consecratæ ex defectu intentionis: ergo nulla: & non alia ratione, nisi quia non sunt distinctè præsentes illæ hostiæ, quas intendit consecrare. A simili ergo dato signet partes pares, vel impares in continuo, quia illæ non sunt ei distinctæ, non consecrabit aliquam partem.

1. Solutio.

Contra Maio. in. 4. d. 11. q. 2.

¶ Sed fortiùs arguitur contra opinantes contrarium. Si posset dari infinitum in multitudine actu, maximè esset diuisa hora per partes proportionales, vt ipsi argumentantur: & quòd Deus in qualibet parte proportionali horæ vnum produceret angelum: in fine horæ esset infinitus numerus angelorum actu: sed hoc non solùm implicat contradictionem, sed explicatur quia ponunt horam numerabilem secundùm qualibet sui partem, quod repugnat quia est ens successiuum. Non minus repugnat, quàm repugnat continuum actu esse diuisum in omnem suam partem. Non enim sunt numerabiles partes proportionales omnes horæ quia cùm non detur vltima, non potest numerari.

Aliud argum.

¶ Et quod sequatur cõtradictio in multis, posito actu infinito, probatur argumentis multis à doctoribus, à quibus ex proposito abstinendum est.

¶ Sed exercitij gratia fiat argumentum. Si posset dari infinitum actu in quantitate discreta, sequeretur quòd vel pars non esset minor suo toto, vel quod non quæcunque

Aliud argum.

cunque sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se: & quod vnum infinitum est maius alio, quorum neutrum est pars alterius. Sit infinita lapidum multitudo, quæ incipiat ab hac ciuitate Mexicana orientem versus, & vocetur tale infinitum. a. Et sit alia multitudo, quæ etiam incipiat versus occidentem, & vocetur. b. Sit aliud infinitum, quod incipiat ab Hispali, versus orientem quod sit pars. a. & excedat ipsum. c. Distantia quæ est à Mexicana ciuitate, vsque ad Hispalim per duo mille leucas. Tũc fic. a. multiplicado est æqualis. b. eò quod vtraque infinita est, & neutra alterius pars, &. c. est æqualis. b. eadem ratione: quia vtrumque infinitum est, & vnũ est alterius pars: ergo sequitur quòd a. & c. sunt æqualia ad inuicem: nam quæcunque sunt æqualia vniteri, sunt æqualia inter se: sed ex hoc sequitur quod non omne totum est maius sua parte: quia. a. est totum, & c. est pars, & est æqualitas inter ea: sed hoc repugnat, ergo non datur multitudo actu infinita.

Aristot.

Ad argum. ¶ Ad argumenta tamen variè respondẽt sectatores Diui Thom. quidam dicunt (admisso casu de mundi æternitate) & quod Deus in quolibet die angelum creasset, & conseruasset, quod non esset infinitũ: quia dies non essent infiniti: quia si infiniti non essent pertransiti, cùm de ratione infiniti sit quòd non sit pertransitum. Et putant hanc esse mentem sancti Thomæ. Sed tamen admittendo mundum ab æterno, & in qualibet præterita die ab æterno productus sit angelus, vel anima, & conseruatus, videtur concedendũ quòd fuerint infiniti. Neq; Arist. neq; S. Thom. negasset in illo casu fuisse infinitos dies præteritos, sed solum negant ipsi sigillatim esse infinitos inter duo extrema numeratos: putà inter principium, & finem: quia dato ab isto incipias numerare, non deuenies ad primum præteritum, neque poteris ab illo primo, qui non datur, incipiendo, peruenire ad istum, in quo sumus hodie. In forma ergo respondetur, quodlicet posibile fuerit mundum ab æterno esse, tamen non potuit in qualibet die vna creari anima, & cõseruari: & repugnãtia est ex parte obiecti solùm: quia tale infinitum actu non est dabile: vt optimè doctor Subtilis respondet. Nam eo modo quo repugnat quod in vno die, vel vna hora producat deus infinitos angelos, repugnat quòd infinitis diebus præteritis: secus tamen est de ipsis infinitis diebus, vel infinitis circulationibus, quæ præterierunt, posito casu, quia tales dies, & circulationes non sunt actu entia, sed vnus motus continuus, qui, supposita mũdi æternitate, principium non haberet.

S. Th. p. p. q. 46. ar. 1. Ad. 6.

Solutio.

Vide Durã. in. 1. d. 1. q. 3.

Sco. in. 4. d. 1. quæst. 3.

¶ Ad. 2. & tertiũ ex dictis patet solutio.

¶ * Considerandum circa illa quæ in. 2. argumento tanguntur nam posito de mẽte Arist. quòd mundus esset ab æterno: & & q̃ anima rationalis sit immortalis, actu essent infinitę animę, quia infiniti homines mortui sunt: & sic argumentum esset ad hominem contra Philos. ad hoc S. Thom. in opusculo de æternitate mundi respondet, Aristo. in. 3. physico. & in. 1. de cœlo semper loquitur de infinito corporeo, & materiali: vt patet: negat ergo Philoso. posse dari multitudinem rerum corporearum infinitã actu, vt infinitos homines, vel lapides &c. nõ dũ verò demonstrauit quin posit dari multitudo infinita actu, rerum incorporearum: vt infinitę animæ, infiniti angeli, & soluitur argumentum. &c.

*

FINIS TERTII LIBRI PHYSICORVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVARTVS LIBER PHYSICORVM.

ARGVMENT. QVARTI libri Physico.

IN quarto physicorum tria tractat Aristote. De loco, & vacuo, & de tempore. Et speculationes mouebuntur ad propositum, declarantes materiam.

PRIMA SPECVLATIO Vtrùm locus sit superficies, vt tradit Aristote. in isto quarto.

1. Argumẽ. VIdetur quod non. Nã si locus superficies esset, cùm superficies sit in prædicamẽto quãtitatis, & locus similiter esset: sed cõsequẽs est falsum: qa locꝰ est in prædicamẽto vbi: sed q̃titas, & vbi, diuersa sunt p̃dicamẽta: ergo & supficies, & locꝰ.

¶ Secundò. Locus est immobilis, vt Aristotel. docet: sed superficies cõtinentis est mobilis: ergo superficies non est locus. Minor probatur: quia superficies aëris huius ciuitatis Mexicanæ mobilis est, & quotidie variatur alia, & alia superueniente superficie aëris: ergo sequitur quod ipsa superficies non est locus, vel locus esset mobilis. Et sic videtur sibijpsi contrarius Aristo.

¶ Tertiò. Aliqua sunt in loco, & tamen nõ continentur in superficie: ergo locus non est superficies. Patet, de anima rationali, quæ est in corpore, tanquam in loco, & tamen non tangitur à superficie: & angelus est in loco, & tã nullo mõ cõtinetur à supficie corporis: ergo locꝰ nõ est superficies.

¶ In cõtrariũ est q̃ ait Aris. in isto 4. dicẽs. Locus est superficies corporis continentis. In contra.

¶ Notandũ quod sicut corpus dupliciter, mathematicè pro quantitate, & physicè pro cõposito alicuius naturæ sumitur, sic locus, vno modo dicit simpliciter superficiem ambientem, vel locantem aliud corpus, abstrahendo ab omni qualitate cõseruatiua locati: alio modo capitur pro loco naturali scilicet importat superficiẽ illam, connotando tamen proprietatem naturalem, quæ locati conseruatiua est: aëris me circunstantis superficies absolutè vocatur meus locus, non cõsiderãdo, an ad conseruationem, aut ad corruptionẽ agat. Si tamen considerem locum salubrem habitationis meæ: vbi melius salus, & ibi locꝰ naturalis erit. Sicut entia naturalia sibi determinant per naturam locum suum: grauia deorsum, & leuia sursum, & pisces aquam, & volatilia aërẽ, in quibus locis est quid speciale ad conseruationem viuẽtiũ. Notand. 1.

¶ Secundò notandum quod de re quæ est locus vltra vulgarem antiquorum opinionẽ (de qua Arist. in textu) quæ erat asserentiũ, q̃ esset corpus: alij quod esset materia: alij q̃ forma locati: alij quod esset medium inter locatum, & locum, & inter istas variæ opiniones. Quidam dicunt, quod locus accipitur vno modo simpliciter, pro vno circunscribente locatũ: & sic ponit q̃ superficie, quæ est de prædicamẽto quãtitatis. Secũdo modo accipit q̃ locꝰ naturali: & sic dicũt, q̃ ponit q̃ virtute conseruatiua, quæ est de prædicamento qualitatis. Alij dicũt, q̃ locus accipitur materialiter, hoc est, pro substracto, vt loquuntur reales: & sic est res absoluta: vt superficies vltima continẽtis: alio modo accipitur formaliter, pro per se significato: & isto modo accipitur pro respectu. Hãc opin. tenent Scotistæ ex doc. Sub. vbi ait quod vbi, dicit respectum extrinsecus aduenientem, &. 2. senten. dist. 2. q. 5. dicit: Locus accipitur, vel pro absoluto, vel pro respectiuo. Et alij qui ex Thomistis habent hunc loquendi modum. Sed respondentes sit prima conclusio. Notand. 2. Aristot. Quidam dicũt q̃ locus sit superficies. Scot. quodlibet. 11.

1. Conclu. Locus est aliquid positiuum.

¶ Locus aliquid est positiuũ. Hæc Aris. in t. 3. aduersus nõnullos philosophos, & vulgares, qui putant rẽ quæ mouetur in aëre, moueri in vacuo. Hæc probatur ex hoc q̃ corpora adinuicẽ succedũt in loco: vt egresso vno, aliud ingreadiatur, ad modũ quo in materia succedit alia, & alia forma: q̃ non esset, nisi locꝰ aliq̃d esset positiuũ, sicut materia est. Etiã probatur ex eo q̃ secundùm naturã grauia sit locũ determinant deorsum, & extrà existẽtia, appetũt, & quærũt: & leuia locũ sursum: ergo oportet, quod locus aliquid sit positiuũ: aliàs inanis esset talis appetitꝰ naturalis: quod nõ est cõcedendum, cùm Deus, & natura nihil faciant frustrà. Arist. 1. cœl. t. 32.

2. Cõclusi. ¶ Secunda conclu. Locus non est corpus, neq; materia, neq; forma locati, neq; aliq̃d accidens locati. Probat. p. pars. Quia cũ locus debeat esse æqualis locato, & locus est corpus, duo corpora simul essent in eodem loco penetratiuè: sed hoc non potest esse naturaliter: ergo neque locus est corpus. Quòd sequat, est manifestũ, eo quod corpus dicit trinam dimensionem: ergo oportet quod secundum trinam locaret locatũ, quod absque penetratione esse non posset. Arist. t. 8. & 17.

Ratio. 2. p.

¶ Secunda pars, q̃ non sit materia locati patet. Cùm materia sit quæ mouetur ad motum locati, non poterit materia locati esse locus: quia locus non mouetur ad motum locati, sed recipit, & continet locatum, quod mouetur ad locum. Item. Si locus esset materia locati, maximè quia recipit materiam formam: sicut locus locatum: sed non ex hoc quia materia si recipit, est tamen pars ipsius cuius est forma: sed locꝰ est terminus extrinsecus locati, & non pars eius. Quòd non sit forma probatur, neque aliquid locati. Locus ad modum basis intelligitur, vt quid extrinsecum, ad id quod locatur in loco: & ob id non potest intelligi aliquid eius. Contra Platonem in timæo.

✱ ¶ ✱ Simplicius tã, Platonem asserentem materiam esse locum sic interpretatur: vt Plato intelligat duplicem significationem loci, vnam p̃ ipsa materia, quæ quatenus receptiua formarum est, loci habet similitudinem: alia pro loco corporum capaci: qui similitudine materiæ sic nominatur: cùm tã reipsa materia non sit, & sic putat, consensu inter Aristotel. & Platonẽ cui suffragatur Plutarchus in libro de philosophorum decretis: qui asserit Platonem metaphoricè, materiam, locum dicere.

¶ Tertia conclusio. Locus non supponit pro qualitate aliqua, aut pro respectu, sed solùm pro superficie. Hæc conclusio est contra illos iuniores, qui putabant locum significare illam qualitatem, quæ cõseruatiua est locati, & contra alios, qui dicebãt esse respectum. Volumus dicere in cõclusione, quòd dato locus naturalis habeat qualitatem conseruatiuam, tamen locus non pro ea supponit, sed solùm pro superficie, quæ ponitur in prædicamento quantitatis: connotando talem qualitatem: quia album non supponit pro albedine, sed pro re habente albedinem. Eodem modo, dato locus dicat respectum continentiæ, vel distantiæ, nullo modo accipitur pro tali respectu, sed pro superficie. Probatur. Locus dicit terminum continentis: sed hoc neque est qualitas, neque respectus, vel relatio, sed sola superficies vltima continentis: ergo ipsa sola est locus. 3. Conclu. Solũ locus pro superficie supponit. Ratio.

¶ Hic obiter notandum, quòd quantum ad nomem conueniunt reales, & nominales: vt dicant locum superficiem esse: sed reales qui tenent quantitatem distingui à re quanta, dicunt esse superficiem indiuisibilem secundum profunditatem. Nominales negantes huiusmodi superficies, dicunt corpus, & superficiem esse terminos supponentes pro eodem, diuersis tamen connotationibus. Dicuntq; quòd pars extremalis corporis est superficies. Vnde si quis amphoram secundum grossitiem per partes proportionales diuidat, medietas, & quarta, & tertia pars, quæ est versus aquam, dicitur aquæ locus. Ex quo Ocam, & alij inferunt, infinita esse loca illius aquæ, non solùm communia, sed propria, & immediata aquæ, eique æqualia. Tamen loquendum est sicut Aristotel. loquitur, quod superficiem vocet terminum corporis continẽtis, vt distinctio sit inter terminum, & rem cuius est terminus: vt in prædicamento quantitatis disputatum est, quando diximus, quantitatem distingui à re quanta, quæstio. secunda. Ocam.

¶ Probatur, quòd locus non sit aliquid, quã

Universidad de Deusto Biblioteca

ipsa superficies indiuisibilis, secundùm profunditatem. Corpus non est locus secundùm se totum: ergo oportet solum sit secũdùm partem, qua tangit [illegible] & simul cum eo est: sed hoc solum est cum superficie extrema: ergo ipsa solùm locus est.

1. Ratio.

¶ Item: quia oportet locato dare locum adæquatum: sed si sola illa supficies locus non est, non datur locus adæquatus: nam signes illud. Si dicis tertiam, vel quartam partem corporis locantis, eodem modo, 6. pars. &. 8. & medietas versus locatum: sed hoc non est asserendum: ergo vel negare oportet Aristo. & veritatem apertam, vel fatendum, est esse superficiem, vt dicit conclusio.

ratio. 2.

Conclusio 4. Quarta conclusio. Locus qui significat, & supponit pro illa superficie vltima, qua tangit locatum, connotat duplicem relationem, scilicet, continentiæ, quæ loci ad locatum est, & distantiæ loci à centro, & à polis mundi. In hac conclusione non intendimus dicere has relaciones esse realiter distinctas, sed solum quòd locus dicit, & importat in se, & secundùm se huiusmodi respectus & ad locatum, & ad centrum mundi, & polos eiusdem vt superficies quæcunque sit illa, quæ terminus sit corporis, non habeat vnde locus dici debeat: nisi isto duplici intellecto respectu: quia non quæcunque superficies corporis habet, quòd sit locus, sed illa quæ actu vltima est, ratione cuius locatum in loco est. Ob id si manui brachium cõtinuum est, vt in veritate est, non est manus in brachio, vt in loco: quia illa superficies, qua continuatur manui, actu non est, neque in vase superficies exterior, locus aquæ est: quia secundum illam aquam non tangit.

Contra Basso in. 2. sen. d. 2. q. 5.

Vide Ægl. t. 40. du. 1.

Ratio. p. p.

¶ Ratio ergo sit talis ad probandum primam partem. Illa solùm superficies locus dicitur, qua locatum locatur, & tangitur, & non alia: ergo superficies, quæ est locus, huiusmodi respectum importat: ad locatum. Patet, quia si non importat: ergo quælibet superficies corporis locus est: sed hoc stare non potest: ergo ipsa superficies, quæ est locus, huiusmodi respectum dicit, & importat. In secunda particula volumus dicere, quòd non sufficit importetur iste primus respectus, sed requiritur etiam alius ad centrum, & ad polos. Propter quod Aristote. locum vocat immobilem primò, quæ particula diuersimodè à diuersis exponitur:

Quid est q̃ locus sit immobilis.

nam Commenta. textu. 41. dicit immobilem quia cùm superficies sit accidens, & accidentia non moueantur de per se, dicit q̃ eo dicitur immobilis.

¶ Alij exponunt, immobilis negatiuè: q̃a non est necessarium locus moueatur, quia immoto aëre, possum ego moueri.

¶ Alij dicunt, quòd locus capitur materialiter pro superficie, & sic est mobilis: alio modo accipitur pro respectu ad centrum, & polos, & dicitur immobilis.

¶ Sed tamen oportet dicere, quòd locus dicitur ab Aristote. simpliciter immobilis: & hoc connotat, vt dicit. 4. conclusio. Immobilitas enim consistit in eo quòd sit in eodem situ, respectu totius vniuersi: nam si sit homo semper in eodem situ respectu vniuersi, quanuis alia, & alia aëris circunstãtis succedat superficies, dicitur esse in dẽ loco, & non mutasse locum. Situs autem idem in ordine vniuersi cõsideratur penes altitudinem, quæ maior, vel minor distantia est à centro terræ. Consideratur item penes latitudinem, quæ maior vel minor distantia est à polo: sicut ciuitas Mexicana semper dicitur esse in eodem loco: quia in eadem latitudine est per distantiam ab æquinoctiali: quæ tanta est, quanta poli eleuatio, per. 19. gradus. Situs etiam attenditur penes maiorem, vel minorem longitudinem: quæ consideratur penes punctum fixum in oriente, vel in occidente, qualem pro illo antiquo orbe signabant insulas fortunatas, quas Canarias vocant. Nos tamen in nouo mundo, id est, nouiter inuento, habemus ad orientem. De quibus aliàs.

Sensus doctoris.

Elementa Politica Mexico.

¶ Locus ergo importat huiusmodi respectum. Patet. Nam si superficies, quæ est locus, solùm respicit locatum, & non mota, sequeretur, quòd sine hoc quod quis moueatur, in alio, & alio esset loco: consequens est falsum, ergo & id quo sequit. Patet sequela. Demus quòd ego maneam immobilis, & aër circunstans moueatur, & alia succedat, & alius: tunc alius, & alius erit locus: quia alia & alia superficies est, quæ respectum dicit ad me locatum in loco: tũ non moueor: ergo muto locum, & non muto locũ: sequitur ergo q̃ superficies est locus, oportet dicat etiam respectũ ad ista mota, ratione quorũ dicitur locus immobilis: vt docet Aristot. & conuertentiam dicũtur ista moueri localiter, & mutare lo-

Quid sit mutare locum.

re locum. Quapropter fluuius non mutat locum, cum alia & alia succedat aquæ superficies: vnde sicut non mutat locum, nõ mouetur localiter: & è contra: si lignũ moueatur ad motum aquæ, mouetur localiter: & mutat locum, licet eadem aquæ superficies semper circunstet lignũ. Et hæc est expositio de mente. S. Tho. in hoc. 3.

Ad relationem. 3. est per se motus.

¶ Hic tamen considerandum pro libro sequenti, non putes ad relationem esse motum per se: nam per motum localem non acquisiui ego relationem hanc distantiæ ab oriente, vel à polo: sed locum de genere quantitatis, scilicet, hanc superficiem: licet hæc superficies sit hic locus ratione huius distantiæ: ob id Aristote. non dixit, quòd est motus per se ad relationẽ, sed ad locum.

¶ Secundò est considerandum, quòd alia relatio est qua locus est immobilis, & alia importata per prædicamentum vbi: nam prima in loco subiectatur, & hæc secunda in locato.

Conclusio 5.

¶ Sexta conclusio. Licèt locus communis sit maior locato, locus tamen proprius, & primus ei est æqualis, quantum ad continentiam. Pro probatione oportet scire, q̃ locus est duplex: communis, & proprius.

Locus cõis & proprius.

Locus communis est, in quo plura locant: vt cõcauum lunæ locus cõmunis est elemẽtorum, & mixtorum, quia ambit ea: & aër est locus communis animaliũ. Locus proprius est, qui solùm locati dicitur: clara ergo est conclusio: nam locus cõmunis, cùm non contineat vnum solum locatum, sed alia, non oportet locato vni sit æqualis: sicut non est æqualis concaua superficies lunæ animali contento in ea, sed maior.

Ratio. 2. p. Locat. proprius æqualis locato.

¶ Quòd locus proprius sit æqualis patet: quia per hoc dicitur locus, quia continet locatum, & respectum dicit ad eum: sed hoc non est, nisi sit æqualis locus locato: ergo oportet sit æqualis. Patet: quia si minor, tam sequitur quod non continet totum locatũ: sed illa pars in qua minor est, erit in alio loco, qui locabit illam partem locati, in qua excedit locũ. Si locus sit maior: tam oportet quòd pars illa parte qua maior est locato, aliquid ibi locetur: & q̃ illa nõ erit prioris locati locus: sequit ergo q̃ necessariò locus proprius æqualis debet esse locato: neq; maior, neq; minor. ita vt superficies concaua loci, & conuexa locati, secundũ quas sunt simul, & se tangunt, oportet in lõgitudine, & latitudine æquẽt.

¶ Ex quo sequitur malè posse defendi opinionem nominalium, qui locum non dicunt illam superficiem, sed partem quandam certam locantis, versus locatum. Nõ inquam potest defendi, est eñ contra hãc conditionem loci positam ab Aristot. & declaratam in conclusione: quia non potest esse æqualitas: nã si æqualitatem ponas, ponendo locum tertiam partem profunditatis locantis versus locatum, dabo maiorẽ aliam, quæ etiam locus est: medietatẽ scilicet: & sic ad multis alijs partibus dabo etiã minorem illã tertiam partem, vnde locus erit minor locato. Quapropter insistẽ dũ est, locum esse illam superficiem vltimã corporis continentis locatum, cum illo duplici respectu: hoc est, ad locatum, cui æqualis, & ad punctum fixum centri, & polorum, ratione cuius ipse locus immobilis dicitur. Dicitur similiter, ob æqualitatẽ loci ad locatum, vt locus mensura sit locati extrinseca: quod apud Aristot. indubitatum est, quanuis aliqui dubitent: nam sicut tempus est mensura motus successiua, locus est mensura locati, permanens: vt q̃tus sit locus, tantũ sit locatũ, secundũ partes extrinsecas. Et dato mensura dicat relationem mensurantis ad mensuram, mensura non est relatio, sed quantitas illa, per cuius longitudinem, aut latitudinem, aut profunditatem certificamur de alterius quantitate.

Corolla.

Locus dicitur mensura locati.

¶ Et considerandum est, q̃ superficies secundum Arist. non dicitur continere locatum, sed corpus, cuius terminus est superficies: ob id dicit, quòd locus est terminus continentis: sicque potest æqualitas esse. Quod si quis instet, q̃ continens debet esse maius contento: potest dici, quòd ipsa superficies est locus, & locatum ratione superficiei est in loco, quare illæ superficies concaua, & conuexa sunt æquales: & cõtinens non est maior contenta: quia nõ habet profunditatem. Et illud, q̃ semper cõtinens est maius contento, in corpore continente, & non in superficie locũ habere poterit. Istis duobus modis potest intelligi æqualitas inter locatum, & locum.

Nota.

Istantia. Dilutio.

Nota.

¶ * Et quòd locus ponendus sit, vt locatum non solum contineat sed conseruet, ratio id ostẽdit: quia aliàs, graue, nõ magis ad vnũ locũ, q̃ ad aliũ moueret: & frustra inditę essent qualitates motiuę, grauib̃ & leuibus

Universidad de Deusto Biblioteca

lenibus:atque signum est locum locata cõ seruare:quia in certo climate certa generãtur,& conseruantur:& e[illegible] vel nõ inueniuntur,vel raro,vel non colet[illegible]ntur: elephantes,solum in tertio climate inueniuntur:& aromata maximè in primo,& ex diuersa dispositione locorum,& diuersa complexione maxima diuersitas in hominibus apparet,quòd si in suis locis naturalibus locata corrumpantur:id non à loco à quo perfeciuntur,tanquam ab extrinseco:sed vel prouenit ab intrinseco, quia ex con[illegible]is compositum:vel ab extrinseco le dente.&c.

¶ Et aduerte quod locus multis modis capi[illegible].1.pro corpore continete: sicut dicitu[illegible] quod dolium est locus vini:in quo sensu apud Philosophum ignis est locus aëris &c.

¶ Secundò,sumitur pro eo per quod aliquid locatur,licèt nõ circundetur ab eo:& hoc modo secundũ Commen. cẽtrum mũdi,est locus cœli:quia secundum eum,cœlum est in loco per centrum.

¶ Tertiò,sumitur ,p eo circa quod est alicuius agentis operatio:& hoc modo apud Philo. 1.cœli, cœlum est locus Dei: eo ꝙ ibi maximè operetur,per motum.

¶ Quartò,sumitur pro situ, siue vbi,quod acquiritur per motum localem, & sic dicitur motus localis,est ad locum acquirendum.

¶ Quintò,sumitur pro virtute conseruatiua,influxa locati,qua non solùm continetur,sed conseruatur locatum.

¶ Sextò, sumitur ,p immediato cõtinẽte locatum: & in hoc ien su difinitur hic à Philosopho.

Ad argum. 1.Solutio. ¶ Ad primũ argumẽtum dicimus,superficiem esse in prædicamẽto quantitatis,& similiter loc⁹,qui est superficies corporis cõtinẽtis extrema.Et quando probas.Ponit in prædicamẽto vbi:negamus:nã, vt diximus,vbi,nõ importat relationem,quod sit in loco,& dicat respectũ ad locatũ,sed potius econtra dicit ipsum locatũ,& respici ipsum locũ vbi est:sed in loco,ecõtra est superficies ipsa locus,cũ respectu ad locatũ: & sic locus,& vbi,ad diuersa prædicamẽta pertinent,vt infertus declarabitur,& in p̃dicamentis expositum est.Et se habent vt genus & species quia omnis loc⁹ est superficiesnon tamen e conuerso.

2.Solutio. ¶ Secũdo.Dato,& nõ concesso, ꝙ vbi,esset loc⁹,sicut superficies est,nõ incõueniẽs esset ad diuersa prædicamenta ptineret secũdũ diuersas rationes:sicut actio,& passio:& sicut locus ipse,inquantũ est superficies,pertinens sit ad prædicamentũ quantitatis:& inquantũ relationẽ importat ad locum & ad punctũ fixum vniuersi,ponitur in prædicamẽto relationis:sicut adnotauit doctè Ægidius Romanus:ergo locus inquantum continet locatum,ad quantitatẽ pertinet, & dicitur esse superficies:inquantum verò locatum dicitur habere respectum ad locũ, locus est in prædicamento vbi:tam[illegible] differentia est latis[illegible]a, vt docet prima solutio. Ægidius 40.d

¶ Ad[illegible]indũ ex dictis patet,q[illegible]cus non absolute superficies est,sed cũ gemino respectu,& ad locatũ,& ad punctũ fixum:& ratione secundi est immobil[illegible] ad[illegible]p sit locus,ne[illegible]ufficit primum, vt [illegible]m est. Ad.2.

¶ Qua,ppter Mexicana ciuitas semper habet eundem locũ:quia semper est in eo[illegible] respectu ad punctũ fixum cœli:vt sit ad occidentem posita,respectu meridiani Toletiper.7.horas fere vel.72.gradus, & 52.minuta.Per.7.enim horas ante oritur illis solquàm nobis,exceptis,8. minutis, & sic eclypsis lunæ contingit illis ante per huiusmodi horas.De quo latè in libr[illegible] cœlo.specula.4.& diximus in prædicamento vbi. Meridianũ Mexicanũ à Toletano distat per 7. horas ferè.

¶ ¶ In tertio tangitur modus existendi in loco angelorum[illegible] Et certum est angelum non contineri in loco,eo modo quo corpora continentur circunscriptiuè: nam cum angelus sit spiritualis,& careat quantitate molis,non habet superfi[illegible]m de prædicamento quantitatis,secundum quàm lo[illegible]tur in loco,quòd sit pars in parte loci[illegible] totus angelus in toto loco: sed co[illegible]nt ei esse in loco,& verè, & realiter est[illegible] loco: & sic est in vno loco, [illegible]od non est in pluribus locis, & est in loco, in quo est totus in toto lo[illegible], & totus in qualibe[illegible] parte de[illegible] quia est impartibilis:sicut & de anima conceditur,quod sit in toto corpore,quod [illegible]mat,& tota sit in qualibet parte corporis: quia non est extensa,vt sunt brutorum formæ. Et modus existendi angeli in loco est, esse diffinitiuè.[illegible]d de modo existẽdi,vltra hoc quod est diffinitiuè esse,inter grau[illegible] autores est controuersia.Sanct.Thom. dicit angelum esse Ad.3. Angelus est in toto loco & totus in qualiber parte loci vbi est.

Idem Ægidius in.1.d. 37.q.2.& Hérice⁹ quo libet.2.q.9. & dicit fuisse opin.magistri. D. Tho.p. [illegible].ar.1. esse in loco per suam operationem. Alij dicunt quòd per suam substantiam. De quibus si dominus dederit multa erunt dicenda in proprio loco,in primo.distin.37.& in 2.senten.dist.6.quæstio.2. in Resolutionibus Theologicis.Hic adducere, esset limites forte excedere physicæ disciplinę. Vnũ tamen sciant doctoris.S. studiosi.S. Tho. per hoc quòd dicat angelũ esse in loco per suam operationem,nõ negare quin ibi sit secundum suam substantiam præsens. In quo malè Durand.qui ob id dicit animam Christi illo triduo non descendisse secũdùm realem præsentiam ad limbum patrum, sed solùm secundùm effectum. De quo ibi disputandum erit.Sed Sanct. Tho. conceditangelum esse in loco: tamen rationem existendi in loco dicit esse operationem qua ibi habet, vel exteriorem, vel interiorem. Et quidem quòd sit necessarium concedere angelos esse in loco, ex scriptura sacra probatur. Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem.Et, Missus est angelus.Et, Angeli sunt in cœlo videntes. Et sic magister dicit, cœlum creatum.& angelis repletum.

Durand. in 3.d.22.q.3.

Angelũ esse in loco ex scriptura probatur. Luc.20. Matth. 18. Magist.in.2 dist.2.

¶ Sed solùm inter catholicos quo ad modum existendi est differentia, & ponam hic breuiter tres modos, non disputando, sed recitando. Primus est Durand. qui dicit,quòd angelus est in quocunque loco, in quo potest operari,etiam si actu ibi nõ operetur, neque vbi operatur habet aliam præsentiam, quàm vbi nõ operatur,nisi ꝙ ibi appareret certus effectus qui non appareret alibi: vnde consequenter concedit, quòd angelus est vbique: sicut Deus:nisi quòd non potest operari simul in omnibus locis, sicut [illegible]us. Hæc sententia est p[illegible]losa.

Sũma prima.

Durand. [illegible] d.37.q.[illegible]

¶ [illegible]da opinio.est doctor.subtil. qui dicit,q[illegible]d Angelus per suam essentiam habet potentiam [illegible]ssendi in loco, licèt non depe[illegible]deat, neque conseruatur à loco: sicut de corpore conce[illegible]mus. Hanc opinio. sequuntur nominales.

Opi.2.Scoti.in.2.dist. 2.q.6.

¶ Tertia est Sanct.Tho.quòd angeli sunt in loco per suam subsstãtiam, sed ratio existendi operatio est,& hæc videtur sequenda:sicut ibi notum faciemus.Hæc sufficiat dixisse pro solutione tertij argumenti.

Opinio.3. S.Tho.p.p. q.52.art.2.

¶ SPECVLATIO. II.
Vtrùm omne ens habeat suum naturalem locum.

NAN si locus est,meritò quærendum, an locata, habeant loca certa. Videtur quòd non: Angeli sunt entia,& omnium creaturũ perfectissima,& tamen non sunt in loco: non ergo omne ens sibi locum determinat. Maior [illegible] et ex Boetio,qui ait,Cõmunem animi cõceptionem esse apud sapientes spiritualia nõ esse in loco:at angeli sunt entia spiritualia,er[illegible] non sunt in loco.Et Aristo.ait. Non omne quod est.in loco est,sed mobile corpus. 1. Argumẽ. Boetius in lib.de [illegible] dom[illegible]bus. Aristot. hic tex.47.

¶ Præterea.Si quodlibet ens naturalem sibi vẽdicaret locũ,maximè essent elemẽta, eo modo quo c[illegible]locata sunt: sed hæc non sibi naturalem locum vendicant. Patet.Locus naturalis aquæ esset aëris superficies, & locus naturalis terræ aquæ superficies, sed nõ ita est, cum aqua sit infrà terram, & sit supra aquam,& aer cingit terrã,&aquã: ergo non vẽdicãt sibi ista locũ naturalem. 2

¶ Tertiò.Si omnia entia sibi certum determinarent locum,maximè primum mobile haberet:sed primum mobile nullum determinat sibi locum.Patet ex Aristotel. & ex Cõment.qui dicit,primam spheram in loco esse per accidẽs.Ratio est. Omne quod est in loco,vel est quia conseruatur à loco, vel circũambitur ab eo: sed prima sphera non conseruatur ab aliquo:quia incorruptibilis est, neq; circuncingitur ab alio: quia de mente Aristo.sicut ipsa est primũ mobile,nihil supra eam. 3 Aristot. 46. Cõ.tex.43. Ratio.

¶ In contrarium est Aristo.qui ponit loca naturalia grauibus,& leuibus. In contra.

¶ Pro decisione oportet supponere, quæ in præcedenti speculatione diximus de loco,ꝙ dupliciter sumeretur:vt.s. solùm est superficies continens.Secũdò,vt est locus naturalis, qui quandam habet proprietatem ad cõseruandũ locatum, de quo nunc est sermo. Notand. 1.

¶ Secundò considerandum est, quòd sic à Deo omnia creata sunt,vt in numero, pondere,& mensura sint facta: ex quo est compertissimũ omnia debitè esse ordinata, & non temerè congesta.Si enim artifex ordi- Notand.2. S. Th. p.p. q.5.art.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natè ad construendam domum procedēs, ordine disponit, quæ componūt domum, vt lapides in fundamento, & ligna in cacumine, & tecto ponat: quanto perampliùs ille, qui omnium est artifex, & sua sapientia attingit à fine vsq; ad finē, & disponit suauiter, mundum istum fabricans, ex tanta rerum diuersitate, domum ædificans, posuit, & ordinauit omnia congruenter, iuxta vniuscuiusq; naturam.

Sapient. 8.

✱ ¶✱Est etiam considerandum quòd locus naturalis duobus modis sumitur in doctrina Philoso. Primò, pro eo quod licèt non contineat, nec circundet locatum, tamen est ratio locatiua: quia ab eo habet locus originaliter, vt locet locatum: quia eo posito res locatur in suo loco naturali: & eo secluso non locatur. Et hoc modo centrum mundi est locus naturalis: quia est ratio locatiua vnius elementi in alio: namquia centrum aquæ est idem cũ centro mũdi: ideò terra naturaliter continetur in superficie concaua aquæ. Secundò dicitur locus naturalis, pro eo qd̄ secundum superficiē concauā, naturaliter continet & conseruat locatum: & talis superficies non est locus naturalis per se ipsam precisè, sed vt est in tali situ, & distantia ab orbe cœlesti, à quo fluit virtus conseruatiua locati. &c.

Notand. 3. Esse in loco multis modis.

¶ Tertiò etiam notandum est, quòd esse in loco apud philosophos dupliciter intelligitur. Circunscriptiuè scilicet, & diffinitiuè. Primo modo, vt ex Aristotel. est loco commensurari: vt totum in toto sit loco, & pars in parte: vt tantum sit locus adæquatè, quantum locatum.

Esse in loco diffinitiuè. Gabr. in. 2. d. 2. q. 2.

¶ Esse difinitiuè in loco Gabriel. (quē nominales sequuntur) dicit esse sic in loco, ꝙ totum sit in toto, & totum in qualibet parte loci, sicut anima in corpore est, & angelus in loco. Verùm ex ista descriptiōe, aut definitione sequeretur corpus non esse in loco diffinitiuè, cum finiatur à loco, & maxime competat esse in loco: vt docet Magister sententiarum in illa distinct. 2. quam exponit Gabriel. Et sequelam concedunt nominales. Sed videtur quòd diffiniri in loco (vt inconueniens vitemus) sit, sic esse in loco, quòd ex natura rei, & modo existendi ibi, repugnet naturaliter simul esse alibi extra illum locum. Hoc enim videtur importare nomen diffinitiuè esse. Et sic videtur esse impertineus ad rem esse diffinitiuè in loco, quòd sit tota in qualibet parte loci: nã si angelus sit in loco digitali, sic quòd naturæ suæ repugnet esse alibi, qãuis nō esset ipse totus angelꝰ in qualibet loci parte, sed esset extẽsus, diceretur esse diffinitiuè: & è conuerso: si ex natura sua non repugnaret ex modo existendi hic, esse alibi, etiam si totus in toto, & totus in qualibet esset parte, non diceretur esse diffinitiuè in loco.

Magister.

Diffinitiuè esse in loco quid sit.

¶✱Et sic scientia est in intellectu diffinitiuè, & species intelligibiles. ✱

¶ Ex hac intelligentia sequitur quòd anima non sit in pede diffinitiuè, licet in qualibet pedis parte sit tota, quia non repugnat, quin sit in manu, & in capite, & non coarẽtatur in pede.

Anima non est in pede diffinitiuè.

¶ Sequitur etiam contra contrarium opinantes, quòd Deus non est in mundo diffinitiuè, cùm sit verum, quòd sit in qualibet mundi parte, sed non est diffinitiuè: quia esset comprehendi, contra illud: Cælorum capacitate non possunt. 3. Regũ. 8.

¶ Etiam est compertissimum ex dictis, corpus Christi non esse diffinitiuè in sacramento altaris, quanuis totus Christus sit in tota hostia, & totus in qualibet eius parte, quantunuis minima: quia modus existendi in sacramento non repugnat esse alibi: ob id inuentus est tertius modus existendi in alio, hoc est sacramentaliter, quando neque circunscriptiuè, neque diffinitiuè sed sacramẽtaliter est: quia est in pluribus locis: de quo dicendum erit in quarto. Sit ergo conclusio. 1.

S. Th. 3. p. q. 76. ar. 5. Ad primũ.

¶ Locus naturalis elementi terræ concauum aquæ est, sicut aëris concauum ignis. Hæc conclusio est Aristo. Probatur. Illum ordinem quem habent res in nobilitate, habent in ordine locorum: sed terra elementum in nobilitate infimum est, quia habens de materia, & minùs de forma, & post terram locum superiorem tenet aqua: continens oportet sit dignius contento: quia eius conservatiuum est: sed aqua est dignius elementum ipsa terra: ergo continet eam: & cùm sint contigua, non potest esse, nisi quòd vel terra continet aquam, vel è contra: sed terra non continet, cùm sit inquietiuum: ergo continetur.

Cõclusio. 1. Aristo. 1. 48. Ratio. p. p.

¶ Præterea. Id quod symbolizat in aliqua qualitate in elemẽtis, alterius locꝰ naturalis est: sed aqua cum terra in vna symbolizat qualitate, putà in frigiditate: quia sicut aqua est frigida, & terra etiã est frigida: sequitur ergo

Ratio. 2.

ergo, quòd cùm terræ debeat dari locus, nō erit aër, qui in nulla cum terra symbolizat qualitate, cùm sit calidus, & humidus, & terra frigida, & sicca: dabitur ergo locus terræ, aquæ: quia in frigiditate symbolum est.

Ratio. 2. p.

¶ Secũda pars eodem modo probatur, scilicet, quòd concauum ignis sit aëris locus: si quidem ignis concauum continet, & amplectitur aërem, & conueniunt in caliditate: & sic vnum conseruat alium: vt cùm nō sit contrarietas, vnum in aliud cōuertatur: nam in habentibus symbolum, non est difficilis transitus. ✱ Et aduerte quòd sic elementum locans, locatum conseruat: vt nō solùm id sit per qualitatem, in qua conueniunt, vt Æmilius Romanus declarat: sed etiam id eueniat ex formis substantialibus elementorũ, non ab eis præcisè, sed adiuncta illa qualitate influxa, à primo locante: per quam conseruatur locatum: quia sola qualitas in qua symbolum est, non sufficeret, cùm in locante, sit in gradu intenso, & in locato in remisso: vt caliditas ignis, respectu caliditatis aëris. Nã intensus calor, in remissum agit: ob id etiam adiungitur tanquam præcipuum, illa qualitas influxa, à primo locante per quam conseruatur locatum.

Obiectio.

¶ Verum est tamen, quòd iuniores commanitentes dicunt, locum naturalem terræ esse, non concauum aquæ, vt dixit conclusio, sed aggregatũ ex aëris superficie, & aquæ: quod contra Aristot. est, qui dixit, terram esse in aqua, & aquam in aëre. Dissoluitur nodus, si distinguamus de terra, vt elementum purum est, ab ipsa, vt nunc in dispositione est ob animalium respiratiōnem vitam, discooperta aqua, & ob arborum fructificationem, & aliorum quę sunt ex terra prouenientia. Si terram pro elemento puro accipiamus, tenet verum conclusio: & in hoc sensu oportet intellige re Arist. Si tamen aggregatum ex elemento terræ, & ex illa alia parte, quæ videtur superaddita, quæ pro animalibus, & arboribus discooperta est, siue sit totum aggregatum elementum, siue non, oportet dicere, quòd aqua in parte, & ita similiter sit terræ locus, secundum suas extremas superficies. Et conclusio non intelligitur de hac vel illa parte terræ: de hac, vel illa parte aquæ, sed de ipsis elementis: quia quæ in cauernis terræ est abscondita, vel ibi genita fluit, non potest intelligi locus ipsius terræ.

Solutio.

¶ Et considerandum venit, vt ait Cõment. hic quòd si aqueus locus sit aër, & aëris ignis, potissimùm et propter distantiam maiorem, vel minorem à centro terræ. Itaque aëri non conuenit locus aquæ, neque aqueus locus aëris ratiōe grauitatis maioris aquæ: & quia minus de leuitate cōuenit ei locus infimus versus terram, & aëri, distans: quia leue, & ascendit ad supremum locum: ita vt si ignis poneretur in infimo aëris, aër sibi relictus non desineret ascendere vsq; ad locum in quo nunc est ignis: quia semper maneret eadem distantia à centro terræ, etiam si non esset ignis ibi, & sic ratione distantiæ à centro conuenit.

Cõm. co. 43

¶ Secunda conclusio. Omnes spheræ infra supremam dicuntur esse in loco, vt quælibet dicatur esse in sibi proxima, tanquàm in loco: ita vt à luna incipiẽtes immediatè proxima sit locus inferioris, vt lunæ sit cœlum Mercurij, & Mercurij locus sit Venus & Veneris sol, & solis Mars, & Martis Iupiter, & Iouis Saturnus. Ratio istorũ est. Nã si elemẽta sunt posita, & disposita cōgruẽter in suis locis naturalibus, hoc negandum non erit in cœlorum orbibus, & conuenit eis esse in loco de per se, quicquid dicat Cõmentat. hic. asserens quòd non solùm superior sphera cœlestis, sed neq; inferiores sunt in loco de per se, eo quòd mobile circulariter, non indiget loco de per se in quo mouetur: sed tamen quanuis non indigeat superficie tanquàm loco id quod circulariter mouetur, quia tamen quælibet spherarum à Deo constituta est in tanta, & certa distantia à centro terræ, oportet cuilibet dare suum locum de per se. Item: quia id qd̄ circuit, & ambit, oportet sit locus rei ambitæ, & circuitæ: & sic quodlibet cœlum infrà primum dicitur habere locum.

2. Cõclusio.

Cõtra Commentat. hic com. 45.

¶ Tertia conclusio. Primum mobile non est in loco per se. Hæc est Aristotel. Est tamen in loco in potentia secundùm partes. Patet. Quod non mutat locum secundùm se totum, non potest dici per se esse in loco: sed prima Sphera non mutat locum secundùm se totam: ergo non est in loco secundùm se, sed in potentia: quia secundùm partes alium, & alium habet locum: sicut in rota plaustri, vbi est radius vnus succedit alius.

3. Cõclusi. Aristot. text. 46. Ratio.

¶ Sed oportet non ignorare de loco primæ spheræ olim (vt Commen. adducit) varias

Universidad de Deusto
Biblioteca

rias fuisse opiniones. Prima fuit Philoponi dicẽtis, primam spheram esse in vacuo, circunstante illam, tanquàm in loco.

Opini. Philop. 1.

¶ Secunda est Alexand. qu. dixit primam spheram non esse in loco, nec moueri in loco, sed in seipsa.

Alexand. 2.

¶ Tertia est Abempache, qui dicit locum primę spheræ esse superficiem conuexã inferioris spheræ, super quam mouetur.

Abempa. 3.

¶ Quarta est Commẽ. quod sphera prima est in loco per accidens, scilicet in centro mundi, circa quem mouetur. Sed omnes istæ opiniones sunt falsæ, & facilè impugnantur. Primò: quia tale vacuum non datur. Secundò: quia eomodo quo res mouetur, potest esse in loco: cum ergo moueatur. 1. sphera circulariter, erit in loco. Tertia opinio apertissimè errat, cùm de ratione loci sit quòd contineat: sed inferior non continet superiorem. Quarta, quæ est Cõment. est etiam falsa: quia Arist. nunquàm dixit, aliquid de per accidens moueri, nisi quãdo est in altero & alterũ est in loco, priè sicut anima ad motum corporis.

Cõment. 4.

Falsitas opinionum.

✱ ¶✱ Primum cœlũ est quidem in loco, non in centro mundi: vt dixit Commẽt. in isto libro. com. 43. sed est in loco, vt dicit Themistius: & Sanct. Thom. tex. 43. declarat, per partes, nam est in loco, secundum orbes quos continet maximus orbis. Sicut est verum dicere de mundo quod est in loco per partes: & vltimum cœlum, est in loco ratione partiũ intrinsecarum quæ sunt in concauo eius: quia tales partes mouentur circa conuexum corporis, circa quod reuoluitur. Quod secũdum Philosophum est sphera Saturni: quia solum octauam posuit cœlos: & sic Themist. ponit, vltimam sphera locari per cœlum Saturni secundum partes concauas: ita vt conuexum Saturni sit locus octauæ spheræ, quasi continẽs, & circundans illud. &c.

¶ Sed tamen oportet notare quòd id quod conclusio dixit ex Arist. fundatur in vno, quòd non erat alia superior sphera: quia Aristo. solùm posuit septem planetas, & octauam dixit primũ mobile. Quapropter fit. 4. conclusio.

Nota.

4. Cõclusio Ratio.

¶ Octaua sphera est in loco proprièe, eo modo quo & inferiores alię. Patet: quia est infrà primum mobile, quod est nonũ cœlum, imò infrà decimum cœlum, quem putant nunc astrologi esse primũ mobile. De quo in lib. de cœlo. Tandem est infrà cœlũ Empyreũ, quem immobilem, & beatorũ sedem ponũt catholici. Probat conclusio: nã si aliæ sphęrę habẽt locũ, & quia cõtinẽtur, & ob dignitatẽ, & sphera octaua habebit.

Ratio.

¶ Quinta cõclusio. Quodlibet corpus suũ per naturã sibi deputat locũ: vt naturaliter vnũ corpus nõ posit esse simul, & semel in diuersis locis. Hęc cõclusio est omniũ: si quidem repugnat per naturam q̃ simul, & semel sit in diuersis locis. Patet: quia esse in loco, vel est circunscriptiuè, vel diffinitiuè: sed quomodocunq; sit in vno loco, nõ pòt simul esse in alio. Patet: quia si sit circũscriptiuè, circũscribitur à loco: vt totum sit in toto, & pars in parte: ergo circũscribitur, nõ est alibi. Si sit in loco diffinitiuè, etiã, probatur: quia esse sic in loco, est, q̃ quantum est ex natura sua repugnat esse alibi: ergo sequitur q̃ per naturã non poterit esse aliqua res in diuersis locis. Et nõ solũ est verum de corporibus (vt docet cõclusio) sed etiã de angelis: nõ enim potest vnus angelus in diuersis locis esse, nisi eo modo quo anima est tota in qualibet eius parte: sic angelus sit in loco sibi cõgruẽti. Tamen q̃ angelus si sit hic in Mexicana ciuitate, q̃ idẽ dicatur esse Romę, vltrà locũ quem sibi per naturã potest determinare, qui sit, vel ad distantiam milliaris, vel vltrà, vt Deus nouit. non potest fieri.

5. Cõclusio. Nulla res potest esse per naturã in diuersis locis.

¶ Sexta conclusio. Per diuinã potentiam posset esse vnus & idem angelus in diuersis locis simul, & semel, & idem corpus similiter. Probatur hæc cõclusio: posita fidei veritate, q̃ Christus realiter, & verè est in diuersis locis, in sacramento: nã quod nõ implicat cõtradictionem, de potentia Dei absoluta fieri potest: sed hoc non implicat, non enim repugnat intellectui. Et probatur, quia anima nunc est in pluribus locis, scilicet in manu, & in pede. Posset ergo Deus abscissa manu cõseruare ibidem animã, sicut antè erat, quando manus cõiuncta erat, & tunc esset anima in diuersis locis. Itẽ. Posset Christus seipsum ostẽdere in sacramẽto altaris, vna parte liquã, & tunc esset in diuersis locis, etiã circunscriptiuè, scilicet in hostia, vbi se manifestat, & in cœlo. Hęc sententia est docto. sub. quam nominales sequũtur.

6. Conclus. Per diuinã potẽtiã vnus angelus pòt esse in diuersis locis.

Scot. In. 4. distin. 10.

¶ Quòd si quis obijciat nobis doctorẽ Sanct. qui dicit, implicare, posse circũscriptiuè esse in diuersis locis. & in. 4. dist. 44. q. 2. arti. 2. dicit, q̃ Deus id non potest facere: dicendũ S. Thom. loquutum, considerando ad vim nominis

Obiectio. S. Th. d. 37. q. 3. artic. 1. ad primũ.

nominis circunscriptiuè, vel diffinitiuè quia videtur quòd importet quòd non sit alibi: sed non faciendo vim in vocabulo, id per diuinam potentiam fieri potest.

1. Solutio.

¶ Secundò potest quis dicere Sanct. Tho. in partibus id non dixisse. Quapropter vel in scriptis loquutus est secundùm quorundam opinio. vel ipse non perstitit in prima sententia.

¶ Et propter hac opinione potest esse ratio. Non minus repugnat quòd duo corpora sint in eodem loco, vel quantitas sit in puncto, quam quòd idem sit in diuersis locis: sed per diuinam potentiã primum fit, quãdo est penetratio corporum: & in sacramẽto in qualibet parte est quantitas corporis Christi: ergo & poterit aliud facere.

S. Th. 3. p. q. 76. art. 4.

✱ ¶✱ Quod per diuinã virtutem id fieri possit, quòd duo corpora sint simul, ex eo patet, quoniam quantitas dimensiua tres effectus habeat: scilicet, primum quod ratione corporeitatis causat extẽsionem partium, & diuisibilitatẽ in re: vt patet. 5. Metaphy. 2. quòd corpus physicum, per corporeitatem, per aduẽtum suum natutaliter expellit aliud. 4. Physi. tex. 32. Tertiò quod causat distinctionem, ex distinctione corporeitatum: ex istis tribus quæ à quantitate dimensiua eueniunt. Primum non potest fieri supplere, quia repugnat: eo quod sit proprium quantitatis, & fluat ab essentia eius: potest tamen secundũ & tertium supplere, & suspendere manẽte quantitate: & sic vnũ corpus potest esse vbi est aliud corpus, sine hoc quod expellat aliud: & poterit similiter esse, sine hoc quod distinctionem sui faciat: quia id non repugnat quatenus per naturam non contingat: & in hoc consistit ratio, quòd per diuinam potentiam, duo corpora possint simul esse, de quo S. Thom. in. 4. distinctio. 44. quæst. 2. art. 2. quæstiuncula. 3.

¶ Septima cõclusio. Posito, vnum corpus ponatur in diuersis locis, nõ addito alio miraculo, eadem accidentia absoluta erunt in eodẽ in omnibus locis vbi fuerit, excepto respectu ad locũ. Volo dicere, quod si Deus per potentiam suam Petrum ponat Salmãticæ, & Mexici: eadem prædicata conuenient vtrobique: quia si hic Mexici est calidus, & Salmãticæ erit, excepto respectu ad locum, qui non erit idem: quia non erit idẽ locus, cum non sit idem respectus ad punctum fixum. Posset quidem Deus facere quod Petrus Mexici sit albus, & Salmanticæ niger: in vno calidus, & in alio frigidus: tamen hoc non fieri sine nouo miraculo superaddito propter ea posito quòd Deus suspenderet suam actionem, ne calor corrũpat frigiditatem, potest in vno loco esse calidus, & in alio frigidus: si tamen nullum ponatur miraculum, si ignis applicetur Mexici, & aqua Salmanticæ, prævalebit agẽs, quod est maioris virtutis: sicut si in eodem loco applicentur eidem.

7. Conclus.

8. Cõclusio

¶ Octaua conclusio. Posito tali casu, quòd Petrus in diuersis locis sit, non potest fieri quòd ei conueniant duo prædicata quibus vnum includit negationem alterius: vt q̃ sit Petrus calidus, & nõ calidus, cæcus & videns: albus, & non albus: quia repugnat. Sed tamen erit calidus, & frigidus in duobus locis: albus, & niger. Et hoc non repugnat, supposito miraculo: & sic cæcus Salmanticæ, & Mexici videns: non tamen in eodem loco videns, & cæcus.

Ad argum.

¶ Solutio patet ex dictis inter respondendum: si quidem animi conceptio est sapientibus nota, spiritualia non esse in loco circunscriptiuè, ita est: tamen sunt in loco diffinitiuè: ob quod fortè dicit Sanct. Thom. quòd angelus est in loco æquiuoce ad corpus. Sed possumus dicere, quòd simpliciter angelus est in loco, & mouetur localiter: sic enim in sacra scriptura dicitur, quòd angelus est in cœlo: quod missus est angelus: at quia sunt incorporei, non dependẽt à loco, & ita naturaliter possent esse in vacuo, sicut in pleno.

D. Tho. p. p. q. 52.

¶ ✱ Et plane hic reicienda est opinio Caroli Bobili: qui in libro suarum epistolarum, contendit probare repugnare angelo moueri de loco ad locum: & saluare contendit illud Euangelicum: Missus est angelus. &c. in Episto. ad Theobaldum dicit, q̃ quilibet angelus est totus in mundo & in qualibet parte, sed tamen tenendum est, vt communiter Doctores loquuntur. ✱

¶ SPECVLATIO. III.
Vtrùm vacuum sit dabile.

Si vacuum

Universidad de Deusto Biblioteca

1. Argumé. SI vacuum nõ daretur: aut non esset motus localis, aut esset penetratio corporum: sed motus localis est, cùm multa moueantur, & corporum penetratio non datur: ergo debet vacuum dari natura liter: quia quando aliqua res mouetur, vel per vacuum, vel per plenũ mouetur: si per vacuum, habeo intentum: si per plenum, ergo penetratiuè cùm corpore pleno: vel per hoc q̃ cedit aër: sed nõ per hoc q̃ cedit aër: quia potest esse tanta condensatio, vel impetus in contrarium, quòd nõ cedat, & tũ est motus: ergo oportet ponere vacuũ.

2 ¶ Præterea. Rarefactio, & condensatio per naturam dãtur: ergo vacuum est. Probatur consequẽtia. Rarefactio fit sine acquisitione nouæ materiæ per maiorem extensionem: sicut cõdensatio per minorem. Rarefiat corpus, maiorem occupat locum: ergo vel in pleno, vel in vacuo: si in pleno, iam esset corporum penetratio: si in vacuo, habeo intentum, & non videtur, quo alio modo posit fieri rarefactio, & condensatio, quin pars illa loci maneat vacua, facta condensatione: ergo vacuum est dandum.

3 ¶ Tertiò. Extrà cœlum est vacuum: ergo dari non repugnat.

In contra. ¶ Incontrarium est Aristot. tex. 71.

Notand. 1. ¶ Pro decisione notandum, quod Aristot. dicit hic, q̃ si esset vacuum, esset locus non repletus corpore. In hoc enim differt vacuum à pleno, quòd in pleno sunt corpora replentia, in vacuo non.

Notand. 2. ¶ Secundò notandum, quòd cum ad physicum spectet de loco tractare, vt probatũ est, cùm sit ens mobile, subiectum Physicæ disciplinæ, non erit alienum tractare de vacuo: ob id mentionem facit Aristo. in isto. 4. de vacuo.

Notand. 3. ¶ Tertiò nota esse opiniones de loco, & de vacuo similiter. Primò potest intelligi vacuum: quòd intra superficiem concauam alicuius loci nihil sit prorsus corporale, sed ad modum quo antequàm Deus mũdum creasset: vt nunc extra cœlum imaginamur.

S. Tho. 3. p. quæst. 77. ¶ Secundo modo ponebant vacuum, vt sint dimensiones de genere quantitatis separatæ à subiecto: sicut fides catholica in sacramento Eucharistiæ ponit quantitatẽ à subiecto separatã. Et dicebant illas dimensiones esse per quas penetratiuè si haberẽt corpora: & corpora physica per illas mouebantur, quæ cùm haberẽt corpus, penetratiuè dicebatur locus plenus, & quãdo non, erat vacuũ: & per hoc dicebat vacuũ: quia erat abstractũ à corpore & extra corpora.

¶ Tertiò modo Democritus, & eius sequaces ponebant vacuum in poris intrinsecis corporum: vt quanto plus esset illarum vacuitatum, corpus esset rarius, & quãto minùs, erat densius. Istis suppositis, ut prima conclusio.

Nullum dabile est per naturam vacuũ neque aliquo dictorum modorum, neq; aliquo alio modo. Hanc conclusio. Arist. hic multi probat medijs. Primo. Si res naturaliter mouerentur per vacuum primo modo: quia nihil esset sub cœlo, sequeretur q̃ non magis grauia descendent, quàm leuia: nam ratio quare mouentur est, quia in suo loco naturali virtus est conseruatiua: ablato ergo quod ibi non detur aliquis locus naturaliter vbi quiesceret, nulla esset ratio motus in illis.

1. Conclus.

1. Ratio.

Sic Ægidi. probat contra Abẽpache hic tex. 82.

¶ Secũdò. Non potest dari vacuum. 2. modo: quia tales dimensiones separatæ à corporibus dari non possunt, nisi per miraculum: sicut Christiana tenet fides in sacramento eucharistiæ. Et dato darentur, non minus repugnaret quòd corpus cum eis penetratiuè se haberet, quàm si ibi esset corpus: vt probat Aristotel. nam ita repugnat cum speciebus sacramentalibus ibi esse aliud corpus, sicut si ibi esset panis: ergo eodem modo repugnaret ibi.

doc. Theol. fn. 4. sentẽ. S. Tho. 3. p. quæst. 77.

¶ Probatur tandem quòd naturaliter vacuum non detur: experientia siquidem videmus grauia ascendere & leuia descendere cõtra eorum naturalem inclinationem, & hoc non nisi ob vitãdum vacuum: ergo vacuum per naturam non datur. Vnde est quòd in clypsedra aqua plena, foraminibus apertis non cadat aqua, omni ablato impedimento, nisi ea ratione, qua non posset intrare aër, qui repleret locum vasis, relictũ ab aqua cadente. Signum ergo est quòd natura fugit vacuum, & contendit, vt aqua faciat contra suam particularem inclinationem ad vitandum vniuersaliter vacuũ: ita utlicẽt id in respectu ad naturam particularem grauis, videatur contra naturã, sit secundùm eã, vt vitet vacuũ, quod repugnat vniuersaliter naturę entium: eo modo quo naturaliter se exponit manus, p capite, & fortis

3. Ratio.

fortis politicus pro bono totius reipublicę.

¶ Etiã est experientia in vasis vitreis, apud pharmacopolas, quæ vitrea vasa liquore plena, si sint penitus clausa: vt subintrare nõ possit aër, quãdo in hyeme congelatur aqua in vitro inclusa, rumpũtur vasa, & frãguntur ad vitãdum vacuum: signum ergo est, quòd natura refugit, quasi vniuersi cõsistentia stet in rerum cõtiguatione. Quod Aristo. scitè probat dicẽs. Necessarium est mundum hunc lationibus superioribus cõtiguum esse, vt inde tota eius virtus gubernetur, insinuãs q̃ corpus cœleste non nisi per contactum agit: ob quod vacuum dari non debet. Et ex multis quæ miraculosa videntur, ad vacuum vitãdum sufficiat vnũ, aut alterum adduxisse exemplum.

1. Metheo. Aristote.

2. Cõclusio Vacuũ per diuinã virtutẽ potest dari.

¶ Secunda conclusio. Licet per naturã dari non possit vacuum (vt Arist. & experiẽtia probat) nihil obstat per diuinam virtutem dari. Hic contendimus probare quòd eo modo quo naturaliter vna res non potest simul, & semel esse in diuersis locis, tamen per diuinam potentiam factibile est: asserimus quòd dato natura abhorreat vacuũ, & nullo modo detur naturaliter, per diuinam tamen potentiam potest dari: q̃ eo modo quo nunc in aëre pleno contingunt motus varij, & actiones diuersæ per hoc quod aër cedit, cõtingerent motus, & alia, etiam si plenum nõ esset, sed vacuum.

1. Ratio.

Probatur: quia sicut creato cœlo & terra potuit Deus non creare elemẽta media, & quòd cœlum esset vbi nunc est, similiter & terra, & tunc esset vacuum: sic modò post creationem posset, si vellet, annihilare omnia quæ intra cœli ambitum continentur vsq; ad terram: & esse vacuum.

¶ Potest similiter Deus dolium aqua, vel vino plenũ seruare, annihilato liquore existente in vase, & tunc esse vacuum in vase. Et potest creare dimẽsiones separatas absque subiecto: sicut in sacramento Eucharistiæ vere sunt: quas si Deus absq; calore, & alio Physico accidente seruaret, esset vacuum, ad modum quo illi antiqui vacuum ponebant: ergo dabile est per diuinam potentiam vacuum: non enim repugnat. Et hæc conclusio. 2. non est contra illa quæ supra in. 3. specula. 3. dicta sunt, quia ibi de vacuo non limitato, vbi infinitum deberet poni.

S. Tho. 3. p. q. 77.

¶ Neque hoc contra Aristot. qui loquutus est quid natura rerum haberet, & nõ quid per diuinã potẽtiam fieri posset: quod nos & cognoscimus, & fatemur factibile esse.

¶ Tertia conclusio. Dato vacuo, & concesso, si mobile moueretur, non esset in instãti, sicut quidam putant Aristot. affirmare. Volo dicere, quod si contingeret esse vacuum, & lapis moueretur per vacuum, sicut modò per plenũ, non sequeretur quod motus lapidis esset in instanti. Patet. Tota ratio quare dicunt motum illum futurum in instanti est, quia nulla esset medij resistẽtia: quia vacuum, & velocitas, vel tarditas in motu attẽditur penes medij resistentiã: sed hoc non sufficit: quia aliũde consideratur resistentia, quàm ex medio: ob id Comment. ait, quod quando tota resistentia motus venit ab extrinseco, scilicet, ratione medij, motus fieret in instanti. Et quia arguit Abempache, & alij, quandoq; contingere retardationem & successionem in motu aliũde quàm ex resistentia medij: vt in motibus violentis proiectorum, & in motu primi mobilis, vbi non est resistentia medij, & in motu animalium, quæ fatigantur: respon. Commen. quòd resistentia potest tribus de causis prouenire. Primò, ex parte mobilis: quia suapte natura in cõtrarium renititur. Secundò, ex parte mobilis non cõtranitẽtis, sed ratione situs contrarij, quam habet ad motum intentum à motore: vt primũ mobile mouatur sic: nõ quia contranitatur, neq; quia resistentia, sed quia motor intẽdit partem, quæ est in Oriente, ponere in Occidente: & propter continuitatem partium orbis non potest fieri in instanti. Tertiò modo resistẽtia potest venire ex parte solius medij: vt in motibus corporum simplicium grauium: & leuiũ in illis nulla est resistentia ex parte mobilis. In animalibus potest resistẽtia venire ex parte medij, & ex parte mobilis, ppter grauitatem corporis. Et cõcludit Cõment. q̃ in motibus violentis proiectorũ, & animalium, etiam si fieret per vacuũ, nõ esset in instãti: quia est aliũde resistentia, quàm à medio, sed in motibus grauium, & leuiũ fieret in instanti. Et sic intelligit Aristo. Eodem modo Paulus Venetus, & Gregorius Arimi. quem fere nominales sequuntur. Idem sentit Ægidius hic, tex. 74. dubitatione prima: & dicit quòd si animalia mouerentur, vt grauia, in instanti mouerentur: si tamen per appetitum, fieret in tẽpore, quia esset resistentia ex parte grauitatis.

3. Cõclus. Si corpus moueret in vacuo nõ esset in instanti.

Ratio.

Com. tex. 72.

Comment. Resistentia tribus modis pót prouenire.

Paul. Vene. Greg. in. 2. d. 6. q. 3. ar. secundo.

¶ Tandem

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Tandem cõclusio manet probata, quòd si per vacuum esset motus, non fieret in instanti, si esset motus anim[alium] vel aliorũ proiectorũ: sed nos amplius volu[mus] dicere Pro quo sit.4.conclusio.

4. Cõclusi. Alber.mag. in isto.4.tracta.2.c.7.

¶Corpus naturale, dato vacuo, nullo modo moueretur in instãti, siue sit graue, siue leue. Hæc conclusio est contra. Cõmenta. & contra Paulum Venetum, & Gregor. & alios: & est S. Tho. Probatur. Detur casus quòd sit Vacuum ab orbe lunæ vsq; ad terram. Moueatur graue descendendo. Quæro, an [int]elligitur motus in instanti, quòd in eodem instanti sit in concauo lunæ, & in terra, vel non: si sic, ergo in duobus locis [sim]ul & semel esset, quod non potest fieri naturaliter, nisi per diuinam potentiam: vt in præcedenti speculatione probatum est. Item: quia motus non potest intelligi sine termino à quo, & termino ad quem: ergo in eodem instanti non fuit in cœlo, & in terra, si in vno instanti fuit in termino à quo, & in alio in termino ad quẽ, & inter instãs, & instans fuit medium tempus, in quo fuit in intermedio terminorum: ergo non fuit talis motus in instãti: & sic sequitur quòd tale graue per vacuum non moueretur in instanti, sed subitò. Probo quòd neque subitò moueatur. Illud graue habet quantitatem extẽsam: sit tripedilis v.g. Pedalitas suprema non potest venire ad locũ in quo infima, nisi trãseat per locum mediæ: illud tamen priùs, & posterius non potest fieri ita subitò. Maior est clara: quia quod mensuratur loco, nõ potest venire de extremo ad extremum, nisi per medium, & contrarium impelicat. Poterit Deus id quod in cęlo est, ponere in terra, vel ponendo in locis intermedijs, vel sine hoc quòd ponat: sed quod per motum faciat, implicat: quia corporis motus, transitum per medium dicit: ob quod, quia angelus corpore caret, fortè moueri posset à cœlo vsque ad terram sine medio: vt probat doctor sanctus: at verò corpus non potest ratione suarum partiũ. Sed probo quòd non posit esse subitò talis transitus de extremo ad extremum per mediũ. Nam simus in illo instãti, quòd est vltimum esse in cœlo. Tunc sic. Immediatè post hoc illud graue erit in terra, & erit in medio, imò in infinitis pũctis medijs: ergo non prius erit in medio, quàm in terra imò simul erit in omnibus locis: hoc non videtur intelligibile: quapropter non potest esse subitò iste motus, si esset.

S. Tho. hic lect.12. & in 4.d.44. q6. 2.art.3.

S.Tho.p.p. q.53.art.2.

¶Nec valet dicere quòd si est vacuum, nõ est medium: nam dato non sit medium resistens, est medium quòd distantia causat.

Confirmat.

¶Et cõfirmari potest de motu cœli, quod mouetur sine resistentia, & tamen neq; in instanti, neq; subitò. Nec satisfacit, quia intelligentia mouet per voluntatem: nam dato ita sit, mouet summa velocitate, qua mobile moueri potest.

¶Alia argumenta possent adduci, sed hæc satis. Et sic tenẽdum, quòd dato vacuo, nec in instanti, neq; subitò graue moueretur, sed in tempore. Ægidius quolibet.6.quęst.7. probat satis scite, q[uod] ta[lis] motus si esset in vacuo, mobile esset sursum & deorsum, & in eodem instanti mensuræ propriæ, esse non posset.

¶Ad Aristo. & omnes qui contrarium tenent, ex dictis Aristotelis respondetur quòd Aristo. nõ arguit ostensiuè ex professo, q[uod] dato vacuo moueretur graue in instãti, sed ex suppositione, si nulla esset repugnantia ex parte mobilis: sed modò est: & magna, eo q[uod] corpus est. Et quòd non sit voluntaria solutio patet: quia antiqui ponebant vacuum ne resisteret plenum motui naturali, & ideò videbãtur insinuare quod ex parte mobilis nulla esset resistẽtia in motu. Et ita Aristo. arguit ad hominem, quod tunc motus fieret in non tẽpore: at Arist. id non concessisset: quia videbat cœlũ absq; resistentia moueri, & nõ in instãti, neq; subitò.

Ad opinãtes cõtrariũ

¶Videtur igitur tenendum, quòd nunquã motus in instanti, vel subitò potest contingere: in tantum vt S. Tho. dicat, quòd neq; corpus gloriosum, cùm habeat dotem agilitatis, poterit in instanti moueri, etiam si medium non resistat, sed mouebitur in tempore breuissimo quasi imperceptibili, iuxta virtutem suæ dotis. De quo infra erit dicendum.

S.Th.in.4. dist.44.q.3 artic.3. Corpus gloriosum non mouebit in instanti, sed bene imperceptibiliter.

¶Ad primum negamus dari vacuum, neq; ob id tollitur motus, neq; sequitur corporum penetratio, quia plenum est: nam motus est per cessionem corporis, vel diuisionem eius: sicut cõtingit per aërem, & aquã.

Ad argum.

¶Ad secundũ [d]icẽdum. Nam rarefactio cõtingit sine vacuo, per hoc q[uod] corpus cedit: & condensatio per hoc quòd aër circunstans dilatatur: sic vitantur omnia incõuenientia. Et similiter in animali contingit nutritrio, ratione corporis subtilis inclusi intus in poris, ob cuius condẽsationem, vel rarefactionem vitatur vacuum. De quo infrà in libris de generatione.

Ad secundũ

Ad tertiũ.

¶Ad tertium de vacuo extra cœlum respondetur quòd ibi nulla est res naturalis, neque potest esse actio: quapropter non repugnat quòd illic sit vacuum: imò si est verum quod probatum est suprà, Deum non posse infinitum producere, oportet extra cœlum locum esse imaginarium, in quo nihil est: & illud nihil non dicitur propriè vacuum: quia superficies conuexa vltimi cœli non est apta ad continendum aliquid supra: ideò non est propriè locus, nec vacuum.

* ¶* Resolutorie ergo tenendũ, quod motus si esset etiam in vacuo, non posset in stanti fieri: quia & si non esset resistentia in spacio, ex qua esset succesio in motu: esset tamen quantitas spacij, in quo necesario sũt imaginarie extrema, & medium, & ex sola ista quantitate spacij, causaretur resistentia, propter vbi, opposita: si mobile esset in vno extremo vacui, esset sub vbi, opposita, ad alterum vbi, acquirendum.

¶Qui tamen gratia disputationis solum, velet defendere Comentatorem & sequaces, esset supposito, quod ad succesionem in motu, requiritur spacium, in quo extrema realia & medium reale, quæ in vacuo non sunt, & sic dato vacuo, motus esset in instanti: supposita antiquorum sententia, q[uod] omnis resistẽtia ex plenitudine spacij eueniret.

SPECVLATIO .III. De tempore, de quo Aristo. in isto quarto. Vtrum tempus sit aliquid reale.

1. Argumẽ.

Videtur quòd non. Si tempus esset, vel esset ipsum mobile primum, aut mot[us] eius, aut aliqd eius: sed nullum istorum est: ergo tẽpus nõ est. Primum. Tempus non est ipsum mobile: quia etiã ipso mobili primo quiescente esset tẽp[us]: & cùm ipsum mobile sit substantia quædã, tẽpus substantia esset, quod tamẽ est cõtra Arist. Neq; est motus eius: quia tẽpus non est idẽ quod motus: imò ponitur accidẽs motus. Neque est aliquid ipsius primi mobilis: quia non potest signari illud.

¶Item. Si tẽpus est (cùm sit quid cõtinuũ) partes eius dari possunt: sed nullæ dãt: nõ pars præterita, quia iam non est, neq; futura, quæ nondũ aduenit: neq; præsens aliqua: q[uia] vel erit instãs, vel aliqd diuisibile: nõ aliquid diuisibile, ergo instãs: sed instãs nõ est pars tẽporis: quia aliàs continuũ ex indiuisibilibus cõponeretur, q[uod] repugnat: vt infrà in.6. dicemus. Neq; dato esset permanẽs: quia vel est vnũ instans in toto tẽpore, vel est aliud, & aliud. Nõ potest esse q[uod] sit vnũ: quia non esset instans, sed temp[us]. Quod si est aliud, & aliud, cùm sit indiuisibile, temporis nulla pars aliquando erit: & sic tempus non est dabile.

Tex.89.

¶Tertiò. Si tempus est, erit vt docet Aristot. numerus motus prioris, & posterioris: sed hoc non: quia vel intelligitur solũ de motu cœlesti, vel de alijs motibus: non de alijs: quia Aristot. expressè negat, neq; de motu cœli. Patet. Illud est tempus, per quod nostra actio potest mensurari: sed per quenlibet motum vniformem regulamus, & metimur nostras actiones: vt ego nunc scribens per horologium arenæ, q[uod] appono: vt sciam quantum tẽporis in scribendo consumpsi.

3. Arist.t.53.

¶In contrarium est Aristot. qui dicit: tempus esse & definit per prius, & posterius in motu cœli.

In contra.

¶Ista speculatio, quæ de tempore, est nimium difficilis. Nam (vt ait. P. Augu.) tempus quis facilè breuiterq; explicauerit. Vnde, si nemo ex me quærat, scio, si quærenti explicare velim, nescio. Hæc. P. Aug. qui grauiter (vt solet) insinuat, quòd cõpertissimum sit omnibus tẽpus esse. Quis enim est, qui ratione vtatur, quantumuis barbarus, qui non experiatur tempus esse: sed difficillimum declarare quid sit: & hoc ex parte ipsius rei: nã sunt aliquæ res tã minimæ entitatis, vt vix à nostro intellectu cognosci posint, vt sunt secũdę intentiones: & res succesiuæ: vt motus, & tẽpus. Cùm tamen aliæ res quæ sunt secundũ se maximè cognoscibiles, à nobis cognoscãt minimè, nõ ex defectu ipsarũ, sed nostræ potẽtiæ, q[uem]ad manifestissima in natura se habet vt oculus noctuæ ad solis lumẽ, quod & Arist. 2. meta. tex. 1. explicauit. Duplici de causa res à nobis cognosci nõ possunt: vel ex defectu potentię nostrę, uel ex defectu ipsarum rerum: inter quæ meritò tẽpus cõnumerandum censemus. Quapropter nõ

Aristot.tex. 101. 1. Notan. August. 11. confessionũ cap. 14.

Tempus ob minimã entitatẽ nõ potest cognosci à nobis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solũ inter antiquos illos dilegentissimos rerum indagatores variæ fuerunt opinio. de tẽpore: vt hic explicat Arist. sed adhuc inter iuniores, qui velut nani in humeris gigantũ positi, à longius aliqua ꝓspiciunt.

Notand. 1. ¶ Secundò notandum, quòd omnes quot quot variè de tempore sentiunt, conueniunt quòd tempus (quicquid sit illud) mẽsura sit certa durationum, motuum, & operationum rerum corporearum. Atq; quia cœlorum motus regularissimus videbat, omnes tempus in cœlo collocauerunt: nã ex solis motu, anni, menses, dies, & noctes, distinguuntur. Hoc declaratur in sacro eloquio, quando Gene. 1. dicitur. Fiant q̃que luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, dies, & annos.

Abulé. 1. p. defensorij. cap. 91.

Augu. 12. de ciui. ca. 15.

Notan. 3. ¶ Aristot. de tempore citat. 3. opinio. nam quidam putabant tempus esse motum cœli: alij mobile ipsum: alij motum particularem: postea subdit suam opinionem, quòd tempus sit quoddam accidens motus illi⁹. tex. 94.

Notand. 4. Opin. varię inter nominales & reales. ¶ Quartò est aduertendum, quod ex hoc quòd Aristo. dicit, tempus esse accidẽs motus, est opin. nominalium, & realium diuersa, illis dicentibus, quòd tempus quãuis sit accidens, vt dicit Arist. non tamen sit aliquid distinctum: sed cum motum non ponant distingui à re quę mouet, tẽpus dicũt esse ipsam sphęrã cœlestẽ, id est, ipsum mobile primũ, cũ aliqua cõnotatione tẽ; vt solẽt ipsi docere: isti verò, nẽpè reales, sic accidẽs esse dicunt tempus, vt affirment esse aliquam realitatem distinctam à mobili, & motu ipsius cœli: sicut ponitur albedo quid reale, mediante qua qualitate formaliter album dicitur: at primum videtur non satisfacere, quòd tẽpus sit ipsum mobile, & secundum non cõuincit intellectũ, quia multiplicat plusq̃ uã oportet res absque necessitate: ob id, vt in principio diximus, res est difficilis ad intelligendum; in quo verè, & propriè consistat ratio temporis. Sit ergo prima conclusio.

Neq; realiũ neq; nominaliũ opin. placet.

1. Conclu. ¶ Neque primum mobile, neque quodlibet aliud corpus quod mouetur, formaliter loquendo, est tempus. Hæc conclusio est. Aristotel. in isto loco tex. 94. qui ait: dicere quod sphera est tempus, est stultitius, quàm vt de eo impossibilia considere mus. Primum eius argumentum est ad cõclu. Res aliter sunt in sphera, & aliter sunt in tempore: ergo sphera non est tempus. Patet. In sphera sunt tanquàm in loco: in tempore autem tanquam in mensura durationis: locus tamen non est durationis mensura. Hæc Aristot. Ita est quod sphera locus communis est rerum omnium quæ continuentur sub orbe: sed quis dicet quod locus meus sit meæ durationis mensura? Si diceret meæ quantitatis, bene quidem: sed durationis, minimè: cùm ergo diuersæ sint mensuræ tempus, & locus, quia vna est successiui, & alia permanentis, oportet & inter se habeant differentiam.

Nullũ corpus mobile est tempus.

1. Ratio.

¶ Secundò. Corpus quod dicitur esse tempus, est de prædicamento substantiæ: sed tempus in prædicamento quantitatis ponitur: ergo tempus non est corpus. Ex hoc sumitur ratio ad probandum, quòd non sit formaliter tempus.

2. Ratio.

¶ Item. Ea quæ ad diuersa pertinent prædicamenta, vnum nõ est formaliter aliud: quia sunt primo diuersa: sed corpus, & tẽpus ad diuersa pertinent prædicamenta, vt notum est: ergo vnum non est formaliter aliud: ergo corpus non est tempus: nam licèt contingat vnam rem esse, quę ad duo prædicamenta spectãt: vt actio, & passio, vnum tamen non est aliud formaliter, vt suprà dictum est: sic ergo, mobile non est tempus.

3. Ratio.

Cõtra Ocham in. 2. q. 12.

¶ Hæc conclusio sit contra Ocam, quidicit, quod tempus est corpus primi mobilis, quia dicit, quod motus primi mobilis est tempus. Et secundùm eum motus est idem quod corpus mobile: de primo ad vltimum dicit, quod tempus sit corpus. Eũ sequuntur plures nominales. Sit etiam cõclusio contra Greg. Arimin. qui dixit tempus esse corpus primi mobilis, imo & addidit, quod quodlibet corpus regularis motum, tempus est: & quod magis notandũ, quod citat pro se Beatũ Augu. qui nunq̃ asseruit tẽp⁹ esse mobile ipsum. Isti putãt hanc esse mentẽ Arist. cũ ipse contrarium dicat: & non solum dicit spheram non esse tempus, sed neque motum eius.

Greg. Arimi. 2. d. 25 q. 1.

Aug. 12. de Ciuit. c. 5.

Corolla. 1.

¶ Contra huiusmodi opinantes sequitur, quod in eodem tempore velocissimus equus pertransit stadium, & tarda formica. Patet: quia in eodem cœlo, quod tempus est. Sequitur etiam quod quis in peccato fuit tempore vnius horæ, & nœnitens saluatur, qui tamen toto tempore totius vitę mãsit in peccato. Patet: qa ille q̃ peccauit in isto

Corolla. 2.

in isto cœlo peccauit. i. existente cœlo, & eo existẽte fuit per vitã. Concedunt ista: quæ tũ ridicula videt: imò etiã admittũt, q̃ eadẽ res sit annus, & mẽsis, & dies, & nõ solùm hoc, sed quod formaliter dies est annus, propter diuersas connotationes: sicut sedens est dormiens: at quia ista videntur indignà vt concedantur absolutè posita est. 1. conclus.

1. Conclus. Motus non est tẽp⁹ formaliter. Arist. t. 95. & 96. Arist. t. 133. Ægi⁹ tex. 98. du. 1. & secundo. Paul Vene. tex. 96.

¶ Secunda conclu. Motus formaliter tempus non est, siue sit eadem res tempus, & motus, siue diuersa. Hæc cõclus. est Arist. & probat. Motus solùm est in re, quæ mouetur: vnde tot sunt motus, quot sunt res quæ mouentur: sed tempus est in omnib⁹ mobilib⁹ t. q̃ eorũ mensura, & vni. & idẽ oib⁹ est, ergo tẽs nõ est formaliter motus.

¶ Secundo. Motus dicitur velox, vel tardus: tempus nunquam: ergo vnum nõ est formaliter aliud. Item. Tempus est numerus motus: ergo motus non est temp⁹: aliàs tempus esset numerus temporis.

¶ Item (vt ait Paul. Venetus ex Auicenna) aliæ sunt differentiæ temporis, scilicet annus, mensis, dies, & aliæ mot⁹, scilicet, alterationis, augmentationis: ergo tempus non est motus.

Tex. 95. D. Aug. 11. conf. c. 23.

¶ Hæc cõclu. est cõtra illos quos Aristot. citat, tempus esse motum dicẽtes. De quibus etiam D. Augu. Qui probat conclus. quia aliàs sequeretur q̃ circulus diurnus solis esset dies: sed hoc est falsum: quia si p impossibile circulus ille vna hora absoluetur, esset idẽ motus, licèt velocior: tũ nõ esset idẽ tẽpus, nisi quis diceret quod dies fieret hora: & cõcludit. Nemo mihi dicat mot⁹ cœlestium corporum esse tempus.

3. Conclu. Tẽpus non est aliquid realiter distinctum à motu.

¶ Tertia conclus. Tempus & si non sit formaliter motus cœli, non tamen est aliquid accidẽs realiter distinctum à motu. Probatur. Si tempus est res distincta à cœlo, & ab eiꝰ motu, sequitur quod Deus poterit & motum, & cœlum conseruare sine tali supperaddito: nõ est enim repugnãtia aliqua, q̃ Deus moueat cœlum sicut nunc mouet, suspẽdendo tamen suam actionẽ, ad producendũ illud accidẽs: tunc in cœlo erit tempus, sicut & modò, & mensura erit ille motus cœli, etiam non producta ti. i qualitate omnium actionum; & motuum, sicut ea producta: sequitur ergo q̃ tempus non dicit aliquid reale superadditum ipsi motui. Qui tenent contrarium, negant maiorem: quia implicare pugnant: sicut quod album sine albedine sit album: sed solutio non sufficit, cùm sit differentia notissima. Album enim in sua ratione formali includit albedinem, sed motus non includit huiusmodi qualitatem: quare posset esse motus sine ea: & sic est tenendum, quanuis olim mihi visum fuerit contrarium: sed modò ex argumento facto, & ex alijs quæ formantur ab alijs pro hac cõclusione, conuincor asserere. Hæc est opinio Scoti & Alberti de Saxona.

Venetus Capreo. i. 2 dist. 2. q. 2. Ad. 1. & Herv. sen. d. 2. q. 1.

¶ Hæc conclusio est contra Paulum Venetum, & ferè contra reales omnes, & contra Capreol. qui velut opinionem Sancti Thomæ defendit, quod tempus dicat accidens realiter distinctum à motu primi mobilis, quòd sit subiectiue in primo mobili, mediante tamẽ motu, quã qualitatem vocat successiuam quantitatem continuatam per instans indiuisibile, in quo successiuo, præsens, non potest esse aliud, quàm solùm instans. Contra hos ergo conclusio tertia posita intelligatur. Quid sit dicendum ad id quod Capreo. affirmat fuisse opin. Sanct. Thom. in sequenti conclus. declarabitur.

4. Conclu. Tẽpus rõne distinguit à motu.

¶ Quarta conclusio. Tempus cùm non sit qualitas distincta a motu primi mobilis, distinguitur tamen ratione ab eo. Patet: qa motus, & tempus à parte rei distinguuntur, vt dicit secunda conclusio, & non sicut res, & res, vt ibi probatur, & in tertia conclusione: sequitur quod distinguuntur ratione: & non quacunque ratione, sed formali ratiõe, id est definitione: quia alia est definitio motus, scilicet, quòd sit actus entis in potẽtia, & alia temporis, quæ est, numerus motus secundùm prius, & posterius. Hæc conclusio videtur esse sententia expressa Aristot. quando dicit, tempus id quidem quod est, motus est: esse autem id est ratio, & quidditas alterum est, & nõ est motus. & tex. 131. Si non est possibilis intellectus, qui numerat prius, & posteri⁹ non est completa ratio formalis temporis parte rei. Ex istis verbis claret quòd Aristot, distinguit tempus à motu, non tanq̃ rem à re, sed quantum ad rationem formalem, quæ in definitione alia consistit.

Arist. t. 99.

Tẽp⁹ à motu distinguitur quantũ ad definitionem.

¶ Et Sanctus Thomas lectione. 17. super tex. 99. citatum dicit, quòd prius, & posterius sunt idem subiecto cum motu sed ratione differũt: & lectione vltima super textum. 131. idem sentit.

S. Tho. 1. p. quæst. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obiectio. ¶ Posset tamen curiosus obijcere. Tempus dicitur aliquando à Sancto Thoma accidens ipsius motus, & esse successiuum, & esse subiectiue in primo mobili. Concedimus: sed non inde contra conclusionem: nam potest esse accidens, non tamen realiter distinctum. Esse patrem in Petro accidens est, & realiter Petrus pater est per paternitatem, sed non ob id sequitur quod paternitas sit res distincta. In tantum hoc est verum, quod doctor subtilis, qui aliàs ponit relationes distingui à subiecto, & motum similiter, in. 4. dicit, quod in conclusione nos iudicimus, inquiens. Tempus non est quantitas distincta à motu, sed solùm ab illo in ratione mensuræ, differens est. Subscribit Durand. tanquam de mente Philosophi.

Solutio.

Sco. in. 4. d. 48. q. 2.

Dur. 2. m. 2. d. 2. q. 4.

¶ Et differentiam motus, & temporis paucis accipito. Si enim lapis, vel aliud corpus in plano quanto (verbi gratia) tripedali moueatur, ibi est successiuo, & mobile respectu spatij aliter se habet: quia prius est in parte media spacij, quàm in posteriori. Ecce prius, & posterius in motu, & est motus: quia actus entis in potentia. Ex isto priori, & posteriori consequitur aliud prius & posterius in mora, & duratione: vt non tantùm moram habuerit illud mobile pertranseundo duas partes spatij, quàm habuit totum pertranseundo. Et hoc prius, & posterius numeratum facit tempus. Sic insinuat Aristoteles quòd ex continuitate magnitudinis sequitur continuitas, & ex continuitate motus continuitas temporis.

Ægid. egregie, tc. 102. dub. 2.

Arist. t. 99.

¶ Et considerandum venit, quòd illud prius, & posterius non habet temporis rationem nisi inquantum mensura est motuum, & durationum omnium: sed tamen mensuramus aliqua quantitate, multiplicando illam, tanquam quoddam indiuisibile: vt hora sit quoddam indiuisibile temporis, quo multiplicato, diem, mensem, & annum constituimus: sicut vlna multiplicata, pannus: & amphora multiplicata omnis liquor metitur. Sic ergo cùm tempus in rei veritate continuum sit, habet rationem mensuræ, per intellectum diuidentem illud in partes: sicut pannus continuus non diuideretur, nisi quatenus per intellectum diuidimus decem vlnas. Et quia ille motus primi mobilis est regularissimus, & simplicissimus, est sicut vnitas ad mensurandum: ob id illud prius, & posterius, in motu primi mobilis habet temporis rationem. Et si vlna, vel amphora, vel quæcunque alia mensura variabilis esset, non haberet rationem mensuræ: quia non possemus de mensurato reddi certiores. Similiter si ille motus primi mobilis nunc esset tardior, & aliquando celerior, non posset esse tempus: & quia inuariabilis, meritò aliorum mensura est. At quia de ratione mensuræ est, quod sit notissima, ille motus sit nobis notissimus per solis motum, quem nullus potest ignorare.

Nota.

¶ * Et illud tempus constat ex nunc, quod fluit in toto tempore: quod quidem in toto tempore est tantùm vnum nunc, secundum rationem licet sit aliud, & aliud secundum rationem vel accidentaliter mobile, variatum, vt lapis varians diuersum locum causat motum: sic nunc, fluens sed manens, in toto motu secundum rem, est idem: vt lapis idem est qui mouetur, sed est diuersus accidentaliter, inquantum cognoscitur in alio & alio situ. Sicut idem est homo in domo, & in agro, etiam in essentia: licet differat propter varia vbi: sic ergo idem nunc, est in tempore, tamen vt imaginatur fluens, est diuersum accidentaliter: quia vt imaginatur fluxisse causat prius, in tempore, & vt verò fluet, causat posterius in tempore. Ob id, idem nunc, in re, in toto tempore, est diuersum accidentaliter & idem intelligit de puncto, in linea: & de mutatum esse, in motu: de quibus aliàs ex proposito.

*

¶ Ex quo apparet Aristotelis definitio de tempore. Tempus est numerus motus, secundum prius, & posterius. Aciliceret. Illud prius, & posterius in motu numeratum, tempus dicuntur omnia: & numerus pro numerato sumitur.

Aristot. 4. phys. t. 101. & 108.

Ægid. quodlibet. 5. quæstio. 20.

¶ Conclusio quinta. Tempus licèt sine inclusa operatione intellectus fundamentum habeat in re, quantum ad esse temporis, tamen, non habet. Hæc conclusio est Aristotelis, qui dicit quòd sine intellectu non est tempus: sed tamen illa res quæ est tempus, quo ad materiale, scilicet, motus est, etiam si nullus sit intellectus: sicut creato mundo, & cœlo moto, antequam esset humanus intellectus, & etiam si angelicus non esset, motus esset, quod est pro materiali tempus: sed non esset temporis ratio formalis quæ consistit in hoc, q̃ illud prius, & posterius in motu seruat, ac si esset præsens ad mensurandum: sicut nunc dicit dies Mercurij: quia est vnum instans, quod intellectus meus considerat tanquam vnitum prioris cum posteriori. Est etiam exemplum in secundis intentionibus: natura animalis vere, & realiter, & materialiter in quocunque indiuiduo est, seclusa omni operatione intellectus: sed quòd sit genus, habet p̃ operationem intellectus, abstrahentis illa ab ipsis indiuiduis, sic res quæ est tempus: sed quod tempus dicatur, non erit, si nõ sit intellectus, sicut in prædicabilib̃ diximus.

5. Conclus. Sine intellectu nõ est tẽpus.

Aristotel. hic c. 11.

Ratio. p. p.

¶ Ratio ad cõclusionem est hæc. Res quæ est tempus, omni operatione intellectus seclusa, est: ergo esse habet sine operatione intellectus. Consequentia est bona: & probatur antecedens. Motus seclusio omni intellectu est, vt constat, & hæc res est tempus, vt patet ex supra dictis. Item. Decem homines vere decẽ sunt, etiam si nullus sit intellect̃ numerãs: ergo & tẽpus similiter.

Ratio. 2. p.

¶ Secunda pars, quòd non habeat quantum ad formale, quod tempus dicatur absque intellectu, patet. Tempus non dicitur prius, & posterius in motu, nisi ipsis numeratis: sed numerari non possunt absque intellectu: ergo tempus rationem suam formalem habere non potest sine intellectu: sicut decem homines, numerus decem hominũ nõ dicetur, nisi intellectus numeret.

6. Conclu.

¶ Sexta conclusio. Tempus sic est vnum numerò, quòd subiectiuè est in cœlo, in alijs tñ motibus, quãtunuis sint regulares, est solũ sicut mẽsura in mensurato. Hæc est Aristotel. text. 133. qui ex professo probat, vnum esse tempus omnium motuum: aliàs quæreretur quòd plura essent æqualia tempora. Simul enim mea deambulatio esset tempus, vel mea alteratio: esset (inquam) vel tertia, vel quarta hora: & si alius similiter alteraretur, vel ambularet, esset alia hora tertia.

Ægidius. t. 129. du. 6.

Cõtra Gregor. Ariminen. & Ocam.

¶ Hæc conclusio est contra Gregorium Ariminen. in loco citato, qui ait: quòdcunque corpus regulariter motum, esse tempus. Ocam idem videtur sentire, licèt non tam apertè. Istorum opinio nõ solùm est contra Aristotelem, sed contra communem modum loquendi, & intelligendi: nã quodlibet horologium tempus diceretur distinctum ab alio: & tempus Mexici non esset idem numero quod Salmãticę: quia horologium est aliud: imò tẽpus quod in monasterio hoc Mexicano ordinis Eremitarũ sancti August. est, esset aliud, quàm tẽpus quod est in foro, in domo Proregis: quia ibi est aliud horologium, & aliud hic. Tamen ista minime concedi debẽt: quare neque istorum opinio. Quapropter conclusio sexta stat in veritate, quod tempus sit vnum, & si in alijs motibus regularibus, vt sunt horologiorum, erit nõ vt in subiecto, sed vt mensura in mensuratis: in nostro motum horologij metimur per cœli motum: hinc est quod per artem fiat, vt imitari possit naturam: quia ars eam imitatur inquantũ potest: sicut vlna dicitur esse in pãno mensurato: & pãnus dicitur esse mensura, p̃ q̃to mensuratus est pãnus ea. Sic sentit S. Thom. Et non potest conuenire alicui motui esse tẽpus: quia regularitas in motu naturali, nõ inuenit, cũ sit velocior in fine, q̃ in principio: neq; in violẽto, quiecõtra, velocior est in principio: neq; in ꝓgressiuo: q̃a nõ est regularis: & in recto motu, etiã si esset regularis: q̃a nõ est perpetuitas in eo: sicut in motu circulari. Et solũ ponitur in motu primi mobilis, & non in motu Saturni, neq; alterius planetæ: quia planetæ omnes cum moueantur ab occidente in oriẽtẽ, suis proprijs motibus nõ sunt ita veloces, sicut motus ille diurñ primi mobilis: q̃a sol in anno: luna in mẽse, & alij in alijs tẽporibus, vt in libro de cœlo erit notum.

Aristot. t. 1. phys. c. t. 79. & 4. meta. tex. 28.

S. Th. p. p. q. 10. a

¶ Septima conclusio. Si per impossibile daretur alius motus velocior, quàm sit primi mobilis, vel cessasset motus ille, vt tempore Iosue, & vt cessabit in fine mundi, tẽpus tamen intelligeretur. In hac conclusione volumus dicere, quod dato tempus modò sit in illo motu primi mobilis, tamẽ non per se, & ex necessitate intrinseca est, inquantum motus primi mobilis, sed inquantum primus, & notissimus: vnde si alius eo fieret velocior, iam in illo tempus esset collocandum: quia ille talis motus haberet rationem mensuræ. Et satis. D. Tho. probat, quòd cessante illo motu, esset tempus: nam tempore Iosue oportuit fuerit mensura illius durationis belli, & nõ per motum cœli, quod non mouebatur: ergo per alium motum notum, & regularem, quicunque esset ille: quanuis quidam contrarium dicant. Tamen post diem iudicij (quia cessabunt generationes, & alterationes) non est ponendum tempus, neque ibi ratio temporis erit.

Conclu. 7.

Iosue. 10.

S. Tho. p. p. q. 66. art. 4.

Ratio.

¶ Octaua conclusio. Tẽpus non solũ omnium

Conclus. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Tho.p.p. q.10.art.6. mnium motuum inferiorum mensura est, sed etiam motus ipsius primi mobilis: & dicitur esse tempus primo mobili tanquam in subiecto, & primo mensurato, in alijs tamen solum tanquam mensura in mensuratis; quare dicetur sui ipsius mensura intrinseca, & aliorum extrinseca: vt vlna est mensura panni extrinseca; & sui ipsius intrinseca, quia etiam sui ipsam mensurat: sicut vna tertia virgæ mensuramus totam virgam, quam vlnam vocamus.

Egid. t. 102. du. 5.

Ratio.

Ratio ad id est in ille motus primi mobilis, in quo ponitur tempus, vere duratio est, & mensurari potest, & in eo prius, & posterius est: ergo debet mensurari tempore, vel alio motu: non alio motu: quia nullus alius motus regulatur, & mensura motuum est, cum nullus habeat rationem prioris: ergo regulari debet tempore: sed tempus ille motus est: ergo ipse motus sui ipsius regula, & mensura est. Quis est qui neget vnam ipsam, qua pannus mensuratur, mensurari posse: aut quantitatem mensura, nisi seipsa, pro quanto vel tres tertias ibi intelligimus, vel quatuor quartas, aut sex sexmas. Sic & in motu illo primi cœli oportet intelligere, quòd ipse cum sit tempus, & aliorum motuum mensura, cum ipse motus sit, seipso regulandus venit: ob hoc Commentator dicit, quod in definitione temporis, ly motus, pro quocunque motu accipitur: sed prius, & posterius pro solo priori, & posteriori in cœlo.

Cõmẽ. 102

¶ Ad primum sufficienter ex dictis patet solutio. Non enim tempus est cœlum, neque formaliter est eius motus, sed solum prius, & posterius numeratus in ipso motu: quia hoc habet rationem temporis.

Ad argum.

¶ Ad secundum est solutio difficilior, quia tangit materiam de instantibus: quomodo, scilicet, intelligatur instans in tempore, an indiuisibiliter, sicut punctum in linea, & mutatum esse in motu: & an sit sic instans in tempore continuans partem temporis præteritam cum futura, sicut punctus in linea facit continuando partes ex existentes: quia est ens permanens: & instans, partes quæ non sunt: quia ens successiuum: & vtrum instans sic fluat, quòd sit semper aliud, & aliud, vel sit vnum simpliciter permanens, & stans, distinctum ab alijs, ratione cuius hæc sit vera: dies est hora, aut mensis, est annus.

Ad 2.

¶ Circa hoc varie respondent doctores: nam qui tenent quod tempus res est distincta à motu realiter, & numeratiuè, dicit partes continuari per instans, eo modo quo de puncto in linea: vnde sicut in qualibet parte lineæ, etiam parua, infinita puncta indiuisibilia intelligũtur; sic & in qualibet parte temporis, etiam si sit millesima hora, sunt instantia infinita. Hoc satis intelligibiliter dicitur. Sed tamẽ adhuc est vnum, quod non est facile intelligere, scilicet, quòd vltra ista instantia est, & vnum stans, fluens, manens sicut per totum tempus; & tantum est in mente Arist. qui dicit: ipsum autem nunc est quidem vt idẽ est, non idem.

Varia opinio de illa tribus.

N. Instans in tempore fluens & manens.

Aristoteles 104.

¶ Tamen hoc non est tenendum: nam sic se habet instans in tempore sicut punctus in linea sed in linea vltra, inquit quod dicitur quantum, quid aliud, aliud est, non intelligitur vnum per totam lineam, sic neque in tempore oportet intelligere tale instans vnum aliud ab ipsis quæ sunt continuo alia & alia in diuersis partibus temporis: sed ponendo tempus esse accidens distinctum, instans permanens vocabitur consistentia rei, seu mobilis: non quod tale instans continuet, sed quod solũ suo fluxu ad imaginationem intellectus tempus facit: sicut & facit punctus fluens ad imaginationem, lineam constituendo.

¶ Si verò ponamus (vt dictum est) tempus non esse aliam rem distinctam à motu, tunc non est necessarium ponere infinita instantia numero distincta, sed ipsamet mobilis existentia sub ratione qua nunc est in aliqua morula, in qua non fuit in instanti ante, neque immediate post nocem, nunc, præsens, indiuisibile, atque ratione fluxus primi mobilis qua non perseuerat in eodem loco & morula, sed sumpetuit à præterito in futurum, & à futuro in præsens facit tẽpus: Hoc videtur dicere Arist. quando ait, quòd in fluxu nunc, sequitur id quod fert vt tempus motum, id est quẽ modum tempus se habet ad motum, sic nunc, ad mobile. Ac si dicerẽt: quemadmodum mobile vnum, ea ratione qua successiue, & continuè in alia, & alia parte spatij est, & habet rationem motus, sic existentia ipsius mobilis vna, & eadem in alio, & alio momento, & morula est nũc, ex cui fluxu fit tempus. Sic S.Th. nunc dicit ibi, quòd nunc temporis, est idem subiecto toto tempo

Hoc eleganter Ægid. hic. tex. 95. dub. 1.

tẽpore, sed differẽs ratione: quia sicut tempus respõdet motui: ita nũc tẽporis respõdet mobili: sed mobile est idẽ realiter toto discursu tẽporis, sed solũ ratione differt, in quantũ est hic, & ibi: & ista alternatio est motus: sic fluxus nunc secundũ q̃ alternatur, tempus est: sed infra latius & clarius.

S.Tho.p.p. q.10.art.4. ad.2.

Idem Ægid. t.108.du.1.

¶ Sic patet solut. ad. 2. Argumentũ. Vnũ tũ cõsiderandũ est, q̃ sicut in cõclusione quarta diximus, tẽpus solũ ratione differre a motu, sic etiã de instãtibus intelligendũ est, cõsideratis ipsis eo modo quo q̃ primã opinionẽ tenẽt, vel eo modo quo nos illud nũc, fluẽs ponimus in illo motu q̃ in illo nunc, solum ratione differens erit.

Capreolus. Herueus.

¶ * Et qui graues inter thomistas auctores: vt sunt Capreo. & Herueus in. 2. d. 2. q. 1. art. 4. tenent: & id ex mẽte. S. Tho. cõtra id q̃ hac quæstio determinatũ est maximẽ in conclu. 3. oportet animaduertere: q̃ S. Th. in diuersis locis varie videtur loq de tempore: nã in. p. p. q. 10. art. 1. & in tractatu de instãtibus: videtur sentire q̃ motus, & tẽpus, realiter distinguantur: quia dicit q̃ prius, & posterius, in motu sunt tempus. Et nõ addit vt numerata: q̃ intelligẽdũ videtur sic: nã anima apprehendit primã partẽ motus vt vnã: & sequentẽ vt vnã: & comparat vnã alteri, vt ei succedẽs, & has vnitates partũ motus ibi succẽdentiũ aggregat ad inuicẽ: & cõstituit numerũ applicatum parti priori & posteriori in motu: & talis numerus est tẽpus. Et hoc distinguit à motu: nã sicut discretũ, ad cõtinuũ: sic numerus quo cõstat tempus, ad motum: sed discretũ, & continuũ, sunt duo genera sub alterna disparata, contẽta sub generalissimo sub quãtitate: ergo: ex hac ratiõe citata iucto. moti sunt. S. Th intelligere in hoc sensu. tdistinctionẽ realẽ poneret, inter tẽpus, & motũ: & in sensu. 3. cõclu. intelligit in alijs locis citatis. Ob quod nõnulli ex thomistis putãt, stãdo in doctrina doct. S. vtrãq; partẽ defendi posse. s. & q̃ realis sit distinctio vt Capreo. dicit & Herueus, & q̃ solũ formalis vt nos in. 3. conclu. docuimus.

De ratione temporis. Nota.

¶ Et ex dictis sequitur, q̃ tempus mensuret motũ: & motus tempus, sed tũ aliter & aliter: quia tẽpus, mensurat motũ per se. i. ex natura sui: sed motus mensurat: tẽpus quo ad nos: & nõ ex natura sua, sicut per spaciũ pertransitũ motu, intelligimus tantum temporis pertransitum & motus, tempore mensuratur non vt est actus imperfecti: sed inquantum est quãtitas successiua. Et licet mensuret primum motum primi mobilis qui motus est regularissimus & simplicissimus: nõ secundũ se totum mensurat: sed secundũ eius partes: hoc est. s. q̃libet eius circulationem, quæ nobis manifesta est. Et est mensura quietis, sicut priuatio per habitũ cognoscitur de per accidẽs: & est mensura generabiliũ, & corruptibiliũ: nõ solũ in quantũ mutationi accidentali sunt subiecta: sed etiam quantum ad esse substantiale.

¶ Nam & si careant successione quo ad formam substantialem (quæ in instanti acquiritur) ratione qualitatum contrariarũ quæ coniunguntur propter quas corruptio, tempori subijciuntur: & hoc docet S. Th. p. p. q. 10. art. 5. quãuis Herueus quo lib. 2. q. 12. teneat ad mentem. S. Thom. eum exponendo mensurari nunc, temporis discreti, quod non est physici, considerare sed Theologi, vt in materia de angelis: sed tamen decipit Herueus non attendens: quia licet non sit successio informis substantialibus: ratione qualitatum cõtrariarum quæ coniunguntur, potest esse mẽsuratio tẽporis. Et similiter aduerte, quod tempus propriẽ, vnũ est: quia est propria passio primi motus, sed communiter sumẽdo, non est vnum: sed diuersa: secundũ diuersitatem motuum: de quo S. Tho. in. 2. sent. d. 12. q. 1. art. 5. ad tertiũ: & licet tẽp̃ non sit si non sit anima numerans, vt dicit Commen. & perfectè, intelligatur sine anima: vt Albertus de saxona dicit, hic. quæ. 16. media via. S. Thom. hic tex. 131. tenenda est, scilicet, quod tempus habet esse extra animam, sed tamen imperfectè: perfectè tamen solum in anima, eo quòd sit successiuum, cui repugnat habere partes simul. Et hæc sub compẽdio sufficiant velut apendix ad supra dicta.

Deceptio Herbei.

¶ Ad tertium ex dictis solutio patet.

FINIS QVARTI LIBRI PHYSICORVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVINTVS LIBER PHYSICORVM.

ARGVMENT. QVINTI libri Physicorum.

IN isto.5.Aris.tractat specialiter de tribus speciebus motus, scilicet, alterationis, augmentationis,& secundùm locum lationis. De quibus erit nostra speculatio.

¶SPECVLATIO PRIma quinti libri Physicorum. Vtrùm tres tantùm sint species motꝰ, scilicet, alteratio, augmentatio,& secundùm locũ latio.

Argumẽ. 1. VIdetur quod nõ. Generatio est motus, similiter & corruptio, & nec est alteratio, neque augmentatio neque motus localis; ergo insufficienter solum tres species motus ponuntur. Maior probatur ex eodem Aristotel. qui inter motus species diuersas, ponit generationem.

Aristote. in postpræ.

Confirma. ¶ Cõfirmatur. Rarefactio est motus, & condensatio similiter: tamen non est alteratio, neque augmentatio, neque loci mutatio. Non est alteratio, cum hæc cõsistat in acquisitione nouæ qualitatis. Neque est augmentatio, cùm ibi quantitas acquiratur, quod non est in rarefactione. Neq; est secundùm locum mutatio: quia ponomaneat res, quæ rarefit in eodem loco, licèt parti, in qua fit rarefactio, loc[illegible] correspondeat.

¶ Secundò. Augmentatio non e[illegible] motus. Argum. 2.
Patet. Omn[illegible] motus de contrario in contrarium fit, vt docet [illegible] Aristot. sed quantitati [illegible] in quo fit augmentatio, [illegible] hil est contrarium: ergo augmentatio no[illegible] est motus.
Minor etiam est Aristot. in prædicamento quantitatis. Aris. i prædi. c. 6.

¶ Præter[illegible] In omni motu oport[illegible] onsiderare co[illegible]rietatem, vt dicebamus: sed in motu locali nulla talis est: quia solum in qualitatibus reperitur contrarietas: e[illegible]o sequitur quòd male ponuntur tres species motus. Argum. 3.

¶ In contrarium est Aristo. in tex. 10. In contrar.

¶ Pro solutione est notandum, quòd aliquid moueri tripliciter contingit. Primo modo, secundum accidens. Secundo modo, secundum partem. Tertio m[illegible]o, simpliciter per se primo. Per se primo dicitur aliquid moueri, quando motus conuenit ei ratione formæ, quæ exprimitur in subiecto, aut agente, aut termino cui attribuitur motus: vt [illegible]camus: mobile mouetur: alterabile alteratur: augmentabile augmẽ[illegible]atur. Ex parte agẽtis: calidũ calefacit. Ex parte termini: alteratione fit [illegible] augmentatione quantitas. Notan. 1. Tripliciter cõtingit aliquid [illegible]

¶ Per accidens conuenit, quando con[illegible]nit formæ quæ accidit subiecto, au[illegible], aut termino motus: vt musicus ar[illegible]lat: alterabile augetur: medic[illegible]natur. Ex parte agentis: album calefacit. Ex part[illegible] termini: calefactio [illegible] augetur quanti[illegible]t.

¶ Secundùm partem aliquid mouetur dupliciter, aut sec[illegible]dùm partem subiectiuã, aut secundum quantitatiuam. Primo modo, vt artifex ędificeat, & mobile alteratur: quia artifex genus est ad ædificatorem, [illegible] ædifi[illegible]tor est species. De istis prædicationibus non tractat in præsent[illegible] rist. Secundo modo ratione partis quantitatiuæ: vt si Motus secũdũ partem.

vt si secundùm vnam manum moueatur sursum, & secundùm aliam deorsum, non simpliciter mouetur, sed secũdùm partem quantitatiuam.

Notand. 2. ¶ Est etiam notandum quantum ad hoc, quod moueri secundum partem est, quia aliquando aliquid mouetur secundùm partem, quod dicitur moueri simpliciter: & aliquando mouetur secundùm partem, quod nõ dicit[illegible]r moueri simpliciter. Dispositio, aut forma vna est quæ reiconuenit ratione parti[illegible] determinatæ: vt esse crispum, vel aquilin[illegible] in quorum primum, secundùm capillos, & secundum rationem [illegible]si. Quando motus connenit [illegible]ic parti, dicitur simpliciter conu[illegible]ire toto: ut si capillus [illegible]t crispus: homo simpliciter mutatur in crispũ. Alia est dispositio, vel forma, quæ conuenit [illegible] parti[illegible] determinatæ: vt albedo, vel calo[illegible] de his dicit Aristot. q[illegible]d id quod mouetur secundùm partem, n[illegible] mouetur simpliciter: aliàs idem moueretur simpliciter [illegible]otibus contrarijs: quia posset secundùm vnam partem calefieri, & secundùm aliam ingefieri. Qui tamen ambulat secundùm pedes, simpliciter ambulat: quia motus pedibus conuenit. Respondetur igitur, his notatis. Et sit prima conclusio.

Cõclusio. 1 Aris[illegible] hic tex. 3. ¶ Subiectum tãtum dicitur moueri in om[illegible] mot[illegible] Probatur ab Aristo. In omni motu est considerare agens, subiectum, tempus, terminũ à quo, & terminum ad quẽ: sed non dicitur moueri aliquid istorum, nisi solùm subiectum: ergo solùm illi conuenit motus. Patet. Agens non mouetur per se, sed mouet potius. Tempus etiam non mou[illegible]tur, sed mensura est motus. Terminus [illegible] quo n[illegible] m[illegible]etur: quia abijcitur in [illegible]u. Terminus ad quem, antequam sit, [illegible] in motu, post acquisitionem tamẽ est q[illegible]es. Solùm remanet subiectũ in quo fit mo[illegible]us: ergo solùm motus conuenit subiecto, nec mou[illegible]ur locus in quo sit motus, lib. 4. text. 4. Arist. in. 3. text. 17. & tex. 11.

Cõclusi. 2. à termino ad quem capitur species in motu. ¶ Secunda cõclusio. [illegible]otus speciem capit nõ à termino à quo, sed à term[illegible]no ad q[illegible] vt calefactio dicitur: non quæ à calore, sed quæ ad calorem, & albefa[illegible]io, non quæ ab albedine, sed quæ ad albedinem. Probatur. S[illegible]ut se habet forma ad substantiam, se habet obiectum ad potentiam, habitum, & actum: sed substantia à forma substantiali capit specie[illegible] ergo potentia, & actus, & habitus ab obiecto, quod vt forma se habet. Arist. in. 2. de anima.

Maior patet. Nã vtrobiq; eadem est ratio: quia agens respicit formã, qua intendit sibi simile producere: sic etiã potentia, actus, & habitus: ob[illegible] c potentia definitur per obiectum: vt visus est potentia recipiendi colores: & habitus tẽperantiæ est virtus circa delectabilia tactus. Cũ ergo potentiæ, & habitus sint ,ppter actus, relinquit̃ q; id qd̃ dat speciem potẽtiæ: det & actui. Põt ergo sic formari ratio. In omni motu oportet ratio specifica sumat̃ ex parte termini à quo, vel ex parte termini ad quẽ: quia motus cũ sit actus, solũ hos respicit terminos: sed nõ sumitur species à termino à quo: [illegible]a abijcitur, & nõ acquiritur per motũ: & qd̃ nõ est, non potest dare esse specificum: ergo debet sumi species à termino ad quem. Ratio. 1.

¶ Item. Species debet sumi in motu ab eo qd̃ actu est: sed qd̃ actu est, solùm termin? ad quem est: quia ratione eius dicitur esse motus: quia partim in actu, partim in potẽtia est: ergo mo[illegible]is speciẽ capit ab obiecto. Ratio. 2.

¶ Tertia conclu. Generatio simpliciter nõ est motus. Patet. Omne quod proprie mouetur, est ens actu manẽs sub vtroq; termino: cùm autem in generatione ex nõ aqua, scilicet ex aere fiat aqua, neq; aer mouetur: quia corrumpitur, neq; aqua? quia nõ erat sub termino à quo: sed materia quę manet sub vtroq; termino non est ens in actũ, sed in potentia, vt in primo habitum est suprà. Eodẽ modo probatur quod corruptio simpliciter non est motus. Sic ergo probatur conclusio. Ad hoc quod sit motus simpliciter, requiritur quod idem maneat simpliciter actu sub vtroq; termino: sed hoc non contingit in generatiõe, neq; in corruptione: ergo generatio, & corruptio non sunt motus simpliciter. Maior est philosophi. Minor probatur. Id qd̃ generatur, est ex non esse simpliciter ad esse simpliciter: ergo ante generationem nõ erat, neq; in termino à quo: & est post ea solùm in termino ad quem: ergo non mãlit subiectũ in vtroque termino simpliciter, sed solùm in vno termino, & pari modo de corruptione, quę est ab esse simpliciter ad non esse. 3. Cõclusio Aristo. tex. 8. Generatio non est motus simpliciter. Ratio.

¶ * Aduertendum quod S. Tho. in vno sensu, concedit generationem esse motũ, & in alio negat: motꝰ enim sumitur dupliciter. Primo pro omni actione transeunte, siue fit successiua, siue instantanea, modo instãtanea sit terminus successiue. Et sic dicitur motus cõmuniter, & vniuersaliter; & hoc *

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo generatio & corruptio & illuminatio dicuntur motus: & sic difinit Aristote. motũ suprà in. 3. Secundò sumitur motus, pro trãsmutatione succesiua: cuius subiectum est ens actu, & terminus est acquisibilis diuisibiliter, & dicitur motus propriè: & in hoc sensu Philo. in isto. 5. generationẽ & corrupt. non dicit motum, sed mutationem: quia sic motus differt à generatione, non solùm ex subiecto: quia. s. subiectum generationis est ens in potentia, & subiectum motus est ens in actu: & terminus generationis est substantia, & motus est accidens. Sed etiam quia terminus generationis est indiuisibilis: & indiuisibiliter acquisitus terminus, sed motus est diuisibilis, & successiue acquisitus: & ex hoc potissimè motus à generatione distinguitur: vt successiuum, ab instantaneo.

4. Cõclusi. ¶ Quarta conclusio. Omnis motus est à contrario in contrarium. Patet. Omnis motus est (vt docet Aristote.) inter terminos oppositos, sed inter terminos oppositos contradictoriè non est motus: quia generatio, & corruptio non sunt motus: restat q̃ omnis motus sit inter contraria.

Triplicitèr sumitur cõtrarietas. ¶ Et pro probatiõe oportet notare, quòd tripliciter sumitur contrarietas: vno modo propriè: & est duorum extremorum oppositio, maximè sub eodem genere distantiũ, inter quæ est quædam, aut mediorum intẽsionis latitudo, de quo Aristo. 5. Meta. vt est inter album, & nigrum: & hæc non est nisi in genere qualitatis, vbi magis, & minus reperitur. Secundo modo contrarietas capitur pro oppositione duorũ extremorum quæ non possunt esse simul, inter quę est aliquà latitudo, & distantia, siue sit secũdùm intensionem, siue secundùm excellentiam, siue defectum, aut secundùm distantiam localem. Et hæc contrarietas nõ est in genere substantiæ: quia substantiæ se habent sicut numeri: quia in indiuisibili consistit substantiæ ratio. Et dato homo excedat asinum, vel equum, non tamen est, latitudo, sic quòd perfectio vnius possit crescere ad alterius perfectionem: quia repugnat transitus de specie ad speciem: tamen albedo vt vnum, sit intensa vt. 8. & pedale fit bipedale, & quod in vno loco est in alium fertur. Tertio modo sumitur contrarietas pro oppositione inter duas differentias diuidentes genus, quarum vna semper est altera perfectior, atque vt priua tio, respectu alterius: quæ contrarietas in vno quoque prædicamento est: vt in substantia, corporeum, & incorporeum: sensibile, & insensibile: rationale & irrationale. In prædicamento ad aliquid, simile, & dissimile. Et sic Aristotel. dixit, omnes terminos motus habere se quodammodo, vt formam, & priuationem: vt in motu alterationis, nigrum est priuatio albi.

Aristotel. 5. Meta. t. 15.

Aristotel. 8. Meta. t. 10.

Aristo. 3. li. suprà. tex. 5

¶ Probatur ergo conclusio. Si motus est vel alterationis, vel augmentationis, vel localis, quicunque sit ille, oportet fit à contrario in contrarium aliquo istorum modorum. Nam si fit in alteratione, ibi erit vel secundùm propriam contrarietatem ex albedine ad nigredinem, vel erit ex remissa qualitate ad intensum, quæ etiam est contrarietas secundùm alium modum: & si à minori quantitate ad maiorem, etiam ibi contrarietas: & si ex vno loco in alium similiter, vt declaratum est.

Ratio.

¶ Quinta cõclusio. Solùm tres species motus sunt. Patet. In omni motu oportet dẽ subiectum actu maneat sub vtroque termino: sed manente eodem subiecto actu, motus fieri non potest nisi alterationis, augmentationis, aut localis: ergo solùm sunt tres species motus. Patet. Omnis motus speciem capit à termino ad quem: sed solùm ista tria, qualitas, quantitas, vbi, terminus ad quem, in motu sunt: ergo solùm tres species motus sunt, qui sumuntur secundum differentiam istorum terminorum. Quòd solùm isti tres sint termini patet: quia nullus alius poterit per naturam signari.

Conclus. 5. Tres sunt spẽs motus. Ratio. 1.

¶ Secundò. Si alia esset species motus maxime generatio, aut corruptio: sed hæc nõ est motus, vt probatum est: eò quòd non manet idem subiectum actu sub vtroque termino, cùm in generatione, quæ denõ esse simpliciter est ad esse, non sit subiectum actu idem in termino à quo, & ad quem: quia cùm sit alia forma substantialis in termino à quo, quàm sit quæ in termino ad quem, non poterit esse idem subiectum actu. Idem de corruptione dicendum,

Ratio. 2.

¶ Sexta conclusio. Quando vterque terminus à quo, & ad quem, positiuus est, non potest motus fieri in instanti: bene tamen quando termini explicantur contradictoriè. Hic volumus dicere, quòd si ex calido fiat frigidum, aut ex albo rubeũ, aut ex

Conclus. 6

ex qualitate intensa vt duo, fiat vt. 4. aut ex certa extensione quantitatis fiat certa intensio, & ex tali loco acquiratur alius locus, nunquam continget ille motus in instanti. Patet: quia non potest intelligi quomodo ex termino à quo, peruenìat ad terminum ad quem, sine successione aliqua: sed ex non illuminato, potest fieri illuminatum in instanti: vt videmus in huiusmodi mutationibus, & ex non aëre fit aër in instanti: quia existentibus dispositionibus ad aërem, est non aër, quandiu est sub forma priori, & vsque ad vltimum instans dispositionum necessariarũ ad primum esse aëris, est forma alia in subiecto: ol[illegible] non aër est: & in illo vltimo instanti ex non aëre fit aër. Ecce quomodo non repugnat huiusmodi instantanea acquisitio formæ: & sic generatione est: quia forma substantialis in indiuisibili consistit, [illegible] enim habetur, vel non habetur.

Aristote. 8. Meta. tex. 10.

Ratio cõclusio.

¶ Conclusionis ratio est: quia quando explicatur quòd ratio motus per terminos contradictorios fiat in instanti, est, quia inter contradictorias nõ reperitur medium, sed vtrumque in extremo est: vt album, & non album: & in instanti intelligitur iste transitus ex non aëre ad aërem, quod non est ex calore vt. 6. ad calorem vt. 10. quia per medium eundum erit per. 7. & per 8. & per. 9. sicq; necessariò in instanti non erit.

Ratio. 3.

Ad argum. ¶ Ad primum dicendum. quòd Aristotel. hic vbi ex professo de entibus naturali mobili loquitur, propriè de motu non posuit in numerum generationem, neque corruptionem, [illegible] in postprædicamentis connumerauit. Ratio est: quia ibi loquebatur [illegible] ibus, qui non poterant exactè intelligere [illegible] tionem quare in generatione non fit motus, neque in corruptione: quæ ratio est, non quia alia acquiruntur successiuè, & forma substantialis in instanti. Non est hæc potissima ratio, sed est illa, quæ ab Aristot. signatur: quod in omni motu, qui propriè motus est, oportet fit eodem subiecto manente in actu sub vtroque termino, quod non est in generatione, neque in corruptione: est tamẽ in alijs tribus dictis.

Ad confir. Et ad cõfirmationem patet solutio: quia rarefactio sub motu augmentationis comprehenditur.

Ad. 2. & 3. ¶ Ad secundum, & tertium sufficienter ex dictis respondetur est: si quidem cõtrarium intelligimus in motu augmẽtationis inter quantitatem pedalem, & bipedalem: & terminus à quo pedalitas est, & ad quę bipedalitas, & nõ põt simul esse pedale, & bipedale; & est contrarietas, nõ propriè, illa quæ in solis qualitatibus: sed alia, quæ est inter illa quæ simul stare non possunt, & distãt. Et pari ratione in motu localì: si fit motus gravis deorsum, terminum à quo intelligimus locum sursum à quo incipit motus, & ad quem deorsum, vbi est finis. Et quia simul non possunt stare ista duo loca, dicitur esse motus à contrario in contrarium. Et quando animal mouetur motu progressiuo, pro quanto deserendo locum, in quo erat, nouum acquirit, in quo ante nõ erat, & simul naturaliter nõ poterat esse in illis diuersis locis, dicitur esse motus de contrario in contrarium.

¶ SPECVLATIO SEcunda. Vtrùm ad tria tantùm prædicamenta sit per se motus, scilicet, ad qualitatem, quantitatem, & ad vbi.

Notand. 1.



Videtur quòd non solùm ad tria: quia ad relationẽ est per se motus: ergo nõ solùm ad illa tria prædicamenta posita ab Arist. in isto. libr. Patet. Ad vbi, est per se motus, sed esse in loco relationẽ dicit: ergo ad relationem est per se motus. Quòd ad vbi, sit per se mot?, affirmat Arist. Quod vbi, sit relatio patet: quia ex hoc, qd quis est in loco, insurgit relatio quædam, quæ propinquitas vocatur: sicut ad esse album similitudo.

1. Argumẽ.

¶ Preterea. Ad prædicamentũ actionis, & passionis est per se motus: ergo nõ solũ ad illa tria est per se mot?. Patet. Ex calefactione statim per se primò resultat in agente actionis relatio: & in patiẽte relatio passionis: ergo ad ista prædicamẽta est motus per se.

Argumẽ. 2.

¶ Tertiò. Probo quòd nõ sit motus ad illa tria: quia ad quantitatem non est motus: nam si ad eam esset motus, maximè in augmẽtatione, quę fit per nutritionẽ: sed tũc non est.

Argumẽ. 3.

Cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est. Patet, quia quod per se primò acquirit, substantia est, & non quantitas: vt constat in viuentibus: ergo non est per se primò motus ad quantitatem: vel si per se primò ad quantitatem, etiam & per se primò motus ad substantiam erit: & sequitur quòd non solùm ad tria illa prædicamenta.

In cõtra. ¶ In contrarium est Aristo. in tex. 18.

Notand. 1. ¶ Hic oportet primò notare, quòd id ad quod est per se motus, est id quod per se acquiritur per motum, & non ratione alterius: quare si propria passio distinguatur realiter a subiecto, non dicetur ad eam per se motum esse: quia posito subiecto, vel essentia rei, statim consequitur ipsa, vt quid fluens à principijs intrinsecis. Si tamen per actionem alicuius agẽtis motus directè, & immediatè posset terminari ad talem propriam passionem, tunc ad eam per se diceretur esse motus. Ex quo apparet quòd si nive existente albo, ad quam albedinem est per se motus, sequatur relatio similitudinis ad Petrum album, non dicetur motum esse per se ad talem similitudinem: quia cõsequuta est similitudo albedine posita, ad quam actio terminata est: & quando dicimus, est per se motus ad quantitatem. ly per se, non fertur super ly motus, sed super ly quantitatem.

Notand. 2. ¶ Secundò notandum, quòd illi qui ponũt quantitatem non distingui à re quanta, sed quantum; rem (siue sit substantia, siue accidens) esse suam quãtitatem dicunt quòd augmentatio non dicitur motus ad quantitatem, quòd per eã acquiratur quantitas: nam tunc generatio esset motus ad quantitatem, & alteratio similiter, eò quòd tã substantia, quãm qualitas est quantitas, vt ipsi putant: sed dicunt: augmentatio est motus ad quantitatem, quòd virtute illius motus, mutatur responsio ad interrogationem factam per quantum: quia augmentatio est mutatio, à minori ad maius: generatio autẽ non. Verum non hæc ad mentem Aristot. nam dato quis teneat quantitatem non distingui à re quãta, tamen quantitas nõ est formaliter substãtia: oportet ergo differãt ratione: quia ponuntur in diuersis prędicamẽtis: vnde dato acquisita qualitate, acquireretur & quantitas, quæ poneretur idem cum ea, non diceretur motus ad quantitatem: quia non est ad eã inquantũ quãtitas, sed in quãtũ est qualitas. Sit ergo. 1. cõclu.

Cõclusio. 1 ¶ Tantum ad tria prædicamenta ad quantitatẽ, qualitatem, & vbi, est per se motus. Ratio.

Hæc est Arist. tex. 18. Probatur, quia neq; ad substantiam, neq; ad relationem, neque ad aliud prædicamentorum est per se motus. Quòd non sit ad substantiã patet: quia motus omnis de contrario in contrarium est: vt probatum est in præcedenti specul. sed substantiæ nihil est contrarium. Item: quia generatio nõ est motus, sed mutatio. Aristote.

Neq; ad relationem est motus: quia ad illã rem non est per se motus, quæ potest aduenire subiecto sine eius mutatione, sed relatio est huiusmodi: quia si ego sum albus, & Petrus in Æthiopia incipiat de albari, insurgit relatio similitudinis, sine aliqua mutatione in me facta: ergo ad relationem nõ est per se motus: & sic de alijs prædicamentis, demptis istis tribus positis in cõclusione.

¶ Conclu. 2. Ad nullam relationem per se motus. Sic Arist. Probatur. Ad id solum est per se motus, ad quod terminatur motus: sed motus non terminatur ad relationem, sed ad fundamentum proximum, vnde consequitur relatio: ergo ad relationem non est per se motus. Cõclusio. 2. Aristo. 10. & 11. Meta. c. 10.

¶ Secũdò. Si ad relationem esset per se motus: ergo motus posset terminari ad relationem ipsam, & eam attingere: & tunc quæram: vel est attingendo fundamentum proximum prius, vel non: si non, ergo erit relatio per motũ, quãdo nõ erit fundamẽtum proximum: quod nullus concedit: si sic, ergo priùs motus ad fundamẽtum proximũ terminatur: seu tunc posito fundamento proximo, necessariò cõsequitur relatio: ergo motus non terminatur per se ad talem relationẽ: sicut neq; terminatur per se ad risibilitatẽ: quia ipsa est quid cõsequens subiectum ipsum, cuius propria passio est. Ratio. 2.

¶ Tertiò. Si ad aliquã relationem esset per se motus, maximè ad vbi, vt cõtendunt cõtrarium afferentes: sed ad hoc nõ: quia vbi, non dicit relationem formaliter, neq; supponit pro ea, licèt dicat habere locũ, quod explicari non posset sine respectu: & quãdo propinquitas, quæ relatio est, insurgat ex loco, motus non ad ipsam erit per se, sed ad fundamentum proximũ: quod non est homo ipse absolute: sed homo in tali loco positus, quem acquirit per motũ per se: quia ad quantitatem, & qualitatem, & locum acquirendum per se datur motus, ad relationem autem non. Ratio. 3.

¶ * Tertia conclu. In actione & passiõe nõ est motus? quòd pluribus rationibus probari posset ex Aristo. sed sufficit duas apponere: prima motus non est in motu: ergo neque in actione & passione: quia actio, & passio sunt motus, & vnus: vt in tertio probatum est. Secundo, si motus esset in actione & passione, esset in eis tãquam in subiecto, vel vt in termino acquisito per motũ: non primum, quia id quod est subiectum motus, mouetur: vt aqua cum alteratur: sed actio non mouetur: &c. neque secundum, quia cum actio, fit motus: & omnis motus terminatur ad quietem: sequitur quòd per eundem motum acquireretur & quietes, & motus, quòd repugnat: vt si motus calefactio, est in motu, vt in termino acquisito: ergo terminabitur ad calorem: in quo aqua quiescit pro aliquo tẽpore: & si ibi motus frigefactio, & mutaretur frigefactio & calefactio. Ad argum.

¶ Ad primum, & secundum dictis patet solutio.

* ¶ Quòd motus non sit in quando, nec in situ, nec in habitu: Philoso. reliquit vt manifestum: sed Sanct. Thom. probat. non est in quando, quia quando, est esse in tempore: & tempus est mensura motus: ergo si in tempore esset motus, motus esset in motu. Item quia non est motus, in relatione: sed quando, est relatio: & similiter situs, & habitus. sequitur quòd in istis prædicamẽtis non est motus.

Ad tertium. ¶ Ad tertium, in quo probatur quòd ad substantiam sit motus in nutritione, quando fit augmentatio, negatur: sed ad quantitatem fit per se motus, licet contingat quòd fit ibi substantia. Ratio est: quia ibi in augmentatione non terminatur actio ad substantiam aliquo substantiæ: quia esset generatio, & non augmentatio, sed terminatur ad illam partem de nouo adiectam substantiam: sed tamen quia tunc non dicitur quod fit animal simpliciter: vt non fit homo simpliciter, quando nutritur, sed solùm dicitur quòd fit maior: quia substantia hominis est etiã suo maior quantitate, quam erat ante nutritionem: sed si esset generatio, simpliciter fit. Et hæc quæ viuentium est, proprie augmentatio dicitur: nã alia quæ est per rarefactionem, vt si cera liquefieret, & extenderetur sine acquisitione nouæ partis substantiæ, seu materiæ, improprie augmentatio est: vt in libris de generatione inferius erit differendum. Argumentum ergo si de isto augmento improprio loqueretur, non solùm vim, sed neque apparentiam haberet: tamen quia loquitur de augmentatione propria, quę est in viuentibus, & non sine substantiæ acquisitione secundùm partem, respondemus motum terminari ad quantitatem, & non ad substantiam: quia per augmentationem suppositum non habet esse, sed pars substantiæ: & ipsa tota substantia, vel suppositum acquirit maiorem quantitatem, & dicitur esse sub maiori quantitate.

¶ SPECVLATIO TERtia. Vtrùm formæ substãtiales acquirantur. succelsiuè.

Consequenter videtur ad propositum quærere, quandoquidem Aristotel. agit de illis ad quæ per se est motus, & ad substantiam negat per se esse motum: vtrum formæ substantiales acquirantur succesiuè: an in instanti: quia si succesiuè, non est quare non fit per se motus, sicut ad qualitatem, & quantitatem.

¶ Videtur quòd sic. Formæ substantiales, quæ non sunt animatorum, videntur succesiuè esse. Patet: agens naturale non producit formam substantialem, nisi præuijs dispositionibus productis, quæ faciunt ad expellendam formam præexistentem, & disponunt ad nouam aliam introducendam: sed non stat huiusmodi præuias dispositiones produci, quin forma substantialis habeatur succesiuè. Patet. Tales prę uiæ dispositiones necessariæ ad formam introducendam sunt sic sufficiẽtes, vt suppono, quòd vltimum esse ipsarum primũ sit esse formæ substantialis in subiecto. Argumẽ. 1.

Tunc sic. Omne agens naturale prius agit in propinquum, quàm in remotum: ergo prius in parte proximiori subiecti dispositiones præuiæ, & necessariæ erunt, sed ipsis positis forma introducitur substantialis: ergo antè erit in parte illa propinqua forma substantialis, quàm in alia: & sic sequitur quòd forma substantialis in animatorum saltim, fit succesiuè acquisita.

¶ Prætered.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò. ¶Præterea. In viuentibus ab agente naturali per actionem caloris in cibum nutrimentalem fit formæ substantialis productio: quia in tali parte nutrita verè est substantia: & dicimus alimentum conuertitur in substantiam: sed talis acquisitio substantiæ non fit nisi successiuè: quia successiua est actio caloris conuertentis alimentum in carnem, vel in aliti substantiam.

In contra. ¶In contrarium est: quia substantiæ rerũ, quę sunt species, se habent sicut numeri, cõsistentes in indiuisibili: ergo non successiuè, sed in instanti introducuntur.

Notand. 1. ¶Prouolutione est notandum, differentiã esse inter formam substantialem, quæ dat esse substantiæ, & simpliciter, quæ per generationem habetur, ad formam accidentalem, quæ solum dat esse secundùm quid, & habetur per alterationem, aut augmentationem.

Notand. 2. Differentia inter formas substantiales. ¶Secundò considerandum, quòd inter formas substantiales est latissima differentia: nam quædam sunt substantiales formę inanimatorum: vt sunt lapidum: & aliorum in quibus vita non est: aliæ sunt formæ viuentium: & secundùm differentiam viuẽtium, & animarum, seu formarum est differentia, nam est vegetatiuum, & sensitiuum, & rationale. Vbi nutritio, & augmẽtatio, & non sensatio, vt in plantis: est anima vegetatiua: vbi vltrà est sensatio, est sensitiua anima: vt in brutis: & quãdo ratiocinatio superadditur, vt in homine est anima rationalis. Non disputamus hic, an in homine sit vegetatiuum, sensitiuum, & rationale per tres animas distinctas, vel solùm per vnam, quæ contineat perfectiones inferiorum: quia de hoc in libris de anima videbitur in. 3. Nam sicut Trigonus in tetragono, sic sensitiuum, & vegetatiuum in rationali est: vt docet Aristo.

In. 3. de ani specul. 1.

Notand. 3. ¶Ponenda etiam est differentia inter formas omnes alias à rationali: & ipsam: quia sunt extensæ illæ, & corrumpuntur, subiecto corrupto: non rationalis, quæ non educitur de potentia materiæ, & immortalis durat, etiam separata à suo subiecto: vt in. 3. de anima probatur.

Vide Cirue lo in paradox. q. 5. articu. 2. Vide S. Th. P. p. q. 76. art. 8. & 2. contra Ge. c. 72.

¶De quæstione est opinio Mantuani dicẽtis, quòd omnis forma substãtialis, quæ est diuisibilis, acquiritur successiuè in materia: & ad probandũ supponit primò, quòd materia est receptaculum formarum, & quòd non potest esse sine forma. Secũdò suppo-

Opi. Mãtu.

nit, quòd ad hoc quòd materia recipiat huiusmodi formam, oportet sint qualitatiuæ dispositiones sufficientes, & conuenientes formæ. Tertiò supponit, quòd omne agens naturale priùs agit in propinquum, quàm in remotũ. His dictis, probat. Omne agens naturale disponens ad corruptionem formæ præcedentis, & introductionem sequẽtis, priùs disponit partem propinquam, quàm remotam: ergo priùs introducit formam in parte propinqua, quam in remota, & sic successiuè. Patet vltima consequentia: quia qualitates disponẽtes, successiuè producuntur.

Ratio Mantua.

¶Confirmari potest: quia sicut in productione qualitatis, & corruptione eiusdem, quæ, secundùm omnes, producũtur, & corrumpuntur successiuè, non est dabilis prima qualitas corrupta, neq; prima inducta (non tendendo minimũ naturale potens per se existere, neq; maximum quod non potest, sicut tenet Mantuanus) sic & nõ est dabilis prima pars formæ substantialis introductæ, neque prima pars formæ corruptæ: ergo ea ratione qua qualitates successiuè introducũtur, & corrumpuntur successiuè, & formæ substantiales similiter.

Confirmat.

¶De formis alijs, quæ non sunt anima rationalis, idem sentit Mãtuanus: imò de anima rationali, propter rationem dictam, tenet quòd successiuè informat, & definit informare totum corpus.

Mantuanus tenet de anima rationali, quòd successiuè informet.

¶Quòd si fiat argumẽtum ex sanctorum autoritatibus, quòd animæ creantur in instanti à solo Deo, & oportet in instanti informẽt: aliàs daretur in illo interim, quòd neq; in gratia, neq; in peccato esset, quod non videtur. Oportet dicere tenendo opinionem Mantuani, q̃ anima rationalis creatur à Deo per vltimum non esse, & incipit informare: quo posito non sequitur inconueniens: sed sit conclusio prima.

Obiectio. Solutio.

¶In omnibus animatis siue anima sensitiua, siue rationali, in instãti anima informat corpus, licet alia mẽbra informet successiuè: & sic fit in corruptione. Hæc cõclusio probatur autoritate & Theologorum, & Philosophorum. Et hac ratione dicitur, q̃ cor sit primũ viuens, & vltimum moriens.

Conclus. 1. Cor primũ viuens & vltimum moriens.

¶Prima pars probatur: quia si successiuè anima acquireretur, & non in instãti: ergo ad substantiam esset motus, seu ad formã substantialem: sed hoc est contra dicta in præcedenti speculatione, vbi Atistotel. ex pro-

Ratio. 1. p. p.

fesso probat, quòd solũ ad tria præcedicamenta est per se motus: ergo anima non introducitur successiuè, sed in instãti.

Secundò. ¶Secundò. Si talis anima successiuè introducetur, & non in instanti, oportet ergo quòd priùs partem informet, quàm totũ: quia hoc est successiuè introducere: vel est ex parte formæ, vel ex parte subiecti, cuius forma est. Si ex parte formæ: ergo ipsa habet gradus, vt qualitates accidentales: vnde non consistit in indiuisibili, contra Aristo. qui dixit, rerum species se habere sicut se habent numeri. Quòd si fiat successio partium non ex parte formæ, sed ex parte subiecti: sit verbi gratia, quòd priùs animatur brachium dextrum in animali. Quæro. Vtrum tunc est animal, & viuens, vel non: si non sequitur quòd habens formam animatam non est animal. Si primũ, ergo etiam si vltrà non informet, dicetur animal. Tunc quærã: si anima (cùm sit genus) in aliqua specie debeat contineri: sed in nulla continetur cum solo animato brachio: quia si in aliqua certa maxime in illa in qua si totum animal esset animatum cõtineretur: sed in illa non: quia sic homo diceretur solùm brachio viuente, quod non capit intellectus, oportet ergo dicere, quòd anima informat in instanti, & non successiuè.

Aristot. 8. Meta. text. 10.

Cõclusio. 2. Formæ substãtiales in animatorũ in instãti introducũtur.

¶Conclusio secunda. Omnis forma substãtialis etiam in animatorum in instanti introducitur ab agente naturali, licèt præuiæ dispositiones producantur successiuè. Hæc declarat punctũ rei. Prima pars probatur ex prima conclusione: quia aliàs ad subsistendum esset motus, si forma substantialis per successionem haberetur: & generatio non esset solùm mutatio: sed motus, quod Aristoteles negat in isto. 5. Item: quia Aristote generaliter dixit, species rerum sunt sicut numeri, id est, consistunt in indiuisibili. Et tandem eodem modo probabitur hæc cõclusio quoad primam partem, sicut probata est prima.

Ratio. 2. p.

¶Secunda pars probatur, quòd dispositiones requisitæ successiuè introducantur. Quod libenter damus Mantuano. Patet. Illæ sunt formæ accidẽtales, & sunt qualitates reales, ad quas est per se motus: ergo successiuè disponitur materia ad formam introducendam, & introducuntur qualitatiuæ dispositiones.

¶Præterea. Ex supposito eiusdem Mantuani. Omne agens naturale in priùs in partem propinquam, quàm in remotam agit: ergo dispositiones necessariæ priùs erunt in magis approximata parte agenti, quàm sint in remotiori: & cùm tales dispositiones habeant gradus, & non consistant in indiuisibili, possunt esse in parte vna, cũ non sint in alia, maximè cùm in etherogeneis non eadem sit dispositio, & nõ eodem modo sit requisita in omnibus partibus ad esse formæ. Alia enim dispositio ad animationem requiritur in capite, quàm in pede, & alia in osse, quàm in neruo

Ratio. 3.

¶Tertia conclusio. Dispositiones requisitæ, & necessariæ ad formã introducendã, quãuis in genere causæ materialis, & disponentis sint priores, sunt effectus eiusdem formæ introducendę, & sic posteriores ea. Hic intendimus probare, dato ita sit, quòd dispositio viam faciens ad formam introducendam intelligatur vt præcedens ad formam, tamen quòd ipsa sit dispositio vltima, habet ab ipsa forma, & eius dicitur effectus. Sicut si calor requiritur ad hoc quòd forma ignis introducatur in ligno, quanuis calor disponat, sed calor necessario requisitus est in tanta intensione: & qui vltima dispositio est eiusdem formæ, ignis effectus est: quia ad idem genus causæ conseruans, & efficiens pertinet: sed forma ignis introducta illum calorem necessarium, & qui vltimò disposuit ad formam per formam, & à forma conseruatur: ergo intelligitur vt effectus eiusdem formæ.

Cõclusio. 3.

¶* Imò omnes tales dispositiones, quæ sunt cùm forma introducta, & eam conseruant, sunt de nouo productę, & aliæ corruptę fuerunt: quæ erant cum forma corrumpenda, vt nos alibi diximus latè. Et priùs ipsa forma præintelligitur: in quo est deceptus Mantuanus, qui solùm attendit ad causalitatem disponentis, genere causæ materialis, non aduertendo ad causalitatem formalem, quam facit forma respectu dispositionum sufficientium. Huius si vis capias exemplum, quod in Theologia adduci solet, quando peccator iustificatur per dolorem de peccato, seu contritionem sufficientem, intelligitur prior contritio, & vt disponens vltima dispositione ad gratiam ipsam, quæ est forma introducenda: sed ipsa contritio, quæ vltima dispositio est, effectus eiusdem gratiæ dicitur, & ea posterior; vt scitè

*

Deceptio Mantuani.

De iustificatione impij.

S. Th.

Universidad de Deusto Biblioteca

S.Tho.p.p. q.113.ar.8. S.Tho.probat:sic in proposito dicendum. Et nō est opus ob rationem adductā à Mātuano, cum illo consentire in opinione, vt assentit quidam aliàs vir doctus: sed oportet dicere quòd dispositione facta in aliqua parte subiecti, etiam si sufficiens appareat, non introducetur substantialis forma, quousq; subiectum fuerit dispositum ad hoc q̄ possit forma substantialis introduci, vt incipiat esse per primū sui esse: & tunc sint dispositiones requisitę. Neq; hoc est mirum, quia tota extensio in subiecto, vbi forma erit, reputatur velut dispositio necessaria: & dato agens naturale in propinquū agat, prius quàm in remotum, non tamen eo in tempore lucetur forma substātialis, quousq; extensio sit dispositionū per totū subiectū.

Ad argum. ¶Ex istis patet solutio ad argumenta posita in principio, quæ sunt illa quæ format Mātuanus, p̄ sua opiniōe, maxime primū.

Ad secūdū. ¶Ad secundum dicimus quod quando fit nutritio per actionem caloris, disponitur alimentum successiue, vt sit aptum, vt conuertatur in substantiam aliti, & in instanti, in quo vltima dispositio necessaria cibi: & ibi est substātialis forma, & intelligitur alimentum conuersum in substantiam aliti.

Ad confir. Patet etiā solutio cōfirmationis pro opin. Mantuani: quia differentia est in qualitatibus, & in formis substātialibus: ideo in illis conceditur successio, & non in istis.

¶SPECVLATIO. IIII. Vtrūm ad vnitatem motus ista tria sint requisita, mobilis, termini & temporis vnitas.

Argumē. 1. VIDETVR quòd non. Stat eūdem esse terminū, & tamen motus esse specie differentes: ergo vnitas termini non facit vnitatem in motu. Patet. lapis vnus à concauo Lunæ descendat via recta, & alius à centro ascendat, & in puncto medio aēris sint obij lapides illi, tunc terminus est vnus ad quem: quia pono in casu, & tamen differunt motus specie: quia vnus sursum, alius deorsum: qui sunt contrarij.

¶Præterea. Si ad vnitatem numericam in motu esset necessaria vnitas specifica termini ad quem, & ipsius motus, maxime esset, quia illa quæ sunt diuersa in specie, continuari non possunt: sed non propter hoc: quia illa quæ differunt specie, de facto continuantur, vt patet insertione, vbi surculus insertus in arboris alterius specie trūco, vel ramo, crescit, & fructificat: & continuatur cum trunco, vel ramo. Patet etiam de arbore, & virga, quæ pro medietate est secca, & pro medietate viridis, quæ partes specie differunt: vnum tamen efficiūt continuū. Et maximè in animalibus et heterogeneis cōstat, vbi carnes, ossa, nerui, & venæ faciūt vnum cōtinuum, cùm maxime specie differant. Argumē. 2.

¶Tertiò. Si ignis feratur vsq; ad concauū lunæ: & aēr vsq; ac concauitatis: isti motus sunt ad terminum ad quem diuersum, & est vnus motus in specie. Patet: quia vter q; motus sursum est: & motus sursum oēs sunt in eadem specie: ergo sunt termini diuersi, ad quem, manente vno motu. Argumē. 3.

¶In contrarium est Aristo. tex. 35 In cōtra.

¶Pro solutione notādum, hic nos velle loqui, non de vnitate indiuisibili, sed de vnitate quæ cōtinua est: vt motus eò dicat vnus, quia continuus. Hanc vnitatē, & continuitatem in permanentibus nō est difficile inuestigare, est tamen in successiuis quibus repugnat suas habere omnes partes simul. Non enim tam in promptu est cognoscere temporis continuitatem, cuius pars præterita non est, & abijt, & futura nondū est: atq; solùm quoddā instans in præsenti cōsideratur, qd̄ continuet huiusmodi partes, quæ non sunt, vt continuitatem habeat. Notand. 1.

¶Oportet etiam aliquam habere rationem, nempe quid sit res aliquas simul esse consequenter se habere: continuè quidem, què. Illa dicūtur simul esse loco, quæ simul sunt in eodem loco adæquato: quo pacto absq; miraculo duo corpora esse non possunt. Non enim per naturā penetratio corporū est, vt in superioribus tetigimus. Tamen duo angeli naturaliter possunt esse: quia corpora non habent: sicut & duo gloriosa corpora super naturaliter vel vnū gloriosum, cum non glorioso. Materia & forma dicuntur esse in eodem loco: quia res est naturalis. Tho.1.p. q.52.art.3. Theolo. in 4.d.44.

¶Eorum autem quæ non sunt simul loco: aut extrema sunt simul, aut non: si nō sunt simul, aut mediat aliquid eiusdem generis, aut non: si aliquid eiusdem generis mediat, non sunt cōsequenter se habentia: sicut in militum ala, primus nō se habet consequēter cum tertio: quia mediat secundus eiusdem generis. Sic domibus dispositis in ciuitate per ordinem, prima ad tertiam non se habet consequenter: quia mediat secunda domus: sed prima ad secundam, secunda ad tertiam, dicitur consequenter se habere: quia nihil eiusdem generis mediat: nam licet sit aēr medius, vel aliquid aliud, q̄ non sit domus, consequenter se habent illa. Si tamen extrema, vel vltima se tangant: vel sunt vnum, vel non: sed solùm se tangunt si primo modo, sunt continua: vt si ligni partes non separatas consideres, vel lineæ, aut corporis alicuius partes, faciunt continuum vnum, & dicuntur vnum continuū: quia sunt vnum, copulatæ ad vnum terminum cōmunem. De quo in prædicamento quantitatis diximus. Si vltima sunt simul, & vnū non faciant, dicuntur esse cōtigua. Quopacto ait Aristo. necesse est mūdum esse vnum contiguum esse superioribus lationibus, vnde eius virtus gubernetur: sic omnia corpora quę in mūdo sunt, quātuncunque plusquam specie differant, imò & genere, dicuntur esse contigua: quia in rerum natura vacuū nō datur: vt in lib. 4. proximè dicetur, speculat. 3. consequenter se habētia. Cōtinua. Contigua. Notand. 3 Triplex vnitas.

¶Est etiam notandum, quòd vnitas est duplex: quædam numerica: alia specifica, & si tertiam velis addere, genericam. Vna res numero dicitur, quælibet, quæ in quantū est ens, & vna est: sicut & vera, & bona: aliquid, & res: per hoc quod quælibet res est in se distincta, & à qualibet alia discernitur. Vnū specie. Aliqua cùm sint numericè, dicūtur esse vnum specie, sicut Petrus, & Paulus sunt duo, sed specie vnum: quia eiusdem speciei, cùm vterque indiuiduum sit speciei humanæ, & in quid species prædicatur de eis. Est generica vnitas in illis, quę cùm numero distinguuntur, & specie, sub vno continētur genere proximo: sicut homo, & brutum sub animali, & illa quæ sub eodem prædicamento cōtinentur. Vnūgenere Aristo. 5. Met. tex. 11

¶Ad vnitatem ergo motus quid requiratur, & ad hoc quòd sint duo motus idem specie non conueniunt doctores. Itaque dissentiunt, & dissidiū maximū est inter eos in hoc: quidam enim dicunt esse requisitam specificam vnitatē terminorū ad quos: alij vero negant. Albertus de Saxonia dicit vltra vnitatem terminorū ad quos, requisitam vnitatē terminorum à quibus, quod alij reprehendunt & meritò: nam cùm motus sit recessus à termino à quo, quorum species sumēda est ab ipso qd̄ abijcitur per motum, & in cuius abiectionem consistit ratio motus? Quapropter dicunt solùm penes terminos ad quos considerandam rationem specificam motus: alij putant ad hanc vnitatem necessariam vnitatem principiorum monentium, alij negāt. Et quòd sumatur à termino ad quem patet, nam cū ex definitione sumatur ratio, & quidditas rei, vt Arist. 5. metaph. text. 12. illa dicetur distinguī specie, quæ distinguūtur definitione: & specie esse vnum, quorum definitio est vna: at motus omnis per terminum ad quem definitur, quādo dicitur: Motus nō est aliud præter res ad quas est motus. 5. metap. tex. 4. & hic text. 4. ait, quòd à termino ad quem nomē sortitur, & speciē motus ipse: quod probat, & refert S. Thomas quāuis Comment. in. 2. physic. tex. 14. dicat in artificialibus motum capere speciē à principio à quo. Prædicta ratio deseruiet conclusioni quæ sequitur. Tho.1.p. q.23.art.1. ad.3. Varia opinio de requisitis ad vnitatē motus. Albertus Iunior.

¶Prima cōclusio. Species in motu, per se primò penes terminum ad quem vltimatum attenditur. Hęc est expressa Arist. doctrina in locis citatis, & hic tex. 31. quando dicit, q̄ omnes albationes sunt eiusdē speciei specialissimæ, & omnes disciplinationes sunt eiusdem speciei subalternæ: quia disciplina est species subalterna habēs sub se species specialissimas. Conclus. 1.

¶Præterea. Species in motu sumidebet ab aliquo quod est in motu: quia quod non est, non potest dare speciem: & non sumitur ab eo quod in facto est, cum tunc non sit motus: ergo sumitur ab eo quod est in fieri, sed id quod est in fieri terminus ad quem est: ergo ab eo sumitur ratio specifica. Ratio.

¶Dixi, terminum vltimatum, quia motus lapidis vsque ad centrū terræ, & motus eiusdem ad concauum aēris sunt eiusdem speciei, etiam si termini non sint idem, non vltimati: sed vltimatus terminus est idem: quia est locus ille naturalis, vbi conseruātur res, qui est vnus grauium.

¶Secunda cōclusio. Quanuis identitas termini à quo, nō requiratur per se primò, ad vnitatem specificam motus, consequutiuè tamen requisita est. Probatur: quia omnis motus à contrario in contrarium est. tex. Conclus. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

10.&.18.si ergo termini, ad quos, sunt eiusdem specie: ergo & termini à quibus similiter: & si termini ad quos differunt specie: ergo & termini à quibus similiter: in hoc sensu potest admitti quod dixit Albertus, rationem specificam in motu sumi etiam à termino à quo. Dixi, ꝙ non requiritur per se primò: quia licèt terminus à quo esset vnus, si termini ad quē sint diuersi, erunt specie diuersi motus: vt à palle dine ad nigredinem: & ad albedinem: à tepiditate ad calorem, & frigiditatem.

Saluatur opin. Alberti Iuniioris.

Conclus. 3. Vnitas spacij requisita

¶ Tertia cōclusio. Ad vnitatem specificam motus cōsequutiuè requiritur vnitas formalis spacij. Hęc est Arist. tex. 32. Hic vo do dicere, ꝙ si vnū mobile moueatur linea recta, & aliud linea circulari, non erit eadē species motus: quia non est vnitas spacij. Probatur: quia motus circularis, & motus rectus specie differūt: & nō est necessariū semper sit penes diuersum terminum ad quem: quia potest esse vnus: oportet ergo sit diuersitas penes spatium: quia non eadē via est, quæ per rectam lineam, & quæ per circularem.

Ratio.

¶ Dixi, formaliter, quia si lapis descendat per ignem, aerem, & aquā, licet spacia differant specie, motus vnus est: sed nomine formaliter intelligimus figuram viæ, vel progrediendi: quod fiat, scilicet, per lineam rectam, vel curuam, quanuis sit materialiter idem spacium, non tamen formaliter: & saltim in motu locali requiritur vnitas formalis spacij

Venetus.

¶ Dixi, saltim in motu locali, quia Paulus Venetus hic. tex. 33. dicit, nō esse idem in motu alterationis: nam dealbatio à nigro per fuscum, & à nigro per viride sunt eiusdem speciei, licet spacium non sit idem: ꝙ videtur esse ad mentē Aristotelis, qui omnes dealbationes dicit esse eiusdem speciei: quanuis Burleus teneat esse specie differentes, quando medium non est idem, etiamsi terminus ad quem sit vnus, sicut in motu locali. Tenētes ergo opinionē Pauli Veneti, restringēda est cōclusio ad motū local.

Burleus.

Conclus. 4. Vnitas motoris nō est requisita.

¶ Quarta conclu. Ad vnitatem specificam motus non requiritur vnitas specifica motoris. Hæc conclusio sit contra illos, qui putant vnitatem motoris requisitam. Patet. Motus lapidis deorsum à generante, & motꝰ lapidis proiecti ab homine sunt eiusdem speciei, cùm motores sint differentes: quia terminus ad quem est vnus: & motus lapidis missi à funda, vel missi à manu, sunt eiusdem speciei dummodò alia sint paria: ergo sequitur ꝙ vnitas specifica motus nō requirit vnitatem motoris.

¶ Item. Nihil potest in specie constitui, ꝙ non intrat eius definitionem, sed motor nō intrat definitionem motus: ergo non specificatur ab eo.

Secunda.

¶ Quinta concl. Ad hoc quòd motus sit vnus numero, requiritur vnitas numerica mobilis, & termini, & ꝙ viæ sint eiusdem speciei, & tempus vnum. Respectu primi. Si granum frumenti vna formica vsque ad certum locum deferat & alia continuè vsque ad nidum portet, nō erit vnus motus numero: quia mobile non est vnum numero: & cùm motus accidens sit, non potest esse vnum & idem in diuersis subiectis, vt sunt diuersæ formicæ, licet possit esse vnus motus vnitate cōtiguitatis. Requiritur etiam ꝙ tempus, & vię sint eiusdem speciei: quia aliàs, si idem mobile moueret, & partim per lineam rectam, & partim per curuam, nō esset vnus motꝰ numero: quia circularis, & rectus non sunt eiusdem speciei: nā cùm ea quæ differunt specie, non possint esse continua, motus per lineam rectā, & circularem non possunt vnū facere continuum. De terminisiam dictum est.

Conclus. 5. Ad vnitatē numericā, motus vnitas mobilis & terminī, & tēporis.

¶ Tempus etiam oportet sit vnum in hoc sensu, quòd nullum detur instās, in quo nō sit verum dicere, immediatè ante hoc erat pars motus, & immediatè post hoc erit pars motus: nam cùm mobile sit idem, & partes motus sint eiusdem speciei, motus erit continuus, & vnus numero. Si autem sit interruptio in motu, etiā si sint omnia, non erit vnus motus continuus, sed cōtiguus poterit esse, vti diximus.

Conclus. 6.

¶ Sexta conclusio. Ad vnitatem numericam motus non est requisita vnitas numerica spacij, imò neque continuitas spaciorum, neque contiguitas. Patet. Si lapis descendat per ignem, & aerem, & aquam, vt suprà diximus, vnus est motus numero, licet spacia materialia differant specie. Et si quis pulset cōtinuè citharam, & percutiat primam chordam, & vltimam, relictis intermedijs, est vnus motus. Et si quis fluuium transeat per lapides suppositos, etiam si non sint lapides contigui, motus dicetur continuus: vt si ambuletin pauimento ex lapidibus quadratis constituto, etiam si nō in quolibet lapide pedem figat, erit motus continuus,

continuus, & vnus.

Ratio.

¶ Ratio est. Continuitas in motu penes id quòd cōtinuat partes eius cōsiderāda est: sed quòd continuat non sunt spacia continua, sed solùm mutatū est: ergo per solum mutatum est, debet attendi: sed existentibus nō continuis, imò neq; contiguis spacijs, stat aliud, & aliud mutatum esse, quod cōtinuat partes motus, vt dictum est, quādo nulla quies intermedia est: ergo sequitur quòd motus continuitas, non requirit spacia materialia continua.

Ad. 1. arg.

¶ Ad primū argu. concedimus illos motus esse specie differentes, non vt Albertus de Saxonia putat, propter diuersos terminos à quibus, sed propter diuersos terminos ad quos: nam non est idem terminus lapidis descendētis, & ascendentis, sed alius, & alius quicēsiderantur penes sursum, & deorsum. Sic docet Aristot. quòd est eadē relatio de motu ab extremo ad medium, aut de medio ad extremum, quæ est de extremo ad extremum: nam medio (inquit) vtimur vt duobus contrarijs. Item: quia medium punctum aeris, respectu concaui lunæ deorsum est: sed respectu centri terræ sursum: ob id illi motus sunt contrarij, sicut sursum, & deorsum.

Aristo. tex. 52.

Ad. 2.

¶ Ad. 2. in quo tangitur difficultas de continuatione illorum, quæ specie differunt: vt in virga pro parte viridi, & parte sicca, dicendum est, illa quę specie differunt cōtinuari non posse, & sic motus circularis cum recto non poterunt continuari: quia specie differunt, & ex vtroque non erit vnus motus numero. Ad id quod de virga quæ medietate sicca est, dicendum, nō ibi esse in veritate continuationem, quanuis ut secundùm apparentiam. Ratio est quia si formæ non continuantur, cùm alia sit in medietate sicca, alia sit in medietate viridis, & accidentia non continuantur, inter quæ quantitas est: maximè tenēdo viā S. Tho. ꝙ accidentia subiectentur in toto composito, & non in materia prima: cùm totum compositum non maneat: quia nō est virga viridis sicut antè. sequitur quod neq; cōtinuatio erit. Congiutinantur partes, ita est, sed non cōtinuantur. Et dato in materia subiectentur accidentia, cùm resolutio fiat in corruptione vsque ad materiā primā, necessārium est quòd in corruptione virgæ, quando deficeatur, non maneat aliquod eius accidens: ergo neq; manebit quantitas: ꝙ si alia de nouo veniat in parte virgæ corrupta, non poterit continuari cum prima, quādo quidē formæ substātiales non cōtinuantur. Etiā in eterogeneis, sicut in homine, oportet concedere, ꝙ cū ipsæ partes non differant specie perfecta in se, eo quòd sunt partes vnius: poterit intelligi cōtinuatio, etiam si specie differunt: quia non est perfecta specifica differentia. Et hæc cōtinuatio cōgruenter fit per neruos qui medium videntur tenere inter ossa, & carnem: & sic vna forma est in omnibus illis partibus. Quapropter & continuitas est intelligenda. Neque obstat si S. Thom. dicat, formam totius in eterogeneis non esse in singulis partibus. Non obstat (inquā) quia intelligit ꝙ non quælibet pars integralis hominis sit homo: & ita est: vt os nō est homo, cùm in homogeneis contingat: quia quælibet pars aquæ aqua est. Ad id quod de surculo inserto, quod maiorē habet apparentiam, dicendum quòd ibi non est continuatio, sed solùm fit, quòd surculus vtatur trunco, vel ramo tanquam medio per quod à radice alimentum recipiat, & fructificat. Si tamen esset surculus insertus eiusdem speciei, sicut contingit fieri sæpe, tunc nō est quare negemus talem fieri posse cōtinuationem, & de facto fieri, licet adhuc non sit certum, an fiat.

Quomodo ille quæ spē differūt nō possunt cōtinuari.

D. Thom.

S. Tho. p. p. q. 11. art. 2. ad. 2.

¶ Ad tertium concedimus terminos illos esse specie diuersos, & negamus motum esse eundem, imò ipsi motus differunt specie, sicut & terminiinā corporibus simplicibus, quæ specie differunt, vt sunt aër, & ignis, cōpetunt, & motus naturales specie differentes, vt ait Arist. 3. de cœlo. tex. 51.

Ad. 1. Aristot. 1. d cœlo. tex. 86.

¶ SPECVLATIO quinta. Vtrùm motus reflexus posit esse continuus.

QVia de vnitate motus diximus, quæritur, vtrùm motus reflexus posit esse continuus, sic, vt vnus dicatur, sine hoc quod quies sit media.

¶ Primo probatur, quod nullus motus reflexus posit esse continuus: nam sequeretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur quod aliquod mobile, moueretur simul motibus contrarijs: quod est contra naturam contrariorum, quæ simul esse non possunt: vt docet Aristo. 4. c. 10. Metaphy. probatur suppósito quod si aliquod mobile mouetur, continuo motu, à termino, ad terminum, verum est dicere, quod mouetur ad illum terminum, per totu tẽpus mensurans motum illum: non solum quando propinquat termino, sed in principio motus: tunc est argumentum, si lapis proiectus sursum mouetur, & ex sursum deorsum, motu reflexo motu cõtinuo, ergo per totum tempus mẽsurans motum, mouetur deorsum: sed antequam reflectereturur mouebatur sursum, ergo motu sursum, & motu deorsum simul mouetur: & hæc sunt contraria, vt notum est, ergo: maior est nota, & minor est manifesta.

Aristo.

2. Argumẽtum. ¶ Secundo, si talis motus reflexus continuus datur. s. ad vnum terminũ numero, accedit, & recedit ab eo simul, vt patet ad sensum: tunc quæro aut eodem instanti, accedit, & recedit, aut in diuersis, non primũ, quia sic opposita essent simul quod repugnat. Ergo secundũ: sed cum non dantur instantia immediata, sequitur quod est tẽpus, in quo neque accedit, neq; recedit, sed hoc est quiescere: ergo quies datur in motu reflexo: et sic nõ potest esse talis motus vnius & continuus.

3. Argumẽtum. ¶ Tertio probatur auctoritate philosop. libr. 8. physicorum textu. 64. vbi probat nõ posse esse motum sursum, & deorsum, sine quiete media.

¶ In cõtrarium tamen est quod graue proiectum sursum, & obstaculũ obuians habens, cõtinue sine quiete reflectitur: ergo.

Motus reflexus dupliciter.

¶ Pro decisione quæstionis oportet aduertere, quod motus reflexus potest dupliciter contingere, vno, quando, quid motum moturecto, ex sui natura reflectitur & reuertitur: vt si lapis sursum proijciatur, & per impetum: moueatur sursum ad certam distantiam: & eo cessante, quia terminatur virtus impressa per impetum, descendat secundum naturam suam quia graue est. Secundo contingit talis motus reflexus, per hoc quod graue proiectũ sursum, obuia corpori impedienti progressum, & reuertitur, vt si quis lapillum proiciat sursum, & statim molarẽ obuiando, reuertatur deorsum, qui lapillus vltra progrederetur sursum, si non inueniret impedimentum.

¶ Motus reflexus, in primo sensu non potest esse continuus: sed necessario datur quies. Hæc probatur ab Aristotele in octauo, physicor. textu. 64. rationibus adductis in principio quæstionis: nam est repugnantia, quod sit vnus motus ad contraria simul, sic vt esset sursum, & deorsum, sine quiete media.

1. Conclus. Aristo.

¶ Secunda conclusio motus reflexus in secundo sensu, quando est aliquod impedimẽtum obstans impulsioni, potest esse cõtinuus: probatur, si non esset continuus, eo esset, quod simul esset accessus ad vnũ terminum, & recessus ab eodem, quæ simul stare non possunt: sed quando tale contingit obstaculum, non est proprie accessus, & recessus, respectu eiusdem, quia non est accessus, imo impedimentum eius.

2. Conclus.

¶ Dictis in prima & secunda conclusionibus obuiare videtur: quia quies tam in secundo, quam in primo sensu, necessario videtur danda, suppósito, quod omne illud quod nunc mouetur, aliquo motu, & ante non mouebatur, quiescebat, ab ista specie motus, ponamus quod lapillus, proiectus sursum, habet obuium magnum lapidem descendentem deorsum, tunc lapillus descendit deorsum, & antequàm obuiaret non mouebatur deorsum, sed potius sursum, ergo quiescebat: sed quies, non est nisi in vbi, sursum, quando fuit obuius lapis: ergo aliquando quiescebat: in vbi, sursum: & sic datur quies. Secundo modo in motu reflexo: & ob id nullo modo poterat esse continuus: quod est cõtra secũdam conclusionem.

Obiectio.

¶ Solutio obiectionis est, quod propositio proposita est vera, quando nullum est impedimẽtum obstans: tunc enim vera est, quod non intelligitur talis motus absque quiete, & ob id non est continuitas in tali motu: sed tamẽ non est vera propositio, quando est obstaculũ quod impedit accessũ, vbi rationabiliter impulsus deberet esse, nisi esset obstans, vt diximus.

Solutio.

¶ Verum Ægidius Romanus in octauo in expositione textus. 65. dicit quando est quæstio, vtrum inter duos motus contrarios, possit dari quies media: est distinguendum, aliquid moueri motibus contrarijs sine quiete media, potest dupliciter intelligi: vel motu proprio, & per se: vel motu alieno & per accidens: primo modo non

Ægidius.

non contingit, sed secundo modo non conuenit, vt si pilla proijciatur in terra & ex vi proiectionis resileat sursum, non potest esse sine quiete media in terra: aliàs motibus contrarijs simul moueretur. Sed (ait ipse Ægidius) si tunc quando proijcitur pilla, & tangit terram ipsa terra sursum ascenderet, iam pilla, quæ deorsum mouebatur, moueretur sursum de per accidens, sine qui te media, & sic dicit rationes philosophi concludere, in primo sensu, sed non in secundo.

Aliorum opinio.

¶ Sed tamen ista intelligentia & hæc distinctio alijs non placet: nam si motus cõtrarij possunt simul inesse eidem per accidens, eadem ratione duo contraria intensa & perfecta possent esse, & inesse eidẽ per accidens: & sic idem esset calidissimum & frigidissimum per accidens, quod repugnat se. Ergo: & ob id standum est declarationi datæ

Opin. neotericorum.

¶ Aliqui ex modernis tenent sufficienter probari à Philo. motum locale reflexum, non posse esse continuum perpetutum: eo q̃ sit inter terminos contrarios, & per eandem lineam: sed non probatur efficaciter discontinuitas per quietẽ mediã: quia dicunt ipsi, quãdo lapis, verbi gratia, proijcitur sursum, & ascendit per tempus horæ verbi gratia, vsque ad vltimũ instans exclusiue, illius horæ, in illo instanti vltimo, incipit descendere, & sic non datur quies pro aliquo tempore: quia ibi non datur tempus medium, cum illud vltimum temporis sit primum descensus. Aristot. tamẽ videtur intelligere, quod in vltimo instanti temporis mensurantis ascensum, terminetur ascensus: & in primo instanti temporis mensurãtis descensum, incipiat descẽsus, sed hoc non est necessarium, sicut in alteratione, quæ præcedit generationem substãtialẽ: quia gnatio est in instanti vltimo alterationis præcedẽtis introductionẽ formę, quæ contingit in instanti: sic & in motu. Hæc omnia quæstionem faciunt difficilem & ambiguam, & problematicam: nam quod non posit dari quies media in puncto reflexionis, probatur: quia sequeretur quod graue sursum existens, & non impeditũ, non descenderet, quod est contra naturam grauis: nam si lapis proijciatur sursum, & à sursum deorsum descendat: quæro vtrum inter motum lapidis sursum, & motum deorsum, detur quies aut non. Si non, ergo motus reflexus est continuus, si sic, sequitur intentũ, quod graue existens sursum, & non prohibitum non descendit, aliàs si mouetur, ergo quiesceret, simul & moueretur: quod repugnat: quod si quis dicat ab aliquo detineri, non potest signari nisi aër, qui non detinet vt notum est: nam si non potuit lapidem detinere quin ascenderet, neque potest quin descendat: item quia si lapis proiectus sursum obuiaret molari, sine quiete descenderet, vt diximus in secunda conclusione: & in notabilibus, ergo etiam si non obuiat, descẽdet sine hoc quod quiescat. Ex his omnibus sic adductis, manet res, vt dixi in dubio, & probabile videtur: & ad Aristotel. sensum magis conuenit, id quod in conclusionibus prima & secunda dictum est.

SPECVLATIO SEXTA
Vtrùm motus contrarietas attendatur penes terminos contrarios.

POSTQVAM in præcedenti speculatione de vnitate motus quantum ad speciem, & quantum ad numerum tractatum est, congruentissimum erit de motuum contrarietate disserere: & sic quæritur, vtrùm attendatur penes terminos contrarios, videtur quod non.

1. Argumẽ.

¶ Si contrarietas in motibus attendenda est penes terminos contrarios, erit vel penes terminos contrarios à quibus, vel penes terminos contrarios ad quos: sed nullo modo istorum, ergo nullo modo sumitur contrarietas in motu. Non primo modo: nam motus qui est ab albo in fuscum, & à nigro in fuscum, sunt à terminis contrarijs: tamen illi motus non solũ non sunt contrarij, sed sunt eiusdem speciei, vt probatum est in præcedenti speculatione. Neque attenditur penes contrarietatem terminorum ad quos. Patet. Motus qui est aëris, sursum vsque ad centrum eiusdem & descensus eiusdem aëris vsque ad idem punctum, non sunt contrarij,

Universidad de Deusto Biblioteca

trarij: quia vterque motus est naturali ipsius aëris, & tamen termini sunt contrarij, vt in solutione argumenti primi præcedentis speculationis dictum est: quia ille punctus medius aëris respectu terræ est alius ab eodem respectu cœli: quia respectu vnius est sursum, & respectu alterius est deorsum: ergo sequitur quod contrarietas in motu non sit sumenda penes contrarietatem terminorum.

Argumé. 2. ¶Præterea. Nullo modo in motibus est contrarietas: ergo penes contrarios terminos sumenda non est. Patet. Contraria se comitantur in gradibus remissis, vt cõstat: sed motus cõtrarij, vt sursum, & deorsum, non possunt aliquo modo esse simul: ergo.

Argumé. 3. Aristot. ¶Tertiõ. Tantùm vnum vni opponitur, vt ait Aristo. 1. de cœlo, &. 10. Meta. sed omni motui contraria quies est: ergo motus motui non contrariatur.

In cõtrariũ ¶In contrario est Aristo. tex. 58. quando dicit, motus esse adinuicem contrarios.

Notand. 1. ¶Pro solutione notãdum, quod inter motus differentes specie, quidam sunt subordinati ad inuicem: alij se habent impertinẽter: & alij contrariantur: vt alteratio, & generatio subordinantur. Impertinentes: vt sanatio, & dealbatio: quia vnus ad aliũ non ordinatur.

¶Contrarietas in motu dupliciter considerandа est: vno modo inquantum res est: alio modo inquantum motus est. Inquantum motus, habebit ordinem ad suos terminos à quibus speciem sumit: vt in præcedenti speculatione difinitum est: sed vt res est, habebit ordinem ad dispositiones alias vt dicemus motum violentum contrariari naturali, etiam si sit respectu eiusdem termini.

Notand. 2. ¶Etiam notandum, quòd medium quod est inter duo extrema contraria, vtrique extremorum contrariatur: sicut in virtute est inuenire, quæ cum teneat medium, & opponitur extremo per excessum, & extremo per defectum: ob id medium excet aliquando vicem duorũ contrariorum.

Notand. 3. ¶Aduertendum insuper, quòd contrarietas motuum potest. 5. modis considerari. Primò, respectu eiusdem termini, qui est terminus à quo vnius, & ad quem alterius. Secundo modo, penes contrarietatem terminorum à quibus. Tertio modo, penes cõtrarietatem terminorum ad quos solum. Quarto modo, penes contrarietatem inter terminum ad quẽ vnius, & à quo alterius. Quinto modo, penes ambas cõtrarietates, scilicet terminorum & à quibus, & terminorum ad quos.

¶Prima conclusio. Contrarietas in motu nullo modo sumenda est penes contrarietatem quarto modo, scilicet, termini ad quem vnius, & à quo alterius. Patet, quia idem est motus qui ad ægritudinem, & qui est ex sanitate. Ratio. Idem est motus numero, solùm ratione differens, motus qui est ex termino ad quem vnius, contrario termino à quo alterius: ergo non est inde contrarietas sumenda. Patet: quia idem numero motus est ad Thebas & Athenis, quia idem est accedere Thebas, & recedere ab Athenis. Conclus. 1. Ratio.

¶Præterea. Ibi non est contrarietas, vbi est ratio identitatis: sed ratio identitatis, est ex contrarietate termini ad quem, & termini à quo: quia tanto quanto accedit ad terminum ad quem, est recessus à termino à quo: & sic motus identificatur: & cõtinuatur, perficitur, & cõsummatur: nam eadem est ratio qua accedit ad quem, & recedit à quo. Idem enim motus est quo album reijcitur, & nigrum acquiritur. Sic Sãctus Thomas de veritate quæstione. 28. S. artic. 1.

¶Secunda conclusio. Contrarietas in motibus per se primo non attenditur penes secundum modum contrarietatis, scilicet, iuxta cõtrarietatẽ terminorum à quibus, sed sumitur iuxta tertium modum. Conclusio est Aristotel. Prima pars patet: quia aliquando motus à terminis contrarijs tendunt ad eundem terminum, vt inter arguendum dicebamus: vt à nigro & albo, ad colorem medium. Conclu. 2. Aristot. tex 47.

¶Probatur secunda pars. Rerum contrarietas sumenda est penes formas, quibus sunt in actu: nam potentia calidum, & potentia frigidum non contrariantur: quia aliquid sibi ipsi est contrarium: sed actus motuum proprie sunt termini ad quos: simul enim acquiritur motus, & terminus: ergo penes terminos ad quos sumẽda est. Dixi per se primò, quia potest esse quòd sit etiam contrarietas ex terminis contrarijs ad terminos contrarios: vt in sanitatem, & ægritudinem, qui sunt ex ægritudine in sanitatem, & ex sanitate in ægritudinem. Hic contrarietas sumitur motuum Ratio. 2.

ex vtroque termino: sed per se primo, nõ ex contrarietate terminorum à quibus, sed ad quem.

3. Conclus. ¶Tertia conclusio. Mutationes inter terminos quorum non est medium solum, cõtrariantur iuxta primum modum, penes eundem terminum, qui vnius est terminus ad quem, & alterius à quo: vt generatio aquæ, & eiusdem corruptio, cõtrariantur penes ad quem vnius, qui est esse aquæ, & eiusdem à quo: quia vnus est accessus, & alius est recessus. Patet conclusio. Istæ mutationes contrariantur, & non videtur vnde sumatur contrarietas: quia à terminis ad quos non potest, quia terminus ad quẽ corruptioni est non esse: qui proprie non habet contrarium. Ratio

4. Conclus. ¶Quarta conclu. Cõtrarietas motuũ, qui sunt vel ab extremis ad media, vel à mediis ad extrema, per se primo attenditur penes contrarietatem terminorũ ad quos, & cõsequutiue penes contrarietatem terminorũ à quibus. Hæc est Arist. Ratio est: quia medium vtriq; extremorum est quodammodo contrarium: vt fuscum nigro, & albo: ergo motus qui est ab albo in fuscum, & à nigro in fuscum, sunt contrarij: quia fuscum habet vicem duorum contrariorum. Et pari ratione motus à fusco in albũ, & à fusco in nigrum est contrarius: ac si à terminis à quibus contrarijs ad terminos ad quos contrarios.

5. Cõclusio. Omnis motus quieti cõtrariatur. ¶Quinta cõclu. Omnis motus est contrarius quieti, non quæ in termino ad quem, sed illi quæ est in termino à quo: vt motus sursum est contrarius quieti, quæ est deorsum: & motus deorsum quieti, quæ est sursum, & motus frigefactionis est contrarius quieti, quæ est in caliditate.

✱ Aduerte quod hæc contrarietas, quæ est inter motum, & quietem, in termino à quo non est cõtrarietas perfectè, & strictè, sed cõmuniter & large: prout Philosop. oppositionem priuatiuam, contrarietatem solet appellare: sicut silentium, sermoni contrariatur: & lux tenebris: quod notat Cõmenta. com. 53. in hoc libro. Cõment. hic com. 53. & 54.

Ratio. ¶Ratio est. Motus quieti contrarius est, & nõ quieti alterius generis: ergo vel quieti quæ est in termino ad quem, vel quæ in termino à quo, non illi quæ in termino ad quem: quia per motum ad illam tendit, tanquàm ad perfectionẽ, & nunquàm aliquid tendit in suum cõtrarium, sed potiùs recedit: ergo oportet sit contraria quieti quæ est in termino à quo, à quo per motum recedit, sicut à suo contrario.

¶Quod non opponatur quieti alterius generis patet: quia calefactio non opponitur quieti quæ est in albedine: cõtraria enim oportet sint eiusdem generis.

✱ Sed potest quis obijcere contra quintã cõclusionem quod quies nullomõ perficiat motum: quia quies negatio est, & priuatio motus: sed nullã dicit perfectionem, ergo motus non perficitur per quietem in termino ad quẽ: soluitur facta distinctione, de quiete: quies in termino ad quem, duo potest importare: primo negationem fluxus siue tendente ad vlteriorem gradum formę acquirendę per motum: qui fluxus est de ratione motus. Secundo modo potest considerari vt dicit permanentiam, seu durationẽ formę acquisitę: quæ forma vt est terminus motus, comparatur ad motum, vt perfectum ad imperfectum, sumendo quietem, primo modo, nõ est perfectio motus: imo vt sic opponitur ei vt negatio fluxus. Sed secũdo mõ est perfectio & cõplementum motus: ob id motus non contrariatur quieti, quę est in termino ad quem: quia motus ordinatur vt medium ad talẽ quietem tanquam ad finem: quia mobile mouetur ad formam vt eam acquirat, & in ea quiescat.

¶Sexta conclusio. Quies quæ est in termino ad quem, contrariatur quieti, quę est in termino à quo: vt frigidum calido. Probatur à simili proportione. Sicut calefactio opponitur quieti sub frigiditate: ita frigefactio quieti sub caliditate: ergo sicut calefactio opponitur calefactioni, & quies sub caliditate opponitur quieti sub frigiditate, vel hoc quod est esse frigidum, huic quod est esse calidum, quod idem est. Argumentum est à simili proportione. Sicut se habet senarius ad quaternarium, se habet ternarius ad binarium: quia vtrobiq; sexquialtera proportio est: & sic se habet. 8. ad. 4. & ad. 2. quia vtrobiq; dupla proportio est. Cõclus. 6. Ratio.

¶Septima conclu. Cùm tam inter motus adinuicem, quàm inter motum, & quietẽ contrarietas sit, maior est cõtrarietas quæ inter motus est. Probatur: quia maior contrarietas probatur ex maiori repugnantia, quòd in nullo gradu possunt esse simul, sed sic est inter motus contrarios: & tamẽ non inter motũ, & quietẽ: quia stat simul 7. Cõclusio

Universidad de Deusto
Biblioteca

calefactio cũ frigiditate remissa cui tamen contrariatur, sicut motus quieti.

Conclus. 8. Motus violentus motui naturali contrariatur.

¶Octaua conclusio. Omnis motus violentus motui naturali contrariatur, & quies quieti cõtraria est text. 90. Patet. Contrarietas non solùm à terminis est sumenda, sed aliunde, in motu inquantum res: quia scilicet à diuersis principijs: sed motus naturalis, & violẽtus sic se habent: quia vnus à principio intrinseco, alter ab extrinseco, ergo sequitur q̃ sunt contrarij motus.

Comment. Hoc dixit Cõment. vt suprà adduximus: imò etiam si sit ad eundem terminum: vt motus naturalis ignis sursum, contrariatur motui violento lapidis sursũ, & motus naturalis terræ deorsum, motui violento ignis deorsum. Patet. Vbi non potest contrarietas sumi penes contrarios terminos, oportet sumere penes principia diuersa.

Conclus. 9 quæ sequitur ex omnibus.

¶Nona conclusio. Vnum multis opponitur. Patet. Motus opponitur motui, & opponitur quieti: vt motus naturalis ignis contrariatur motui naturali terræ: quia ad diuersos terminos: & contrariatur motui violento deorsum eiusdem ignis, & motui violento terræ sursum, & quieti in centro terræ: & sic considerando, & comparando inuenies contrarietatem in multis.

Ad argum. ¶Patet solutio ex dictis ad argumenta.

Finis quinti libri Physicorum.

SEXTVS LIBER PHYSICORVM.

ARGVMENT. SEXTI lib. Physicorum

IN libr 6. Arist. probat quomodo cõtinuũ non cõstat ex indiuisibilibus tanquã ex partibus: & quòd nunc tẽporis sit indiuisibile: & quòd in motu nõ datur primũ mutatum esse, neque vltimum: quia ante omnem motum, erat motus: & tandem concludit, quòd indiuisibile non mouetur.

¶SPECVLATIO PRIma. 6. lib. Physi. Vtrùm continuũ ex indiuisibilibus cõstet.

Argumẽ. 1.

VIdetur quòd sic. Est argumentũ ad hominẽ. Arist. 1. Topi. c. 4. ait, q̃ sic se habet punctum in continuo, sicut vnitas in numero: sed omnis numerus componitur ex vnitatibus tanquam ex partibus: vt ait idem Aristotel. ergo continuum constat ex punctis: sed punctum est indiuisibile, sicut & vnitas, ergo continuũ constat ex indiuisibilibus.

Argumẽ. 2. ¶Præterea. Possibile est continuum in omnem suam partem esse diuisum: ergo continuum constat ex indiuisibilibus tãquàm ex partibus. Consequentia est bona. Probatur antecedens. Deus cognoscit intuitiuè omnem partem cõtinui, sicut cognoscit, potest per suam potentiã diuidere per partes proportionales horæ: facta tali diuisione, sequitur partes esse indiuisibiles: nam aliàs ad huc non est continuum diuisum in omnem suam partem.

Argumẽ. 3. ¶Tertiò. Puncta indiuisibilia dantur in cõtinuo: ergo vel sunt aliquid reale, vel solùm per imaginationem: sed non sunt per imaginationem, quia aliàs non possent partes continuari: ergo sunt talia puncta secundũ veritatem: at non possunt esse nisi vt partes eius: quia ex punctis componitur linea, & superficies ex lineis, & ex superficiebus corpus: sequitur ergo q̃ indiuisibilia ista dantur.

In contrariũ Nota. ¶In cõtrariũ est Arist. in principio huius.

¶Pro solutione notandum, quòd indiuisibile dicitur varijs modis: vno modo, vt solùm dicat negationem potentiæ naturalis ad diuidi: sicut cœlum dicitur indiuisibile, sicut & est incorruptibile: & simili modo minimũ naturale: de quo in primo sumus loquuti. Est indiuisibile: quia facta diuisione nõ posset stare. Alio modo sumitur indiuisibile, vt dicat partitiuam negationẽ: vt indiuisibile sit id quod non habet partes, in quibus possit diuidi: & hoc indiuisibile est duplex: quoddam spirituale: vt est angelus forma non recepta in materia, & anima rationalis: quæ recipit in corpore, quæ quidem non habet positionẽ in continuo, etiam si corpus informet: alio modo est indiuisibile, non habẽs partes: quod dicit habere positionem in continuo, quod est pũctum: de quo in præsentiarum sermo est. Nec est nunc disputandum, an talia indiuisibilia, quæ habent positionẽ in continuo, distinguantur realiter ab ipso continuo nec ne: quia in prædicamento quantitatis dictum est, quomodo à re quanta quatitas distinguatur. Quod ergo hic quæritur est: vtrum dato tali indiuisibili, quod in partes diuidi non potest, habeat positionẽ in continuo: vtrum sit pars eiusdem continui, sic quòd continuum dicatur ex ipsis indiuisibilibus constitui tanquàm ex partibus: vt linea ex pũctis, quæ sunt indiuisibilia, & superficies constet ex lineis, quæ sunt indiuisibilia secundùm latitudinem, & profunditatem, & corpus ex superficiebus, quę sunt indiuisibilia secundùm profunditatẽ. Hoc ergo est quòd in speculatione est.

Specu. vlti. Duplex indiuisibile: spirituale, & habẽs positionem in continuo.

Notanda. ¶Est etiam considerandum, quòd prædecessores Arist. viri magnæ authoritatis, crediderunt continuum componi ex indiuisibilibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zeno. Stoici.

bilibus tanquã ex partibus, vt Zeno, & sectatores. Atque suo tempore fuit istorum opinio celebris: quod manifestum efficit efficacia posita ab Aristote. ad hãc destruẽdam, & confutandam opinionẽ in isto lib. 6. quam sic ex professo tractat, vt solùm hoc agere videatur.

Scot. 2. sen. d. 1. q. 9. Grego. Arimi. in. 2. di. 2. quæst. 2.

¶Inter Theologos quẽstionem tractat doctor sub. subtiliter, & Gregor. Arimi. & multa hinc inde adducunt argumenta, ingeniosè valde ad probandum cõclusionẽ, quam nos statim de mente Arist. apponemus: quæ talis est.

1. Cõclusio Cõtra Maio. in. 2. sen. dist. 2. q. 3. Ægid. lib. 1. de gc. q. 8.

¶Impossibile est continuũ ex indiuisibilibus componi tanq; ex partibus: vt lineam ex punctis. Hæc conclusio est cõtra Maio. Probat Aristo. hic hanc suam sententiam. 6. rationibus. Primò: quia continua sunt quorum vltima sunt vnum: sed indiuisibilia vltimum non habent: ergo non sunt cõtinua: neque sunt contigua: quia contigua sunt, quorum vltima sunt simul: sed indiuisibilia non habent vltimum: ergo neque sunt continua, neque contigua: & sic talia indiuisibilia in continuo non dantur.

Ratio. 2.

¶Præterea. Continua non possunt se tangere secundùm se tota, sed secundùm vltimum: at indiuisibilia non possunt se tangere secundùm vltimũ, cum non habeant, sed secundùm se tota: ergo non sunt continuũ. Exponitur maior. Si medietas mea superior inferiorẽ tãgeret secũdũ se totã, penetratiuè se haberet, & sic non occuparet maiorem locum, quàm sola medietas, nec faceret continuum, ob id si debent constituere continuum, oportet quòd secundùm vltima se tangant: sed vltimum in indiuisibili non reperitur. Relictis alijs argumentis Aristot. ad Scot. deueniamus.

Prima ratio docto. subt.

¶Doctor sub. Probat conclusionem, supposito quòd licet in rei veritate indiuisibilia non occupent locum, tenentes tamen continuum ex indiuisibilibus cõponi, tanquàm ex partibus, necessariò debent concedere: nam si duo puncta (vt ipsi dicunt) maiorem locum quàm vnum occupãt, & finita puncta occuparent infinitum: obiicit secundùm illos, ponentes huiusmodi indiuisibilia, nullum continuum componitur ex infinitis indiuisibilibus: sed id quod magis expluribus, quàm id quod minus.

Ratio. 3.

¶Secundò. Si infinitum esset ex indiuisibilibus compositum, sequeretur quòd tot essent indiuisibilia in minori circulo, sicut in maiori, quod est contra præsuppositum. Probatur in hac figura: nam quæcunque duæ lineæ rectæ quantuncunque propinquissimæ ducantur à centro vsque ad circunferentiam externi circuli, ne-esse est vt quemadmodum in maiori circulo terminantur ad duo distincta puncta, sic in minori: quia si in minori circulo concurrunt in idem punctum, tunc ab illo puncto vsque ad centrum non essent duæ lineæ, sed vnica: atque lineæ ductæ à centro vsq; ad circunferentiam maioris circuli non essent rectæ, sed frangerentur in circunferentia minoris circuli, vt apparet in hac figura, cuius demonstrationes apud Euclidem.

Euclides. Corolla. 1.

¶Sequitur ergo quantũcũq; plures lineas duxeris à centro ad circunferentiam maioris circuli, q̃ tot numerabuntur in circũferentia minoris, & sequeretur quòd minor circulus esset æqualis maiori.

Corolla. 2.

¶Secundò corollarium docto. sub. est. Si continuum ex indiuisibilibus componeretur, sequeretur diametrũ quadrati esset cõmensurabilem, imò æqualem costæ, cũ tamen ad sensum patet esse maiorem, & Aristot. in multis locis dicit esse incommensurabilem: ut patet, vbi nos apposuimus demonstrationem. Et probatur esse proportionem, quæ medietas dupla est, quæ non est proportio rationalis, vt in tractatu. proportionum dicemus in sequenti lib. 7. Sed probatur sequela in hac figura. Si enim à puncto quolibet vnius costæ ad punctum alterius costæ lineã ducas, tot puncta adæquatè enumerabuntur in costa, quot in diametro: & sic diameter ex tot punctis constabit, ex quibus constat costa: quare sequitur quòd sit ei æqualis.

Aristot. 10. Poste.

Corolla. 3.

¶Tertio sequitur ex Gregorio. Si cõtinuũ ex indiuisibilibus cõponeretur, sequeretur q̃ constituto triãgulo super basim: linea recta perallella cũ basi propinquior angulo superiori descripta, inter latera trianguli, esset maior basi, quod est cõtra sensum: vt patet in subiecta figura. De quo Euclides lib. 1. Et q̃ sequatur patet. Sit linea. a. b. basis huius trianguli constans ex tribus punctis, & alia duo latera cõcurrentia in puncto. c. habeant singula quinque puncta, describaturq; interpuncta. d. e. nã necesse est habere ad minus duo puncta, postq̃ est diuisibilis, f. quidẽ. d. e. sunt puncta distantia: mox describatur linea parallella inter puncta. f. g. quæ postq̃ est maior quàm superior,

ad minus habebit tria puncta. Rursus describatur alia inferior inter puncta. h. i. quæ cum sit maior, habet ad minus. 4. puncta, & per consequens erit maior quàm. a. b. quæ est basis, quæ solùm habebat tria puncta ex præsupposito, sed consequens implicat contradictionem.

¶Alia multa huiusmodi multiplicantur, quæ possunt reduci ad hoc vnum, q̃ datis duabus quibuscunque lineis inæqualibus, quanuis vna sit maxima, & alia minima, tot indiuisibilia in vna inuenientur, quot in alia: & secundùm eos, sequeretur eas esse æquales: vt patet in hac figura. Nam si signemus centrum. a. ab minori linea, quotcunque lineæ ducantur ab illo vsq; ad lineam. d. e. tot puncta nũmerantur in linea. b. c. quot in linea. d. e. vt patet: sequitur quòd componi non potest continuum ex indiuisibilibus: nam implicat quòd minus sit æquale maiori, quia pars esset æqualis toti, & sequerentur duæ contrariæ veræ: quod esset pars, & non esset pars: quòd esset totũ, & nõ esset totũ.

Aliud arg.

¶Aliud argumentum etiam fit ad probandam conclusionem. Si ex indiuisibilibus cõtinuum componeretur, non esset possibilis condensatio, neque rarefactio sine deperditione, quod est contra Arist. & experientiam patet. Constet continuum datum ex tribus indiuisibilibus, & rarefiat: necessarium est occupet maiorem locum, vel additur quartum indiuisibile per additionem nouæ materiæ, vel aliquod illorum trium indiuisibilium eiicitur maius, quod intelligi nequit eodem modo si condensetur, occupauit minorem locum, & ex tribus vel deperditur vnum indiuisibile, vel quod ex tribus sit minus quàm antè erat, quod repugnat, si indiuisibile est.

2. Cõclusio Motus & tẽpus nõ componũtur ex indiuisibilibus.

¶Secunda conclusio. Non solùm magnitudo ex indiuisibilibus non cõstat, sed neque tempus, neque motus. Hæc est Arist. hic. tex. 4. Probatur, quia nullũ continuũ potest ex indiuisibilibus constare, vt probat. 1. conclusio: sed tam motus, quàm tempus dicuntur continua: ergo nullum tale componitur ex indiuisibilibus. Quòd tẽpus, & motus sint quid continuũ, patet de motu in præcedẽtibus, quomodo ille dicitur vnus, & cõtinuus, quãdo nulla intermedia quies, semp in fluxu mutatũ est, intelligitur: simiter in tempore, nunc fluẽs consideratur, quo continuãtur partes eius

¶Item: quia quælibet pars magnitudinis correspondet parti motus, & motus diuiditur ad diuisionem magnitudinis, per quã fit motus. Hæc cum sit impossibile magnitudinem ipsam cõstare ex indiuisibilibus: quia nõ esset priùs aliquid moueri per partem magnitudinis, quàm esse motũ: quia moueri dicit successionem, quæ in indiuisibili non potest esse: ergo neque motus poterit constare ex mutatis esse, indiuisibilibus, altàs motus non corresponderet magnitudini, per quam fit motus. Idem probatur de tempore ab Arist. à tex. 10. vsq; ad. 17. Ratio. 1.

3. Concl.

¶Tertia conclusio. In magnitudine, motu, & tempore eadem est ratio finiti, & infiniti: quod est dicere. Si magnitudo est finita, & motus qui in ea erit finitus, & tẽpus in quo: & si magnitudo esset infinita, motus qui per eam fieret esset infinitus, & tẽpus similiter. Hæc in tex. 18. Aristo. & sunt cõpertissima ex supradictis: & fundantur rõnes in velocitate motũ, & proportione. De quibus in sequenti. 7. agendum erit.

Ad argum.

¶Ad primũ argumentum respondetur, nõ esse similia vnitatem, & punctũ quo ad omnia, sed bene quantum ad aliqua. Conueniunt quidem: quia sicut vnitas diuidi nõ põt, neque punctum. Differentia tamen est: quia vnitas non habet positionem in continuo: cũ ipsa multiplicata faciat quantitatem discretam: sed punctum est indiuisibile: tamen habet positionem in continuo: non quidem vt sit pars continui: sed quia est continuans partes: & datur in punctis antè, & retrò: prius, & posterius: tamẽ non in vnitate: quia numerus si ex vnitatibus constat, vt nullum ordinem importet ipsarum vnitatum: continuum verò nõ ex punctis, sed ex quantitatibus, quæ per pũcta continua fiunt: sicque in quolibet continuo infinita puncta considerantur, cùm numerus non possit constare ex infinitis vnitatibus: & isto modo debet intelligi cõparatio puncti ad vnitatem. 1. Post. tex. cõm. 42.

Gregor. in. 1. sen. d. 35. ad. 7. & 2 d. 2. q. 2.

Ad. 2. Gregorius Arimi. respondet, concedendo quod probat, scilicet, omne continuũ posse esse diuisum in omnem suam partem: sed est contra Aristote. textu tertio: quia si esset continuũ in omnem suam partem diuisum, esset continuũ constans ex indiuisibilibus. Maio. autẽ concedendo continuum posse esse actu diuisum, consequenter loquens, dicit continuum compo-

Maio. 2. di. 2. q. 5.

ni ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni ex indiuisibilibus, sed vtrumque est falsum: & ideo dicendũ est, q̃ Deus cognoscit singula pũcta cõtinui, & singulas eius partes: sed qũ infers: ergo cognoscit vltimã, negamus: quia ipsa non datur: & sic nõ cognoscitur, magis quàm impossibile dicatur cognosci. Neq; sequit: cognoscit singulas: ergo cognoscit vltimam: imò cognoscẽdo singulas partes, cognoscit continuum nõ posse taliter diuidi, vt detur vltima, ne sequatur componi ex indiuisibilibus.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. concedimus in continuo verè esse huiusmodi indiuisibilia, & realiter habent ibi partitionem: sed nõ vt partes, quod probare cõtendimus: sed solũ quia continuant partes continui ad inuicem, vel terminant continuum: quia hoc est necessarium concedere, & nullum ex hoc sequitur incõuenienS. Eodem modo dicendum de linea respectu superficei: nõ enim ipsa superficies composita est ex lineis indiuisibilibus secundum latitudinem, & profunditatẽ, tanquàm ex partibus, sed lineæ ponũtur in superficie, vt continuent partes superficiei, & terminent ipsam superficiem: sic de corpore dicendum est, quòd nõ componatur ex superficiebus tanquam ex indiuisibilibus secundum profunditatem, sed ponitur superficies vt partes cõtinuet, & terminet.

* Pro maiori intelligẽtia, an plura sint pũcta in cõtinuo, & plura mutata esse in motu, & plura instãtia in tempore: videtur resolutorie dicẽdum: quòd tã, de puncto in linea, & mutato esse, in motu, & instãti, in tpe, põt esse consideratio intrinsecè & extrinsice: punctũ extrinsecũ est illud qd̃ suo fluxu apud geometrã lineã causat: & vocat extrinsecũ eo q̃ nõ sit de essẽtia lineæ cõstitutæ: qa cum sit vnũ indiuisibile, non põt esse in diuersis partibus lineæ: nec est terminus eius cum linea finita duos habeat terminos, essent duo puncta: & non posset vnum esse duo extrema. Neq; est continuans partes lineæ, quia idem punctum nõ põt cõtinuare plures partes lineę quia cũ sint plures partes haberet plures tus simul in cõtinuo, quod repugnat: sicut quod idẽ corpus in diuersis locis. Et sic pũctum extrinsecũ vnũ in linea est, qd̃ imaginarie suo fluxu causat lineã.

¶ Punctum aũt intrinsecũ nõ est vnũ sed plura: quia continuat & terminat, & actu sunt duo terminãtia & plura in potentia: quia in plures partes põt diuidi linea infinita in potentia &c. Et tandẽ puncta intrinseca sunt diuersa esse puncti vnici extrinseci, vt lineã causat: quia secundum quod fluit causando lineam, acquirit diuersa esse accidentalia: quia pro vt est in prima parte sui fluxus, acquirit vnum esse: & pro vt est in alia aliud, &c. Et differt vt est in vna parte à seipso vt in alia: sicut puer à seipso quando infans erat: & hæc diuersa esse, dicuntur puncta intrinseca: quæ ideo intrinseca, quia sunt de ratione lineæ: quia in eius difinitione vt patet ex Euclide ponitur pũctus vt terminus seu extremum: & ponitur continuans vel copulans partes lineę: quia linea est continuũ cui? partes ad aliquẽ terminũ cõem copulãtur. Isto mõ quo depũcto in linea tã intrinseco quã extrinseco philosophandũ est de mutatũ esse in motu: & de instãti in tpore: omnia eadẽ est ratio & cõsideratio vt aliã. Ex im?

¶ SPECVLA. II. SEXti Physic. de diuisione tẽporis an nũc temporis sit indiuisibile.

Trùm nunc temporis sit indiuisibile: nam Aristo. in isto tractat de instãtibus, & de diuisione motus, & temporis.

¶ Videtur q̃ non sint instantia indiuisibilia: quia sequeretur accidens esse sine subiecto: sed consequens est falsum. Probatur. Illud instans est accidẽs, & indiuisibile: quæro in quo subiecto est: vel in alio diuisibili, vel in indiuisibili: nõ in diuisibili: quia indiuisibile nõ põt subiectari in diuisibili: quia nulla est correspondentia, neque in indiuisibili: quia maxime in puncto, quod dicimus indiuisibile: sed ibi non: quia cum sit accidens & vnum, non potest alterius subiectum esse. 1. Argu.

¶ Pręterea. Si nunc temporis, est indiuisibile, & in eo fit motus, sequitur quòd motus posset fieri in instanti, quod est contra Philos. Et probo quòd fiat. In quocunque instanti tẽporis quo motus fit, affirmamus motum fieri: ergo verè motus est in instanti. Quòd sequatur patet. Motus fit in tempore, & fit in omni quod habet positionẽ in tempore, quandoquidẽ est quid continuum: sed instans tẽporis est huiusmodi: at Aristote.

falsum

falsum est quòd motus fiat in instanti. Patet, quia de ratiõe motus est successio prioris & posterioris, quæ in indiuisibili nõ potest inuenirì: ergo nullo modo debent poni tali indiuisibilia.

¶ Tertiò. Omne tẽpus potest diuidi ad diuisionẽ motus, & è cõtrario: ergo motus correspondens indiuisibili tẽporis potest diuidi: ergo indiuisibile tẽporis diuidetur: sed hoc repugnat: ergo non possunt dari huiusmodi indiuisibilia.

¶ Pro solutione notandũ quod in precedẽti speculatione est determinatũ, & apertè probatũ, nullũ continuum ex indiuisibilibus cõstare, aut componi tanq̃ ex partibus, & cùm tã tempus, q̃ motus sint continuũ, deductum est ex indiuisibilibus non posse esse in eis cõpositionẽ. Hic verò quæritur, Vtrum indiuisibilia debeãt poni in tempore, aut in motu, eo modo saltim quo in cõtinuo magnitudinis ponunt: vt possimus loqui de diuisione mõtus, & diuisione temporis secundum diuisionẽ mobilis: vel alia ratione quia sicut in magnitudine posita sunt indiuisibilia, non vt partes, sed vt partes continui terminent, & continuent, sic etiam in tẽpore, & motu. De quo sunt conclusio. responsiuæ: & sit prima.

1. Cõclusio Arist. 24. huius. 6. ¶ Nunc temporis quod per se primò præsentat, indiuisibile est. Arist. hic. Ad cuius probationem præsupponi debet, q̃ idẽ sit nunc, quod est terminus præteriti, & futuri, initium. Non enim vnum nũc terminat partem horæ præteritam, neque ad istud momentum temporis, & aliud est quod initiat partẽ horæ futurã: nam si essent duo nunc de tempore immediata, vel nõ: si essent immediata, in eodem continuo essent duo indiuisibilia immediata, quod nullo modo contingit dum tamen si non sunt immediata, media tempus: at cum omne tẽpus sit diuisibile, oportet dicere quærere, & de instanti, vel nunc, quod diuidit.

1. Ratio. ¶ Probatur conclusio: illud nunc, tẽporis esset, & diuisibile, cum esset in parte præteritam, & futurã, vt omnis diuisio contingit in tempore: & sic pars termini præteriti esset futura, & pars termini futuri esset præterita. Patet: quia illud nunc, positũ est nũ, quod sit terminus partis præteritæ, & futuræ: Si ergo diuiditur in parte futurã, & præteritã, bene sequit q̃ pars præterita est futura, & pars futura præterita.

2. Ratio. ¶ Secundò. Si nunc præsens, esset diuisibile in præteritum & futurum, non esset per se primo presens: sed ponitur per se primò præsens: ergo oportet sit indiuisibile.

¶ Dixi in conclusione de nunc, quod per se primò est, quod sit indiuisibile: nam si non est per se primo præsens, diuidi potest: vt hora: dies: annus: mensis: quia ista non sunt in præsenti per se primo, nisi solùm ratione nunc.

¶ Secunda conclusio. Motus non potest fieri in illo nunc indiuisibili tẽporis. Hæc Arist. text. 29. Patet. Vbicunque est motus, potest esse & tardior, & velocior: sed hoc non potest in illo indiuisibili tẽporis: quia ille dicitur motus velocior, qui in minori tempore fit: sed ipso indiuisibili, nihil minus potest esse. 1. Cõclusio Motus non põt esse in instanti.

¶ Ista cõclusio poterit probari ex illis quę in tertio dicta sunt: videlicet, quomodo grãue etiã si per vacuũ moueretur, non posset esse in instanti: cõtra illos qui putauerũt esse de mẽte Aristo. sed hic apertè dicit motum in instanti non posse esse: nam nõ põt intellect? capere, quomodo successio, quæ necessario intelligitur in motu, sit in instãti indiuisibili. Grauę etiã si moueretur in vacuo non esset in instanti.

¶ Tertia cõclusio. Non solùm motus in instanti nõ cõtingit, sed neq; quies põt esse. Ratio est. Quies, est priuatio motus: ibi ergo poterit esse quies, vbi & poterit esse motus: sed motus (vt dixit 2. cõclus.) nõ cõtingit in indiuisibili tpis: ergo neq; quies. 3. Cõclusio. 1. Ratio.

¶ Item: quia contraria habent fieri circa idem: si ergo in instanti posset esse quies, & posset esse motus: quieti cõtrarius: sed non põt esse motus in instãti: ergo neq; quies. 2. Ratio. Aristot.

¶ Quarta conclusio. Motus diuiditur & ad mobilis, & temporis diuisionẽ. Probatur quòd motus sit diuisibilis. Est accidens materiale in hærens subiecto diuisibili, & extenso: ergo diuidi potest. 4. Cõclusio

¶ Quod ad diuisionẽ mobilis, patet. Omne accidens extẽsum in subiecto diuisibili ad diuisionẽ eiusdẽ subiecti potest diuidi: sed motus est huiusmodi: quia motus subiecti est in mobili, quod mouetur: ergo per diuisionẽ eius diuidetur motus ei inhærẽs. Ratio. 1.

Secũdò. Omne quod habet partes diuidi potest secũdũ eas: sed motus habet partes secundũ partes mobilis: quia motus totius non est motus partis, neque è contrario: ergo sequitur q̃ motus ipse iuxta mobilis diuisionem diuidi potest: aliàs si non posset diuidi, mot? totius, & partis diceretur, & motus Ratio. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus partis totius esset; quod est contra experientiam.

Ratio. 1. p. ¶Quod etiam diuidatur ad diuisionem tẽporis patet: quia si totius motus, quo pertransitur totum spatium, durat per horã integrã, medietas motus, qua medietas spatij pertrãsitur durabit per horam dimidiã: & si. 4. motus. 4. partem spatij in. 4. parte horę, medietas illius motus proportionabiliter in medietate illius quartæ horæ erit. Hæc sunt clara: quia ista se habent (vt superius diximus) simul: magnitudo, motus, & tẽpus. & cõtinuitas vni arguit alteri cõtinuitate, & diuisio vni, alteri diuisibilitatẽ.

A. rgum. instantia, & mutata esse solũ ratione a mobili distinguitur. Cõtra Paul. Vene. in sua meta. c. 29. ¶Ad primum, vbi tangitur de instantibus in tempore, & mutata esse in motu, suprà libr. 3. disputatum est, & videtur dicẽdum, ꝙ sicut tempus nõ distinguitur re à motu, neq; motus à mobili, nisi solũ ratione: sic & instantia, & mutata esse non distinguũtur nisi ratione, ab ipso mobili: loquimur tamen de illis ac si essent res distinctæ. Et sic non currit argumentum, quod contendebat probare, esse accidentia distincta à tempore, & motu. Quòd si daremus distingui, vt aliqui putant, illa talia indiuisibilia in subiecto essent, sed non per se, sed ratione quantitatis, cuius sunt continuatiua, & terminatiua: & sic indiuisibili, bene potest subiectari de per accidens indiuisibile: secus esset de p se. Neq; esset incoueniẽs, ponendo tale indiuisibile esse accidens distinctum, concedere quòd aliquid quod habet esse reale, simul produceretur, & corrumperetur: quia de indiuisibili cõcedi posset, de diuisibili vero negat Arist. quãdo dicit, quòd idem motus non potest esse augmẽtatio, & diminutio eiusdem quantitatis: intensio, & remissio eiusdem qualitatis: generatio, & corruptio eiusdem substantiæ: verũ quòd idem instãs sit primum, & vltimum, non est quare neget Arist. Id autem quod in fine argumenti dicitur, quòd vnũ accidens non potest esse alterius subiectũ

S. Tho. 3. p. q. 77. art. 2. falsum est: nam quantitas est accidens, & est subiectum aliorum accidentium: vt in mirabili sacramento altaris apparet.

Ad secundũ ¶Ad. 2. cõcedimus motũ fieri in instanti. Et quando infers, id esse contra Aristo. negatiuus: nam Arist. negat per se primò motum fieri in instãti, eo quòd motus successionem importet: sed quòd motus fiat in instãti per aliud non repugnat, id est ratione mutati esse, quod cõtinuatiuum est prioris, & posterioris: vnde motus non fit in illo indiuisibili in se, & secũdum se, sed quia fit in continuo, in quo reperitur indiuisibile continuans: & motus dicitur esse in instanti: sicut motus est qui contingit in omni successione eius, in cuius tamen successione necessariò intelligũtur innumera mutata esse, indiuisibilia, in quibus est motus: at quia ipsa cõtinuatiua sunt partiũ, motus nõ est per se in eis, sed per aliud: sic Scot. concedit, punctum posse moueri de per accidens, ratione magnitudinis cui qua est. Sco. in. 2. d. 1. in. 2. q. 9. Ad tertium

¶Ad tertium negamus posse fieri diuisionem indiuisibilis: sed tamen per ipsum fit diuisio ipsius quod diuidi potest: nam motus diuiditur & ratione temporis, & mobilis. Et sicut ipsa indiuisibilia ponuntur in motu, sic mediantibus eis est continuatio, & continuit diuisio: nam mota diuisione, indiuisibile, intelligitur terminare quantũ, & finire: ac etiam ponitur indiuisibile, & in tempore & in mobili, vt sic ad inuicem sibi ista respondeant: sed sicut indiuisibile motus, quo diuiditur motus, diuidi nõ potest, quia indiuisibile est, sic & indiuisibile ipsius temporis, quòd est instãs, nõ potest diuidi, licet per tale indiuisibile fiat continuatio, & diuisio: nam si horam diuidas in duas partes, oportet intelligas duo instantia indiuisibilia terminantia. Quod si continuam facies horam, quodlibet instans in diuisibile continuatiuum, sic est quòd vnũ & idem est finis partis præteritæ, & futurę initium, ratione cuius prius, & posterius, & successio, tam in motu, quàm in tẽpore posit intelligi de quo in præcedenti speculatione infine.

¶SPECVLATIO III.
Vtrùm in motu detur primum esse eius, & vltimum.

Idetur ꝙ detur in motu primum sui esse, sic, quòd incipiat esse per primum sui esse. Patet. Si mulier prægnans moueretur, & in medio motus per primum sui esse ammetur fœtus, tunc fœtus incipit moueri ad motum matris, & est per primum sui esse: ergo motus potest incipere per primum sui esse. Quòd tũc per primum 1. Argum.

primum sui esse incipiat, patet: quia tunc mouetur, & antè non mouebatur. Similiter si homo cadens ex alto, & in medio exhalaret animam, tunc cadauer inciperet esse per primum sui esse. Illud est primũ instans motus cadaueris: nã est instans medium, temporis, quo motus durat, cuius in prima medietate mouebatur, & in secunda cadauer est.

2 ¶Præterea. Probo ꝙ detur primum esse motus. In rerũ creatiõe oia mutata sunt de non esse, ad esse, tamen ante illud primum mutatum, non præcessit moueri: quia nulla res erat ante creationem ipsarum. Et idẽ argumentum est de indiuisibilibus, volitionibus, & intellectionibus, quæ cum in instanti producãtur, nõ põt intelligi ante primũ mutatũ esse aliud prius mutatũ esse.

3 Venetus. ¶Argumentor, vt argumẽtatur Paul. Venet. Ponamus. ꝙ. a. summe calidum, nunc primò sit applicatum. b. remisse tepido: sequitur quod motus incipit esse p primũ sui esse: quia. b. ante instans presens non alterabatur, & iã alteratur: ergo incipit esse per primum sui esse motus.

¶In contrarium est Arist. in tex. 46.

In cõtra. Notand. 1. ¶Pro solutione oportet præsupponere, quòd aliàs in superioribus dictum est, philosophantes inter permanentem rem, & successiuam posuisse differentiam, vt permanẽs res incipiat esse per primum sui esse, quòd nunc sit, & immediatè ante non fuit: & desinat esse per primum non esse, & econtra, res successiuę incipiunt esse per vltimum non esse, & desinunt esse per vltimum sui esse.

Notand. 2. ¶Secundò est aduertendum, ꝙ sicut in linea sunt aliqua pũcta in actu. s. terminãtia & nõ copulantia, & aliqua in potẽtia, quæ copulãt & nõ terminant, sic in motu sunt mutata esse, indiuisibilia in actu, quãdo est terminus motus. & non copulãs: vt est mutatũ esse, acquisitum in fine motus, & mutatum esse, in potentia, quod est terminus motus copulans vnum cum alio: vt est mutatio inter partes motus.

1. Cõclusio ¶Prima conclus. Illud primũ tẽporis, quo res mutata est, non põt esse diuisibile tempus, sed necessariũ est esse nunc, indiuisibile: vt si res mouetur ab. a. in. b. id in quo est primũ dicere, rem esse in. b. est instans indiuisibile. Probatur. Detur contrariũ. s. ꝙ sit tẽpus. s. vna hora: cũ per totã horam quiescit in. b. nõ est primũ quo res mutata est: quia ante in medietatẽ horæ, & sic tota hora nõ erat in qua primũ in. b. & eadẽ ratione in medietate horæ, & in quaũlibet parte quę est diuisibilis: ergo oportet dare instãs indiuisibile: in quo dicatur primum mutatum esse in. b.

¶Secũda cõclusio. Cuiuscunq; motus penes terminũ dat primũ mutatũ esse: vt in motu locali dat primũ instãs esse, in hoc loco, vbi ventũ est p motũ, & sic in alijs motib. Patet. Si eẽ res mouet ab. a in. b. aut incipit esse in. b. per primũ esse, aut p vltimũ nõ esse: sed nõ secũdũ: ergo primũ. Probatur minor. Det vltimũ nõ esse in. b. quia ꝙ mobile in illo instãti nõ est in. b. ergo p aliquã distãtiã diuisibilẽ distat à. b. qa duo pũcta nõ sũt immediata: & sequit ꝙ si nũc nõ est in. b. immediate post hoc nõ erit in. b. sed in medio: & sic illud instãs signatũ nõ erat vltimũ nõ esse in. b. & sicut argumentum de motu locali probat, sic de quocũq; certo gradu qualitatis, aut quantitatis. 2. Cõclusio Quę sequit ex prima penes terminũ dat primũ mutatũ esse.

¶Tertia cõclusio. Circa initiũ motus non datur primũ esse motus. tex. 46. Probatur. Illud primũ esse motus, aut est tẽpus diuisibile, aut instãs indiuisibile: instans non potest esse: quia in instanti nõ potest esse motus, vt suprà, pbatũ est: ergo oportet sit tẽpus diuisibile: sed nõ est tẽpus diuisibile: qa si est, vel mobile quiescet per totũ illud, & nõ est primũ esse motus. Aut per aliquàm partem quiescit, & per aliam mouetur: & non est secũdum se totum primũ esse motus, sed secundũ partẽ. Si verò detur particula tẽporis, per quam totã primũ mouetur, immediatatẽ illius primò mouebat: & tota particula tẽporis nõ est in qua primũ per se mouebat: & eadẽ ratiõe neq; medietas. Et cùm tempus sit in infinitũ diuisibile, nulla dabitur pars temporis, in qua per se primum res moueatur. 3. Cõclusio Penes initium nõ datur primũ esse motus.

¶Quarta cõclus. Ante quodlibet moueri præcedit mutatũ esse. Hãc Aristo. tex. 52. demonstrat. Propter hoc enim mobile mouetur p totũ tẽpus: quia peruenit ad nũc, terminatiũ illius, in quo est verum dicere mutatum esse: sed ante quãlibet partẽ tẽporis est aliquod nunc: ergo ante quodlibet moueri est mutatum esse. Itẽ. Sicut in spatio p qd fit motus, ante qlibet partẽ est pũctũ, ita & in motu ante qdlibet mouere est mutatũ esse. Sicut eẽ partes lineæ cõtinuãtur p pũcta, sic moueri per mutata esse. 4. Cõclusio

¶Quinta cõclus. Ante quodlibet mutatũ 5. Cõclusio

esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, moueri præcedit. Hæc probatur eadem ratione, vt præcedens: quia motus non fit in instanti, sed in tempore, sed in instanti res mutata est, vt dixit prima conclusio: & ante quodlibet instans præcessit tempus: sequitur ante quodlibet mutatũ esse, præcedere moueri.

6. Cóclusio ¶ Sexta conclusio. Quælibet res, siue diuisibilis, siue indiuisibilis, quæ sine resistentia producitur ex vi inceptiõis illius incipit esse per primũ sui esse, & desinit p vltimũ sui esse: vt angelus, qui à solo Deo põt produci. Patet: qa qd sic habet esse, nõ p-dur per motum: cœpit ergo esse sicut instans totum simul.

7. Cóclusio ¶ Septima conclusio. Motus, & tempus, & ea quæ sunt aliæ res succesiuæ, incipiunt per vltimum non esse. Hæc conclusio probatur ab Aristo. & suprà in tertio lib. & in istis præcedentibus conclusionibus. Nam ea ratiõe ante omne moueri præcedit mutatum esse: & ante omne mutatũ esse est moueri. Neque Deus potest facere per suã potentiam, vt motus incipiat, per primum sui esse: sicut non potest facere, quin qualibet parte continui data, detur minor, ita non potest facere quin ante qualibet partem motus præcesserit minor pars, quæ est eius pars: & sic antè erat motus: & hoc est quia repugnat: ob id non potest fieri.

8. Cóclusio ¶ Octaua conclusio. Omnis res quæ incipit simul cum motu, & per modũ motus, incipit per vltimum nõ esse: & omnis quæ desinit simul cum motu, desinit per primũ non esse. Verbi gratia. Detur luminosum cuius lumẽ extendatur vniformiter diffor miter per spatium cubitale à summo gradu vsq; ad non gradũ. Vniformiter diformiter vocamus, quando paulatim remittitur in intensione proportionabiliter vsq; ad non gradum: necesse est, q̃ sphera lumi nis terminetur per primum non esse lumi nis, i. per lineam in qua non est lumen, & citra illam est lumen: nam in quacunque li nea spatij sit lumen, vltra illam adhuc est remissius lumẽ. Data ergo linea, vbi nõ lumẽ, versus quã luminosum incipiat m-ueri, in illo instanti verum erit dicere. Ne non est lumen, & immediatè post hoc erit vltra illam.

9. Cóclusio ¶ Nona cõclusio. Forma substantialis, quæ cũ resistentia producitur, & expulsione cõtraria, incipit per primum sui esse, & desinit per primum non esse. Sic Aristo. Ratio est: quia tales substantiæ producuntur per motum præuium alterationis, & tales dispositiones requisitæ per certum gradum terminantur intrinsece, sic vt primum esse illius dispositionis sit primum esse formæ substantialis, quod est primum mutatum esset terminans motum alterationis. Hæc probatur ex secunda conclusione. Idẽ dicendum de anima rationali, quæ licet à solo Deo creetur & non educatur de potẽtia materiæ, tamen non introducitur in corpore disposito absq; præuia dispositione: & cùm præcedat motus alterationis, oportet incipiat per primum esse, quod est primũ mutatum esse in termino alterationis, quæ præcessit ad eius introductionem.

Aristo. 8. huius tex. 69

S. Tho. p. p. q. 90. art. 1. ad. 2.

¶ Decima conclusio. Calor incipit esse per vltimum non esse, vt scilicet nunc non sit calor, & immediatè post hoc erit. Probat. Ignis agit in ligno applicato, si sit minor virtus actiua, & non nisi per calorem: ergo si sit maioris actiuitatis quàm ligni resistentia, calorem producet. Calefactiuum debet applicari passo per motum: ergo vltimum non esse applicationis, erit vltimum nõ esse, caloris in passo. Itaque nunquàm dabit aliquis gradus caloris in passo, quin antè fuerit minor: ergo nõ incipit esse calor per primum sui esse, cùm tamen incipiat per vltimũ non esse: quia ex hoc q̃ incipit esse vltimum non esse, nullum sequitur inconueniens in physica. Sequeretur tamẽ si per primum sui esse, ea ratione qua motus omnis (vt dictum est) non potest sic incipere, cùm ante omne moueri, sit mutatum esse, & ante omne mutatum esse, præcesserit moueri.

10. Cóclus.

¶ Ad primum argumentum, & simile Paulus Venet. respondet, & tere philosophi omnes, quod nihil vetat motum de[illegible]dens qualis est fœtus in ventre matris ad motum eiusdem matris incipere per primũ sui esse: sed motus qui est de per se, nõ potest incipere per primũ sui esse, sed per vltimum non esse.

Ad argum. Paul. Venet. & alij.

¶ Soto dat aliam solutionem, quòd in illo primo instanti animationis non mouetur infans, etiã si mater moueatur: quia (vt dictum est) in instanti non est motus, sed tũc incipit moueri per vltimum non esse.

Soto. 7. Phy si. q. 3. ad. 1.

¶ Quod si quis replicet. In illo instanti verum esse dicere matrem moueri: ergo & infans tũc mouetur. Posset quis negare consequentiam: quia tunc est mutatũ esse, continua-

Replica.

Solutio.

tinuatiuum motus matris, non tamen partium motus infantis: quia nullæ tales partes præcesserunt. Sed tunc esset corollarium concedendum, quod non in quo cunque instanti est verum dicere aliquid moueri, est verum dicere, moueri omnia quæ sunt in illo: ideò posset non improbabiliter teneri prima solutio, quæ sufficiens & velut regulę declaratio est, quod motus non incipiat per primum sui esse: vt intelligatur de motu de per se, propter argumenta dicta, sed de motu de per accidens potest intelligi.

Corollari.

Solu. Veneti tenendo.

¶ Ad secundum iam responsum est in sexta conclusione: cùm enim à principio res istæ ceperint ab ipso solo Deo, absque aliqua præuia dispositione, potuerunt incipere per primum sui esse.

Ad secũdũ.

¶ Ad tertium respondet ibidem Paulus Venetus in summa, quod in illo casu agens naturale applicatum passo non agit in illo: neque hoc est inconueniens, sed esset si non inciperet agere: sed incipit agere, quia est vltimum non esse calidi, sic q̃ nunc passum non est calidum, sed immediatè post hoc erit.

Ad tertiũ.

SPECVLATIO Quarta. Vtrùm indiuisibile posit moueri.

CONSEQVENTER (quia Aristotel. agit de indiuisibili, quo mõ moueri non posit) quæritur, vtrum indiuisibile posit moueri: vt si punctum damus in linea, hoc est indiuisibile, posit ei competere motus.

1. Argum. ¶ Videtur quod sic. Angelus mouetur, & anima: sed ista sunt indiuisibilia: ergo indiuisibile moueri potest. Maior patet de angelo, qui à cœlo ad terram mouetur, & mittit; vt ex scriptura constat: & anima moto corpore mouetur.

Lucæ. 1.

2. ¶ Secundò Continuum mouetur: ergo mouetur omne illud quod positionem habet in continuo: sed punctum positionem habet, vt suprà dictum est: ergo indiuisibile mouetur. Antecedens primæ consequentiæ est verum: & consequentia non est neganda: aliàs daretur continuum moueri, & id quod in eo est, quiescere, quod nullus dicet: quia sic moueretur, & quiesceret.

¶ Vltimò. Si indiuisibile non posset moueri, maximè quia de ratione illius quod mouetur est, quòd partim sit in termino à quo, & partim in termino ad quem, quod in diuisibili non potest competere: sed hoc non obstat: quia sphericum super planum verè mouetur, & amẽ solum in puncto tangit: ergo indiuisibili, potest motus competere. 3.

¶ In contrario est Aristotel. textu. 8.

¶ Oportet notare quod aliàs diximus, indiuisibile idem esse quod partes non habere: & sic tot quod sunt partium differentiæ: sunt & indiuisibilis: sunt partes subiectiuæ speciei: vnum atoma, id est, indiuisibilis species dicitur, quæ non diuiditur in plures species: vt homo, & indiuiduum numero dicitur, quod non habet sub se alia indiuidua, vt Petrus: & huiusmodi indiuisibilia, vt ait Aristotel. per se moueri possunt.

Notan. 1. Quot modis partes consideran tur.

¶ Aliæ sunt partes essentiales: & indiuisibile hoc diceretur, quod diuidi non potest in plures partes essentiales: de quo nõ est nunc sermo: nam licet opinio Comment. qui tenet cœlum esse formam simplicem, non habentem materiam, vera esset, non repugnat, quod moueatur per se.

Cõmen. in de substantia orbis.

¶ Alię sunt partes integrales, & sic indiuisibile vocatur quod non potest habere tales partes: & hoc duplex est: quoddam quod positionem habet in continuo: vt puncta, & aliud indiuisibile quod non habet: sicut angelus & anima: de puncto loquitur hic ex proposito Aristot.

¶ Secundò est notandum, quod aliquid mouetur de per se, & aliquid de per accidens. De per se mouetur, quod non ad motum alterius mouetur, sed ei conuenit motus per se primò. De per accidens est, quando ad motum alterius: vt albedo mea mouetur me moto. Et hoc tripliciter contingit: aut quia vehitur tanquam in continente: vt homo in naui: aut tanquam pars in toto: aut tanquàm accidens in subiecto.

Notan. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Conclus. ¶ Prima conclusio. Indiuisibile quod positionem habet in continuo, non mouetur de per se. Patet: illud potest moueri de per se, cui potest competere propria ratio motus: sed indiuisibili conuenire non potest. Patet: quia proprie id mouetur, quod partim in actu est, partim in potentia: sed indiuisibile non potest esse partim in actu, & partim in potentia, cum non habeat partes, quandoquidem indiuisibile est: sequitur ergo quod ei non potest competere motus: & sic absolutè dicimus quod indiuisibile, vt punctum in linea, non mouetur.

Ratio.

* ¶ * Et Aristotel. format rationem, quia si indiuisibile mouetur, dum mouetur, vel est in termino à quo, vel in termino ad quē, aut secundum partem in vno termino, & secundum partem in alio: non primum, quia mobile, dum est in termino à quo, nō incipit moueri, sed quiescit: neque in termino ad quem: quia non amplius mouetur, neque datur tertium, quia cum sit indiuisibile, partes non habet.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio. Indiuisibile quod non habet positionem in continuo: vt est angelus, potest per se moueri motu locali, & motu alterationis impropriè dictæ, licet non motu augmentationis. Prima pars patet: quòd Matthæi. 28. dicitur, quod angelus domini descendit de cœlo.

Angel° mouetur. Matth. 28.

S.Tho.p.p. q.58.art.1.

¶ Secunda pars patet: quia mutatur secundum intellectum, & voluntatem: nam non semper est angelus in actu respectu omniū volitionum, & cogitationum: ergo potest alterari, & affici: tamen hæc in propria alteratio est, vt constat.

¶ Tertia pars, quod non motu augmentationis: patet, quia id quod indiuisibile est, non potest augmentum recipere: aliàs fieret diuisibile.

¶ Et quæ de angelo diximus, sentiendum est de anima separata: quia in corpore licet immediatè suscipiat volitiones, & intellectiones, non est tamen ipsa quæ intelligit, & vult, sed ipsum suppositum peccam.

3.Conclu. ¶ Tertia conclusio. In diuisibile quod positionem habet in continuo, potest moueri de per accidens ad motum continui.

Ratio.

Patet. Motu continuo mouentur omnia quæ sunt in ea, sed indiuisibilia, vt punctū, sunt in continuo: ergo ipsa mouentur: sed moueri ad motum alterius, est per accidēs moueri: ergo punctum quod ad motum continui mouetur, de per accidens mouetur.

¶ Quarta conclusio. Indiuisibile quod non habet partes in continuo, vt est angelus, moueri potest motu continuo de extremo ad extremum nullum relinquendo medium. Hæc conclusio est Theologorum. Sic Sanctus Thomas. & Scotus. Ratio est: quia cum angelus possit esse in loco pedali, vel bipedali, poterit in proximum locum moueri operando ibi: quia ratio existendi in loco angelo conuenit: quia ibi operatur, vt supra dictum est.

4.Conclu.

S.Tho.p.p. q.52.art.2.

Sco.in.2.d. 2.q.9.& vltima.

¶ Quinta conclusio. Si angelus poneretur in puncto indiuisibili, no posset magis moueri motu continuo, quàm indiuisibile, si esset separatum. Volo dicere, quod si angelo competit posse moueri motu cōtinuo, hoc sit ea ratione, qua potest esse in loco diuisibili, & quanto: tamen si indiuisibili ponatur, tunc non potest moueri, sicut neque & punctum, si daretur separatum. Patet: quia de ratione motus continui est continuatio: sed vbi est indiuisibile, nullo modo potest: quia vnum indiuisibile, cum alio non continuatur, cum vnum non sit immediatè post aliud: ergo nullo modo posset esse continuus motus: dato Scotus teneat probabiliter quod si punctum esset separatum, posset moueri: quia posset esse successio, quæ teneret ex parte spatij.

5.Cōclusio.

Ratio.

Sco.in.2.d. 2.q.9.

¶ Sexta conclusio. Si angelus moueatur motu discontinuo, poterit nunc esse in cœlo, & immediatè post hoc erit in terra: si tamen motu continuo, non poterit esse in hoc istanti in termino à quem, & immediatè ante hoc in termino à quo distanti, vbi quiescebat. Patet ex supradictis, quia ante omne mutatum esse, erat motus: quiescere autem rem est, quod eodem modo se habet nunc, & prius: quia quies non potest desinere esse, nisi per vltimum sui esse. Si autem detur vltimum esse in termino à quo, non potest dari primum esse in termino ad quem: aliàs duo instantia essent immediata. Et probatur claris verbis. Si angelus posit moueri in istanti motu continuo eo erit, quòd à termino à quo, est in termino ad quem, indiuisibili: sed hoc non potest esse: quia vel in illo eodem indiuisibili est in termino à quo, & in termino ad quem: vel in diuersis instantibus: si in eodem

6.Conclus.

S.Tho.p.p. q.53.art.3.

dem instanti, repugnat: quia terminus à quo, & terminus ad quem, cum sint contrarij, non possunt esse simul. Nec potest esse quod in vno instanti sit in termino à quo, & immediatè pòst in alio instanti in termino ad quem: quia cùm non sint duo instātia immediata, in medio tempore mouebatur: & sic motus fuit non in instanti.

Ad argum. ¶ Ad primum, & secundùm patet solutio ex dictis.

Ad tertiū. ¶ Ad tertium dicendum, quod casu dato quod spheræ esset motus in plano perfecte, sic quod in puncto tangeret, esset motus puncti, sed non per se, sed ad motum ipsius continui, quod concedimus fieri posse: neq; ex motu puncti ad motum corporis sequitur aliqua esse puncta in spatio immediata. Verum est tamen, quod si punctum esset per se separatum, si motu continuo moueretur, moueretur per puncta: vnde illud mathematicorum, si punctum moueretur per planum, faceret lineam, solum debet intelligi per imaginationem, si per impossibile ita posset moueri.

FINIS SEXTI LIBRI Physicorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

SEPTIMVS LIBER PHYSICORVM.

¶ ARGVMENT. SEPTIMI libri Physicorum.

IN Septimo physicorum tractat Aristo. ex professo quo pacto mouens, & motum oportet simul esse, & de velocitate motuum, & comparatione, & proportione adinuicem.

¶ PRIMA SPECVLATIO est. Vtrùm sit necessarium quòd mouens, & motum sint simul.

1. Argum. VIDETVR quòd non. Sol, & cœlorum influentia mouent omnia ista inferiora agendo, & causando varios motus: & tamen non tangunt, sed grandi inter capedine distant: ergo non est necessaria ista simultas, & approximatio.

2. ¶ Secundò. Aliquod est agens, & mouens, quod non potest tangere mobile: ergo nō est necessarium mouens, & motum se tangant, vel sint simul. Maior patet: vt Deus, qui omnia mouet: & intelligentiæ motrices cœlorum: quia cum sint spiritus, non possunt tangere corporea.

3. ¶ Tertiò. Si esset necessarium mouens, & motum esse simul, maximè esset, quia alteratio, quæ motus dicitur, solum in tertia specie qualitatis continget, & vt docet Arist. sed motus non terminatur primò ad huiusmodi qualitates non primas: ergo secundum has non est proprie motus, qui requirat contactum cum mobili. Patet: quia albedo, & qualitates secundæ non sunt primus terminus alterationis: quia resultāt ex intensione, & remissione primarum qualitatum: ergo secundum has qualitates non est per se alteratio: & sic non requiritur q̃ mouens, & motum sint simul.

¶ In contrarium est Aristo. in hoc loco. In contra.

¶ Pro solutione notandum, quòd agentia quædam sunt immediata, & alia mediata. Immediata sunt illa, quæ sine medio alio agunt: mediata, quæ mediante medio. Notand. 1.

¶ Agens immediatum est duplex: quoddam immediatum immediatione virtutis: aliud immediatum immediatione suppositi. Immediatione virtutis est, quando propria virtute sic agit, quod non recipit ab alio: vt deus. Mediatum mediatione virtutis est, quod agit mediante alio: vt creatura omnis, quæ virtutem agendi non habet immediatè à se, sed à Deo participat. Immediatione suppositi est, quando agit per se, nullo alio supposito medio: vt homo baculum mouens, & intelligentia cœlum: sed mediatione suppositi erit, quando aliquo medio supposito vt si hō baculo moueat lapidem, dicitur mouere lapidem, non immediatè immediatione suppositi, sed mediatè, eo quod homo non tangat lapidem per se, sed mediante baculo. Et sol mouet terrā mediante illuminatione, & plantam gignit per hoc quòd alterat terram. Et hoc agens vocatur mediatum. Agens immediatum. Agens mediatum.

¶ Secundò aduertendum, quod Deus dicitur esse vbique per essentiam suam: quia ipse immediatè per se, nō solum immediatione virtutis, sed suppositi, respectu materiæ primę se habet, quæ ab ipso solū p creationē habet esse: similiter respectu angelorū & respectu animæ rationalis: & tādē quia cuncta quæ in mundo sunt, vel sunt substantiæ spirituales, vel sunt corporales, quæ in materia sunt, & ipsa materia à solo Deo fuit: vt Deus dicatur esse vbique per suam essentiam in omnibus: quia nulla res agit, vbi non est. Qua propter angeli si operantur in loco, ratione cuius ibi dicuntur esse, sunt secundum substantiam in loco; in quo aliqui errauerunt, male interpretantes S. Tho. vt supra tactum est: nam Sanct. Thom. non negat angelum esse in loco secundum suam substantiam, sed solum dicit operationem esse causam essendi in loco. Notand. 2. S.Tho.p.p. q.8.ar.1.& Caiet.ibi. S.Tho.p.p. q.52.

1. Conclus. ¶ Prima conclusio. Omne agens & patiēs, siue omne mouens, & motum oportet esse simul. Hæc ab Aristot. probatur per inductionem in omni genere motuum: nam in motibus motu locali constat, quòd si mouens non esset simul cum mobili, non moueret, & similiter in alterationibus, solnor ageret in terra, nisi mediāte lumine, vel influentia ibi esset simul cum terra, vbi & operatur. Et si augmentans auget, oportet sit simul cū illo quod augetur, & per quod fit augmentatio. 1. Ratio. De hoc vide Ægi. quolibet. 5. quæstio. 18.

¶ * Et Aristot. tex. 11. probat conclusio. secundum sensum exteriorem, quia in visu, species rei visibilis debet recipi prius in aëre, vt ad potentiam visiuam veniat, & in auditu similiter: ita vt si obturet auris nō sentiatur sonus: & de odoratu, gustu, & tactu. &c.

2. Ratio. ¶ Præterea. Approximatio agentis ad passum in omni actione naturali requisita est: ergo oportet quòd omne agens, & mouens simul sint cum moto. Consequentia est bona. Probatur antecedens. Si in actione naturali approximatio non esset requisita, quodlibet agens in quolibet passo, quātumcunque remoto, posset agere, sed hoc est falsum, vt constat: ergo approximatio requisita est.

3. Ratio. ¶ Item. Non ad eandem distātiam omnia agentia agunt: quia quædam ad remotiores, propter maiorem virtutem: sed hoc non esset, nisi qa virtus fortior ante attingit, & est simul cum passo, quàm alterius: ergo sequitur quòd simultas ista requisita est.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio. Simultas hæc, & attingentia mouentis ad mobile, & agentis ad patiens non secundum immediatam substantiam, sed secundùm virtutem intelligenda est. Volo dicere quod cùm sit absolutè verū requisitā esse simultatem, nō esse necessarium simul sit quoad suam substantiam agens cum patiente, sed sufficit quòd virtus eius attingat ad passum. Patet. Sol, & cœlum vere agunt in istis inferioribus: Sol enim, & homo generant hominem: tamen substantia solis non est simul cum genito: quia sol non est in terra, vbi homo generatur, sed in 4. cœlo: sequitur ergo quod simultas secundum substantiam non intelligitur. Idem de omnibus astris influentibus dicendum est. Ratio. p.p. Aristot. 2. phys. t. 26.

¶ Item. Ignis calefacit calefaciendo aërem, qui aër calidus calida alia reddit: tamen non attingit ad illa alia calida, ignis secundum substantiam: sicut aquam quam calefacit ignis non attingit immediatè, sed solum cacabum æneum, in quo aqua est: ergo simultas secundum substantiam requisita non est. 1. Ratio.

¶ Sed quòd secundum virtutem intelligatur, patet. Ex prima conclusione requisitū constat quòd mouēs, & mobile sint simul: & non possunt esse simul, nisi secundū virtutem, vel secundum substantiā: sed simultas secundum substantiam requisita non est: sufficit ergo illa quæ secundum virtutē est, ratione cuius fit motus. Ratio. 2. p.

¶ Et ex hoc venit, quod quanto agens fortius, ad maiorem agat distantiam secundū suam substantiam: quia virtus eius quantò fortior, ad remotius se extendit, & prius, est simul cum passo, quām sit virtus debilioris agentis.

¶ * Quòd si objicias de sole alterante ista inferiora: cum tamen cœlos medios non alteret: & de magnete, attrahente ferrum, in certa distantia, cum tamen non attrahat tangendo: & idem de fascinantibus oculis. Instantia. Solutio. Solutio. est, nam & si in omni alteratione quæ fit per medium, prius medium alteretur: ob quod simultas & tactus intelligatur agentis, & patientis: non tamen semper in medio, eiusdem rationis erit sicut in vltimo: sed id erit secundum naturam medij, & in vltimo: secūdū naturā vltimi ob q̃ sol agēs in ista inferiora calore & lumine, cœlos medios nō calefacit: quia capaces nō sunt, illuminat tā. Sic & magnes anteq̃ ferrum alteret, & trahat, aërem mediū alterat: per quod tangit, sed non alterat aërem trahendo: sed ibi imprimendo suam qualitatem, quæ peruenat vsque ad ferrum: quia huius alterationis aër est capax, sicut piscis ca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptus manus pisentio, à proprietate obstipa facere facit: non tamen rete, quia non est capax stuporis.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. In quo virtus non distinguitur ab eius substantia, simultas virtutis, arguit essentiæ simultatem: ubicunque operatur, fit secundum suam substantiam. Ratio. Probatur: quia si simultas requisita est, saltim virtutis: ergo si virtus idem est quod essentia, ibi & essentiæ simultas requisita erit: quia in alijs datur simultas virtutis, & non essentiæ, virtus ab essentia esset distincta, quod est contra pp. suppositum.

Conclus. ¶ Quarta conclusio. Quia virtus Dei non distinguitur ab eius essentia, sed est ipse Deus, est vbique secundum essentiam, præsentiam & potentiam. Patet conclusio ex tertia. Quod Dei virtus non distinguatur ab eius essentia constat: quia quicquid in Deo est, est ipse Deus. Si quæ sunt in Deo, quæ in creatura sunt accidentia, in deo per modum substantiæ sunt: vt probant Theologi: quibus alibi. Tunc fit Deus est suæ virtus: sed suæ virtus attingit à fine vsque ad finem disponens omnia suauiter. Ipse est qui imperatur omnia in omnibus: Ipse est qui bonitat omnia. Ipse est sine quo nihil possimus operari. Ipse est qui sine in cœlo, sine in terra adest: ergo ipse secundum suam essentiam vbique est. Et sic probant Theologi Deum in omni loco esse, & Deo omnia plena esse. & Ba. August. dixit de Deo, quod ipse sit in omnibus, & extra omnia, & in me penetrans omnia, cum tamen non sit pars alicuius, sed extra metro (vt aiunt) distinguantur, & in infinitum distent.

Theolog. in 1. sen. d. 37. S. Tho. 1. p. q. 8. art. 2. D. Augu. 5. de tri. ca. 1. Sapient. 8. 1. Corin. 12 Esaiæ. 29. Hebræo. 1. Philip. 2.

D. August.

5. Conclus. ¶ Quinta conclusio. Quia virtus cuiuslibet creaturæ indeidem est cum eius substantia, ex lice quod moueat, vel operatur in aliquo passiuum contrahit: potest tibi esse simul subsistentiam, vel essentiam. Ista conclusio est patet ex præcedentibus. Quod creatura virtus quia operatur fit accidens patet: Ignis vt ibi calefacit, quia calor non est forma substantialis, & qualitas frigiditatis frigefacit, & tot modum calor non est, vel influentia operatur: cum ergo ista facit operentur, ideo quod operentur, non est substantiæ argumentum: quia potest esse virtus attingens, sine hoc quod substantia attingat. Quia propter ex hoc ignis solet in terra operari,

licet probemus, ibi esse virtutem eius, non probatur quod ibi sit præsentialiter sua substantia: quia virtus eius attingit medijs tubis alijs corporibus ad illum locum inferiorem: vt ignis producendo calorem in illo loco, & corpore sibi proximo, & immediato, potest ad distans per hunc quod cursus illic calor receptus in aliquo subiecto, potest calefacere aliud corpus sibi proximum & illud aliud, ob quod ab quibus corporibus intermedijs ignis potest operari: tamen eius virtus dicitur simul esse, attingere, siue est immediate, vel immediate, tandem virtus attingit.

¶ Sexta conclusio. Simultas requisita motuum, mobile, & agentis ad passum, illa quæ contingitatis esse intelligitur. Ex superioribus constat, quæ [illegible] quia dicuntur, & quæ continua, & consequenter habentia. Quando ergo dicimus oportet quod simul intelligens & passum, non debet intelligi continui contiguitas: quia non potest intelligi maxime cum illa quæ specie differunt, continui non possunt: sed intelligitur contiguitas, & hæc requisita est, ita quod si virtus non sit simul cum passo, nihil fiet. Probatur conclusio. Simultas est requisita, & non continuitas: neque sufficit se habant contiguitas: quia si medium sit alterius rationis, & magnam distantiam non fiet actio: requiritur ergo simultas contiguitatis, ita vt virtus & passum sint simul.

¶ Septima conclusio. Alterationis motus non fit per se primo ad omnes quatuor species qualitatis, nisi solum ad tertiam. Hæc [illegible] Aristotel. in isto loco. Pr[illegible] oportet id memoriam [illegible]ocare quæ Aristotel. dicit in prædicamento qualitatis, & nos ibi exposuimus: quo pa[illegible] quatuor dicuntur species qualitatis. Pr[illegible] Habitus, & dispositio. Secun[illegible] Naturalis potentia, & impotentia. Tertia [illegible] Passi[illegible] & passibilis qualita[illegible]. Quarta. Forma, & figura. Dicit igitur conclusio, quod dato per alterationis motum qualitas solet perdi, vel acquirequ[illegible] motus alterationis est circa qualitatem [illegible] augmentationis circa quantitatem: tamen proprie, & per se primo solum in tertia specie, non in prima qualitatis habitus, & dispositio, neque in secunda quæ naturalis potentia, & impotentia, neque in quarta, quæ forma, & figura, sed in tertia, vbi ponuntur qualitates tangibiles

7. Conclus.

biles primæ, quæ sunt: caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas.

Notan. ¶ Est etiam considerandum, quòd ad qualitatem esse per se primò motus est, quod huiusmodi qualitas sit terminus primo acquisitus per talem motum, quod Aristot. exponit dicens: ad calorem est per se calefactio: sicuti ad substantiam per se primò generatio, & ad quantitatem per se primò augmentatio.

Aristot. t. 17.

Ratio cõcl. ¶ Probatur conclusio. Secundum illas qualitates per se primò motus est alterationis, secundum quas formarum contrarietas attenditur: sed contrarietas in formis secundum qualitates in tertia specie est: ergo secundum illas per se primo motus est alterationis. Probatur maior. Omnis alteratio generationis & corruptionis via est: vt docet Aristotel. si ergo est via, & generatio fit per acquisitionem nouæ formæ expulsa præsentanea, opus est fit per contrarias qualitates introductas ad formam introducendam, quæ contrarientur qualitatibus formæ præexistentis: vt ipsis expulsis, & forma etiam expellatur: & contrarijs introductis, forma alia introducatur.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Secundùm illas qualitates est per se primò motus alterationis, ad quas per se primò terminatur motus: sed motus de se primò non terminatur ad aliam speciem qualitatis, nisi ad tertiam: quia non ad habitum, & dispositionem primo: neque ad naturalem potentiam, & impotentiam: neque ad formam, aut figuram: quia omnes istæ species pendent ex aliqua temperamento, vel actione præcedenti ex aliqua [illegible] temperamento, vel actione præcedenti qualitatum, quæ sunt in tertia specie: si enim per motum alterationis, aliquid deberet acquirere naturalem potentiam ad frangi, vel pati, vel infirmari, oportet prius intelligere calorem, vel frigiditatem: humiditatem, vel siccitatem, ex quarum qualitatum dispositione vel [illegible], & contemperamento, sequitur qualitas illa, quæ in secunda specie qualitatis erat.

¶ Et quia in tertia specie qualitatis non solum ponuntur illæ quatuor qualitates nominatæ, quæ primæ dicuntur, sed aliæ quæ secundæ qualitates sunt: vt albedo, dulcedo, etiam ad istas est per se primò motus alterationis: quia in motu dealbationis primò, & per se terminus albedo est, & dulcorationis dulcedo, & sic de alijs. Neque istæ secundæ qualitates consistunt in temperamento primarum qualitatum, ad modum quo sanitas, sed sunt qualitates mediæ resultantes ex tali, aut tali ratione caloris, vel frigiditatis, cum tali, aut tali temperamento humiditatis, vel siccitatis, quæ qualitates per se tendunt vel ad corruptionem, vel ad cõseruationem rei.

¶ * Et Aristo. in tex. 15. & 16. probat ex * proposito: quod in tertia specie qualitatis, vbi forma & figura nõ sit alteratio: & quia in alteratione qualitas prædicaẽ in recto & concreto de subiecto alterabili: & è contrario: vt sic aqua est calida, & calida est aqua, sed in quarta specie non sic: quia hæc est falsa triangulus est lignum. &c. Secundò quãdo quid alteratur non perficitur, sed quando sit figura perficitur id in quo est. 2. probat in tex. 17. & 18. quod non sit alteratio in prima specie: quia in relatione non est alteratio, quia in ea nõ est motus, sed habitus corporis, vt agilitas, sanitas, pulchritudo, &c. dicunt relationem neque in moralibus habitibus: quia perficitur subiectũ p virtutem: ergo non alteratur &c. in secunda specie qualitatis quod non sit alteratio, non probat Aristo. tanquam per se notum: quia talia sequuntur naturam ipsam velut proprietates: vnde eadem generatione producuntur: & sic potius sunt generatione, q̃ alteratione. &c. & vide latius in philosoph.

¶ Ad argumenta patet solutio ex dictis. Ad argum.

SECVNDA SPECVLA. septimi Physico. Vtrùm quilibet motus cuilibet motui posit comparari.

1. Argum. Videtur quòd sic: quia motus circularis motui recto est comparabilis. Probatur. Si isti motus adinuicem non essent comparabiles, maximè esset, quia ipsa quantitas circularis, vel polygonia figura rectæ, lineæ non possent comparari: sed sunt adinuicem comparabiles: ergo & motus circularis, & rectus. Maior est Aristot. Probatur minor: quia geometræ docent triangulum dari æqualem figuræ, quadratæ, & Euclides demonstrat inter polygonias figuras, quarum peripheriæ sunt

Euclides.

 æquales,

Universidad de Deusto
Biblioteca

æquales, quanto figura sit plurium angulorum, tanto area capacior, & ob id circularis omnium capacissima: ergo cum data adhuc specifica differentia figurarum est comparatio, & proportio. Et similiter in motibus erit comparatio ad velocitatem.

Confirma. ¶ Confirmatur. Contra id quod traditur de circuli quadratura argumentor. Datur circulus, qui sit quadrato æqualis: & non solum hoc est scibile, vt Aristotel. in primo huius docet, cuius non datur scientia, sed est scibile, cuius data est scientia: vt probat Nicolaus Cussanus in tractatu proprio, & Carolus Bobilus, Brabardinus, & ante omnes Boetius.

Cussa. Carolus. Bra. Boetius.

¶ Item. Circuli ad diametrum eius, dicunt esse triplam sexquialteram, qualis est inter quatuordecim & quaternarium: ergo tali proportione velocius mouebitur id quod per circulum circumfertur, quàm id quod eodem tempore totam diametrũ pertransfeat: ergo motus circularis recto erit comparabilis.

2. ¶ Secundò. Motus localis motui alterationis est comparabilis: ergo omnis motus omni motui poterit comparari. Patet antecedens: vt si in vna hora ignis calorem extendat per pedalem quantitatem ligni, quam quantitatem lignum acquisiuerat per duas horas: motus alterationis est duplo velocior, quam augmentationis: tunc aliquod quod mouetur, in medietate horæ percurrat totam illam quantitatem, in duplo velocior esset motus localis, quàm fuerit alterationis: ergo sequitur quod cõparatio est motuum omnium.

In contra. ¶ In contrarium est Aristoteles in isto loco. textu. 21.

Notand. 1. ¶ Pro solutione oportet intelligere, quòd intentio philosophi est, ostendere vnum primum motorem: de quo in sequenti lib. & ob id in isto. 7. tractat nonnulla, quæ eo tendũt: & ostendit, quod sit etiam quidam primus motus, qui sit mensura omnium aliorum: & ex hoc habuit motiuum, vt hic quærat, an omnes motus sint comparabiles adinuicem. Pro parte affirmatiua facit, quod omnes motus conueniant in vna ratione mensuræ, quæ prima est, scilicet, motus primi mobilis. Pro parte tamen negatiua, sunt quæ hic facit de motu recto, & circulari, & de motu locali, & motu alterationis, qui differunt specie.

¶ Secundò est notandum, quòd Aristoteles non ex proposito disputet, q. non respondet in forma, sed vtrumque partem velut dubiam relinquit: qua ratione sunt qui affirmant, Aristot. non negare, posse esse comparationem inter motum circularem, & rectum, sed tantum proponit argumenta ad partem negatiuam, quæ relinquit insoluta. Alijs tamen placet, quod illa argumentatio negatiua, sit responsio negatiua more Peripatetico, & ob id Comment. rationem reddit cur linea circularis, & linea recta non sint magnitudine comparabiles: quia neutra potest alteri supponi vt appareat æqualitas, vel excessus, vt supponuntur duæ lineæ rectæ: neque motus qui per eas fiunt sunt comparabiles: tamen Soto in quæstio. 2. super hunc. 7. de Aristotel. sententiam esse, non omnes motus inter se comparabiles, & esse ingeniosam, & aliquid, in qua nil lector sit diligens, hallucinabitur, vt ipse ait.

Noatn. 2. Alber. q. 5. Comment. tex. 21. Soto.

¶ Præsupponendum est non esse idem duarum quantitatum vnam esse alteri maiorem, aut minorem, & esse commensurabiles. Ad hoc enim quod commensurabiles sint, requiritur sit inter eas rationalis proportio, hoc est, ab aliquo numero denominata, putà, aut dupla, aut sesquialtera: ad quod requiritur vt vna pars aliquota vnius sit aliquota alterius, quæ sit mensura vtriusque: tunc illæ quantitates habẽt se sicut numeri, in quibus vnitas communis mensura est: ratione omnes numeri sunt commensurabiles: ob quod diameter quadrati, & costa eiusdem sunt incommensurabilia: vt Aristotel. in multis locis tradit, & probatur infrà: semper vna alteri maior est.

¶ Ex isto fundamento probatur illam rectam circulari esse incommensurabilem: quia non potest dari vna vtriusque mensura: nam linea recta illa longior est, cuius extrema, quæ sunt puncta, magis ad invicem distant: & circularis illa maior, cuius portio circuli est maior: sed portio circuli diuersorum circulorum regula certa non est, neque potest esse rectæ lineæ comparatio.

¶ Ex isto etiam infertur, motum circularem non esse comparabilem recto motui: quia illa sola sunt commensurabilia, quæ eadem mensura mensurari possunt. Ex suppositis, respondetur.

¶ Pri-

1. Cõclusi. ¶ Prima conclusio. Comparatione propriè dicta non potest comparari motui recto, motus circularis, sicut neque motus alterationis motui augmentationis.

Prima rõ. Non omnis mot? omni motui est cõparabilis

¶ Probatur conclusio. Illa solùm propriè cõparari possunt, quæ proprie sunt commensurabilia: sed motus rectus, & circularis non sunt commensurabiles adinuicem: ergo non sunt proprie comparabiles. Maior est notum: probatur minor: quia vtriusq; nõ datur vna certa mensura, quæ velut pars aliquota vtriusq; sit, sicut contingit in numeris, qui adinuicem comparantur. Patet: quia pars aliquota lineæ potest esse certa pars eiusdem, quę toties sumpta adequet, siue sit quarta, vel sexta, vel quæuis alia: sed ista non poterit mensurare circulum: quia siue semel, siue bis, siue cẽties, nunquã per partes lineæ rectæ erit circulus adæquate mensuratus. Neque pars aliquota circuli poterit esse mensura lineæ rectæ. Manet ergo non esse adinuicem cõparabiles motus: quandoquidem, neque quantitates ipsæ, partes quas contingit, possunt commensurari, etiam si vna figura alia maior, vel minor dicatur: quia aliud est, vt diximus, quantitatem esse maiorem, vel minorem altera: aliud est ei esse commensurabilem.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Ad hoc quòd motus circularis recto sit comparabilis, requiritur q̃ velocitas in motu vtriusq; eodem modo consideretur: sed non consideratur eodem modo: ergo non est proprie comparatio. Patet: quia stat eandem esse velocitatem circuendi, quando nõ est eadem velocitas motus: sed in recto solùm attenditur velocitas motus penes longitudinem discretæ lineæ: velocitas vero circulationis attenditur penes hoc, quod in tanto tempore tales circuli describantur circa idem centrum: vt si tres sint mobilia, & circuirent in eodem tempore hos tres circulos, sic vt quo tempore infimum mobile mouetur moueatur superius, & medium: tunc omnes æqualiter circuirent, quia idem angulum constituunt recto centri: sicut orbes cœlestes omnes æqualiter circuiunt. Nam si angelus motor orbis cum q̃ moueatur, & quilibet sit in suo orbe, in eadem proportione, & parte correspondente inferius, & superius, in eodem tempore perficiunt circulationem: quia semper constituunt angulos æquales in tali motu: tamen nõ sequitur quod æquè velociter: quia ille qui in supremo orbe velocius mouetur quàm ille qui in infimo, quandoquidem maius spatium pertransit in eodem tempore: sed in motu recto non est hæc diuersitas. De hoc bene Albertus de Saxonia in hoc septimo, quæstione quinta, conclusio. 3.

Alberti de Saxonia.

¶ * Et Aristot. tex. 21. & 22. & 23. ad comparationem proprie, nonnullas ponit conditiones, nempe tres. Prima quod prædicatum in quo fit comparatio, prædicetur de vtroque extremo comparabili vniuoce, propter hoc hęc cõparatio nulla est, vox Socratis est acutior gladio. Secunda conditio: quod illud in quo fit comparatio, habeat idem susceptiuum: qua propter non est hęc bona comparatio vox Socratis est maior Socrate: quia magnitudo recipitur in Socrate prout est substantia, sed recipitur in voce prout est sonus fortiter immutans auditum. Tertia conditio, quod prædicatum, in quo est comparatio debet esse species specialissima, qua propter non est hęc proprissima comparatio, Plato est sapientior Socrate, sed oportet in specie dicere in Dialectica, vel in Physica, &c. Hæc pro pleniori intelligentia sint notata.

¶ Secunda conclusio. Comparatione largè dicta, motus differentes specie adinuicem comparabiles sunt: vt motus curuus motui recto, & motus augmentationis motui alterationis. Probatur: quia si non posset fieri comparatio, maxime, quia linea recta, & linea curua non sunt comparabiles: sed cõparantur, vt patet: quia chorda est minor arcu.

2. Cõclusi. Prima rõ.

¶ Item. Figura quadrata circulo comparatur: imo contendebat adæquare Archimenides. Et aliqui putant de quadratura circuli scientiam iam esse. Eodem modo videtur, quòd motus augmentationis, etsi à motu alterationis differat, quod possit fieri comparatio: vt secundũ argumentum probabat: sed dicitur larga comparatio: vt loqui solemus. Maius est huius frigus, quàm alterius albedo, & maior est huius scientiatia, quàm sit alterius virtus, quæ tamen specie differunt.

Secũda rõ. Cussa. Bobilus. Brabar.

¶ Ad primum respondemus, concedendo sic esse, vt dicatur linea recta maior, vel minor

Ad argumẽtum primũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nor circulari, & figura vna maior altera, etiam si specie differant: tamen nõ sequitur quod illæ figuræ sint adinuicem commensurabiles: aliud est enim, vt tali esse maiorem, aliud esse commensurabiles proportione, quæ rationalis videtur: nam ad esse commensurabilia propriè, requisitum est, quod vtriusq; detur aliqua certa mensura, quæ sit vt pars aliquota: sicut in numeris diximus contingere: quapropter sunt adinuicem mensurabiles: sed in linea recta, & circulari non est dabilis aliqua talis certa pars, quæ mensuræ habeat rationem.

Ad esse commensurabilia, requiritur aliquid esse mensura vtriusq;

¶Secundò potest solui argumentum primum iuxta conclusionem. 2. vt possit fieri comparatio quidem, sed non propria, sed largo modo: vt illa, quæ adinuicem maiora, vel minora dicuntur comparari, dicantur & mensurari, siue sit proportio rationalis, siue irrationalis, quo pacto augmentationem alterationi, potest quis cõparare.

2. Solutio.

¶Ad id quod dicebatur de confirmatione de circuli quadratura, quòd sit scientia, per quam possit esse adæquatio istarum figurarum: dicendum, quod dato ita sit, vt talis sit inuenta scientia, nihil contra nos: quia nũquàm motus per circulum factus, poterit æquari motui qui per rectum: nã dato duo mobilia mouerentur æqua velocitate, vnũ per lineam circularem, & aliud per rectam: citiùs mouetur quod per rectam, vt si formemus lineam æqualem rectæ in quadrato, tunc mobile quod mouetur per quadratum, dum ad angelum peruenit eadem velocitate, non pertransibit tantam portionem angularem, quantam aliud mobile, rectam: & eadem ratione si eadem linea disponatur in figura plurium angulorum, eadem velocitate non transibit totã eodem tempore: quo fit, vt non sint commensurabiles propriè.

Ad cõfirm.

¶Demus aliud exẽplum, suppositio quod dicit Euclides, quòd in figuris polygonijs quantum plurium angulorum, tanto area capacior, vbi probat, vnam figuram aliam maiorem, sed non esse rationalem proportionem: imò ex eo sumitur ratio pro conclusione, quòd si per lineam circularem, & alia per rectam eadem velocitate qd moueatur, non pertransibit vtrãque in eodem tempore: quia plus temporis in circulari: nam data linea recta bipedali, si ex eadem fieret triangulus, maiori tempore opus esset, vt eadem celeritate percurreret, & si fieret quadratum, maius tempus, & si pentagonus, maior, & sic consequenter vsque ad circulum: quia ex hypothesi, semper capacior area esset amplior: ergo si mobile, debet pertransire eandem figuram in eodem tempore, necesse habet celeriorem motum adhibere.

Euclides.

¶Ad illud de proportione circuli ad suum diametrum, quòd sit tripla sex quialtera, dicendum non esse exactam, sed paulò plus, minus ve, & quando dederimus hoc, esset ratione quantitatis, sed maneret incommensurabilitas in velocitate motus: quia maior fiet mora in circulari, quàm in recta via.

¶Ad secundum patet solutio ex secunda conclusione.

¶SPECVLATIO TERtia. De proportionibus.

SPECVLATIO tertia. Vtrùm saltim omnis quantitas omni quantitati sit comparabilis, sic ꝓ mensurari possint adinuicem.

¶Videtur quòd sic. In illis quæ sunt eiusdem specjei, & vniuoca, vt Aristot. probat, comparatio est: sed omnis quantitas continua, est eiusdẽ speciei cum alia continua: ergo poterit esse cõparatio, & cõmẽsuratio.

Argumẽtũ.

¶In contrarium est: quia costa quadrati diametro & incommensurabilis.

In contra.

¶In præsentiarum de quantitatum comparatione de proportione agendum, quanuis tractatum seorsum aliqui constituunt de proportionibus, visum tamen est necessarium hic tractare per vnicam speculationem: maximè, quia regulę positę ab Arist. de motuum velocitate, non possunt intelligi, ignoratis proportionibus.

¶Proportio idem est quod habitudo aliquorum adinuicem: & hæc quantitates erunt: sic Boecius definit, esse duarum quantitatum habitudo certa. Quantitas est duplex, vt ex prædicamentis constat: continua, & discreta. Continua, cuius partes ad vnum copulantur terminum communem. Discreta, cuius partes non copulantur, vt numeri. De vtraque erit dicendum, sed

Proportionis definitio.

dum, sed maximè de habitudine quantitatis, quæ discreta est, in præsentiarũ sermo erit, atq; exactam definitionem proponentes, dicemus proportionem esse, duarum quantitatum habitudinem. Duarũ, ad differentiam proportionalitatis geometricę, est habitudo proportionũ, & ad minus inter tres quantitates debet inuenirj: vt inferiùs ostendemus: sed oportet intelligas secundò, quòd vtriq; earũ quantitatem conueniat esse quantitas discreta, continuę nõ erit comparabilis: hęc proportio: quia nil vtriq; conuenit esse debet hęc comparatio quantitatis cõtinuę ad aliam quantitatem continuam, & discretę ad discretam. Quòd si quãtitatem non solùm modis intelligas, sed virtutis, etiam iuxta doctrinã B. Augustini, solum proportio erit, & cõparatio quantitatis adinuicem, sed quia per se distinctis: vt si fiat vnius ad alias cõparatio in essentiali perfectione, & individui ad individuũ: sicut fit numeri ad numerum: ac si dicamus hominis essentialem perfectionem esse, duplo esse ad elephantinam, & equinã, huic esse in subdupla proportione. Qua ratione aliqui in isto. 7. lib. solent tractare de huiusmodi rationum cõparatione, quãtum ad essentialem perfectionem. Qui vero [illegible] de huiusmodi proportionibus legere Brabardinum in sua arithmetica: Siliceum Archiepiscopum Toletanum: Albertum de Saxonia in tractatu proportionũ: Petrum Ciruelo in suo de arithmetica, & Aluarum Thomam in suo de tripli motu in principio, & Petrum à Spinosa.

B. August.

Siliceus. Saxonia. Ciruelo. Aluarus. Spinosa.

¶Dicitur primò proportio, vt quæ dam [illegible] dicatur in æqualitatis. Illę quę inter se quales, & hęc inter inæquales.

Diuisio. 1.

¶Dicitur etiã illa quæ inter inæqualia: quæ [illegible] quæ maioris in æqualitatis dicitur: & est, quòdcũq; maior numerus minori cõparatur: vt si quaternarius binario cõpares, ponendo duplam proportionem. Minoris in æqualitatis est, quando minoris numeri ad maiorem, vt si binarius quaternario cõpares, quæ ad differentiam alterius subdupla vocabitur. Itaque posthac tenendum, quòd si minor ad maiorem cõparatur, subdupla, subtripla, subquadrupla, &c. Si maior ad minorem, dicetur dupla, tripla, quadrupla [illegible]

Diuisio. 2. Maioris in æqualit.

Minoris in æqualitatis

¶An proportio sit habitus quædam distincta à rebus ipsis proportionatis, disputatio est sicut de relatione in prædicamentorũ relationis: verò similius est, non esse aliã rem distinctam ab [illegible] comparatis: quamuis non sit [illegible] stantia formaliter proportio, neque quantitas sit proportio, vt adiacentibus non semel. Neque proportio est nomen collectiuum, quod supponat pro utroque extremo, inter quę est proportio; sed si maiorem minori compares, in maiori ponitur proportio: quia ibi est habitudo, & relatio, & si minorem maiori, in minori ponenda erit.

Diuisio. 4.

¶Rursus Proportio, quæ dam dicitur rationalis: alia irrationalis. Rationalis est, duarũ quãtitatum proportio, quibus aliqua pars aliquota cõmunis est in continua quantitate, vt hominis ad pedem, vel cubitum: quia tot pedes habet homo, vel tot cubitj, & sic cubiti ad pedem, pedis ad palmũ, palmi ad digitum. Continet palmus quatuor digitos ex transuerso, & pes quatuor palmos, sic quòd palmus quarta pars pedis, & sexta sit cubiti: quia sexiũpes facit cubitum.

Diuisio. 3. Rationalis.

¶In quantitate discreta, vt ternarij ad quaternariũ, est sex qui tertia, & vnitas est pars aliquota. Pars aliquota dicitur, quæ aliquoties sumpta, suum totum constituit, vt si digitum quater sumas, reddit palmum: si palmum quater reddit pedem, & si cubitum quater, constituit hominis quantitatem, si naturalibus credimus. In discreta quantitate vnitas est pars aliquota: quia aliquoties sumpta, efficiet quencũq; numerum. Binarius erit ternarij pars aliquota: quia ter sumptus senariũ efficit. Sed ad partem aliquotam oportet, quòd totum suum constituat adæquate: vnde binarius non est pars aliquota ternarij: quia neq; bis constituit ternariũ, neq; binarius erit pars aliquota quinarij: quia si solum bis non constituit, sed deficit ter, excrescendo aliquota diffuso quod non reddit suum totum, vt est binarius in ternario, & in quinario, & proportionabiliter in alijs numeris.

Pars aliquota.

Pars nõ aliquota.

¶Proportio irrationalis illa erit, quæ est quantitatum, in quibus non datur aliqua pars aliquota cõmunis: vt ut costæ quadrati ad diametrum: de quo infrà. Sequitur quod omnis proportio inter duos numeros est rationalis, necessario: quia inter ipsos aliqua pars erit aliquota, saltem vnitas: quia quilibet numerus ex vnitatibus multiplicatis constans est.

Irrationalis proportio.

¶Propor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuisio.4. ¶Proportio rationalis rursus diuidit, quæ in æqualitatis est: quædam multiplex super
Multiplex. particularis, superpartiens, multiplex superpartiens, multiplex superpartiens. Multiplex illa est, in qua maior numerus continet minorem pluries, adæquate tamen: vt est quaternarij ad binariũ, quæ dicitur pluries: qua propter ternarius ad binarium, nõ est multiplex: quia solum continet semel. Dicitur adæquatè, quapropter quinarius ad binarium, non est multiplex: quia licet bis cõtineat binarium, tamen non adæquatè: quia adhuc est vnitas. Denominatur sic, vt quæ bis adæquatè continet, dicatur dupla: quæ ter, tripla: & sic consequenter datur exemplum.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

¶Superiorioris ad inferiorẽ, dupla, tripla, quadrupla &c. Inferioris ad superiorẽ, subdupla, subtripla. &c. Notandum quod in multiplicib⁹ datur minima, quæ dupla est, sed non potest dari maxima.

Superparticularis. ¶Super particularis est, in qua maior numerus continet minorem semel, & cũ hoc aliqua pars aliquota minoris superest: vt ternarius cõtinet binarium semel, & vltrà, vnitatẽ, quæ est medietas minoris, & pars aliquota eius, & sic quaternarius respectu ternarij. Et sunt plures species: videlicet, sexquialtera, sexquitertia, sexquiquarta, &c. Sexquialtera dicitur, quæ continet totum minorem, & adhuc medietatem eiusdẽ: vt est. 3. ad. 2. & 6. ad. 4. & 12. ad. 8. Sexquitertia dicitur, quę continet totũ, adhuc 3. partem: vt est. 4. ad. 3. Sexquiquarta erit, quæ continet totum, & adhuc quartã partem: vt. 5. ad. 4.

Sexquialtera. Sexquitertia. Sexqui quarta.

Superpartiens. ¶Superpartiẽs est, quæ cõtinet minorem numerũ, & supersunt aliquæ partes aliquotæ minoris, quæ non faciũt vnam minoris: vt est. 5. ad. 3. semel continet quinarius ternarium, & supersunt duæ vnitates, quarũ quęlibet esset pars aliquota ternarij, sed simul iunctæ non faciunt vnam aliquotam: sunt tamen duæ tertiæ. Ternarij dicentur superbipertiens tertias. Et. 7. ad. 4. est supertripartiens quartas. & 9. ad. 5. superquadripartiens quintas. Exempla sunt.

5. 7. 9. 11. 13. 15.
3. 4. 5. 6. 7. 8.

Multiplex superparticularis. ¶Multiplex superparticularis est, quando numerus maior minorẽ cõtinet pluries, & adhuc partem aliquotã eius: vt quinarij ad binariũ est multiplex superparticularis dupla sexquialtera: quia cõtinet minorẽ bis, & adhuc vnitatem, quæ est medietas binarij. Et septenarij ad ternarium est dupla sexquitertia.

¶Multiplex superpartiens est, quando maior numerus minorem continet pluries, & eo multiplex, & vltra aliquam partem, quę cum non sit aliquota, est superbipartiens, & denominabitur iuxta conditionem partis: vt. 8. ad. 3. cõtinet minorem bis, & cum hoc binarium, quinõ est pars aliquota ternarij, & sunt duæ tertiæ: ob id dicitur dupla superbipartiens tertias: & sic de alijs.

8. 11. 14. 17. 20. 23.
3. 4. 5. 6. 7.

¶Solent ponere regulas ad generationem harum proportionũ: sed quia non sunt difficiles, & non agitur ex proposito de proportionibus, sed solùm vt seruiũt ad debitam intelligentiã Aristo. è consulto multa missa facimus: breuiter tamen apponamus nonnullas regulas. Quarum prima.

¶Si quis vult generare multiplices proportiones, faciet facilè, desumpta radice eã duplicãdo, si duplam: vt sic. 1. & 2. radix multiplicis. Si vtrunq; duplex, erit dupla: nempe. 2. & 4. Et si triplicis radicem triplices, triplam generabis: vt in. 1. 3. triplicãdo erit 3. & 9. quæ est tripla. Sic similiter accipiendo radicem quadruplæ. regula.

¶In superparticulari capiendo primã sexquialterã. 2. 3. & primã sexquitertiã. 3. & 4. multiplicabũt. & superscriptis in vno ordine omnib⁹ numeris excedẽtibus se maiori numero radicis, respõdenter subscripseris numeros excedẽtes nũero minori: vt a prima radix sexquialteræ. 2. 3. cõstitui: sic 3. 6. 9. 12. 15. ¶In istis inuenies omnes 2. 4. 6. 8. 10. esse sexquialteras, si ordinatim procedẽdo in superiori serie sen, per distantia vnius radicis, & in inferiori alterius.

¶In sexquitertijs eodem modo.

4. 8. 12. 16. 20.
3. 6. 9. 12. 15.

¶In superbipartiens tertia prima est.

5. 10. 15. 20. 25.
3. 6. 9. 12. 15.

¶Nũc de proportionalitate aliqd disseram⁹. Proportionalitas.

¶Proportionalitas est proportio proportionũ: vt scilicet eadem modo, quo se habẽt duo numeri adinuicẽ in certa proportione, duę proportiones dicãtur inter se habere proportionem: vt si dixeris: sicut se habet quaternarius ad binarium, sic octonarius ad quaternarium: quia vtrobiq; proportio dupla est.

Triplex proportionalitas. ¶Triplex est proportionalitas: quædam Aritl. metica, alia Geometrica, alia Harmonica, seu Musica. Arithmetica est, habitudo inæqualiũ proportionum, quarũ terminis sese pariter cõtinuo, eodem numero, excedunt. Exemplum, in serie naturali numerorum. 1. 2. 3. 4. Quicũq; enim, pximè precedentem vnitatem excedit, & tamen eadem proportio non est: quia. 2. ad primum dupla, & 3. ad. 2. sexquialtera, & 4. ad. 3. sexquitertia. Hæc proportio iustitia cõmutatiua attẽdi solet: vt Arist. 5. Ethico. docet, solùm habendo respectũ ad quantitatem.
Arihmet.

Geometri. ¶Proportionalitas Geometrica est, similitudo proportionum æqualium consequẽter sumptarum, quorum terminii inæqualiter se excedũt: vt si cõstituas. 2. 4. hæc est dupla, & ista. 4. & 8. similiter dupla. Hęc est proportionalitas Geometrica, vbi ad excessum non habemus oculum, sed ad proportionem: vtrobiq; eadem, sed non est eadem quantitas. Sex. ad. 9. est eadem, quæ est. 8. ad. 12. quia vtrobiq; sexquialtera: sed in prima excessus ternarius: & in. 2. quaternari⁹. Et aliquando solùm inter tres terminos cõtingit: vt si capias. 4. 6. 9. sicut se habet. 9. ad. 6. quia est sexquialtera, sic. 6. ad. 4. quia est sexquialtera, & tũ excessus non est idẽ.

¶Harmonica proportio est, habitudo interduas proportiones inæquales terminorum: item inæqualiter se excedentium: vt qualis est proportio maximi ad minimũ, talis sit inter excessum, quo maximus excedit medium ad eum quo medius excedit minimum, vt. 6. 4 9. est. 6. ad, 3. dupla, & tali inter excessum maioris, qui est. 6. ad. 4. qui est 2. ad excessum qui est. 4. ad. 3. qui est in vno.
Harmoni.

¶Dicitur harmonica, quia est in vsu in harmonia. 1. in cãtu, de quo nihil dicendum in præsentiarum: quia musicam spectat, legat qui voluerit Boëtium. Oportet ergo in præsentiarum cognoscere proportionum similitudinem, & quæ sit ratio maior. In simplicibus illa maior est, cuius maius extremum pluries minus cõtinet, aut maiorem partem. Quapropter omnis multiplex proportio est maior quacunque superparticulari, & superpartiente: & sic maior est proportio. 2. 1. quàm. 6. ad. 4.

¶In multiplicibus illa maior, quæ à maiori numero nomen habet: vt tripla maior est dupla.

¶In superparticularibus, quæ à minori numero denominatur est maior: vt sexquialtera est maior quàm sexquitertia: & sexquitertia quàm sexquiquarta. Eadem ratione in superpartientibus, si idem sit numerus numerans, illa cuius numerus denominans fuerit minor, erit maior. vt maior est superbipartiens tertias, quàm superbipartiẽs quintas: at vbi numerus denominãs fuerit idem, tũc quãto numerus numerãs fuerit maior, tãto proportio erit maior: vt maior est supertripartiens quintas: vt. 8. ad. 5. quã superbipartiens quintas, vt. 7. ad 5. Numerus denominãs dicitur, qui vltimo loco ponitur: & numerus numerãs, qui ponitur in ipsa proportione dicendo, supertripartiẽs, superbipartiẽs, supquadripartiẽs.

¶Sed quãdo superparticulis comparatur ad superpartientem, est maior difficultas: quæ sit maior proportio, aliquando ipsæ denominationes ostendunt excessum: vt si quis quærat: quæ maior est, sexquialtera, aut superbipartiens tertias? statim dicet hanc esse illa maiorem: quia duæ tertiæ magis sunt quàm medietas: aliquando tamen non potest sic constare.

¶Et datur regula generalis. Propositis duabus proportionibus, si sint eiusdẽ denominatiõis, sunt æquales, & nulla est. q. vt. 1. 2. 10. & 20. vtrobiq; dupla. Si sunt inæqualis denominationis, tũc minorem in minimis eius terminis vt in radice: & super eundem terminũ minorem, cõstitue maiorem proportionem: & mediũ proportionale indicabit quæ sit inter eas, proportio: vt si inter quadruplam, & duplã scire velis, constitue duplam suprà. 1. & quadruplam sic. 1. 2. 4. in quibus patet quadruplam ex duabus duplis cõstare, scilicet. 4. ad. 2. & 2. ad. 1. ob id inter illas erat dupla: & fiet sic collectio. Quadrupla ex duabus duplis constat adæquate: & omnes duplæ sunt æquales: ergo vtraq; est eius medietas: sed totius ad suã medietatem dupla est proportio: ergo quadruplæ ad duplam dupla est proportio. Regula ad cognoscendã proportionem proportionum.

¶Non tamen inde sequitur octuplæ ad duplam quadruplam esse: quia octupla non componitur ex duabus quadruplis, sed ex quadrupla, & dupla: quia est inter. 1. ad. 8. quæ constat ex illa quæ. 1. ad. 4. & 4. ad. 8. nam quando dicimus aliquam proportionem componi ex alijs, intelligitur non cõmunicãtibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

municantibus:constat quòd si octupla ex duabus quadruplis,scilicet. 1.ad.4.&.2. 8. constituas,communicantibus dupla,quę est binarij ad quaternarium: cum ergo octupla ex quadrupla,& dupla constet,& dupla medietas est quadruplæ,octupla se habet ad quadruplā in proportione sexquialtera:& sic est tripla ad duplam: quia ex tribus duplis constat. 1.ad. 2.&. 2.ad.4. & 4.ad.8.

¶Si quis quærat proportionem inter duplam,& sexquialteram, quia sexquialtera est minor secundùm regulam datam, ponatur in suijs terminis.2.&. 3.& super.2.cōstituatur dupla,quæ est.2.ad.4. qua ratione liquet duplam cōfici ex sexquialtera,& sexquitertia. Et quia sexquialtera est maior quàm sexquitertia,fit vt neutra sit medietas duplæ:nam quando totum componitur ex duabus partibus inæqualibus,maior superat medietatem, & minor est medietate minor,quo tandem sequitur,quòd duplæ neque ad sexquialteram, neque ad sexquitertiam,sit proportio rationalis,sed irrationalis: quia neutra est pars aliquota duplæ,neque cōstans ex aliquotis duplæ. His igitur dictis,sit prima conclusio.

Conclu..1. ¶Prima cōclusio.Proportio est comparatio quantitatum adinuicem,& inter continuas,& inter discretas,& maximé inter discretas est proportio numerorum.Probatur ex suprà dictis:nam comparatur quadratum diametri ad quadratū costæ,quod se habet in proportione dupla: & comparantur tres anguli trianguli in æqualitate duobus rectis.In quātitate discreta numerus ad numerū facit proportionem multiplicem:duplam,triplā.Ternarius ad binarium est sexquialtera.Quaternarius ad ternarium est sexquitertia,& sic de alijs.

Cōclusio.2 ¶Secunda conclusio.Non solùm est comparatio numerorum adinuicem,quæ proportio dicitur,sed etiam est proportionū cōparatio, quę proportionalitas vocatur. Hæc conclusio etiam patet,quia est comparatio proportionum secundùm proportionalitatem arithmeticam,quando excessus est idem : vt si fiat comparatio , sicut se habet excessus quinarij ad quarternariū: vbi proportio est sexquiquarta, se habet excessus quarternarij ad ternarium,vbi est sexquitertia:quia vtrobiq;vnitas,& in geometrica proportione , & in harmonica: vt probatum est.

Ratio.

¶Tertia conclusio.Licèt omnis numerus omni numero comparari possit,vt sit proportio rationalis,in quātitate continua diametri ad costam quadrati æquilateri irrationalis proportio est.Hæc conclusio habet duas partes.Prima est, ꝙ inter numeros sit proportio rationalis.Ipsa est proportio rationalis inter duo,quando vna datur pars cōmunis,quæ mēsura potest esse:sed in numeris est:vt si.8.senario comparatus, inueniemus binariū partem cōmunem, quæ possit metiri vtranq; quantitatem: quia binarius ter sumptus facit senariū,& quater octonarium: sic excessus vnius ad alium in binario est,sicq; quibuscunq; alijs datis numeris:quia in eis vnitas est pars quā cōponitur quilibet numerus, quæ pars esse potest communis ad mensurandum:ob id in conclusione dictum est, in omni numero comparando ad alium numerum inueniri proportionem rationalem. Ratio.1.p.

¶Secunda pars est,ꝙ in quantitate continua irrationalis inueniatur costę quadrati ad diametrum.Tunc est irrationalis,quando non reperitur aliqua proportio,quæ rationalis est qualis dupla,vel tripla,aut sexquialtera,aut sexquitertia, aut superpartiēs:sed inter talem costam, & diametrum nulla talis reperitur,vt notum facimus:ergo nullo modo est proportio rationalis, sed irrationalis. Ratio.2.p.

¶Est supponēdum primò ex Geometria, ꝙ quadratum diametri ad quadratum costę se habet in dupla proportione. Duo autem quadrata tūc se habēt tanquā quadratum diametri ad quadratum costæ, quādo quælibet costa maioris,est æqualis diametro medij quadrati,vt patet in hac figura, vbi sunt tria quadrata, ita gradatim deiecta,vt costa maximi,putà.a.b.sit diameter medij,& costa medij.a.c.sit diameter minimi.Maximum ergo quod dicitur quadratum diametri respectu medij habet duplā proportionem ad medium,& eadem ratio medium ad minimum,quæ satis ad oculum patet:cùm medietatem medij , maius quater continet: nam vides triangulum.a.d.b. qui est quarta pars quadrati maximi, medietatem esse medij quadrati, atq; ideo totum medium quadratū,esse medietatem totius maximi.Ex hoc est cōclusio mathematica.Proportio quadrati maximi est, costarum duplicata : nam qua ratione maximi ad medium est dupla proportio, medij ad minimum

minimum colligitur esse etiam duplā:quia costa medij,scilicet,a.c.est diameter minimi,& per consequens proportio maximi ad minimum est quadrupla:quia cōstat ex duabus duplis, scilicet maximi ad mediū, & medij ad minimum, vbi dupla proportio est:sicut dictum est in hac specula.quadruplam proportionem ex duabus duplis constare.Proportio autem costæ maximi ad costam minimi est dupla: vt ad oculum patet:nā medietas lineæ.a.b.est costa quadrati minimi.a.c. Quadruplæ ad duplam est proportio dupla: igitur proportio quadratorum est costarum duplicata, id est, est dupla ad proportionem quæ est inter costas. Paulò suprius.

¶ Ex hoc retrocedēndo concluditur , qd proportio diametri ad costam est irrationalis, quod dicit conclusio.

¶Proportio quadrati diametri ad quadratum costæ est dupla:vt maximi est mediū: vt in præsenti figura:ergo proportio cuiusque costæ maximi ad costam medij est medietas duplæ,vt proxima conclusione est monstratum:sed duplæ ad suam medietatem est proportio irrationalis:quia, vt suprà dictum est,proportio dupla nō potest diuidi in duas medietates, & sic medietas duplæ nō potest denominari ab aliquo certo numero. Componitur enim dupla ex sexquialtera,quæ est.3.ad.2. & sexquitertia,quæ est.4.ad.3.quarum prima est maior medietate,&.2.minor ea:ergo costę maximi quadrati,quæ est diameter medij, est proportio irrationalis ad suum diametrū. Et esse irrationalem,vt diximus est,ꝙ nulla pars aliquota costæ est aliquota sui diametri:& sic manet probata conclusio,& soluta manet. q. de proportionibus : reliqua negantur in illis, quæ ista tractant ex proposito, maxime in Boētio, a quo ferè omnes acceperunt pro præsenti negotio.Hęc dixisse sit satis.

¶ Dixi,æquilateri quadrati, quia si non sit æquilaterum quadratum, tunc non sic probatur:vt optimè Apolinaris super lib. primum poste.fo.6.quia in alijs quadratis nō est præcisè dupla quadrati diametri ad quadratum costæ,sed vel maior,vel minor dupla.Neque præcisè proportio quadrati ad quadratū est in dupla proportione quàm proportio diametri ad costam,sed vel plus quàm in duplo, vel minor:de quo in posterioribus. Apolinaris.

¶SPECVLATIO. IIII.
De velocitate motus.

Vtrùm velocitas in motu sit attendēda penes quantitatem spatij, ꝙ pertrāsitur. Videtur quòd nō. In motu circulari velocitas nō attenditur penes quantitatem spatij pertransiti:ego non considerabitur in motu velocitas penes spacium.Patet:quia si deberet velocitas attendi,maximè à puncto velocissimè moto;quod in superficie cōuexa est:sed hoc est falsum:quia eadē ratiōe deberēt mēsurari alij motus:vt motus alterationis in illo qd alteratur, vniformiter difformiter , à non gradu vsq; ad 8. & motus ille deberet dici vt.8.& non vt 4.vocāt,secundùm gradum medium:ergo neque in motu circulari velocitas est sumēda penes illum velocissimè motū,sed penes medium punctum:& sic non cōsideratur penes spacium pertransitum. 1.Argum.



¶Præterea. Stat duo grauia æqualiter moueri,& tamen non æquale pertranstre spacium:ergo velocitas in motu non debet cōsiderari penes spacium pertrāsitum.Patet. Si vnum graue descēdat per lineam rectā, & aliud per curuam , & in eodem puncto perueniant ad centrum,æqualiter mouentur.qnia æqualiter approximant cētro tertræ:tamen non æquale est spacium. Argumē.2.

¶ Tertiò. Omnes orbes cœlestes æquè veloces habent,& exercent circulationes: quia æquales describunt angulos : tamen spatium non est idem pertransitum: quia maius pertransit Saturnus, quàm Iupiter,& Iupiter,quàm Mars , & Mars quam Sol,& sic consequenter:tantò quanto superior orbis,tantò maius spatium: ergo velocitas in motu nō attēditur penes spaciū. Argumē. 3.

¶In contrarium est Aristo.in.6.text.11. In contra.

¶Pro solutione notandum,quòd hæc speculatio,solet in præcedēti lib.6,moueri:sed quia in isto.7. est sermo,de velocitate motus penes causam,id est, ratiōe virtutis mouentis , visum est in isto loco ponere eam, quę est de velocitate motus,quæ attēditur penes effectū, hoc est, penes spacium materiale pertransitū:& post istam congruè sequeretur specu.de velocitate cōsiderata penes causā, id est penes virtutē mouētis. Notand. 1.

Et quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quia hic agitur de proportione motuũ secundùm proportionem spatij, ob id præposuimus speculationem de proportione, & comparatione quantitatum ad inuicem.

Notand. 2. Duplex motus, vniformis, & difformis.

¶ Secundò notandum, quod motus est duplex: vniformis, & difformis: tam vniformitas, quàm difformitas cõsiderari potest ex parte subiecti, & ex parte temporis. Respectu subiecti ille motus dicitur vniformis, cuius omnes partes æqua uelocitate mouentur: vt si lapis per planum moueatur, vbi omnes lapidis partes æqualiter mouẽtur. Difformis motus est ex parte subiecti, quando nõ omnes partes æqualiter mouẽntur: vt est in cœlorum motu: non omnes partes æqualiter mouentur: quia illæ quæ sunt proximiores superficiei conuexæ, velocius mouẽtur, quàm illæ, quæ magis propinquant concauæ: vt in rota molẽdini est videre, & in plaustro.

Motus difformis, duplex.

¶ Iste qui est motus difformis est duplex: quidam qui dicitur vniformiter difformis: alius, difformiter difformis. Vniformiter difformis ille est, qui sic se habet, quòd in eadem proportiõe qua pars superior, quæ velocissime mouet, excedit mediã, & ipsa media excedit infimã, quæ mouet tardiùs: vt in cœlo est videre, in quo iuxta distantiã à cõuexa superficie est: & motus difformis vniformiter tamen. Et similiter si aliquod calidum calefiat à non gradu, vsque ad. 8. sic ꝙ in parte proxima ad calefactiuum sit vt. 8. & statim progrediendo vt. 7. & tãdem in extremo non gradus, dicitur esse calor vt. 8. vniformiter difformis: sic & in motu locali.

¶ Difformiter difformis est, quando non seruatur in velocitate, vel intensione motus ordo partium, sed in vna parte proxima ad agens est velocitas vt. 4. & in alia est, vt. 6. non secũdùm quòd distant, vel proximæ sunt in motu locali. Potest esse in circulari vniformiter difformis motus: quia partes æqualiter mouentur: sed nunquam in motu locali ex parte subiecti erit difformiter difformis.

Ex parte tẽporis.

¶ Ex parte tẽporis est motus vniformis, & difformis. Vniformis est ille quo in certo temporis spacio certas spacij partes pertrãsijt: vt in regularissimo, etiã si vniformiter difformi cœlorum motu contingit. Et difformis quo ad tempus ille erit, quando nõ est correspondentia temporis ad spacium, sed contingit quòd in vna parte temporis magis sit de spacio, quã in alia parte equali: vt in motu progressiuo animaliũ est videre, qui motus à principio est velox & postea remissior, & tãdẽ in fine remississimus.

¶ Et hic motus difformis ex parte temporis est vniformiter difformis, & difformiter difformis. Primo modo est, vt ex parte subiecti dicebamus, & solet esse in naturaliter motis, & in proiectis, vt ea proportione medium excedat tardissime extrẽtũ, qua intensissimè excedit medium.

¶ Difformiter difformis quo ad tempus est, in motu progressiuo animalium. Exemplũ est clarum. Quando non est correspondentia temporis ad spacium, sed contingit quod in vna parte temporis magis pertrãseat de spacio quam in alia parte temporis: vel in inæquali spacio in æquale tempus. *

Conclus. 1.

¶ Velocitas motus localis attenditur penes quantitatem lineæ descriptæ. Hoc est dicere. Si duo mobilia adinuicem in velocitate comparẽtur, qualis fuerit proportio inter lineas eodem tẽpore pertranseuntes, talis & erit inter velocitates. Similiter, si motus eiusdem mobilis quo vno tempore mouetur, comparetur ad motum eiusdem quo in alio. Itaque si. a. mobile in vna hora percurrit duo milliaria, &. b. mobile, pcurrat tria milliaria, mouetur vnum mobile velocius in sexqui altera proportione, quæ est. 3. ad. 2. Et si. a. percurrat. 10. milliaria in vna hora, &. b. solùm quinque, erit velocior motus in dupla proportione. Et si. a. mobile mouetur in vna hora per spacium septẽ milliarium, &. b. mobile solùm per quinq;, habebit se velocitas vnius ad velocitatem alterius in proportione superbipartiente quintas: & sic consequentur, vt contineat proportio spacij ad spacium, erit & motus ad motum velocitas. Ecce quomodo sunt necessaria proportionum cognitio ad cognoscẽdam motuũ velocitatem.

¶ Ista conclusio non indiget alia probatione, quia de se patet: si in eodem tempore vnum mobile, spacium pertransit amplius quàm aliud, erit motus velocior: nam dato opposito, quod non sit velocior, sed æquè velociter moueãtur, necessarium est dare idem spacium pertrãsitum in eodem tempore, & non amplius.

Conclus. 2. In motibus cœlorũ velocitas attẽditur penes punctũ velocissimè motum.

¶ Secunda conclusio. Velocitas motus localis vniformiter difformis qualis est in motu circulari, attenditur penes punctum velocissimè motum. Hic intẽdimus dicere cum

dicitur penes punctũ uelocissime motum.

cùm in motibus cœlorum contingat, quòd dato motus sit regularissimus, quia non magis velociter mouetur vna hora, quàm alia, tamen est difformis: quia partes non æqualiter mouentur: sed vniformiter difformiter, in tali motu velocitas non erit attendenda penes partem tardissimè motam, qualis est illa quæ est in superficie concauæ, neque penes partem quæ in centro et grossitiei cœli, quæ velocior mouetur, sed attendi debet penes partem velocissime motam, qualis est illa quæ in superficie conuexa est. Hæc est proportio Hentisberi, quam recipiunt Philosophi omnes. Et ratio est. Linea descripta à peripheria circuli, id est à superficie conuexa, describitur à toto circulari corpore, vt notum est: ergo tantum mouetur corpus circulare, quantum est illud spacium descriptum. Probatur consequentia: quia in alijs rebus tam longa est res, quàm longa est pars, quæ longior est: ergo & in motibus similiter talis motus diceretur, & tale pertransitum spacium, quale est descriptum à parte, quæ velocissimè mouetur.

Hẽtisber. Ratio. 1.

Ratio. 2.

¶ Secundo. Si non attenderetur motus penes illam partem velocissimè motam, ergo vel penes tardissimam, vel penes mediam: non penes tardissimam: quia esset vanum dicere: ergo penes mediam, quod aliqui putant: sed non attenditur penes mediam: quia hoc in spheris non potest esse, cuius vniformitas difformitas non extenditur vsque ad non gradum, sicut contingit in qualitatibus. Et probatur: quia si sic esset attendendum iuxta medium, sequeretur, quòd duabus duabus rotis eiusdem [illegible], & magnitudinis circunferentiæ, quæ sic se haberent, quòd vtrìusque circunferentiæ æqualiter mouerentur, illa quæ versus centrum esset grossior, tardiùs moueretur, vt quæ haberet solùm latitudinis duos palmos à [illegible] usque ad. 8. moueretur vt. 7. quæ tamẽ haberet. 4. [illegible] vsque ad. 8. moueretur duntaxat vt. 6. sed consequens est falsum: quia supponimus circunferentias æqualiter moueri: sequitur quòd velocitas in motu circulari debet attendi penes punctũ velocissimè motum, vt dicit conclusio.

Conclu. 3.

¶ Tertia conclusio. Motus velocitas quo ad tempus in motu tam vniformi, quàm vniformiter difformi, eodem modo regulatur: vt si duo mobilia æquales emetiantur lineas in eodem tempore, quanuis vniformiter vnum mobile, & aliud vniformiter difformiter, æquè illi motus dicuntur esse veloces. Patet: quia velocitas in motu tunc consideratur penes tempus, & spacium, secundùm totum, & non secundùm partem: ergo in prima parte horæ & in prima parte spacij segniter, vel velociter, & in secunda alio modo, dummodò in hora absoluat spacium: sicut aliud mobile quod vniformiter mouetur, dicuntur æquè velociter moueri: quia spaciũ æquale in æquali tempore absoluitur. Secùs esset si compa ratio partis vnius ad partẽ alterius fieret, quia tunc esset aliud. Tamen de toto spacio, & toto tempore loquentes, æqualiter mouentur, & æquè velociter.

Ratio.

¶ Quarta concl. Velocitas mobilis vniformiter difformis moti, quo ad tempus, attẽdi debet penes gradum medium, & non penes tẽpus, in quo velocissimus est motus. In ista conclusione volumus dicere, quòd si mobile moueatur per horã, & in. 4. parte tardè, & in alia. 4. velociùs, & tandem in 2. medietate velocissimè: velocitas in isto motu attẽdi debet, quo ad tẽpus, nõ penes partẽ illã in qua motus velocissimus, sed penes mediũ: vt scilicet, si à non gradu cœpit vsque ad velocitatem vt. 8. dicatur velocitas vt. 4. Ratio est quia tale mobile in veritate nõ mouetur vt. 8. sicut in fine horæ: quia in principio horæ, & in medio nõ mouebatur nisi vt duo, vel vt tria: ergo nõ erit motus in hora velox vt. 8. quandoquidem in multis partibus horæ non fuit sic velox. Neque hæc conclusio est contra. 2. quia est discrimen in motu vniformiter difformi ex parte subiecti, & ex parte temporis, quia in illo verè à mobili describitur illud tantum spacium: ob id velocitas secũdùm illam rationem erit, & nõ potest alio modo moueri: sed in motu secũdùm rationem tẽporis non est motus secundùm omne tempus, sed solùm secundũ partem: & ideo non debet denominari totum ab illa parte: quia si per partes temporis moueretur eadem velocitate qua in illa parte tẽporis, spacium maius in illo eodem tempore pertransisset: ob id non est denominandus motus secundùm velocitatem ab illa parte temporis, in qua motus est velocissimus, sed secundùm mediam partem.

Cõclusio. 4.

Ratio.

¶ Quinta cõclusio. Non penes idem atten-

Cõclusio. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Non est idé uelocitas circulatiónis et uelocitas motus circularis,

ditur velocitas circulationis, & velocitas motus circularis: quia velocitas circulationis attenditur penes magnitudinem angulorum, que describitur circa centrum, & velocitas circularis motus penes spacium descriptum. Patet: quia in rota tonsoris cum partes omnes non æque velociter moueãtur, æque tamen velociter circuunt: quia eodem tempore omnes partes complent suos circulos, licèt non æquales faciant. Quod patet in hac figura. De quo in speculatione. 2. diximus.

Cõclusi. 6. ¶Sexta conclusio. Licèt per naturam detur motus velocissimus, non tamen datur tardissimus. Probatur. Datur velocissimus per naturam ille qui est primi mobis: quia nullus alius naturaliter velocior, ille est mẽsura omniũ motuum. Patet: quia si esset alius: ergo esset aliquod mobile qđ maius spacium in æquali tempore, vel æquale spacium in minori pertransiret, sed nullum tale per naturam datur: quia ponimus esse primum quod mouetur, & quòd nullus orbis velociùs mouetur eo. Dixi per naturam, quia non negamus quin Deo possit, quia non repugnat facere de nouo aliud cœlum supra, quod velociùs moueretur, quod in eodem tempore maius spaciũ pertransiret, vel aliud corpus æquale quod in minori tempore idem spacium pertranseat.

Ratio. p. p.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars, quod non detur tardissimus, patet: maximè quia pars orbis quanto axi propior, tardius moueretur: & sic proportionabiliter pars illa propinquissima tardissimè moueretur sed hoc non sufficit, imò ex ipso est argumentum, quia data illa parte de qua dicis moueri tardissimè, potest diuidi in aliam partẽ minorẽ: quia non est dabilis vltima pars continui, & sic non erat illa pars signata tardissimè mota: quia alia esset tardior ea, in quo videtur quidam decepti. Ecce quomodo licet per naturam detur pars velocissimè mota, non datur pars tardissimè mota. Datur enim actu pars velocissimè mota in æquinoctiali: & non datur per naturam pars tardissimè mota circa polum.

Albertus de Saxo. lib. 6. q. 7.

Ad argum. Ad. 2. ¶Ad argu. Ad pri. solutio patet ex dictis.

¶Ad. 2. dicimus qđ illa duo mobilia, quæ per lineam rectam cadent, & quæ per arcum, æqualiter descendunt, quia æqualiter centro approximant: sed non inde sequitur: ergo æqualiter mouẽtur: quia velocitas attenditur penes descriptam lineam, & quia maiorẽ describit quod per arcũ, velociùs mouetur: sed descensus attenditur penes accessum ad centrum terræ, qui est æqualis.

¶Ad. 3. patet etiam solutio in. 5. conclu. Ad. 3.

SPECVLATIO. QVINta. De velocitate motus ex parte causæ.

Trũ velocitas in motu attendi debeat ex parte causę, id est, penes proportionũ, vel portionẽ, quę velocitatum est ad suas resistentias.

¶Videtur quod non. Intelligentia motrix orbis maiori velocitate mouet orbẽ primũ quàm inferior intelligentia: tamen maior, vel minor velocitas attendi non potest penes maiorem resistentiam: quia cœlum non resistit. Argumẽ. 1.

¶Præterea. Lapis magnes ferrũ attrahit aliqua velocitate, & eadem, siue sit magnũ, siue paruũ: sed vbi ferrũ maius, resistentia maior: ergo velocitas in motu non penes proportionem resistentiæ ad virtutem debet attendi. Argumẽ. 2.

¶Tertiò. Si esset verum qđ velocitas in motu penes huiusmodi proportionem proportionum consideranda esset virtutis, & resistentiæ, sequeretur qđ si virtus vt. 4. lapidem proijcit ponderis vt. 4. ad distantiam. 50. passuum, medietatem ponderis poterit ad. 100. & 4. partem ad. 200. passus: sed hoc constat experientia falsum: ergo & illud ex quo sequitur, Argumẽ. 3.

¶Et cõfirmari potest de palea, vel pluma, vel aliqua alia re leui, quæ non poterit mouere tam velociter, sicut res grauior mouetur: ergo non attenditur velocitas ratione proportionis virtutis ad resistentiam, sed oportet alia considerare. Confirmat

¶In contrarium est quod Arist. tradit in il. o. 7. per. 7. regulas. In cõtrariũ.

¶Pro solutione est notandum, qđ ad iudicandum de velocitate vel tarditate motus, oportet considerare quatuor. Id quod mouetur: virtus à qua fit motus: spacium per quod, & tempus in quo. Quod mouetur, resistentiam habet, & cùm mouetur, superatur à virtute actiua mouentis: & si non superetur, nõ poterit esse motus. Quapropter notanda regula est, qđ à proportione æqua- Notãdũ. 1. Notandaꝰ gula.

æqualitatis: aut minoris in æqualitatis nõ fit actio: hoc est dicere, si tanta est resistentia, quanta virtus, non erit actio. Si erat lignum tantum resistit, quantum ignis agit, non erit combustio. Et à fortiori si maior sit resistentia, quam sit virtus agentis: ob id est certum, quòd semper à proportione maioris in æqualitatis fit actio.

Notãdũ. 2. ¶Notandum præterea quòd tam virtus actiua, quàm resistentia potest esse & interna, & externa. Internam virtutem habet ad descensum, graue, & internam resistentiam si proijciatur, qua resistit: & aer, & aqua, cùm sint media per quæ fit motus, habent resistentiam externam. Et virtus actiua potest considerari vel corporea vel spiritualis: corruptibilis, vel incorruptibilis.

Notand. 3. ¶Tertiò attendendum, qđ velocitas motuũ quatuor modis potest attendi. Primo modo penes proportionem potentiarum motiuarum. Secundo modo, penes proportionem resistentiarum. Tertio modo, penes proportionem inter excessus potentiarum super suas resistentias. Quarto modo, penes proportionem proportionum agentium super suas ipsarum resistentias. Verbi gratia. Sit. a. mouens vt. 8. & b. mouens vt. quatuor, mouentia pares resistentias, vt vnum. Vtrùm. a. moueat secundùm primum modum, in duplo velocius, quàm. b. propterea qđ actiuitas in duplo maior est. An iuxta. 3. modum in dupla sexquitertia, propterea quòd excessus. 8. ad. 1. ad excessum. 4. ad. 1. qui est. 7. ad. 3. est dupla sexquitertia. An verè secundùm. 4. modum. Dũ in sexquialtera mouet, eò quòd proportio octupla, quæ est. 8. ad. 1. est sexquialtera ad quadruplam, quæ est. 4. ad. 1. Eodem modo si agens. a. virtutis vt. 4. moueat resistentiam vt. 2. & b. eiusdem virtutis vt. 4. moueat resistẽtiam vt. 3. vtrùm. a. iuxta... modum moueat in sexquialtera velociùs quàm. b. eò quòd resistentia vt duo, est in sexquialtera minor quàm resistentia vt. 3. an secundùm. 3. modũ in duplo velociùs propter hoc qđ excessus. 4. ad. 2. est duplus ad excessum. 4. ad. 3. an verò iuxta quartum modũ plus quam in duplo velociùs. Quomodo excedat vna proportio aliam vide supra specu. 3.

Vide supra specul. in isto libro. 7.

1. Cõclusio ¶Prima conclusio. Velocitas in motu attendenda non est penes proportionẽ virtutis vnius agentis ad virtutem alterius. Patet: quia si resistentiæ sunt inæquales, non sequitur quòd vbi maior virtus est, ibi velocior motus: nam virtus vt. 4. mouet resistentiam vt vnum velocissimè: & virtus vt decem non potest sic resistentiã vt nouem, eò quòd maior sit resistentia maiori virtuti, & minor minori. Attamen si resistentia esset eadem, conclusio esset certissima. Patet: quia aliàs si virtus vt. 4. moueret resistentiam vt. 3. aliqua velocitate, virtus vt. 2. moueret eandem resistentiã subdupla velocitate: quòd est impossibile propter regulam: quia à proportione minoris in æqualitatis non fit actio: quia resistentiam vt. 3. virtus vt duo, non põt mouere. Ratio.

¶Secunda concl. Velocitas in motu non est attendenda penes proportionem resistentiarum. Patet: quia si sunt diuersę virtutes actiuæ, non sequitur secundùm diuersitatem resistentiarum sumendam esse velocitatem: nam si resistentia vt duo mouetur à potentia vt. 8. resistentia vt tria à potentia vt. 4. nõ sequitur quòd secundùm proportionem resistẽtiarum sit motus: imò dato virtus sit eadem, est vera conclusio: nam si resistentia vt. 2. mouetur à virtute vt. 4. aliqua proportione, sequeretur quòd resistentia vt. 4. quæ est dupla, moueretur ab eadem virtute subdupla velocitate, quod est falsum: quia à proportione minoris in æqualitatis non fit actio. 2. Cõclusio Ratio.

¶Tertia cõclusio. Velocitas motus ex parte causæ non attenditur penes proportionem arithmeticam, quæ est inter excessus virtutum super suas singulares resistẽtias. Patet. Nam si esset verũ, sequeretur vt si. a. virtus vt. 8. moueret resistentiam vt. 4. & b. virtus vt duo moueret resistentiam vt vnum, velocitas primi motus esset velocitate vt. 2. quadruplo maior: qualis est proportio excessus primæ potentię super suã resistẽtiam, qui est. 4. ad excessum. 2. super suam, qui est. 1. cuius contrariũ asserit Aristo. in. 4. regula dicens. Si aliqua virtus moueat aliquam resistentiam in aliquo tempore per aliquod spacium, subdupla virtus nouebit subduplam resistentiam eodem tempore per idem spacium: & sic deinceps diuidendo & virtutem, & resistentiã. Quo fit vt virtus vt. 2. eadẽ velocitate moueat resistentiam vt. 1. qua velocitate virtus vt 8. mouet resistentiam. vt. 4. 3. Cõclusio Ratio.

¶Quarta conclusio. Velocitas motuum penes causam, attenditur penes proportio- 4. Cõclusio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem proportionum agentium super sua ipsorum resistentias, quæ proportio geometrica proportionali[illegible] dicitur: vt si virtus vt. 6. moueat resistentiam [illegible] quatuor & virtus vt. 3. resistentiam vt duo: quia vtrobique est sex quialtera: virtus vt. 9. quę constat ex. 6. & 3. mouebit resistētia vt. 6. q̃ cōstat ex. 4. & 2. eadem velocitate: quia omnes istæ sunt proportiones sexquialteræ. Ista conclu. sequitur ex regula Aristote. quæ dicit. Si duæ virtutes seorsum moueant aliquas duas resistentias, aliquo vno tempore, virtus composita ex ambabus virtu[illegible]us mouebit resistentiam compositam ex duabus resistentijs eodem tempore per idem spacium.

[illegible]cio bene quòd calculatores, & sophistę multiplicant argumenta hic contra hanc regulam, sed sine fructu, & multo cum labore ingeniorum: quapropter ex proposito missa facimus.

Ad argum. ¶ Ad primum, dicendu[illegible] in intelligentijs habere verum, quod qualis est proportio virtutis, talis sit in velocitate respectu sui orbis. Non tamen proprie dicenda est proportio super resistentias: quia cœlum non proprie resistit motui: sed tantum quantum cœlum sua natura est mobilis tantæ virtutis, ab ipso Deo applicata est intelligētia motrix. Et secundum hoc posset quis dicere, quòd vbi maior moles, maior est resistentia quodammodo.

Cœlum nō resistit mouenti.

¶ Secundò dicendum, quòd regulæ Arist. non sunt intelligendæ de intelligentijs, neque de orbibus cœlestibus: quia il[illegible] virtutes & sunt spirituales, & indiuisibiles: & si vna alia perfectior dicitur, est ratione differentiæ in specie: & sic intelligētia quæ mouet primum mobile, nō pōt orbem alium celerius aut tardius mouere, qu[illegible]nis lapidem posset suo arbitrio. Hoc tamen ad diuinā spectat prouidentiā, vt sic [illegible] ordinatissimè disp[illegible]sita, q̃ nulla neque sit, neque posit [illegible] deor[illegible]atio in illo cœlorum motu.

Solutio. 1.

Abulē. Iosc. 10. q. 23. & 34.

¶ A[illegible]cundum de magnete [illegible] mouet per virtutem impressam ferro, cōclusiones habent verum. Oportet e[illegible] quòd f[illegible] resistat ill[illegible]tuti impressi[illegible]: & si [illegible]ione grauitatis non poterit ferrum magnum leuari, vt p[illegible]um: nisi virtus magnetis crescat: vt scilicet, à maiori lapide mag[illegible]te, maior virtus, seu qualitas imprimatur, & sic eleuet ferrum.

Ad.

¶ Ad tertium dicendum quòd ita est, non sequi: primò, quia leuiori lapidi plus medium resistit, & ob id tardius lana, & palea mouetur, quàm lapis: tamen quia distantia ad quam homo potest [illegible]lari finita & limitata, vltra non poterit.

Ad. 3.

Finis septimi libri Physicorum.

OCTAVVS PHYSICORVM LIBER EDITVS A R. P. F. ALphonso à Vera cruce bonarum artium magistro, & Theologo: Primario præfecto in Academia Mexicana in partibus Indiarum maris Occeani: Sacri ordinis Eremitarum D. Aurelij Augustini Ecclesiæ sacrosanctæ Doctoris.

Argumentum Octaui libri Physicorum.

IN isto. 8. A[illegible]istot. agit de primo mouente, qui est immobilis, & ęternº, & quomodo omne quod mouetur ab alio mouetur.

¶ SPECVLA. PRIMA. Vtrùm sit articulus fidei mundum fuisse in tempore, & non ab æterno.

ET videtur quòd non sit articulus fidei. Id quod est de fide, infallibiliter est verū: sed mūdum cœpisse in tempore non est verum: ergo non est articulus fidei. Cōsequentia est bona. Maior est de fide, & velut fundamentu[illegible] christianæ religionis. Minor probatur. Id quod probatur euidenter in lumine naturali, est infa[illegible]biliter verum: sed motum esse perpetuum, & consequenter mundum non incœpisse Arist[illegible] probat in isto. 8. libro in lumine naturali, vt constat: ergo est verum non incœpisse: ergo eius contradictorium est falsum, scilicet, incœpisse, & sequitur non esse fidei articulum.

Argum. 1.

¶ Item. Verum vero consonat: sed mundum non habuisse principium, per naturam probatur: quia nulla ratio naturalis datur quòd incœperit, ergo fides, quæ est vera huic cōso[illegible]nt: & nō est de fide mundū incœpisse, sed potiùs initium nō habuisse.

Argum. 1.

¶ Præterea. Si mundum incœpisse est articulus fidei: ergo Aristo. contrarium asserens errauit in fide. Quòd si errauit in fide, sequitur quòd omnes qui sequuntur opinionem Aristo. in hac parte sunt hæretici, sed hoc non videtur, cùm multi catholici ex rationib⁹ Arist. probent mundum non incœpisse: ergo non est articulus fidei.

Argum. 3.

¶ In contrarium est symbolum apostolorum: Credo in Deum, creatorem cœli & terræ, visibilium, & inuisibilium.

In cōtrariū

¶ Pro solutione oportet præsupponere, quòd sicut est verū, omnia quæ sunt fidei, esse infallibiliter vera, quia nō potest fidei sub esse falsum, cùm innitatur summę veritati, quę Deus est: ita est verum multa fide teneri, quæ ratione naturali probari non possunt: imò præcipua sunt eiusmodi, quale est trinitatis mysterium, & incarnationis arcanum, & sacramentorum virtus, & efficatia, siquidem ista sic vera sunt, quòd natura non probet: neque efficaces conuinceres intellectum de hoc rationes dari possunt: imò potiùs in contrariam partē fert natura in multis.

Notand. 1. S. Tho. 2. 2. q. p. arti. 3.

¶ Secūdò est notandū, quòd ista quæ fidei sunt, nullo modo haberi possunt aliqua inuentione humana, neque diligentia, nisi à Deo specialiter reuelētur. Patet, quia aliàs fides inniteretur humano fundamento, quod deficiens est: & sic non esset firmata supra firmam petram: & tandem deficere posset. Quapropter dicunt Theologi, vltra

Notand. 2.

Matt. 19.

Universidad de Deusto Biblioteca

vltra physicas disciplinas necessariam fuis-
se scientiam reuelatam aliquam, vbi trade-
S.Th.p.p. rentur Deo reuelante, q[uæ] nō possunt via
q.1.arti.1. naturali probari: cuius testimonium habe-
mus, quando Christus dixit Petro cōfiten
ti vnum ex articulis fidei potissimū, quòd
Matth.16. ipse esset filius Dei: Beatus es Simō Bario
na, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi,
sed pater meus qui est in cœlis. Et hoc est
Ad coll.1. quod Paulus dicit, se prædicare mysteriū
à seculis absconditum, etiam ipsis sapienti
bus. Nec attigit Socrates sapientissimus,
neque diuinus Plato, neque Aristote. sed
absque lumine fidei in tenebris ambulan-
tes, offenderunt: quantum ipsa ratio osten
dere valeat, fateor, videtur eis communica
2.Met.tex.1. tum fuisse: cæterum, superiora, non magis,
quàm occulus noctuæ lumen solis potue-
Notand.3. runt videre.
¶Ex istis sequitur, quòd aliud est loqui vt
naturalis philosophus, & aliud vt catholi-
cus: non quòd illa quæ secūdum naturam
sint, contra illa quæ sunt fidei, sed eò quòd
vbi ratio naturalis nō potest pertingere, lu
men fidei penetrat. His habitis, tribus con
clusionibus respondetur: & sit prima.
Conclus.1. ¶Mundus fuit in temporis initio à solo
Gene.1. Deo creatus. Probatur ex sacro eloquio.
In principio creauit Deus cœlum, & ter-
ram. Quod. D. Grego. super Ezechie. Pro
D.Gregor. phetauit (inquit) Moyses de præterito di
cens. In principio creauit. &c. Item. Est
Ioannis testimonium in initio sui Euange
Ioann.1. lij: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
factum est nihil. Et ipse Christus testimo-
nium apertissimū perhibuit. Clarifica me
Ioann.17. pater, claritate quam apud te habui, ante-
Prouerb.8. quam mundus fieret. Sic in Prouerb. Do-
minus possedit me, antequam quicquam
faceret à principio. Multæ sunt aliæ sacræ
scripturæ autoritates congruentes, aliæ ad
ducentur infra.
Cōclusi.2. ¶Secunda conclusio. Mundum incœpisse
in tempore, est fidei articulus expressè te-
nendus, & credendus ab omnibus. Patet.
Ratio. Ille est articulus explicitè credendus, qui
non solùm est veritas in scriptura conten-
ta, sed est relata inter symboli articulos: sed
quòd mundus sit à Deo creatus, est huius-
modi: ergo est articul⁹ fidei. Pro quo opor
Differētia quæ est inter illa quæ tet considerare, differentiam esse inter illa
quæ in sacra scriptura continentur vel ex-
pressè, vel ex expressis sequūtur, & inter il
la quæ vt articuli fidei sunt proposita: nō

quidem quantum ad infallibilitatem: non Implicitè tenemur credere, vel explicitè.
quo ad reuelationem: quia sicut illa quæ in
quatuordecim articulis fidei continentur,
sunt infallibiliter vera, & omnia quæ in sa- Thobiæ.6.
cra scriptura, etiam vsque ad illud minimū:
Thobias habuit canem. Et sicut articuli fi
dei sunt à Deo reuelati, & illa q̄ sunt in scri
ptura sacra: tamen est in hoc differentia,
quòd illa quæ in sacra scriptura sunt, solū
maiores tenentur credere explicitè, magis
vel minus secundum rationem status:
minores sufficit implicitè in ipsis maiori-
bus: cæterùm articulos fidei, qui sunt ex il
lis omnibus selecti, tam maiores, quàm mi
nores explicitè tenētur credere, licèt maio
res ad subtiliorem intellectum eorum obli
gentur. Et ne videamur limites physicæ di-
sciplinæ transire, sit satis [illegible] dixisse obser
uantes suo loco, si Dominus dederit in. 3.
sen.d.23. vbi de fide latissimus sermo erit
in Resolutionibus Theologicis. Hic ergo
intendimus probare, hunc articulum esse
fidei, mundum cœpisse, & in tempore ab
ipso Deo creatum fuisse: quia sic proposi-
tus hic in symbolo: ad cuius explicitā fidē
omnes tenentur fideles.
¶Dixi, fuisse creatum in tempore, esse arti
culum fidei, & non solū fuisse creatū: quia
sic videtur proponi ab Ecclesia.
¶Tertia conclusio. Nulla ratio: imò neque Conclus.3.
omnes simul Aristote. in isto libro conge-
stæ, concludunt mundum esse ab æterno,
tantum abest, vt demonstrent. Hæc sequi Ratio.
tur corollariè ex supra positis: quia mun-
dum fuisse ab æterno, est falsum: ergo per
rationem concludi non potest: quia ratio
non est contra ipsam veritatem (quæ secū-
dum rationem est) verum enim vero con-
sonat: & cùm illa quæ rationis sunt, vera Aristo.
sint, oportet vero fidei consonent. qui li-
cèt natura non probet, quæ sunt fidei, non
potest concludere contrarium, nisi sophi-
sticè. Quòd non sint demonstrationes, pa-
tet. In demonstratione oportet sit progres
sus ex veris immediatis: sed non procedit
Aristote. probando mundum ab æterno, Aristot.1.Poste.
ex veris, sed ex [illegible]: ergo non demonstrat:
imò rationes eius sunt hæreticæ: vt dicit
doctor sanctus secundo sententiarum di-
stinc. prima de quibus aliàs. Et eas non es-
se demōstrationes, simpliciter docet idem
Sanctus Thom. & dicit fuisse adductas ab D. Thom. p.p.q.46. art.1.
Aristotele contra antiquos, qui ponebant
modos impossibiles incœptionis mun-
di, &c

di, & probat ex eodem Aristote. qui in li-
bro Topi. dicit, mundum fuisse ab æterno,
esse inter problematica ponendum: etiam
si. 2. contra gene. c. 8[illegible] indicat, eum expressè
posuisse mundum æternum.
¶Quid senserit Aristot. de mundi creatio
Albert. Magn⁹. hic tracta.1.ca.4 ne: Albertus Magnus refert eum dixisse,
fuisse creatum à Deo, in libro qui de natu-
ra Deorum dicitur: qui aliter de substātijs
se paratis intitulatur: qui liber non extat:
ob id non constat, neque est quare de hoc
catholici discruciemur. Vnum nobis sit cō
pertum, satis rationes Aristo. non conclu-
dere ad probandum mundi æternitatem:
nam de illa quæ sumpta est, ex illo dicto ce
lebratissimo, ex nihilo nihil fit, suprà in
primo libro tractauimus, quomodo, etsi
ex nihilo simpliciter per naturam nihil fit,
ex nullo fit aliquid, ex non ente in poten-
tia, quale materia est, fit aliquid, id est ens
actu. Sed dato per naturam id conceda-
mus, per diuinā tn̄ potentiā (cuius vocare
Ad 10.4. est, quæ non sunt, sicut ea quę sunt) potuit
mūdus fieri, cū antè non esset, neq; aliquid
eius: quia à primo ente quod est Deus, om
nium entium emanatio est intelligenda.
¶Neque quòd ipse Deus sit immutabilis,
argumentum est ab æterno necessitate na
turæ mundum creasse: nam cùm per intel
lectum, & voluntatem agat, liberè extra se
agit, & sine sui mutatione aliqua sicut in-
tellexit, & voluit mundum pro illo tunc
temporis, quo produxit, sine aliqua muta-
tione in ipso Deo. Si enim ex non cogno-
scente fieret cognoscens, & ex non volen-
te volens, argumentum probaret: sed non
sic: quia quæ vult in tempore, ab æterno
voluit: sed vt fienda in tempore: & quæ co
Ad Heb.4. gnoscit in tempore, ab æterno cognouit:
sed vt in tēpore: quia omnia sunt Deo præ
sentia, & nuda coram oculis eius.
S.Tho.p.p. q.19.art.4. &.2.contra gen.c.23. ¶Et quòd extra se liberè agat, patet: quia
Dei potentia non potest ad vnum coarcta
ri, aut limitari: ergo extra se per modum
naturæ non agit, sed libere, & volens: & sic
non necessario mundus produxit ab ipso ab
æterno, sed initio temporis, quādo voluit,
de quo infra.
Quid de mundi creatione senserit Plato,
non est compertum. Apud eius discipulos
quidam dicunt eum affirmare, quòd mun-
dus sit à Deo quidem, sed nō habebit finē
habuisse tamen initium. Alij putant dixis
se, mundum fuisse à Deo, sed ab æterno:

vt beatus Augustinus refert. 10. de ciuitat. B. August.
capit. 31. Tamen sententia Platonis illa vi
detur fuisse, quam D. Ambrosius in exa-
meron ex Basilio magno refert, Platonem D. Ambro.
posuisse Deum, & ideam, atque hylen fuis
se ab æterno: per hylen materiam intelli-
gebat, ex qua Deus ad idearum exemplar
constituit cum tempore cœlum, & reliquū
mundum: non quidem voluntatis arbitrio,
sed ex ipsa idearum materia: quia necessi-
tate, præter angelos, quos immateriales fa
ciebat. Vide ibi. Dato quod Plato dixerit,
mundum habuisse initium, non tamen eo
modo quo fides tenet: quia nō potuit per-
cipere modum creationis materiæ. Quid
alij senserint, latè adducit Augustin⁹ Eugu Eugubinus inde perenni philo. li.5.c.10.&.c.11.&.12.& latissimè li.7.per totū, maximè cap.9.
binus in suo de perenni philosophia, &
Theodoretus.
¶Ad primum responsum est, rationes Ari
stot. non demonstrare mundum fuisse per
petuum, neque ex Dei infinitate, neque
ex eius immobilitate: quia eius infinita po
tētia aliter innotescit, quàm per hoc quod
mundus fuerit ab æterno: imò in hoc pro-
batur quod fuerit in tempore, quādo ipsi
placitum fuit. Nō enim mutatur ipse, quā
uis in tempore dicatur creator, sed ipsa
creatura passa est mutationem de non esse
ad esse. Mutaretur tamen, si in sua æternita
te, mundi non habuisset cognitionem, & si
caruisset potentia creandi, quam in tēpore
acquireret.
¶Ad secundum dicimus, probari per ra- Ad.2.
tiones naturales mundum habuisse initiū,
sic vt nō potuerit ab æterno per Dei potē
tiam creari, sicut modo constat ex genera
bilibus, & corruptibilibus, vt in sequenti
speculatione probatur: ob id sunt rationes
probantes in initio temporis fuisse, licèt
nos non propter rationes, sed propterea
quia à Deo est reuelatum, credamus: & sic
verum vero consonat, quādoquidem ratio Aristot.
suadet, & manu ducit ad id quod fides con
fitetur.
¶Ad. 3. pedibus, & manibus imus in eā sen
tentiam, & Aristo. errasse in hoc artic. fi-
dei, & omnes sequentes eum eadem nota
inurendos affirmamus: sed quia Arist. non
Christianus, sed paganus, non est hæreti-
cus censendus: quia heresis propriè in illo,
qui est fidelis, & in fide errat, inuenitur.
De quo suo loco dicemus. Et quamuis po- Nota.
tuit esse, sicut & verè apparet, quòd in hac
assertione ipse Aristo. nō peccauerit: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tenebatur explicitè credere, neq; fuerat ei propositum, vt in scriptura expressum, quam ipse teneretur admittere: tamẽ catholicus, qui nunc defenderet Aristot. mundum asserendo ab æterno, etiam si diceret à Deo per creationem, esset hæreticus. Et nõ solùm catholicus negare habet, quod hic dogmatizat Aristot. sed ex Ecclesiæ determinatione tenetur, qui in scholis exponit Aristotel. eius soluere rationes, quæ videntur esse contra illa quæ fide tenemus, ne aliquã ansam præbeat errandi audientibus rationes Aristo. si non audiant argumentorum solutiones, quæ sufficiẽter à catholicis dantur. Hoc est munus præceptoris catholici: vt suos discipulos efficiat doctrina sapientiores: at sine Christi recta fide, sapientia vera nulla, sed ficta, & inanis est: sicut infrà trademus in tertio de anima.

In cõci. Late. sub Leone. 10.

* Et aduerte, variam opinionem antiquorum de mundo & de motu consequenter, de quo philosophabantur in principio huius: nam Democritus opinabatur mundum fabricatum ex atomis qui sunt in cõtinuo motu: & quorum natura est semper moueri, quibus cõcurrentibus inuicem, mundum factum dicebat à casu: & non solùm de isto mundo sed de pluribus mũdis, quia vno destructo, alius producebatur: & sic quia semper fuit mundorum generatio, fuit & motus semper. Secunda opinio fuit Anaxa. & Empedoclis, qui vnũ tantum ponebant mundũ, & non esse æternum: sed Anaxa. dicebat quod per tempus infinitũ res erant admistæ inuicẽ, vt elementa, & sic cahos: & tunc nullus motus, sed omnia quiescebant: & primus intellectus quẽ nos dicimus Deũ, cepit segregare admista, & in suo loco distincto collocare & hac segregatione productus est mundus: & incepit motus in cœlo, & elementis. Empedocles autem litem & amicitiam principium mũdi dixit, licet diuersimode, nã lis producebat mũdum & cõseruabat: quia proprium litis disgregare res ad inuicem, & sic per litem producebatur mundus, & cõseruabatur, sed postea erat amicitia, & omnia cõfundebant ad inuicem: & destruebatur mũdus, & cessabat motus, & iterum in surgente lite, producebatur iterum mundus. Hæc omnia fictua sunt, nisi ipsis fictionibus, aliquid aliud intendebant tradere, quæ Arist. exacte in. 1. Physico. suprà tractauit.

¶ SPECVLATIO. II. Vtrùm mundus potuit esse ab æterno.

POst quàm dissertum est, quòd mundus æterno non fuerit, nunc autẽ opere pretium erit quærere, an potuit fieri ab æterno. Videtur quòd sic. Deus ab æterno habuit eandem potentiam, quã habet quando mundum in tempore produxit: ergo sicut potuit quando de facto creauit, potuit & ab æterno. Consequentia est bona: quia alias aliqua virtus seu potentia Dei aduenire tu tempore, & esset mutabilis: ergo mundus potuit esse ab æterno. Argum. 1. Vide Durã in. 2. sen. d. 1. q.

¶ Præterea. Deus rerum causa est per intellectum, & voluntatem, sed ab æterno Deus cognouit mũdũ, & omnia quæ in eo fuerunt, sunt, & erunt, & sicut cognouit, & potuit velle ab æterno vt produceret sic cognita: ergo potuit & causare ab æterno. Consequẽtia est bona. Maior est communis Theologorum axioma. Minor non potest non concedi à catholico: sequitur quòd potuit fieri mundus ab æterno. Argumẽ. 2.

Tertiò. Quicquid nõ implicat, Deus de potentia absoluta potest: sed mundum fuisse ab æterno creatum, non implicat: ergo potuit esse. Quòd non implicet, probant rationes adductæ ab Aristo. quibus concludit mundi æternitatem [illegible] parte antè. Argumẽ. 3.

¶ In contrarium est quia generabilia, & corruptibilia, quæ sunt mundi partes non possunt fuisse ab æterno. In cõtrariũ

¶ Pro solutione notando quòd rerum multitudo habet se in duplici differentia: quædam enim sunt incorruptibiles, vt [illegible] miraculo habeant in se illam perpetuam durationem: vt nullo modo possint desinere esse, nisi per annihilationem à Deo: sicut & non potuerunt esse, nisi per creationem ab eo: vt angelus: anima rationalis: & cœlum. Aliæ sunt, quæ sunt corruptibiles per naturam: & istæ, quædã sunt permanentes: aliæ sunt successiuæ. Permanentes sunt omnia generabilia, & corruptibilia, tam viuentia, quàm non viuentia, quæ mundi partem complent non minimam Omnia

Omnia enim quæ sub globo lunari contẽta cognoscuntur, ex elementis, & elementatis, corruptioni obnoxia esse, est explo ratissimum. Ista sunt permanentia dicta, quòd eis non repugnet suas partes habere simul omnes.

¶ Inter successiuas res tempus, & motum ponimus: quibus videtur repugnare, quòd omnes partes sint simul: de quibus supra in. 4. mentionem fecimus. Respondetur. 4. conclusionibus: & sit prima.

Conclus. 1. ¶ Mundum fuisse ab æterno & non à Deo factum, non solùm falsum, sed impossibile reputamus, & infatuum asserere. Hæc conclusio est probata, & approbata a. Augustino, vbi ait. Haud enim sole prophetiçe voces, verùm & mundi ipse ordinatissima sua mutabilitate, & visibilium omnium pulcherrima specie, tacitus se factum à Deo proclamat: vniuersaque eius membra psallunt quod ait propheta: ipse fecit nos, & non ipsi nos: ob id que, Cœli enarrant gloriam Dei. Atque Aristot. hic ait, primum motorem, & primam causam esse omniũ causam. & 1. de Cœlo. text. 100. & 2. Meta. text. 4. licèt alij aliter interpretẽtur hæc dicta Aristo. Augu. de ciuita. c. 4. Aristo. 8. Phys. & 12. Metap. tex. 24.

¶ Conclusionis ratio est: quia omnia quæ sunt participatiuè talia, oportet sint ab illo quod essentia tale est: sicut participatiuè ignita sunt ab ipso igne, qui talis est per essentiam suam calidus: sed Deus est ens per essentiam, & est sua essentia suum esse, & è contra. Creaturæ verò omnes habent esse participatum, & limitatum, quarum [illegible] essentia earum nõ est: ergo omnia [illegible] ab ipso primo [illegible], scilicet Deo, qui primo [illegible] tale est. S. Tho. p. p. quæst. 3.

¶ [illegible] conclusio. Mundum quantum ad illam partem incorruptibiliũ Deus potuit in suo æterno producere, quanuis de facto non produxit: vt angelum, animam rationalem, & cœlum. Hæc conclusio probatur communi argumento. Quicquid implicat contradictionem ex parte rerum Deus de sua potentia potest producere: sed ista, quæ sunt incorruptibilia, non implicant ab æterno fuisse: ergo potuerũt esse. Conclus. 2. Ratio. 1. S. Th. 2. sentẽ. d. 1. q. 1. ar. 5. Capreo. in. 2. dist. 1. q. 1. cõtra secundã conclus. Herue. in. 2 dis. 1. q. 1. Paulus Soci na. 12. Met. quæst. 1.

¶ Præterea. Si Deus hoc nõ potuit, & post in tempore potuit, sequitur quòd fuit impeditus vsque ad illud tempus: sed hoc est absurdum dicere. Quis enim potuit eum impedire? Quis eius voluntati potuit resistere? Quis prior dedit ei? Videtur ergo esse asserendum consequenter potuisse ista ab æterno producere. Ex hoc apparet Egubinum in sua cosmopeia erasse, quando dicit cœlum empireum ab æterno fuisse creatum. Rom. 9. Roma. 11.

¶ Tertia conclu. Mundus quãtum ad partem illam quæ generabilium & corruptibiliũ est, non potuit esse ab æterno à Deo. Hanc conclu. exemplo mulieris prægnantis solent probare philo. quæ non potuit ab æterno creari: nisi esset prægnans in tẽpore infinito: quia si post conceptionem nono peperit mẽse, tunc vel ætas illius partus fuit finita, aut infinita: si infinita, vnum infinitum esset alio maius, versus infinitu extremum: quia mater esset senior suo fœtu per illos. 9. menses: sed implicat quòd vnum infinitum versus partem infinitã sit alio maius: quia fieret tur. Si tamen illa ætas filij fuit finita, & matris eius finita erat: quia solùm per nouem menses excedit: vel si non, necessario per infinitũ tempus fuit prægnans. Conclus. 3.

¶ Et probatur de mixto, vel elemento: nã si ab æterno fuit creatum: quæro quo tempore fuit corruptũ? Si dicas post. 100. annos à sua creatione, vel per. 500. annos. Vel post corruptionem vsque huc, tempus pertransiuit infinitum: & tunc alterum creationis infinitum, erit maius isto: vel non transiuit infinitum: & sic sequitur quòd non fuit creatum ab æterno, sed habuit principiũ. Neque poterit quis dare quòd infinitum temporis creatio rei præcesserit corruptionem eius: quia est contra naturã rei corruptibilis, quòd per infinitum tempus duret.

¶ Ex hac conclu. sequitur, quòd in lumine naturali stãdo, nullum indiuiduum corruptibile potuit esse ab æterno. Corolla. 1.

¶ Sequitur secundò cõtra Aristotelẽ, in lumine naturali, non posse concedi speciẽ rerum corruptibiliũ aliquam, quæ successiuo indiuiduorũ perpetuatur esse ab æterno: ratio est, quia species talis nõ potuit esse ab æterno, nisi cõtracta in aliquo indiuiduo etiã corruptibili, sed illud tale nõ pôt ab æterno dari, qa repugnat: ergo neq; talis species rerũ corruptibiliũ poterit fuisse ab æterno. Neque est idem dicere, quòd si mũdus fuisset ab æterno, & infiniti dies essent trãsacti: vt docet. S. Thom. quia tempus est quid Corolla. 2. contra Aristotelem. D. Tho. 1. p. q. 64. ar. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

quid cõtinuum succesiuum, non clausum inter duo puncta: & sicut non repugnat cœlum fuisse ab æterno creatum: quia est in corruptibile, sic non repugnaret dies esse infinitos transactos: de corruptibilibus autẽ alia ratio est: quia species non est nisi in indiuiduo contracta: cuius conditio est vt corrumpatur.

4. Conclus. Sic Alex. Alber. Henricus. ¶Quarta conclusio. Nulla species corruptibilis potuit esse ab æterno creata à Deo, maximè humana. Probatur de alijs speciebus: quia (vt dicebamus) non nisi in indiuiduis conseruari possunt, cui indiuiduo repugnat ab æterno esse, vt probatũ est proximè. Sed qd maximè de humana specie hoc sit asserendũ, patet, posita immortalitate animæ rationalis. Nam si humana species fuit ab æterno, ab æterno fuerunt animæ rationales infinitæ nũc superstites: & sic actu esset infinitum: hoc tamen in 3. li. probauimus implicare: sequitur ergo q̃ species humana non potuit esse ab æterno. Hoc argumentũ est cõmune, & tam rata habet solutionem, vt vix satisfaciat

Error. 1. solutio: soluunt aliqui dicentes animam rationalem esse mortalem: sed est à fide alienum.

Errro. 2. Alij concedunt Pythagoricum figmentum de commigratione animarum in corpora diuersa: & sic cum certo numero earum ponunt corporum infinitam multitudinem, quæ tamen actu non est: hoc etiam est hæresis.

Error. 3. Alij sequuntur Auicen. & Algazelum, qui dicunt, infinitam multitudinem per se causarũ subordinatarum repugnare (quia effectus non esset) infinitam vero multitudinem entium non subordinatorum admittunt: sed hoc non potest stare: quia etiam esset contra philosophum. Obiid nulla istarum solutionum vi

D. Thom. detur satisfacere. Qua ratione S. Thom. p. p. q. 46. arti. 2. hoc conuictus argumento: destitit ab Aristote. opinione in (vniuersum defensandi) quod fuerit posibile Deũ ab æterno mundum creasse, sed concedit potuisse fieri, quo ad aliquas eius partes, non quo ad omnes.

¶Vnum est hic consideratione dignum quod Arist. (qui mundum posuit ab æterno, & infinitum actu, negauerit) in tertio libro physicorum, animarum rationalium non meminerit, quas posuit immortales,

Caieta. quicquid dicat Caieta. vt in 3. de anima notum faciemus. An fuerit in causa, quod ipse ingeniosus non habuerit quo pacto posset nodum soluere: quia ex vna parte vrgebat illud: ex nihilo nihil fit: & ex alia parte cõuictus, quòd anima rationalis nõ educitur de potentia materiæ, nõ ausus est absolutam, & claram de anima rationali depromere sententiam: sicq; varius apparet in aliquibus locis.

* Plato et si mundum ab æterno fuisse * ponit in Timeo, sed tũ à Deo in æternitate effectum, sic Plotinus, Proclus, Alcinus, Apuleius, Simplicius, & alij: & Arist. in æternitate cõueniat, dissentit tamẽ, quia de opifice & dependentia, nõ meminit.

Ad arguit. ¶Ad argumenta solutio patet ex dictis.

¶SPECVLATIO. III.

Vtrùm omne quod mouetur, ab alio moueatur.

HÆC speculatio est satis principalis, quę tangitur ab Aristot. in præcedenti lib. & Vide Aegid. in isto. 8. Et videtur quodlib. 5. non esse vtrũ, quòd qu. 6. omne qd mouetur ab alio moueatur. Est commune argumentum: Grauia, & leuia mouetur naturaliter Argumẽ. 2. ad suum locum: tamen non mouentur ab alio: sed à seipsis: quod experientia patet: cùm grauia descendat, etiam impellẽte nullo: imo & ascendit etiam sine alio mouente, solum ob vitandum vacuum. ergo non omne quod mouetur ab alio mouetur.

Argumẽ. 1. ¶Præterea. Viuentia mouetur, & propriè mouentur: tamẽ à se ipsis, & non ab alio. Patet in motu progressiuo animalium: quis enim poterit negare motum à seipsis esse?

¶Tertiò. Proiecta: vt sagitta, & globus eiectus à tormento li[illegible] co propter sulphurẽ Agumẽ. 3. incensum, mouentur & non ab alio. Patet: quia maxime à proijciente esset: sed stat ipsum proijcientem mori, quando tamẽ proiecta ipsa durant in motu: ergo nõ mouentur ab alio. Quòd si dicas ab impetu impresso: iam habeo intentum, quod in se enim impetũ in se habet id quod se mouet.

¶In contrarium est Arist. tel. sententia In contrar. in isto loco.

Notand. 1. ¶Pro solutione notandum, q̃ tam id qd mouet, quàm id quod mouetur, dupliciter Aristot. tex. 27. contingit, scilicet, per se, & per accidens. vt mulicus per accidens mouet sanando: Moueri de per accidẽs & per accidens mouetur si sanetur: per accidens etiam mouetur, quòd ad motum alterius mouetur: vt qui vehitur naui.

Moueri de per se. ¶Per se autem dupliciter contingit: quod dam per se primò, quando neque ratione accidẽtis, neque ratione partis mouet, sed se toto: vt Deus, quando de nihilo mundũ creauit vniuersum. Aliud mouet per se quidem: quia non per accidens, tamen nõ per se primò: quia per partem: vt animal mouetur per se, sed nõ per se primò: quia homo mouet pedibus, & [illegible] de reliquis corporis.

Notand. 2. ¶Secundò notãdum: q̃ duplex est motus, quidã est physicus, seu naturalis: vt est corporeus, & materialis: alius est motus spiritualis qualis est intellectus, & voluntatis.

Notand. 3. ¶Etiam considerandum, quod Aristo. in tex. nõ dicit: Omne quod mouetur ab alio mouetur, sed omne quod mouetur ab aliquo mouetur, quod videtur esse distinctissimum à primo: nam ad hoc q̃ sit verum, omne q̃ mouetur ab alio mouetur, oportet sit ab alio supposito distinẽto ab eo q̃ mouetur: si tamen sit, omne quod mouetur ab aliquo, sufficit sit ab alia virtute, etiã si sit intrinseca in re ipsa quæ mouetur: [illegible] absolutè posit intelligi dictum Arist. Omne quod mouetur ab alio mouetur. Pro solutione sit prima conclu.

Conclus. 1. ¶Omne quod mouetur sic ab alio mouetur, quòd vel ab alio supposito distincto, vel ab alio principio intrinseco à re distincto mouetur. Hæc est Aristo. in principio septimi libri, quam repetit in isto. 8. tex. 28. & 34. & eam confirmat vsque ad text.

Ratio. [illegible] huius est ratio: quia nihil seipsum secũdum totum mouet primò: ergo quicquid mouetur, ab alio mouetur. Patet: quia per accidens potest se quidam mouere: vt qui in nauigat, & anima quæ in corpore est, quæ dum hominem mouet, & ipsa mouetur pariter: [illegible] etiam potest res se partim mouere: vt homo corde mouetur pus. Sed quòd secundùm se ipsum totum nõ possit mouere, patet. Nil mouet, nisi quãtum est actu, hoc est, quòd sit actu per formam, quam in passo producit: vt nihil mouet calefaciendo, nisi habeat actu calorem sed quod mouetur ad formam, eo mouetur, quòd careat ea: ergo non potest esse simul mouens, & quod mouetur: ergo necessarium est, quod id quod mouetur, ab alio moueatur: nam secundùm se totũ nil põt esse in actu & in potentia: nec aliquid potest esse qu[illegible] primùm moueat.

Ratio. ¶Formam ergo potest ratio. Omne quod mouetur per se primò, oportet non moueatur de per accidens, neque secundùm partem: sed quod non mouetur de per accidens, neque secundùm partem, non potest moueri à se: ergo oportet moueatur ab alio. Minor probatur: quia omne quod mouet, inquantum mouet, actu est, & inquantum mouetur, in potentia est: sed simul, & semel esse aliquid secundùm se totum in potentia, & actu repugnãs est: ergo similiter repugnat quòd aliquid per se primò à se moueatur.

Conclus. 2. ¶Secunda cõclu. Grauia, & leuia neq; mouentur à cœlo per expulsionem, neque à Grauia, & leuia à generãte mouentur. suis locis naturalibus per attractionem, neq; ab aëre, vel aqua medijs per quæ fit motus, sed dicuntur moueri à generante. Hæc conclusio est Aristo. hic tex. 27. vbi ponendo differẽtiam inter animata, & inanimata dicit, hæc moueri à generante, & sic tex. 33. concludit. Probatur: quia rem mouere seipsam, est proprium viuẽtium, Ratio. cum ergo inanimata, vt grauia, & leuia, nõ viuant, non mouent seipsa: & sic à generãte causabitur ille motus. Et hæc fuit confessio indubitata philosophorum. Patet, ex Platone in Phedone, vbi dicit inanimata Plato. habere externum motorem: vnde qui dixerunt cœlos à se moueri: & non ab intelligentia, posuerunt ea esse animalia grauia & leuia: ergo à generãte moueri dicuntur: pro quanto perfectio grauis, & leuis est esse in quiete in suo loco naturali: & obid generans eo mouet, vsq; dum sistat in tali loco naturali. Quapropter omnis motus quousque ibi peruenat, tribuitur generanti. Vide Aegidiũ quolib. 5. q. 16.

¶Quòd cœlum non sit quod mouet grauia, (vt aliqui putabant) patet: quia sine ratione assignant: neq; locus ipse attrahens, Ratio. neq; medium, vt putarũt quidã: manet ergo conclusio vera, q̃ à generante fiat motus.

¶Tertia conclusio. Et si opinio docto. sub. & Gregorij, quæ dicit grauia, & leuia à se 3. Conclus. ipsis moueri ratione grauitatis, & leuitatis Scot. in. 2. di. 2. quæst. videatur suã habere probabilitatem, est tamen directè contra Aristo. Prima pars, probatur ab eis multis rationibus, quæ superfluũ esset hic adducere. Putãt enim ipsi, q̃ talis motus sit ab intrinseco, ratione grauitatis, & leuitatis. Sed q̃ sit contra Aristot. 10. Grego. d. 6. q. 15

patet

Universidad de Deusto Biblioteca

alterius mouetur: vt qui vehitur naui.

4. Cóclusio ¶Quarta conclusio. Non solùm aër causa est quæ proiectũ mouet, sed ipse proijciẽs per impetum impressum. Hoc videtur indubitatum apud Arist. qui ex analogia ad grauia, & leuia probat. Nam sicut generãs dat graui grauitatem, qua mouet ad locũ naturalem, proijciens imprimit impetum, seu qualitatem quandam, qua ratione dicitur moueri. Et de mente Aristotel. fatetur huiusmodi impetum in proiecto sanct. Tho. Et quòd aëri etiam detur virtus aliqualis mouendi Aristotel. ait, proiectorẽ dare aëri virtutem motricem præter motũ: quia dicit, priùs desinit mouere, quàm moueri. Si ergo aëri datur, à fortiori & imprimetur corpori moto talis impetus.

D. Tho. de potentia. q. 3. ar. 11. & de anima artic. 11.

¶Pro hac parte quòd aër etiam faciat ad impetum sunt experientiæ: inter quas vna est sagittam non tanta vehementia ferire obiectum propinquius, quàm aliquanto remotius. Qua ratione Aristotel. 2. cœli. tex. 35. dicit, quòd motus naturalis intensior est in fine, motus vero proiectorum neque in principio, neque, in fine, sed in medio. Ex quo aliqui putant, quod impetus nõ totus imprimatur simul, sed pòst vel intenditur per sagittam, vt vrgentiùs moueat, quanuis hoc non sit certum: nam à quo potest intendi? Non à se ipso: quia accidens non potest intendi à se, neque à proijciente, quandoquidem maior ratio erat quòd à principio imprimeretur. Qua propter. S. Tho. causam dat in. 2. de cœlo, multitudinem aëris commoti esse: quia vna pars aliam concitet, atque alia subinde aliam. Et adhuc aliam dat causam idem quòd id proueniat, quia quælibet res suam appetit conseruationem: vnde fit quo maiori obuiat resistentiæ, intendatur impetus, sed quia ab extrinseco, citò debilitatur.

Aristote. 2. cœ. tex. 35. De impetu putãt aliqui quòd nõ imprimat̃ totus simul.

S. Thom.

S. Th. 1. 2. q. 75. ar. 6.

Cóclusi. 5. ¶Quinta conclusio. Impetus est qualitas distincta ab ipsa re proiecta, sicut grauitas à forma substantiali. Patet: quia est quædam virtus per quam mobile mouetur, distincta ab ipso motu: ergo oportet sit qualitas distincta, quæ ponenda est in prima specie qualitatis: vt habitus, & dispositio, quæ potest intendi, & remitti. Sed dato res moueãtur per talem impetum, motus non est naturalis: quia licet ab intrinseco, nõ est ei naturale,

Contrariũ tenet Ciruelo in suis paradox. q. 4. Corolla.

Venetus. ¶Ex hoc sequitur, quòd negare impetum qualitatem esse impressam, ne ponatur esse motum naturalem in proiectis: vt suspicatur aliquis, non videtur esse necessariũ: quia stat quòd sit impetus qualitas realis vt dictũ est, & tamen nõ dicitur quod mouetur, moueri motu naturali: quia licèt ab intrinseco, illud intrinsecum est ab extrinseco: & sic dicitur motus violentus.

¶Sexta concl. In omni viuenti, per se mouens, anima est, qua ratione actus corporis est. Patet. Cùm moueatur animal, & in se principiũ habeat sui motus, sig. ..ãdum est tale principium, & non est aliud nisi id per quod actu est, quod est anima, & in specie constituitur. Et confirmatur ex Aristote. qui ponit eam esse actu corporis: quia est per se agens.

6. Conclu. De viuentibus.

Aristote. 2. de anima. tex. 4. Conclus. 7.

¶Septima conclusio. Sicut in viuentibus pars per se mouens anima est: per se mota corpus, seu materia, quatenus recipit corporeum à forma. Et ponendo vnam animam solùm in rationali, illa sufficiens est ad omnes motus inferiorum: & in sensitiuo, ipsa sufficit ad motus vegetatiuæ. Nam in viuente oportet vltra partem per se mouentem, dare partem per se motam: & cùm in eo non sit nisi pars quæ est anima, vel pars quæ est corpus, ex quibus essentia constat, oportet quòd vt. mota ..: pars, scilicet, anima, vel corpus. Non anima: quia ipsa est quæ primo mouet: & idẽ secundum idem non mouet, & mouetur: cùm omne quod mouetur, ab alio oportet moueatur. Relinquitur ergo quòd pars mota sit corpus, & sic mouetur, quod non mouet. Et manet verum, quòd omne quod mouetur ab alio moueatur. Sed hoc oportet intelligamus in motibus qui sunt animantium proprij. In istis enim oportet ..uestigare partem per se mouentem & partem per se motam: nam circa motus, qui contingunt, ꝙ calefiant, vel frigefiant ab elementis, nõ est necessarium quærere mouentem partem intrinsecam.

S. Tho. p. p. q. 76. art. 4.

Aristot.

¶Octaua conclu. Corpora cœlestia quia animata non sunt non mouẽt se ipsa, sed mouentur extrinsè ab intelligentia motrice. In hac conclusione duo intendimus. Primum, quod corpora cœlestia non sunt animata: ex quo sequitur secundum, quod in motu eorum non sit ponenda pars per se mouens anima: vt ponitur in viuẽtibus, & pars mota, vt corpus: sed motꝰ in eis ab angelo est: quia ratione grauitatis, neque

Conclus. 8.

leuita-

leuitatis signari non potest, cùm non sit graue, neque leue cœlum. Item: quia ille motus est circularis. Probatur conclusio. Corpora cœlestia, cùm non sint animata, & mouentur, oportet causam signare illius motus ab extrinseco: ergo vel erit à generante, vel ab aliqua intelligentia motrice. Non à generante: quia hoc in grauibus & leuibus est, ratione grauitatis & leuitatis, quod cœlo non est: ergo oportet sit ab ipsa intelligentia.

Ratio. Aristo.

¶Dixi, ..esse animata: quia non solùm fidei repugnans est, sed etiam physicæ disciplinæ. Fidei nam ..aduer.. ..ut, quæ docet, solùm duas esse naturas spirituales, angelicam, & ..onalẽ, capaces Dei, Anima illa (si daretur) non posset esse nisi intellectual.. & sic capax Dei: vel si habent animam rationalem, cum cœlum sit perpetuum, aliquod animal brutum esset immortale. Item. Quomodo possit esse animal quod nulla habet organa motus? vt Arist. dicit. Neque in eis aliqua dispositio animal.. reperitur. Quapropter nõ est credendũ. D. Augustinũ, nec. B. Hieronymũ, imò neq; Arist. fuisse illius sententiæ, quod cœlum fuerit animatum, vt. S. Tho. refert. Quòd si aliquando Aristo. videatur cõtrarium di.. ..vt. 1. de cœlo. tex. 13. debet in ..gi vt ..S. Tho. exponit, ꝙ cœlum habet suam motricem intelligentiam, à qua non mouetur, vt grauia, & leuia à generante: quia hæc talia à re absente mouentur, per virtutem impressam à generãte in ipsorum generatione: sed mouentur ab ipsis intelligentijs per intellectũ, & voluntatẽ, ap..prehendentis rationem mouendi, quod solet fieri in viuẽtibus: ob id animalibus vi..tur assimilari, cùm tamen non sint. Et ..ut dixisse in præsentiarũ. Quia infrà ..libro de cœlo est peculiaris speculatio an cœlum si animatum vel altra.

Aristo. 1. de cœlo. tex. 50.

S. Tho. p. p. q. 70. ar. 3.

Plato. Et Plato dicit, motorem cœli non informare cœlũ, tanima informat corpus, sed mouere ad modum animæ.

Ad argum. ¶Ad primum dictum est, vnde grauiũ & leuium veniat principium motus, nempe à generante ad sensum suprà dictũ, licèt quo mouentur, grauitas sit.

Ad. 2. ¶..2. etiam patet solutio ex dictis. Viuẽtia enim mouentur: sed ab alio, non quidẽ ab alio qd̃ sit extrà, sed ab alio quod intrà est: quia pars mouens anima est, per quã actu est, & mota pars est corpus. Et sic est ..erum, quòd omne quod mouetur, ab alio mouetur: quia non secundum eandem partem animal mo.. & mouetur.

¶Ad. 3. ia.. declaratum est, quomodo proiecta moueantur per impetum, quem intelligimus qualitatem impressam in mobili, ratione cuius mouetur, quæ distincta est ab ipso motu, & à mobili: & quia impressa qualitas potest durare, ꝙ motus etiam deficiente proiectore, & paulatim remittitur illa qualitas, & tandem deficit motus.

Ad. 3.

SPECVLATIO QVARta de primo motore. Vtrũ sit immobile, & vnum.

Aristo. Metaph.

Videtur quòd nõ sit immobilis. Ille dicit̃ moueri, q̃ est in loco: de nouo: sed Deus est in loco de nouo. Patet. Fuit quando creauit mundum in eo in quo non fuit ante creationem: ergo fuit in loco de nouo. Item. Est in omni creatura, quam de nouo creat: vt in qualibet anima rationali, quã quotidie de nouo creat: ergo mobilis est Deus, qui est primum mouens.

Argumẽ. 1.

¶Præterea. Si Deus esset immobilis secundũ locũ, maximè quia spiritus est: sed spiritui non repugnat motus, vt suprà probatũ est de angelis, qui etiam si sint spiritus, mouentur. Patet: quia dicitur missus angelus ad Abraham. Dicitur etiam missus ad virginem: ergo Deus etiam potest moueri.

Argumẽ. 2.

¶Tertiò est argu. ꝙ Deus moueatur, ex Commentatore, qui asserit Deum moueri secundùm intellectum & voluntatem per intellectum, de nouo intelligẽdo, quæ non intelligebat. Per voluntatem, de nouo volendo, quæ ante nolebat. Nam si ego scribo nunc: vult me scribere, & cùm relinquo calamũ, vult non me scribere: sed ista non videntur esse sine mutatione: ergo Deus mobilis est.

Lucæ. 2.

Agumẽ. 3. Comment.

¶In contrariũ est Arist. tex. 44. & 45. vbi concludit esse immobilem, et tex. 48. concludit esse vnum.

In cõtrariũ

¶Pro solutione notandum, quòd in lumine naturali loquens Arist. 5. de primo motore in hoc. 8. lib. concludit. Primum, quòd sit immobilis. Secũdũ quòd sit perpetuus. Ter

Quinq; cõcludit Arist. de primo motore.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertium quòd sit vnus. Quartum q̃ infinitus. Quintum q̃ indiuisibilis. In ista speculatione dissereimus quomodo sit immobilis, & vnus, in sequeti alia tria probabũtur.

Notand. 2. ¶Notandum quod etiam de Deo dupliciter possumus loqui: vno modo naturaliter: alio modo supernaturaliter. Supernaturaliter spectat ad Theologum ex professo: nam dato tractet de Deo quantum ad aliqua quæ per naturam ei conueniunt, tamẽ ex proposito de eum attinet illa quę supernaturaliter de Deo considerantur, & solum per reuelationem habentur: obiid de istis non est sermo in præsenti. De ipso tamen in quantum naturaliter, dupliciter: vno modo exactè id considerare: & sic nõ ad physicum, sed ad metaphysicũ spectat:

Aristot. 12. Metaph. ideo Aristo. absolutius loquitur. Sed cognitio de Deo nõ exacta, quæ scilicet per motum haberi potest, spectat ad istum. 8. physicorũ. Et hac ratione Aristo. mentionem fecit. Ad quod respondetur, & sit prima conclusio.

1. Cóclusio Ratio. 1. ¶Deus est omnibus modis immobilis: Patet. Ille est immobilis omnino, qui nulla specie motus neque mutationis pōt moueri: sed Deus huiusmodi. Patet: quia non generatur: non corrumpitur: non augetur: non alteratur: non mouetur localiter, & nõ sunt alię species motus: ergo nullo modo mouetur Deus. Maior probatur facile, discurrendo per omnem speciem motus. Non localiter de per se, neque de per accidens, de quo proprie loquitur hic Aristo. Probatur, supposita proprositione probata, quod omne quod mouetur oportet ab alio moueatur. Est ratio. Si Deus mouetur: vel à se, vel ab alio: sed non à se omnino, vt probatum est: ergo ab alio. Probat minor quia id quod mouetur, necessario est in potentia ad illam formam respectu cuius mouet: aut si sit motus localis, caret illo loco, ad quẽ est motus: sed res quę mouet, necessario est in actu: sed actus potētię repugnāt: ergo à se non potest moueri. Quapropter quod se ipsum mouet oportet duas habeat partes: vnam qua mouet, & aliã qua mouetur: & sic quod mouetur ab alio, oportet vel sit ab alio distincto in ratione suppositi, vel in ratiõe partis. Si illud quod mouetur, mouetur ab alio: uel illud mouetur ab alio, & illud rursus ab alio, & est processus in infinitum, quod motui repugnat: quia nihil moueretur, cum omnia inferiora in virtute prioris moueantur: quod prius non daretur, dando processum in infinitum: oportet ergo deuenire ad vnum, quod non mouetur ab alio, sed mouetur vel à se, vel à nullo: si à nullo, habetur intentum: si à se, tunc est necesse assignare partem mouentem distinctam ab illa quæ mouetur: & tandem ad vnam deueniendum est, quæ sit purus actus: nãsi illa quæ mouet sit, a. quæro, vel illa rursus diuiditur in mouentem & mobilem, vel non: si secũdum, iam das esse purum actum: si primũ, rursus quæram de illa à quo, vsque perueniam ad purum actum: quandoquidẽ non est in infinitum procedendum. Hucusque Aristo. qui quamuis non videatur concludere hunc primum mouẽtem immobilem per se subsistentem, tamen ex dictis probatur: quia probat illud primum esse purum actum: quod si pars nõ est, oportet sit per se subsistens.

¶Probatur etiam conclusio, quia illud primũ oportet sit in generabile: quia à se non potest generari, neq; ab alio: quia nullum eo prius. Alia missa faciamus, quæ videm. S. Tho. vbi probat vnitatem Dei. Ratio. 2. S. Tho. p. p. quæst. 3.

¶Secunda cõclu. Primũ qd mouet omnia, no solũ immobilis est aliqua specie mot', sed etiã per intellectũ, & voluntatem contra Commentatorem. Probatur: quia illud primũ est purus actus: ergo nihil in eo potentiæ considerandum est: at esset aliquid potentię, si hoc genere motus moueretur. 2. Cóclusio Ratio. 1.

¶Secundo Si per species intelligeret receptas, & non per essentiam suam, similiter esset in potentia. Si de nouo aliqua cognosceret, quæ non antè, esset et in potentia. Si aliqua vellet de nouo, quæ antè noluit: sequitur ergo ipsum esse simpliciter immobilem etiam per intellectum, & voluntatem, si quidem ab æterno cognoscit quãdo res producendæ, & quando debent desinere in quo Commẽtator turpissime erraui, putans Deum non posse cognoscere ipsas aliter quã actu essent. Quod si Plato sic intellexit, primum mouens mouere se ipsum, pari errore captus est. Ratio. 2. Cóntra Cõmenta.

¶Atque conclusionem sic Aristote. intellexit. 12. Metaphysicę qui dixit, Deum per suam essentiam omnia intelligere, & sua intellectio sua essentia est: & sicut eius intellectus immutabilis est, sic & sua voluntas: & quicquid voluit, in æternitate voluit, pro tempore sibi placito.

¶Ter-

3. Cóclusio ¶Tertia cõclusio. Sic primum mouens est immutabile, vt eius sit proprium, & alteri sit incõmunicabile. Patet discurrendo per omnia alia, quæ continuè mutationi sunt subiecta: vt corruptibilia: & quæ sunt incorruptibilia, etiam subiacent mutationi, & variationi: vt angelus & anima rationalis. Patet. Quicquid non est purus actus, potest mutari, pro quanto aliquid de potẽtia habet: sed omnia alia, citra Deũ, purus actus non sunt, cùm solus Deus sit talis: sequitur ergo quòd omnia alia mutari possunt, & solum ille est per naturam immutabilis, qui per naturam purus actus simplicissimus est: vt solus Deus est talis: ergo illius proprium hoc est.

4. Cóclusio ¶Quarta conclusio. Primus motor immobilis, propriè & vnus est. Hæc cõclusio probatur ab Aristo. tex. 48. quia frustrà fiunt per plura &c. sed motus vniuersi ad vnum principium reduci possunt: ergo solus vnus est.

Ratio. ¶Præterea: quia cùm sit purus actus, in se omnium perfectiones eminenter cõtinet: quòd si duos admittas, iam oportet necessariò aliquid in vno esse, quod non in alio, per quod inter eos distinctio sit: atq; cum id ad perfectionem pertineat, constat aliquid pfectiõis in vno esse, quod nõ in alio. S. Tho. p. p. q. 11. arti. 3 Theolo. 1. senten. d. 2.

¶Sumitur etiam ratio ex omnipotentia: quia duo dij omnipotentes dari non possunt. Et tandem dantur aliæ rationes, quæ probant Dei vnitatem, de quibus vide in Theologis in primo sent. * Est cõsiderãdũ quod Aristot. cum ex sensatis, contendat ad insensibilia conscendere: inuenit & probauit vnam primam causam, sed tamen in distinctè, & nõ in particulari: quia probat substantiã æternam ex motu æterno: sed omnes intelligentiæ, apud eundem mouet motu æterno, vnde in. 2. Metaphy. ex plurali tate motuum eternorum, concludit numerum intelligentiarum, quanuis in ipsis mouentibus, vnum primum mouens probet: de hoc alibi. *

ad Argum. ¶Ad primum patet solutio ex dictis.

Ad secũdũ ¶Ad secundum dicendum, vt suprà dictũ est, q̃ angeli possunt esse in loco, & anima: quia quanuis, eò quòd spirituales, nõ possint esse circunscriptiuè, vt corpora sunt, possunt tamen esse diffinitiuè: quia limitam habent essentiam: Deus tamen habet illimitatam: ob id non solùm circunscriptiuè, sed neq; diffinitiuè potest esse in loco: quia ex modo suæ existentiæ sic est in isto loco, q̃ non repugnat alibi esse: & sic non potest moueri: quia replet omnem locum: neque mutare potest locum: quia ille poterit mutare, qui acquirit de nouo, & deserit quem ante habebat, sed Deus non potest id facere: quia in omni loco est. Quod si creato cœlo cepit esse in cœlo, nõ fuit per eius mutationem, sed quia non potest esse creatura in qua non sit Deus. Quòd cœlum moueatur, non sequitur quod Deus moueatur, quia vbicunque cœlum moueatur, ibi intelligitur Deus.

¶Patet etiam ad. 3. solutio in. 2. conclusio. Ad tertium
* An substantiæ separatæ sint immobiles: * & quidem secundũ Philosoph. & Cõmen. intelligentiæ non sunt mutabiles secundum esse substantiale: quoniam omne mutabile materiam habet, qua carent intelligentiæ. 12. Metaphy. tex. 5. Item secũdum Philosoph. & Cõment. intellgentiæ, non sunt mobiles motu locali intrinsece: neque per se, neque per accidens. Hæc ex 6. Physicorũ: nam quod est per se mobile diuisibile est vt supra probatum est: at intelligẽtiæ sunt indiuisibiles, vt Aris. probat 12. Metaph. tex. 43. quod non de per accidens intrinsecè probatur. 8. Physi. tex. 52. quia non sunt formæ informantes corpus quod mouetur: secundum veritatem dicẽdum, quod omnes intelligẽtiæ, quo ad substantiã sunt immutabiles per potentiã intrinsecam: quia carent materia. Secũdò dico quod sunt mutabiles secundũ locũ, non quod occupent locũ cum sint sine magnitudine: quia virtutem suam loco applicãt. Tertiò sunt mutabiles secũdum actiones intellectuales, de quibus alibi in Theologia in loco proprio.

SPECVLA. V. VTRVM primus motor sit durationis infinitæ, & impartibilis, & virtutis infinitæ.

Videtur quòd non sit infinitæ virtutis. Diuina virtus non aliũde quã per effectus potest innotescere: sed non datur effectus infinitus: quia infinitum non potest 1. Argumẽtum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

test dari, vt in.3. probatum est, etiam per potentiam Dei absoluta: ergo Deus nõ est infinitæ virtutis.

¶Probatur quod non sit infinitus duratione. Nam eius infinita duratio innotesceret aliquo suo effectu, sed non potest innotescere: quia repugnat mundum fuisse ab æterno, vt probatum est, ergo non est infinitus duratione.

¶Tertiò. Non est impartibilis. Patet. Eò, probatur esse impartibilem, quia est infinitæ virtutis, quæ non potest esse in magnitudine: sed potest infinitum dari in magnitudine, cùm ipsa sit diuisibilis in semper diuisibilia: ergo.

In cõtrariũ ¶In contrarium est Aristo. qui text. 49. probat, primum motorem esse perpetuũ. Et text. 86. ex perpetuitate motus colligit esse infinitæ virtutis: & quia talis non potest esse in magnitudine, concludit esse impartibilem.

¶Pro solutione oportet in memoriam reuocare quod tetigimus in.3. lib. de infinita te: nam quędã est infinitas, quę se tenet ex parte materiæ, & hæc dicit imperfectionẽ: quia dicit non esse actuatam per formam, & posse omnem recipere. Infinitas quæ ex parte formæ actus est, & perfectionem dicit. Non est ergo de prima infinitate sermo, sed de ista secunda sit prima cõclusio.

1. Cõclusio ¶Deus est sempiternę durationis. i. est sempiternus. Hãc Arist. probat ex perpetuitate motus. Fundat enim rationem in perpetuitate mundi, quam tamen nos reprobauimus in præcedentibus: ob id aliunde perpetuitas primi mouentis sumenda est, scilicet ex eius immutabilitate, vt docte Sanctus Tho. quia Deus est summum ens, & purus actus, alienus oportet sit ab omni potentia, & ob id à nullo erit producibilis: sic infinitæ erit durationis: cũ enim ab alio nõ possit esse, à se implicat: sequitur ergo q̃ per se sit perpetuus, & eius essentia non potest intelligi, nisi existens. Aliarum rerum essentiæ intelliguntur, absque existentia earũ: vt quatuor & tria. 7. fuerunt, vt docet pater Augustinus. Et hominem esse animal rationale, etiam ante creationem mundi: & habuerunt esse huiusmodi quidditates in mundi creatione: sed tamẽ de intrinseca ratione ipsius Dei est existere: quia cũ omnem includat perfectionem, & existere sit perfectio, non potuit aliquando ea carere.

S. Tho. p. p. q. 10.

¶Et addere oportet, quòd æternitas eius non solùm consistit in eo quòd non habuerit principium, neq; habebit finem, sed etiã in hoc, quòd nulla in eo potest intelligi successio.

¶Secunda conclusio. Primum mouens est infinitæ virtutis, & perfectionis essentialis. Hanc Aristote. probat ratione motus à posteriori. Deus mouet infinito tempore: ergo posset mouere infinitum mobile, si daretur: quod esset facere infinitum motum per se: quia si infinitum esset secundũ longitudinem, si transiret per certũ signũ, nunquàm absoluere motum: & ob id cõcludit quòd primus motor habet habere virtutem sic mouendi, quanuis repugnet infinitum dari: quia sic dari ipsum moueri vt in dictum est. speculatione eũdã. Tamen diuina virtus infinita non bene ex effectu probari potest: quia creaturæ non possũt capere tũ quãtũ est ipsa: sicut diximus eum non posse producere actu infinitum: quia repugnat conditioni creaturæ. Probanda ergo venit Dei virtus infinita à priori ex essentiæ infinitate: quia primo principio antiqui omnes rationem infiniti tribuebant, in materia dicit imperfectionem, sed secundũ formam dicit perfectionem: & sic ratio perfectionis in Deo est, quòd sua essentia non sit in alio recepta, sed per se ipsam sit illimitata. * Et aduerte quod Sanctus Thom. in hoc. 8. &. 12. Metaph. tex. 79. & Scotus in septimo quolib. & Albertus Magn. 8. Phisi. tracta. vltimo, tenent: de mente Aristot. probari infinitatem entitatis, & perfectionis in prima causa, & tenent deuiass commenta. hoc ab Aristot. De quo Sa. Tho. prima p. quæstione. 7.

2. Conclus.

Ratio.

Ratio. 1.

* Sanct. Tho. 2. Ratio.

¶Et probatur Dei infinita potentia: quia quacunq; specie data, cuiuscunque perfectionis, potest Deus perfectiorem creare: quod nõ posset, nisi esset infinitę virtutis.

Tertia conclusio. Primus motor est incorporeus, & indiuisibilis. Hæc est eiusdẽ Aristotel. in fine huius libri. Quod probat ex infinita eius virtute: quia ipse est infinitę virtutis: vt probat secũda conclusio: sed infinita virtus non potest esse in quantitate: ergo est impartibilis. Minorem probat ex eo, quòd virtus in quantitate agit semper ex necessitate naturæ, secundum vltimum suæ potentiæ: atque sic produceret infinitum & moueret in non tempore.

3. Cõclusio

Hæc

Hæc ratio supponit, quòd virtus in corpore non possit agere per intellectum, & voluntatem libere, sed sicut sol, vel ignis: sed hoc non est necessarium: nam licet intellectus, & voluntas sint potentiæ indiuisibiles, non repugnat esse in corpore, sicut sunt in nobis. Ob id Aristot. dicet demonstrat, quod virtus infinita non possit esse, vt forma extensa, non tamen probat quod non possit habere corpus, vt homo: sed ex aliis eius principijs in isto libro physico. probatur: nam est corporea non mouet, nisi mota: Patet ad sensum: sed primus motor est, demonstratus immobilis: ergo non est corporeus. Item, quia cum sit causa omnium, oportet eam omni potentia, quæ est in perfectione. Corpus tamen habet rationẽ potentiæ, vel habet eo q̃ diuisibile sit.

¶Item probatur ex Dei nobilitate: quia est nobilissimum in entibus, sicut & perfectissimum: sed spiritus est nobilior corpore: ergo non est corpus: sed est summus spiritus excedens & rationalem creaturã, & angelicam in dignitate, & impartibilitate, & indiuisibilitate. In quo primo motore, & prima causa omnium nostra est vltimate posita fœlicitas. Cui honor, & gloria per immensa secula. Amen. Et hic est physicorum finis. vbi quantum potuimus per Dei gratiã breuitati studuimus, neminem in aliquo defraudantes ex proposito. Adduximus quæ in materia digna scitu intelliguntur, & necessaria probantur ad superiores scientias, & ad intelligentiam illorum, quæ restant in hac philosophia naturali. Cui hæc non sunt satis, legat autores, & [illegible] tamen illorum, quibus temporis cura [illegible] cordi est, elaborata [illegible] esse volumus.

¶Solutiones argumẽtorũ patẽt ex dictis.

¶SPECULATIO SEXTA. Vtrùm prima causa seu primus motor agat de necessitate naturæ.

Videtur quòd sic, patet ex philosop. in hoc. 8. vbi probat, motũ cœli esse æternum de necessitate: ergo necessario prius motor mouet: & in. 2. de generatione, p. [illegible] inferiorum generationem de necessitate esse æternam, & hanc causari ex motu diurno: ergo primum, de necessitate producit [illegible] mediante motu.

¶In contrarium est veritas.

¶Pro solutione quæstionis primo considerandum, quod effectus contingens dupliciter considerari potest: vno modo quã tum ad esse suum, quod est esse corruptibile, & desse desinibile: vt sunt effectus voluntarij, & causarum contingentium inferiorum in inferiorum quæ omnia patent ad sensum, esse contingentia: & habere esse per aliquo tempore, & corrumpi, & tandem omnia suam habent periodum: vt supra dictum est: & ex proposito inferius ostendemus. In his contingentibus non fuit dubium apud philosophos, nec apud Commen. vt patet in li. 6. metaphys. comment. 7.

Effectus contingens duplicitER considerATUR.

¶Secũdo modo consideratur contingentia quantum ad [illegible] sualitatem, scilicet, an dẽtur aliquæ causæ vel saltim prima causa sit, quæ necessario causet, vel contingenter: & in hoc est difficultas physica: nam si prima causa apud philosophos libere agit, & consequenter probabitur contingentia in rebus, per hoc quod causæ proximæ sunt contingentes: sed, si ipsa prima causa ex necessitate operatur, quantunuis sit contingentia respectu causæ proximæ, erit difficile ostendere: Et ob id quærendum primò, & resoluendum, vtrum prima causa agat necessario, & supposito quod sic, an contingentia sit in rebus ob causas proximas.

¶Est aduertendum quod Deum agere de necessitate naturæ, (quem impræsentiarum causam primã vocamus) dupliciter contingit: primo vt agat per naturam, vt præuenit intelligere, & velle: ita vt non agat per hæc: sicut homo necessitate naturæ digerit cibum, neque anima vegetatiua quo ad suas vires subiecta est votiua, vt infra in libro primo de anima probabitur & experientia docet.

2. Notan.

Et sicut ignis calefacit, & sol illuminat de necessitate: hoc modo nullus ex philosophis, qui Dei habuit veram cognitionem: opinatus est agere: quia sic Deum sine intellectu dicerent. Cognouerunt enim philosophi quod omne agens, aut agit à casu, aut propter finem: sed Deus a casu non agit, quia causa esset per accidens, ergo agit propter finem: ergo vel finis erit ab ipso agente intentus, vel ab alio, si à se ipso, ergo

N intel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellectu agit: quod si ab alio, illud esset primum.

¶ Secundò modo potest intelligi quod agat ex necessitate naturæ, vt sit sensus, q̃ id velit necessario: sicut dicimus voluntatē necessario velle summum bonum, &c. sic Deus necessario agat, quia necessario vult suam bonitatem: & vult necessario communicare suam bonitatem cuilibet rei secundum suam capacitatem: ad quam volitionem necessario sequatur effectus: quia non est qui impediat: in quo sensu Aristo. probauit in hoc. 8. motum cœli æternum, &. 2. de generatione inferiorum generationem æternam esse. S.Tho.p.p. q.19.art.3.

3. Notand. ¶ Tertiò considerandum, quod Deum agere necessitate naturæ hoc secundo modo, potest dupliciter intelligi: vno modo, quod sic vellit necessario causas secundas, & proximas agere & suos effectus producere: vt necessario ipsę causent, sicut Deus necessario ex bonitate sua vult eas causare: & hoc modo omnium rerum contingentia tollitur, quia necessario causæ secundæ, suos producunt effectus: sicut causa prima ipsas causas secundas causare facit: secundo modo potest intelligi, vt Deus ipse vellit causas secundas esse, & causare: sed tamen iuxta ipsarum causarum conditionem: vt quæ sunt necessarię, suos producant effectus necessario: & quæ contingentes, contingenter: & sic contingentia à rebus non excludit: sed stare potest, etiam cum necessitate causæ primæ. S.Th.1.p. q.19.ar.8.

1. Cóclusio ¶ Cōclusio. 1. Deus neque mouet, neque agit aliquid extra se de necessitate naturæ secundo modo: sed mere & libere operatur. Patet: quia quicquid voluit, fecit siue in cœlo siue in terra. Probatur: si Deus aliquid necessario ageret, maximè esset eò, q̃ necessario vult bonitatem suam tanquam finem, sed ex hoc nō probatur. Patet: quia nullus qui necessario vult finem, necessitatur ad id sine quo finis haberi potest: sicut si quis necessario vellit sanitatem, non ex hoc necessitatur ad volendum id, sine quo finis haberi potest: & ob id non necessitatur ad comparanda sibi arma, vel ad aliquas disciplinas capessendas: quia ista non sunt media necessario ordinata in illum finem, sed nihil creatum est necessarium ad bonitatem diuinam, neque ad hoc quod habeatur, neq; ad hoc quod melius, quia eò Deus est, quia nullius rei extra se indigens: aliàs Dei perfectio ex creatura penderet: contra ipsum philoso. 7. politi. qui ait se ipso Deus solus beatus est: & sibi sufficiens, &c. nā eo quod aliquibus indigeret, probatur in lumine naturali, quod Deus non esset. Psal.15. Aristote.

2. Cóclusi. ¶ Secunda conclusio, etiam si Deus ex necessitate naturæ ageret, mouendo causas secundas proximas, non eò sequeretur q̃ omnia necessario euenirent: sed adhuc maneret contingentia in rebus à causis proximis contingentibus: probatur: quia si necessario omnia euenirēt, esset quia si necessario prima causa mouet. a. causam ad operādū, &. a. necessario motus necessario mouet b. & sic cōsequēter proxima & immediata necessario agit: quia prima necessario mouet: sed ex hoc nō sequit: nā non sufficit q̃ prima necessario moueat secundā, & secūda tertiam, sed illa motio est secūdū exigentiam & naturam causæ secundæ: vt quæ contingens est necessario mouetur, sed ad operandum iuxta naturam suam & conditionem, scilicet, contingenter: & hoc est q̃ docet August. quod Deus sic res quas condidit administrat, vt secundum propriosactus agere sinat. Deus perficit rerum naturam, & non destruit: quod si ad hanc motionem, quæ à prima fit, etiam si necessario attenderet Docto. sub. in. 2. sent. d. 2. q. 2. non affirmaret conclu. hanc: scilicet, quod si prima necessario mouet & causat: causę secundæ etiam necessario agerent, & rerum contingentia tolleretur: nam esset verum quod docet Doctor sub. si Deus per suam motionem, & causalitatem, rerum naturas mutaret & tolleret: qua propter hæc duo stant physicè loquendo, Deus necessario necessitate naturæ agit, & tamen non omnia necessario eueniunt quod aduertendum est. August.

¶ Ex dictis ergo constat, qualiter philosophus sit intelligendus: vt Deus moueat necessario cœlum, & tamen quod contingenter res eueniāt in istis inferioribus. Quāuis vt in prima conclusione dictum est, tū certum & physicè probatum: Deum non agere necessitate naturæ, vt aliquid extra se necessario velit, &c. de quo vide Naclantum in propria quæstione de origine contingentiæ.

SEPTI-

SEPTIMA SPECVLAT
Vtrum ad physicū spectet, vel solùm sit metaphysici de substantijs separatis considerare.

1. Argum. PRIMO videtur quod nō: qa ad q̃libet scientiā, expectat consideratio de proprio subiecto, & de proprijs passionib̃, quæ ei conueniunt: sed substātiæ separatæ, neque sunt subiectum physicę disciplinæ, cū eius sit vel ens mobile, vel corpus mobile, quorum vtrunque à substantijs spiritualibus alienum videtur: nec de tālib̃ subiectis dicuntur, ergo neq; passiones corporis mobilis eis possunt competere.

2. ¶ Secundò quāto obiectū est altius & perfectius, tanto ad altioriorē & perfectiorem scientiam expectat consideratio eius: sed substantia immaterialis est perfectior, imò quæ prima & perfectissima est, imò & ipsa perfectio: ergo ad perfectissimam scientiam pertinebit consideratio: sed hæc non physica, sed metaphisica est: ergo non expectat ad physicam, consideratio de substātijs separatis. S.Tho.p.p. q.1.ar.1.

3. ¶ Tertiò q̃ immobile, & invariabile est, à physico non consideratur: cum eius propria sit consideratio de ente mobili, vel corpore mobili, sed esse mobile, & variabile, alienum à substantijs separatis est, cū sint incorruptibiles: & maximè prima, quæ est Deus, q̃ sic Deus est, vt non mutetur & idē ipse sit, &c. S.Tho.p.p. q.9.art.1.

¶ In contrarium est Arist. 12. metaphysi, tex. 5. & in hoc. 8. physico. qui de prima substantia, & de intelligentijs considerat.

Varię opin. Comment. ¶ De hac quæstione sunt varię opiniones, & extremæ: nam Comment. in primo physicorum Commen. vltimo & lib. 12. metaphysi. Commen. 5. loquens contra Auicennā, & Alexan. affirmat, quod ad physicum expectat considerare de substantijs separatis: et eius est ratio, quia ad probandum substantias abstractas, manuducimur ex motu: vt patet. 8. physi. & omnis alia via est insufficiens: & considerare de motu, est proprium physici vt notissimum est.

¶ Et in. 12. metaphysi. Commen. 5. conclu dit in hęc verba. Impossibile est declarare aliqd abstractorū esse, nisi ex motu, hęc Cōm.

¶ Secunda opinio in alio extremo fuit Auicennæ, cum quo tenet Alex. & Albertus magnus in hoc loco, & Scot. in primo sentent. 2. q. prologi ad secundum argumentum: & est, quod nullo modo expectat ad physicam disciplinam consideratio de abstractis substantijs: sed hoc sit solum metaphysici: quoniam cū principalior pars sciētiæ metaphysicæ sit de separatis, si à physico de ipsis considerationem acciperet, ipsa metaphysica esset sub alternata physice: & minus principalis, quod non est dicendū. Opinio Auicennę. Alexand. Scotus. Albertus Magnus.

1. Nota. ¶ Pro resolutione quæstionis considerandum, quod de separatis possumus dupliciter loqui: primo in genere, id est, in distincte, prout omnia separata in hoc conueniunt, quod sunt abstracta: secundò potest esse consideratio in specie, id est, de tali substantia abstracta, putà de primo principio, & primo motore, vel de alijs intelligentijs, applicatis orbibus cœlestibus.

2. Notan. ¶ Secundo aduertendum, quod separata, tam in genere, quam in specie, dupliciter possunt considerari: vno modo quantum ad hoc prædicatum commune omnibus, quod est existere, prout verificatur, hæc substantia separata est existens in rerum natura, & non solum est per operationem intellectus, vt de entibus rationis solemus dicere: vel potest esse consideratio quo ad prædicata intrinseca, essentialia, & quiddatiua, putà quod substantia abstracta sit æterna, immaterialis, actus simplex, sine potētia passiua, & alia huiusmodi. ¶ Prima cōclusio. De substātijs separatis cōsideratio, q̃tum ad hoc quod est existere in rerū natura, ad solum physicum expectat, patet: omne illud quod deprehendi non potest sine motu, ad physicum solum expectat, cuius propria cōsideratio de motu est: sed quod substantiæ separatæ existant, solum motu comprehenditur: ergo ad physicum expectat talis consideratio: maior est manifesta, & minor cōstat ex hoc. 8. & in. 12. metaphysi. eodem modo Aristot. procedit ad probandum substantias separatas, existere tex. 29. 1. Conclu.

¶ Secunda conclusio. Probare substantiā separatam in specie, putà primam causam, seu primum mouēs, penitus immobile existere, non ad physicum, sed ad metaphysicum pertinet hæc probat à Doctore San- 2. Conclu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Thom. cto Thoma. 1.contra gen.cap. 13.vbi ostē dit,quod Aristot.in quantum physicus,in hoc.8.solùm deuenit ad [illegible]andum primum mouens se ipsum,quod di[illegible]guitur in partem mouentem,&in partem motā, quod est aggregatum ex cœlo &intelligē tia motrice:sed quia Deus non est pars alicuius mouentis seipsum:vlterius Aristo.in sua metaphysi. inuestigat ex hoc motore qui est pars mouentis seipsum,alium motorem omnino separatum,qui Deus est. Vnde in duo decimo metaphysi.tex.6. nō per mot[illegible]n physicum sed per intelligere, &appetere,quæ excedunt limites physici, & sunt propria metaphysici probat.

3.Conclus. ¶ [illegible]rtia conclusio de substantijs separatis in genere,&in specie,consideratio, quoad prædicata intrinseca,essentialia,quidditatiua,non ad physicum sed ad metaphysicū expectat: vt quod sint actus simplices & immateriales,quod sint int[illegible]lectuales,& alia huiusmodi: quod primum sit tantum vnum,ad quod omnia alia referuntur. &c.

Aristot. Hæc conclusio est expressa Aristo.12.metaph.à textu.30.vsque ad.40.probat huiusmodi intrinseca & essentialia prædicata eis conuenire.Probatur:ad illam scientiam expectat probare huiusmodi essentialia intrinseca prædicata,cuius substantiæ separatæ abstractæ sunt subiectum,vel principale eius:sed metaph. est huiusmodi,quæ habet pro parte principalissima entia huiusmodi separata,quia sunt potissima pars entis, q̄ ens,est subiectum metaphysicę.

¶ Hæc quæ dicta sunt in opinione media de mente.Sanct. Thom.sunt, & conuenit cum Comment.&discordat ab eo,in secūda conclusione discordat,à Commen.nam Commen.putauit, quod prius motor, seu prima causa mouens, sit sic applicata cœlo,sicut intelligentia saturni, est applicata orbi saturni:sed quia Deus non applicatur cœlo,neque mouet per se ipsum,sed per intelligentiam motricem , ob id dictum est in secunda conclusio.quod ad metaphysicum expectet,probare Deum esse:quia nō per motum physicum inuestigat,vt putat Comment.sed in prima & tertia conclusione hæc opinio,cum Comment.concordat: quia quo ad esse, in rerū natura probare, ad physicum expectat:& prædicata intrinseca,quidditatiua,de eis probare excedit limites eius. Cum Auicenna hæc opinio concordat in secunda & tertia conclusio.

S.Tho.conuenit cum Comment. & discordat

& discrepat ab eo in prima.

¶ Sed offert se se ex dictis Aristot.contra illa quæ in secunda conclusione:nam ipse in hoc octauo probat primum motorem infiniti vigoris existere in rerum natura, motu infinito:& sic videtur quod ad physicum expectet, probare de prima causa quæ est Deus benedictus in secula: quod existat & quod non sit proprium metaphysici. Obiectio.

¶ Soluitur obiectio:quod in hoc.8.philosophus posuit fundamentum,quo [illegible]nquā per gradus esse[illegible] consecēdendum : nam ex motu physico, est pro[illegible]essus ad motum metaphysicū, scilicet,intelligere,&appetere:& ab ipso metaphysico,pr[illegible]batur primam causam existere:ob id in hoc octauo probat quod moueat mot[illegible]nito. &c. sed quis ip[illegible] motor sit in metaph. [illegible]am hic posuit hanc maiorem:in rerum natura datur motor virtutis infinitæ, qui mouet tempore infinito:sed in metaphy. po[illegible]it hanc minorem: motor virtutis infinitę Deus est:qui est primus motor,penitus immobilis : nec obstat dictis quod Sanctus Thomas in hoc octauo expositioni suæ finem imponens dicit qui est benedictus in secula,&c,quia hæc subiunxit non tanquā probatum &scitum in illo loco,& [illegible]ēria sed tanquam aliàs habitum , & mutuatum à metaphysica.Quanuis Frācisc[illegible]us ferrariē. in suis Comment. ad l[illegible]bros contra gentes in primo libr.capit.13.conetur alia via soluere. Nota. Ferra.

¶ A primum argumentum,ex dictis solu[illegible] constat : nam hoc quod est exis[illegible]re, communissimum substantijs [illegible]parati[illegible]nō excedit limites physicæ [illegible]ciplinæ, c[illegible]s est ex motibus consideratio : vt in [illegible]rim conclusione ostensum est. Ad argum.

¶ Ad secundum in quo tangitur id quod Doctor subtilis mouit ad t[illegible]endum cum Auicenna, quod ad solam metaphysicam expectet, quia ipsa [illegible]alternans, [illegible] superi[illegible]:& ob[illegible]d à physica non debet superari,&c.Dicendum ergo est quod non ex [illegible]llis quæ in prin[illegible]onclusione dicta sunt, quæ conueniunt physicæ disciplinæ,sequitur quod metaphysica physicæ subijciatur,quia non subijcitur ei vt nobiliori, se[illegible]ytitur [illegible] vt sibi deseruienti: quia versatur circa motum, quæ est vnica [illegible]ad venandum rerum existentias:nam ex eo probatur in genere, substantias abstractas esse: Ad. 2.

& eo

& eo ponitur fundamentum, ad progressum quo vsque ad primum deueniamus.

Ad tertium ¶ Ad tertium dicendum , non esse alienum à substantijs separatis de motu consideratio:nam quo ad existentiam eorum in rerum natura, ex motu probatur, vt dictum est : & ipse sunt cœlorum motores , & quanuis sint immobiles quo ad corruptionem , habent tamen moueri posse,& secundun locum, per applicationem suæ virtutis , & alijs modis de quibus in suis locis proprijs.&c.

FINIS OCTAVI
libri Physicorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

LIBER VNICVS

DE CAELO, ÆDITVS A R. P. F. ALPHONSO à Vera Cruce ordinis Eremitarum S. August. prouinciali, artium, & Theologiæ sacræ Magistro, & moderatore primario in alma vniuersitate insignis, atq; fidelissimæ Mexicanæ Ciuitatis, nunc tertio ab eodem auctore editus, correctus & in multis speculationibus locupletatus.

ARGVMENTVM VNICI LIBRI *de cœlo.*

POstq̃ Aris. per. 8. li. de physico auditu in generali tractauit de ente mobili, & velut fundamenta ponens ad omnia dicenda, incipit tractare de mobili, & d̃ ente in particulari: & sic in. 4. libris, qui de cœlo intitulantur, tractat de mundo in generali: de corporibus cœlestibus, & proprietatibus eorum: de motu locali, qui est in eis, & de multis alijs quæ spectant ad cœlestia corpora. Considerat etiam de elementis, & qualitatibus, & dispositionibus eorũ, & de motu ipsorum.

Varia opin. de subiecto librorum de cœlo. ¶ De subiecto huius li. variè opinantur docto. quibusdam dicẽtib⁹ quod sit totum vniuersum: alijs quod corpus cœleste: quod communiter approbatum est. Alber. Magnus, & alij dicunt esse corpus mobile ad vbi: quia ex professo de eo tract. Et quia corpus celeste habet dignitẽ inter alia & motꝰ localis est simplicior, & prior & vniuersalior: primò d̃ corpore cœlesti mobili ad vbi agit. Institutũ nostrũ seq̃mur: vt si non omnia, illa quæ sunt alicuius momenti ab Aristot. dicta discutiemus.

¶ SPECVLATIO PRIma Vtrùm vniuersum sit perfectum.

1. Argum. ARguitur quod non. Illud non est perfectũ, cui potest fieri additio, sed vniuerso potest additio fieri, quia Deus potest multa de nouo creare, quæ non sunt creata: & quę sunt modò potest meliorare facere: ergo sequitur quod mundus non est perfectus.

2. ¶ Item illud dicitur imperfectum, in quo sunt innumerabiles defectus: sed in mundo sunt defectus sine numero: defectus in moribus, cum sint multa peccata, Deò permittente, & monstrum: ergo mundus non est perfectus.

3. ¶ Præterea. Illud ꝓpter quod vniuersum est factum, est imperfectum: ergo nõ est vniuersum perfectum: nã si in fine est defectꝰ, & in medijs erit, cũ media à fine sortiãt bo-

bonum, vel malum. Probatur antecedens: quia hõ (propter quem omnia videntur creata) est imperfectus, & in naturalibus & in morabilib⁹, & plenus multis miserijs: ita vt in eodem statu non permaneat, breui viuens tempore, multis miserijs repletus, qui tanquã flos egreditur, & cõteritur statim.

Iob. 13.

In contra. ¶ In contrarium est Aris. hic in principio, qui vniuersum dicit perfectum.

1. Notan. ¶ Pro solutione notandum, quod vniuersum sicut & mundus potest capi pro tota rerum vniuersitate, quæ habet esse, siue à se, siue ab alio: & sic in vniuerso, & in mundo includitur Deus: qui mundi, & vniuersi prima causa est, cùm ipse verè sit, & maximè sit, à quo & omnia alia sunt.

¶ Secundo modo sumitur solùm pro multitudine rerum quæ habet esse ab alio, siue sit per creationem: vt habuerunt esse à principio omnia, siue sit per generationem: vt sunt quæ quotidie fiunt. Et adhuc iste modus. 2. potest dupliciter intelligi: vno mõ, vt inter illa quæ esse ab alio habent, solùm corruptibilia intelligantur. Et sic mundus est quicquid infra orbem lunæ reperitur: quo pacto Aristotel. sumit, quando dicit: Necesse est mundum istum constellationibus cœlestibus esse continuum. Cùm cœlum sit incorruptibile corpus: astra & angeli non essent vniuersum, neque de vniuerso, vel mundo.

Aristot. 1. meta. te. 1.

¶ Secũdo modo capiẽdo mũdũ, put includit corruptibilia & icorruptibilia corpora, cœlũ & astra sunt de vniuerso, vt ptes eiꝰ.

Notand. 2. ¶ Secundò notandum, quod perfectum vno modo dicitur simpliciter, & est cui nihil deest. Secundo modo dicitur id perfectum, quando habet quod spectat ad perfectionem suæ naturæ, vel suæ speciei.

Notan. 3. ¶ Tertiò aduertendum, intentionem esse Aristot. in lib. de cœlo tractare de toto vniuerso corporeo, & de partibus eius principalibus, inter quæ corpora cœlestia, & elementa primas obtinent partes: ob id ex professo de corporibus cœlestibus agit, & de elementis. Et tractat statim in principio de magnitudine, & corpore, a quo sunt perfectę tres dimensiones, scilicet, latitudo, lõgitudo, & profunditas, vnde & dicit: Deus numero impari gaudet: quia ternarium numerum olim antiqui solebant adhibere in suorum deorum cultu: quia ignem, thus, & orationem. Nunc respondemus per conclusiones, quarum prima.

Vniuersum, capiendo pro omnibus quæ habent esse, siue à se, siue ab alio, non solũ perfectum, sed perfectissimum est. Patet. Illud est perfectissimum, quod in se includit summam perfectionem, & in quo nulla potest esse imperfectio: sed in vniuerso (si Deus includatur) est ipse Deus, qui est summa perfectio, in quo nulla potest esse imperfectio: ergo vniuersum perfectissimum est.

1. Conclus. Ratio.

¶ Secunda conclusio. Capiendo vniuersum pro rebus quę habent esse ab alio, siue corruptibilia, siue incorruptibilia sint, non est perfectum simpliciter, quod nulla desit perfectio: quia multi gradus sunt in ipsis rebus imperfecti quibus deest aliqua perfectio simpliciter, vt constat.

2. Conclus. 1. Ratio.

¶ Secundò. Illud non potest dici simpliciter perfectum, cui potest fieri aliqua additio ad perfectionem spectans: sed vniuerso potest fieri aliqua additio: quia Deus potest omnes res quæ nunc sunt meliores facere, quàm fecit: & potest facere alia de nouo, quæ non fecit, neque faciet: & contrarium fuit hæresis. Ioan. Vuiclef, damnata in cõcilio Cõstantinẽsi. Quem errorem prius habuit Petrus Abailardꝰ. Cõtra quẽ B. Bern. & Hugo. de sancto Victo. Et cõtra Vuiclef. Vuald. Ex proposito authoritates ex scriptura quæ errorem conuincunt non citantur, ne fiat magna digressio. Si ergo perfectio, mundo, vel vniuerso tribuidebet, loquentes vt philosophi: fic tribuamus, vt potentiam diuinam quam philosophus in lumine naturali: probat infinitam, exhaustã non dicamus, sed quibuscunq; datis, & alia de nouo, & ipsa data, perfectiora possunt esse: quia infinita eius est virtus, & diuinitas: quãuis Marsil. & Augu. Nimphus dicãt Arist. non dedisse primæ causæ virtutẽ infinitã intẽsiue, sed solũ extensiue, vt dicemꝰ.

2. Ratio.

Bernardus. epist. 190. Hugo. li. 1. de sacra. p. 2. ca. vlti. Vual. in suo doct. fi. li. 1. ar. 1. a. c. 10 usq; ad. 19. Arist. 8. phy sico. Arimi. i. pri. d. 42. Durã. ibidẽ Marsil. Nimphus.

¶ Tertia conclusio. Mundus vnus existens perfectus est: ita quod in suo genere nihil quod ad perfectionem eius spectat, deest. In hac conclusione volo dicere primò, vnum esse mundum. Patet. Vbi sunt plura, & diuersa in perfectione, dicentur esse vnũ, si sint inter se bene ordinata, & ad vnum bene sint disposita: sed rerum creatarũ vniuersitas est huiusmodi: nam cum sint tã diuersa, vt etiam intellectus angelicus nõ valeat enumerare, ordinatissimè sunt disposita, & ad inuicem conueniunt, non casu, vel fortuna: aliàs, non haberent diuinam sapiẽtiam disponentem, prouidentẽ, & gubernãtem.

3. Conclu. Ratio. p. p.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sapien.3. tem. Etsi non essent sapientia & intellectu disposita, sed temerè coaceruata, & congregata, non potuissent t[illegible] permanere: cum ergo rerum ordo in mund[illegible] progrediatur, & duret, necessarium est dicere vnitatem in eo esse. Vnitas etiam attenditur penes ad vnũ recursum: sed habet mũdus, vt cùm omnia adinuicẽ sint bene disposita adipsum Deum omnia dicant ordinem, tãquàm ad efficientem, & finem: quia omnia
Psalm.118. propter semetipsum fecit Deus: & ordinatione su aperseuerat dies, quoniam omnia seruiunt Deo. Vnum ergo esse mundum, & non plures ratio naturalis probat. Vbi enim ordo vnus rerum adinuicem est, & or[illegible] vnus ad vnum gubernatorem, & non ad plures erit. Dicimus vnam ciuitatem: vnam prouinciam: vnum collegium, ex hac duplici ratione: quia vnitatem inter se, & vnitatem ad vnum caput seruant.

¶ Et non solum ratione na[illegible]rali probatur, quòd vnus sit mundus, sed etiam altiori lumine tenetur.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars, quod nihil desit quo ad perfectionem, patet: quia nihil videtur addendum perfectionis: Vidit enim Deus cũ
Genes. 1. cta quæ fecerat, & erant valde bona.

4. Conclus. ¶ Quarta conclusio. Sicut videtur esse error in fide, asserere non posse esse plures mundos, sic est aberrare in fide, dicere plu-
Ratio. p. p. res mundos nunc esse. Probatur prima pars: quia cum Dei virtus sit infinita, vt fides docet catholica in symbolo dicens: Immensus pater: immensus filius, &c. Et de summa trinitate, & fide cathol. capitul. Firmiter. & Baruc. 3. & Psalm. 144. Magnitudinis eius non est finis: sequitur quòd propter creationem huiusmodi, virtus eius nõ est exhausta: aliàs finita probaretur, si creatis istis visibilibus, non posset alium mundum, scilicet, alios cœlos, & alia elementa creare. In fide ergo erraret: imò quia physicam tradimus speculationem, physicè loquentes probatur eius infinita virtus ratione naturali, quicquid dicat Augustinu
Cõtra Nimphum. Nimphus, etiam si egregius philosophu aliàs, in suo de infinitate primi motoris. Ait enim, quod licèt non posit ratione naturali probari primi motoris infinitas, potest persuaderi. Nos dicimus, non solùm probari ratione naturali, & demonstrari, sed iam probatum, & demonstratum esse: vt diximus in. 8. physicorum: quod Sanctus Tho
S. Th. 1. cõ- mas multis rationibus probat. Neque o-

ous est ad probandam infinitatem primæ tra. gen. capit. 44.
usæ demonstrationes adducere: sicut ad probandum omnem triangulum habere Aristot. 8. Physi. t. 89.
tres angulos æquales duobus rectis: sed sufficiat (vt Aristotel. docet) vt iuxta m[illegible]riã Aristot. 1. Ethicq. c. 3.
rationes adducantur, quæ non proteruiẽtem conuincunt. Et quod tales rationes cõ Arimi. in. 1. dist. 42.
uincant in lumine naturali, asserit Gregor. Arimi. qui fuit egregius Philosop. Idem as- Duran. ibi.
serit Durand. Ex quo patet De[illegible] posse plures mundos facere.

¶ Secunda pars, quòd sit aberra[illegible]dicere Ratio. 2. p.
plures esse mundos in naturali lumine loquentes, pate[illegible] tertia conclusione. Sed D. August.
quod in fide, probare vi[illegible]tur egregius Au- in suo de hæresi. cap. 77.
gusti[illegible] & Isidorus, & adduci[illegible] 24. quæ Isido. 6. Etymo. cap. 5.
istio. 3. capit. Quidam. Id etiam constare apparet ex dicto Christi Ma[illegible] vltim. Ite docete om[illegible] gentes. Illi vero profe[illegible]pre dicauerunt vbiquè, &c. sed Apostoli no Actuũ. 17.
in alio mun[illegible], nisi in isto prædicauerunt. Item: quia ad Roma. 5. dicitur. Sicut per vnum hominem peccatum introiuit in [illegible]bem terrarum, &c. á quo omnes qui i[illegible] hoc mundo sunt, trahunt originem.

Item. Si alius esset mundus, vel alius, quia 2. Ratio.
ab alio Deo: vel alius, quia aliam haberet fidem alterius Dei: vel alius, quia alium haberet in spiritualibus Christi vicar[illegible]m: vel alius, quia alia haberet sacramenta: ed d[illegible] alium in aliquo istorum est contra fidem. Quòd si non haberet alium Deum, neque alium cultum, tam vnus esset mundus, & non plures. Facit ad hoc quod Christus redemptor noster dixit de Magdalena: Vbi Matth. 26.
c[illegible]nque fuerit prædicatum Euangelium in vniuerso mundo. &c. quod [illegible] de multis mundis.

¶ Verum est tamen, si quis esset procer[illegible]uus, quòd exponere posset quæ a[illegible]cun[illegible]tur pro vnitate: vt non videantur c[illegible]incere, maximè quod de Ap[illegible]tolorum prædicatione, quæ sicut tunc non fuit co[illegible]mple[illegible]ta in nouo orbe &c[illegible]letur conti[illegible]ue: sic et[illegible]n de al[illegible]nundo posset quis dicere. Et quod ab Augustin. & Isidoro in hæresum catalogo pona[illegible]ic error, haud dubiè nõ conuincit, neque propterea à nobis posita est co[illegible]clusio, cum multa ibi adducantur non, vt hæreses (quæ & in veritate non [illegible]) licèt [illegible]t aliàs falsa, vel erronea, vt poterit diligens lector attendere: t[illegible]en si hæresis non est, dicere plures mundos, est tam proximum, vt nihil distare videatur: quia Non omnia quæ in libr. de hæres. ab Augu. sunt hæreses.

mul-

multa excogitari possent contra fidem se qui expositione alterius mundi.

* ¶ * Si quis nobis obiciat contra quartam conclusionem, esse mundum alium, nõ quidem d[illegible] nouo à Deo creatum: sed modo de nouo inuentũ: vbi hæc primo dictata sunt in noua Hispania: nam ab anno Domini 1492. ad annũ istum, ab Hispanis, tãtus orbis est de nouo inuẽtus: vt superare videa[illegible]ur anti[illegible]um, de quo antiquis mentio facta est. Et i[illegible] non superat, æquat tamen: & adhuc p[illegible] singulos dies de nouo, aliqua habitatorious frequentissima loca tam incõtinẽte quàm in insulis inue[illegible]itur: quòd in frà exploratissim[illegible]rit, vbi de scriptio erit totius nou[illegible]bis per maritima loc[illegible] austrum & Aquilonem.

Ad argum. ¶ Ad prim[illegible] ispatet solutio ex dictis.
Ad secundũ B. August. ¶ Ad secun[illegible], imò in hoc co[illegible]stit perfectio vniuersi: nam quòd Deus res quas cõdidit sic administret, vt secu[illegible]ium conditionem earum sinat agere, magnificat ipsu[illegible] Deum. Contingitque raro defectus, & mo[illegible]strum: sed hoc est, quia causæ secundæ sunt deficientes, & defectus erit in effectu: & relucet perfectio ex huiusmo
S. Th. p. p. q. 19. ar. 9. di defectu. Quòd mala culpæ sint Deo permittẽte, etiam agit ad decorem ob gradum [illegible]ersitatem. Et quia homo liberi [illegible]ri[illegible], seruatur eius conditio, & natu
Ecclesi. 15. ra in hoc quòd Deus non cogit ad bonum, sed ante ipsum posuit aquam, & ignem, vitam & mortem, vt ad quod voluerit, manum porrigat.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium. Dicendum quòd vniuersum pro fine habet Deum, licèt omnia qu[illegible] sun[illegible] à h[illegible]minem, ad ipsum homine[illegible] ord[illegible]entur, [illegible] imperfecta ad perfecta [illegible]manantur. Et dato in ipso homine sint [illegible] non ob id pulchritudo, & perfectio [illegible]tur vniuersi, sed potius apparet in tali variatione: [illegible]quia ex imperfectione aliquarum rerum intelligitur aliarum perfe-
Aristote. ctio. C[illegible]pposita eni[illegible]mixta se posita magis elucescunt.

¶ SPECVLATIO. II.

Vtrùm cœlum sit ponendũ corpus simplex, an cor[illegible]po[illegible]um ex materia, & forma.

PRobatur q nõ sit compositum ex materia, & forma. Omne com- 1. Argumẽ.
positum ex materia, & forma, corruptibile est: sed cœlum non est corruptibile: ergo non est compositum ex materia, & forma. Cõsequentia est bona, & antecedens est verũ: ergo & consequens.

¶ Secundò. Cõmenta. affirmat cœlum esse 2. Argumẽ.
corpus simplex, absq; cõpositione ex ma- Cõment. in suo de substant. orbis. & hic, & 7. Meta.
teria, & forma: quia si materiã ha[illegible]et: ergo potest recipere aliam formã: & c[illegible] nõ possintesse duæ formæ substãtiales simul, necessariò abijceret priorem, & sequeretur corruptio.

¶ Vltimò. In cœlo non est forma: ergo cœ 3
lum non est compositum ex materia, & forma. Patet. Si haberet formam, cùm omne quod habet formam, moueatur ab ea, cœlum posset moueri ab intrinsece: sed nõ mouetur: quia aliàs non deberent poni intelligentiæ motrices cœlorum.

¶ In contrarium est, quòd si non sit com- In contra.
positio in cœlo ex materia, & forma, totum esset forma, & actus: at quod est tale, intellectiuum est: sicq; cœlum esset intellectualis naturæ.

¶ Notandum quòd omnes tam philoso- Notand. 1.
phi quàm Theologi elementa quatuor vocant corpora simplicia: nõ quidem simplicia, quia non habeant compositionem ex materia, & forma: sed simplicia ad differen rentiam mixtorum, quæ sunt composita ex ipsis. 4. elementis, vt diximus: & etiam In libr. de gener. & corruptio.
quia solùm sibi quodlibet elementorum duas vendicat qualitates, & non. 2. cum tamen in quolibet mixto oportet intelligere. 4. qualitates, vel contemperamentum debitum earum. In proposito ergo speculamur vtrùm cœlum, si ponitur corpus simplex, ponatur ad modum quo elementa, quæ cum sint simplicia, quia non sunt vt mixta, sint tamen ex materia, & forma composita, vel si est corpus simplex, non ad modum quo elementa, sed ad modum quo substãtiæ separatæ dicuntur simplices, id est, non habẽtes compositionem ex materia, & forma, licèt aliam habeant compositionem.

¶ In hoc sensu intelligendo fuit opinio Cõ Opin. Comment. 1.
mentator. in locis citatis singularis, qui tenet, cœlũ esse corpus simplex, quòd nulla

Universidad de Deusto Biblioteca

in eo fit compositio ex materia & forma: quia (putat ipse) si esset cōpositio talis esset corruptibile: sicut sunt omnia, quæ sunt composita. Hanc etiam Commentatoris opinionem sequitur doctor subt. qui ait, Loquendo ad mentem Aristot. in cœlo nō est compositio ex materia, & forma, quia 9. Meta. dicit, quòd potētia passiua est potentia contradictionis, & si cœlū esset cōpositum ex materia, posset habere aliā formam, & posset corrumpi. Eandem opinio. sequuntur Durand. Marsil. & Gabri.

Scot. in. 2. dist. 14. q. 1

Durand. 2. d. 12. q. 1. Marsil. 2. q. 8. & Gabr. d. 2. q. 2.

¶ Et est notandum, q̄ in ista speculatione vna alia ..uoluitur, quā oportet simul tractare: vtrum eadē sit materia omniū istorū inferiorū corruptibiliū & incorruptibiliū: vt est cœlorū. De quo etiā cōtrouersia est inter Theologos, & Philosophos. Et quidā non volentes ponere eandem materiam cū istis corruptibilibus, declinauerūt in aliud extremum, vt dicerent non habere cœlum materiam. Quòd si concederent, statim sequebatur quod esset cœlum corruptibile, vt dictum est.

¶ Sanct. Thom. concedit materiam in cœlis, vt videbimus: sed negat esse eiusdem speciei cum ista: eò quintam essentiam vacat cœlum. Eum sequitur schola Thomistarum. Idem tenet Albertus Magnus, & Petrus de Taranta: & Alexand. Halen. Ad dissoluendam specul. sit prima conclusio.

D. Th. p. p. q. 66. ar. 2.

Albertus. Taranta. Halen.

1. Cōclusio

¶ Cœlum est corpus simplex aliud à. 4. elementis, compositum tamen ex materia, & forma substantiali. Probatur. Omnia corpora quotquot in mūdo sunt, ex materia, & forma sunt cōposita: ergo & cœlū: quia non est potior ratio de vno quàm de alio.

Ratio. 1. p.

Ratio. 2.

¶ Præterea. Omnis res naturalis cōstat ex naturis: at cœlum est res naturalis: quòd si negas, ergo est supernaturalis, quod est falsum: quia miraculose cœlum esset.

Ratio. 3.

¶ Vltimo. Omne ens actu, vel totum est actus, & forma, vel habet formam, vt actū: sed cœlum est ens actu, vt cōstat: ergo vel totum est actus, & forma, vel habet formā: non totum est actus, & forma: quia cū omne tale sit intellectuale: vt sunt substantiæ separatæ, cœlum esset intellectualis substātiæ: ergo est ens actu formam habens: sed quod habet formam, habet & materiam, in qua recipitur talis forma: ergo est compositum ex materia, & forma.

Ratio. 1. p.

¶ Quod sit corpus simplex claret: quia illud dicitur corpus simplex, quod non cōponitur ex elementis, & non sibi vendicat quatuor qualitates primas tangibiles: sed cœlum est huiusmodi: nam non componitur ex elementis: quia nūquam generatur, neq; corrumpitur: sed sicut à Deo primo fuit creatum, manet. Et quòd sit aliud ab ipsis. 4. elementis, compertissimum est, cū omnia mixta fiant ex ipsis elementis, & ad inuicem vnum in aliud transeat, & corrūpantur, & generentur secundum partem, quòd tamen cœlo non conuenit.

Ad. 4.

¶ Istam conclusionē tenent S. Th. Themistius, & Theophrastus.

D. Thom. vbi suprà.

¶ Conclusio secunda. Cœlum est habens esse formale à sua forma, & non solùm est subiectum motorum potentia ad vbi. Hæc conclusio est contra Ioan. de Gāduno, qui ponit sub istis verbis suam conclusionem. Videtur dicendum secundùm Aristot. & Comment. quòd cœlum (vt ipsa quinta est essentia) circumscripto motore, non componitur ex materia, & forma, sed est corpus simplex actu existens, subiectum suo motori, vel motoribus. Itaq; non est potentia ad esse, neq; habet esse formaliter à motore, vel ab alia forma, sed solùm est in eo potentia ad vbi. Hæc ille. Contra eum sit nostra conclusio, quæ licet virtute sit contenta in prima, ad maiorem tamen declarationem volui eam ponere. Est ergo ratio. Cœlum est corpus: ergo habet esse: ergo vel esse formæ, vel esse materiæ: non est dabile medium: quia nullū creatum est, quod nō habeat esse vel formę, vel materiæ: sed non habet esse formæ (vt ipse dicit) ergo debet esse materiæ: si habet esse materię: ergo vel habet aliquam formam, vel nō si habet: sequitur esse compositum ex materia, & forma: si nō habet, sequitur quòd materia est sine forma, sine miraculo, quod oēs negāt.

1. Cōclusio

Cōtra Gānduū. li. de subst. orbi. q. 1.

Ratio ad conclusio.

¶ Dicit secundò, quòd habet potentiam ad vbi & nō habet ad esse. Non intelligo hoc. Vel non habet potentiā ad esse: quia illud habet, & sic iam opo.. quærere v. priùs, à quo habet illud esse: nam cum nō sit à se, oportet sit esse receptum in aliquo, & per aliquid participatum, quod habet rationem formæ.

¶ Itē. Si ad vbi, in potentia est, quæro quid est hoc quod in potentia ad vbi? nōne fundamentum? Nam ad vbi, nullum non subsistēs in potētia est. Quod si subsistit in aliquo subsistens ēst: & sic per formam. Quapropter hæc imaginatio relinquenda est. Neq; possum mihi

sum mihi persuadere Arist. somniasse quęci imponunt Commentator. Ioannes de Gand. & alij.

¶ Tertia conclusio. Quanuis probabilitatē habeat opinio quæ tenet non esse vnā materiam cœlorum, & istorum corruptibiliū, sed illam ab ista distinctam, mihi probabilior est sententia quæ tenet vnam esse materiam cœlorum, & istorum inferiorum.

3. Cōclusio

¶ Prima pars est, quòd habeat probabilitatem opinio, quæ est Thomistarum, Alberti, Taranta & Alexan. Halen. Quorum ratio potissima est: quia materia istorum inferiorum est in potentia ad aliam, & aliam formam suscipiendam, & sunt generationes, & corruptiones: sed cœlorum materia non est in potentia ad aliam, nisi solùm ad illam formam. Quod dicunt esse alterius rationis. Fateor ergo habere probabilitatē. Alia tamen opin. mihi apparet nunc probabilior, quam tenet Abulen. & B. Bona. in. 2. dist. 12. & Ocam in. 2. q. 22. De Argentina, & Ægidius. Probo. Tota ratio quare opinio contraria habeat probabilitatē est, eo quòd in cœlo nō est corruptio: sed hæc ratio non conuincit: nam ratio corruptionis non solùm à materia est, sed causatur à contrario agente ad expellendum contrarium. Et fit etiam ratione formæ, quæ nō videtur satiare potentiam materiæ. Etiam est propter dispositiones quas requirit in subiecto, quæ non sunt tam validæ, vel tā fixæ ad permanendum. Hinc videmus in istis inferioribus, q̄ aliquæ formæ magis in subiecto durant, & manēt absq; corruptione, vel quia non habent contrariū, vel quia non habent contrarios est. Si ergo forma cœli talis conditionis est ab eo creata, quòd actuet potentialitatem materiæ, & requirat dispositiones tales, quæ à nullo cōtrario possent expelli, quid opus est ponere aliam materiam, & illi tribuere causam incorruptibilitatis, cum hoc potiùs pendeat à forma tali? Nam secūdum diuersitatem formarum est periodus certa durationis cuiuslibet: non ergo à materia prouenit: ob quod videtur probabilius q̄ vna materia omniū. Et cum hoc alternatio generationū, & corruptionum in istis inferioribus inuenitur frequentior, vel rarior, secundùm conditionem formæ, & contrarij, & dispositionis in materia, & non ratione materiæ. In cœlo tamen est incorruptibilitas, etiam si eadem esset materia: quia sicut forma in inferioribus facit diuturnum ad tempus manus, vel minus: sic forma illa cœli conueniens illi corpori cœlesti talis naturæ ab ipso Deo creata: vt satiata sit omnis potentialitas eius, & non fiat ibi alteratio, neque corruptio. Et posito sit vna materia omnium, dantur tamen in ipsa materia diuersi gradus essentiales, secundùm diuersitatem dispositionum ad diuersas formas habentes diuersos gradus perfectionis: q̄d latè probat Ægidius. quolibet. 5. quæstione. 8.

Ratio. p. p. S. Th. p. p. q. 66. art. 2.

Abul. super 1. c. gen. fo. 27. cœlo. 3 & 4.

B. Bona. Ocam. Ægidius. Argenti.

Corruptio à forma.

Ægidius in quolibet. Contra Auicembron.

¶ Nolo tamen ponere vnam materiam cœlorum & inferiorum, vt posuit Auicembron, propter formam vnam corporalem, quàm tribuebat omnibus corporibus: quia hanc corporeitatis formam non probamus, sed reprobamus, vt non semel, atque iterum diximus: sed ponimus vnam, ac si esset massa quædam, vel cera, ex qua omnia sunt constituta. Itaque quòd quædam sint diuturniora alijs, sint coruptibilia, vel incorruptibilia, à formis, vel à dispositionibus, vel à contrarijs euenit. Et quidem si Platonis haberemus imaginationem, quòd cœlum sit natura corruptibile, & solùm diuina voluntate sit incorruptibile, & non naturaliter, magis cōstans esset hæc nostra opinio, vt vna intelligatur materia omnium. Et ante Aristot. tenuerunt omnes vnam esse materiam omnium.

Opi. Plato. Vna materia omniū. Ad argam.

¶ * Cùm Platone conuenire circa cœli corpus putat Plotinus in libro de cœlo: Plutarchus etiam & Simplicius & Proclus, cùm Aristot. Cœlum quintam essentiam dicat, siue mundum quintum, ab hoc inferiori diuersum, ipsumque constare forma præstantissima & æterna, sed dissensus est, quia Aristot. neque eiusdem materiæ, neque qualitatum quibus constant cætera cœlum putat: at Plato eandem materiam omnium & qualitates ponit, sed tamen maiori perfectione coëuntes: & stabilitas ob id, quòd illa forma perficit materiam, vt aliam non appetat.

¶ Ad primum. Dicimus cœlum esse corpus simplex: tamen compositum ex materia, & forma: & negamus esse corruptibile: quia ratio corruptionis non solùm ex tali venit compositione, sed quia forma non actuat, & implet omnem potentialitatem quā habet. Si ergo cœli forma virtute Dei creata est talis, qualis competeret corpori, quod

Universidad de Deusto Biblioteca

ri,quod deberet perpetuò durare, erit incorruptibile:quia non erit appetitus naturalis ad aliam formam.Erit etiam corruptibilitas ex dispositionibus, & à cōtrario, quæ non sunt in cœlo:vnde data eius compositione ex materia,& forma,non sequitur necessariò esse corruptibile: quia non sunt talia cōtraria,quę in istis inferioribus inueniuntur: ob id hic omnia corruptioni subiecta sunt,& non ibi.

Ad secūdū. ¶Ad secūdùm iam responsum est,Cōmētatorem valde aberrasse in sua imaginatione,neq; credimus fuisse mentem Aristot. Et dato Aristo.videatur ponere aliam esse materiam cœlorum, & istorum inferiorū: vt doctor S.deducit:tamen non negat cœlum esse compositū ex materia,& forma. Ob quod qui probant in hac parte Commentatorem,videntur decepti,& etiā cōtra Aristo. loquuti. Neq; est necessarium ad saluandam cœlorum incorruptibilitatē ad has deuenire angustias,vt negemus cōtra rationem naturalem, in cœlo non esse compositionem ex materia & forma.

Ad tertiū. ¶Ad tertiū.Negamus in cœlo non esse formā:imò est. Et si inferas:ergo mouebitur per suam formam,non est necessarium cōcedere in inanimatis: nam grauia, & leuia cùm mouentur,non à forma,sed à generāte mouentur,vt dictum est suprà. Et cœlo competit motus,sed non mouetur à se: nā qui diceret cœlum moueri à se, necessariò deberet dicere cœlum esse animal,vt suprà diximus.Et sic Aristo.ait,q̄ mouere se ipsa proprie animalium sit:sic intelligit S.Tho. Quapropter non sequitur,q̄ si formā habeat,q̄ moueatur à se, sed mouetur ab intelligentia motrice secundùm diuinā prouidentiam.

Suprà. 8. Physic.
Arist.8.physic.tex.29.
S.Tho.p.p. q.32.ar.4.

¶SPECVLATIO. III. Vtrùm vnius corporis simplicis sit tantùm vnus simplex motus.

1. Argum.

Idetur quòd non. Patet.Cœlum est corp? simplex, vt probatū est in præcedenti speculatio. tamen nō cōpetit ei vnus motus simplex naturalis. Patet.Quod mouetur,naturaliter mouetur à se:sed cœlum non mouetur à se;sed ab intelligentia motrice,vt dicimus in fine præcedentis speculationis.

¶Præterea. Ignis est corpus simplex: tamen non cōpetit ei solus vnus motus:quia mouetur ad centrum motu recto:& mouetur circulariter:vt notum est,& isti sunt diuersi motus:ergo nō cuilibet corpori correspondet vnus motus.

¶Tertiò. Mixta mouentur ad motum prædominantis elemēti:sed datur corpus mixtum,cui respondent duo motus naturales: ergo & ipsi corpori simplici potest contingere.Patet de ferro quod descendit,& ascēdit à magnete,& vt quę motus est naturalis.

¶Vltimò.Aqua est corp simplex,& ascēdit:vt in lanno posito in aqua in vase:& ad vitandum vacuum: ergo non solùm vnus motus competit cuilibet corpori.

¶In cōtrariū est Aristot.in isto primo lib. In contra.

¶Hęc est principalis speculatio huius libri de cœlo,quam ex proposito tractat Arist. Notand. 1.
Et oportet considerare,quòd corpus simplex vocabitur in præsentiarum,quòd habet principium alicuius motus naturalis in se ipso,secūdùm naturam propriam: sicut ignis est corp? simplex, & habet in se principium motus naturalis, ascendere. Terra est corpus simplex,& habet in se principiū sui motus.s.descendere: sed corpus mixtū est quod nō habet in se principium, sed ad motum prædominantis elementi in eo.

¶Secundò notandum, cùm dicat Aristot. quòd omne corpus physicū est mobile secūdùm locum,ponit motus localis diuisionem,dicens q̄ omnis motus localis aut est rectus,aut circularis, aut ex his mixtus. Notand.2.
Rectus,& circularis dicūtur motus simplices. Et motus rectus vel est ad medium & hic est grauium: vel est à medio, qui est leuiū: vel est circularis,circa medium. Ad mediū dicitur,quia ad terram,seu centrum terræ tendunt grauia omnia naturaliter,quæ terra in medio mundi dicitur esse situata.Et à medio leuia ascendunt ad locum supremū, qui lunæ concauum est. Circularis autem motus circa medium dicitur, quia circa ipsam terram fit circuendo eam:vt cognitum in motibus cœlorum.

¶Tertiò considerandum,quòd motui qui est à medio, qualis est leuiū,motus qui ad medium qui est grauium,contrarius est:vt suprà Notand. 2.

medium qui est grauium,contrarius est:vt suprà diximus: sed motui circulari nullus motus rectus dicitur esse contrarius, neq; ille qui à medio, neq; ille qui ad mediū. Et iste circularis est motus continuus,& regularissimus,& vocatur naturalis ei,nō quia à forma substantiali:sed quia sic habet natura eius ex diuina dispositione.His adnotatis sit prima conclusio.

1.Cōclusio. ¶Cuilibet corpori simplici solùm competit vnus motus simplex primò,naturalis secūdùm naturam propriam.Hæc est Arist.

Ratio. Probatur.Si sunt duo motus simplices,vel sunt eiusdem speciei,vel non sunt eiusdē speciei,non plures,sed vnus motus censendus est:si diuersæ speciei, non possunt cōpetere ei æquè primò:quia cùm motus naturalis competat ei ratione suæ naturæ, & & quilibet res habeat suam determinatā naturam,& determinatam speciem,nō potest esse q̄ tales duo motus simplices differentes specie conueniant ei æquè primò: quia si leue,ascendit: si graue, descēdit.Neque æquè primò potest competere ascendere,& descendere.

2.Conclus. ¶Secunda conclusio.Corpori simplici possunt competere duo motus etiam naturales simplices diuersi,& contrarij,si vnus secundùm naturam particularem,& alius secundùm vniuersalem sit. Patet de graue

Ratio. ascendente ad vitandum vacuum. Aqua enim est corpus simplex,& naturaliter cōpetit ei motus simplex: quia descendit secundùm naturam particularem, & competit ei alius motus simplex,& cōtrarius, scilicet ascensus ob vacuum vitādum.Et hi motus sunt naturales:sicut & primus. Non quidem secundùm naturam particularem, quantum grave est,sed secundum naturam vniuersalem,inquantum pars naturaliter se exponit pro bono totius:sicut manus se exponit pro bono capitis,& vir politicus in lumine naturali pro bono totius reipublicæ.Et fortasis ex inclinatione naturali est hoc quod spectat ad commune bonum,quàm id quod ad particulare, cum bonum quanto communius,tanto diuinius:vt ait Aristo.

Aristote. 1. Ethic.c.2.

3.Cōclusio ¶Tertia cōclusio.Vni corpori simplici diuersi motus simplices, quorum vnus non naturalis,vel vterq;,non æquè primò, possunt competere.Patet.Aqua potest mouere naturaliter deorsū,& violēter sursum:cōpetunt ergo aquæ duo motus simplices

Ratio. p.p.

sed vn? est naturalis,aliusverò est violētus.

¶Secūda pars,quòd duo motus naturales etiam possunt competere,si non sint æquè primò.Patet.Igni competit etiam circulariter moueri ad motum concaui lunæ,& iste qui est circularis, non est ei violentus: quia neque est contra naturam,neq; secundum naturam propriā,sed tamen est secūdùm naturam superioris mouentis, sed nō æquè primò conuenit vterq; motus.Etiam luna mouetur motu simplici,&naturali ab Occidente in Orientem, & mouetur motu alio simplici:imò & contrario secūdùm partes: quia Orientis pars opponitur illi quæ est in Occidente,ab Oriente in Occidentem ad motum primi mobilis in quolibet die perficiens circulationem, cùm tamen alio motu simplici per.28.ferè dies moueatur,&vnam compleat circulationē. Et hic motus,qui ad motum primi mobilis est,non est dicendus violentus:quia nullum violentum est perpetuum:neq; debet dici indifferens, sicut aliqui putant. Et idē de motu circulari ignis,sed est naturalis hic vt primus:tamen non æquè primò conueniunt isti duo tam diuersi motus:quia primò cōuenit ei motus qui ab Occidente in Orientem,&secundò conuenit ei,quanuis naturaliter,motus qui ab,Oriente in Occidentem. Ratio. 2.p. Aristo.

¶Quarta conclusio.Motus simplices non æquè primò,non solùm duo possunt competere vni corpori simplici,sed plures. Patet.In firmamento est motus ab Occidente in Orientem ei naturalis,& motus diurnus ad motū primi mobilis,qui est ab Oriēte in Occidentem. Est & alius motus qui trepidationis dicitur, qui neq; ab Oriente in Occidentē,neq; ab Occidente in Orientem:ergo nō solùm duo,sed plures possunt competere vni corpori simplici, tamen nō æquè primò. 4.Cōclusio Prior ratio

¶Item.In sole,& luna,& alijs planetis vltra motum diurnum,& motum qui ab Occidente in Oriētem,mouetur planeta in suo eccentrico,mouet in suo epiciclo:qui sunt motus diuersi:imò mouetur,vt dicatur planeta aliquando retrogradus,interdum stationarius,vel direct?, & planeta est corpus simplex,& cœlum in quo planeta,est corpus simplex: ergo possunt plures motus simplices competere vni, verùm non æquè primò: quia vnus prius, alius posterius:vel vnus ratione totius: alius ratione Posterior ratio.

partis

Universidad de Deusto Biblioteca

partis de quibus infrà hæc omnia in astrologia probantur.

✱ ¶✱Hic cauendus error eiusdem Procopij Gazei vetusti authoris qui exponens illa verba Gene.7.catharactę cœli aperti sunt affirmat:perperam sentiunt illi qui cœlum fingunt sphericum, & mobile: nam cœlum consistit immobile, & viâ est astrorum in ipso de currētium,&c.& quia de centricis, & epiciclis hic incidit sermo alibi ex proposito tractabitur inferius.

Conclusi. ¶Quinta conclusio. Non est necessarium quòd cuilibet corpori simplici competat vnus motus simplex actu, sed sufficit secūdùm aptitudinem. Patet. Terra est corpus simplex, cùm sit vnum ex.4.elementis: tamen nullus actu motus ei competit: quia immobilis perseuerat in medio mundi: nā cùm graueſit,ad quem locum moueretur, nisi ad seipsam, quæ in centro posita est? Quapropter sufficit secundùm aptitudinē sit:quia si terra esset vltra suam naturalem dispositionem, extra locum suum moueretur ad locum,vbi nunc immobilis perseuerat.Et eodem,modo alia corpora simplicia,qualia sunt elementa,si sint in suo loco naturali non mouerentur: tamen non est qui neget eis competere motum simplicē naturalem:quia secūdùm aptitudinem sufficit conueniat.

Rat'.

Cōclusio.6. ¶Sexta cōclusio. Corpori mixto possunt competere plures motus simplices æquè primò.Probatur. Corpori mixto cōpetit motus naturaliter secundùm rationē prædominantis elementi: si ergo detur mixtum corpus,in quo sint duo gradus grauitatis,& duo leuitatis, æquè primò conuenient ei ascendere,& descēdere: vt lignum descendit in aëre positum, & ascendit in aqua proiectum ob leuitatem. Et si daretur mixtum,quod haberet vnum gradum leuitatis ignis per totum,& alium grauitatis aquæ per totum,& aliū leuitatis aëris per totū,& alium grauitatis terræ per totū, multa notanda videretur in tali mixto ratione motus:quanuis dari posse neget Albertus Magnus,& Amadeus in isto primo quæst.1.Dixi per totum:quia si in vna parte mixti poneretur grauitas,& in alia leuitas,iam non competeret motus alius, & alius secūdùm totum, sed secundùm aliā,& aliā partē:& vnius partis natura posset impedire aliam à motu.Quapropter optimè à Deo omnia ordinata sunt in suis proprijs naturis in pondere, numero, & mensura:vt quælibet res habeat, etiam suum motum deputatum iuxta naturam elemēti prædominantis.

Ratio.

Albertus Amadeus.

¶Septima conclusio. Cùm solùm sint tres motus,qui simplices dicuntur solùm duo possunt competere naturaliter mixto ratione elementi prædominantis. Hic volo dicere, quòd cum solùm tres sint motus simplices,scilicet, à medio, ad medium, & circularis: & duo primi cōpetant elementis, quæ sunt corpora simplicia, & tertius cœlo,quòd est etiam simplex, mixtis nō competit naturaliter motus circularis, sed vel erit à medio, vel ad medium. Ratio est: quia mixtis competit motus ratione illorum ex quibus componitur mixtum: & quia nullum mixtum ex cœlo componitur, sed tantum ex elementis, sequitur in motu naturam ipsorum elementorum: & si elementum graue dominatur,competet ei motus ad medium: & si leue, à medio. Alius simplex qui circularis est, non conuenit alicui mixto. Cœlum enim neque leue, neque graue est: vt docet Aristotel. quia si leue, ascenderet,& si graue,descenderet: sed quia neque est graue neque leue, secundùm naturam poterit ei competere motus ille circularis, qui circa medium est. Cæterum nullum aliud est corpus siue simplex,siue mixtum, quod non sit graue,vel leue: & necessariò naturaliter competet ei motus vel à medio, vel ad medium.

7.Cōclusio

Ratio.

Aristote.1. Cœli.t.17. &Vltrà.

¶Et quòd cœlum non sit graue,neque leue probatur: quia grauitas, & leuitas sunt qualitates secundæ causatæ à primis, scilicet,à caliditate, frigiditate,&c.& cùm non habeat cœlum primas illas qualitates, neque habet illa quæ ad ipsas conseguuntur. Et quia nullum est aliud corpus in quo non sint tales primæ, vel omnes: vt in mixtis, vel saltim duæ: vt in elementis, nullum est corpus,quod non sit graue vel leue.

¶✱Et Aristo. cum dicat cœlum non esse graue,neque leue:dicit etiam moueri sine labore: vbi excludit tres opi.Prima Homeri qui finxit gigantē Athlātem humeris sustinentem cœlum: nam cum sine labore moueatur,& neque graue neque leue non indiget substentatione ne cadat: Exclusit etiam opinio.Empedoclis, qui ideo dixit cœlum non cadere, quia scilicet, velocissime

cissimē mouetur:sed hoc vanū est. Nam licēt paruo tēpore velocitas posset esse causa ne caderet,non tamen posset esse per tātum tempus:& Platonis etiam excluditur opin.qui motum cœli æternum putauit, quia animatum: & anima cœli sustinet cœlū ne defficiat,& violenter mouet illud: sed non potest stare,quia si anima cœli mouet violenter, æternum non posset esse, nullum violentum est perpetuum:quia illa animq esset continuo in labore,& fatigatione:& esset prioris conditionis quam animalia corruptibilia, quæ somnp interdum reficiuntur.

Ad argum. ¶Ad primum.Non est necessarium quòd omne quod mouetur naturaliter moueatur à se,id est à principio intrinseco: nam (vt aliàs notauimel diximus) hoc solùm Aristote. dat viuentibus,in quibus principium intrà est motus,siue viuant vegetatiua,siue sensitiua,siue intellectiua vitā. Et si cœli ponerentur animati,vt aliqui voluerunt ex antiquis philosophis:imò & ex nostris Theologis sunt qui concedant (licet irrationabiliter) consequenter erat dandū; q cœli moueri possunt à se tanquā à principio intrinseco: at quia nos cœlū in animatū dicimus,de quo infrà,mouet ab extrinseco,scilicet, ab intelligentia motrice cœli. Neque motus ille violentus est:quia nō est contra naturam eius.

Aristote. 8. Physi.t.25.

Plato. Caiet.psalmo. 125. Supra lib.2 Physi.spec.1 Conclusio.4.

Ad.2. ¶Ad secundum. Aliqui negant motū circularem ignis esse naturalem,sed dicunt in differentem:nos verò concedendo esse naturalem, dicimus cōpetere igni duos motus naturales,sed non æquè primò. Et quando Aristo. dicit vni corpori simplici vnus competit motus simplex naturaliter,&nō primo,intelligit æquè primò.

Ad.3. ¶Ad tertium.De motu ferri ad magnetē ascendendo,negandū est quòd sit motus naturalis ferri,quanuis sit naturalis magnetis.

Solutio.2. ¶Secundò dicendum,& hoc est tenendū, quòd motus ille ferri ad magnetem sit naturalis:quia euenit à proprietate naturali lapidis magnetis,quàm habet à cœlo:& sicut naturale est illi vt ferrum attrahat, est naturale ferro vt illam cœlestem proprietate sequatur:sicut fluxus,& refluxus maris est naturalis ob eandem causam: & tūc dicemus quod ferro conueniunt illi duo motus naturaliter, sed non æquè primò: nam vnus ratione elementi prædominantis:alius autē ratiōe proprietatis magnetis.

¶Ad quartum ex dictis in conclusione secunda patet solutio. Ad.4.

¶✱Et cum motum esse in cœlo constet,& differentiæ locales sunt ponendę:nēpe dextrū,sinistrū,ante,retro, supernus &inferi?: & hoc nō solùm quoad nos, sed ex natura rei:intelligentia motuēs excellētius influit in illa parte vnde incipit motus,quàm in alia:& quidem respectū primi mobilis, dextrum est Oriens:& sinistrum Occidens:ante est punctum Meridiei:& retro pūctum oppositū,sursum est polus antarcticus,& arctic? qui semper nobis apparet,est deorsumita vt nos in nostro hemispherio sim? inferiores respectu illorum, qui vltra equinoctialem habitant:& tamen respectu motus planetarum econtrario & Occidens dicitur dextrum,unde incipit suus proprius motus,& caput esse sub polo zodiaci arctici: & sic est par superior.Hæc breuiter dicta,fortè alibi latius.

✱ Cōclusio.1

¶SPECVLATIO. IIII. Vtrùm motus circularis,qui cœlo cōpetit possit esse perpetuus.

Videtur quod non, quia si esset motus localis perpetuus,ipse prior esset inter omnes motus,sed non est prior, nam in animalibus ,pgressiuis, priores sunt alij mot?:scilicet augmētatio,alteratio, nutritio,&c.Et vltimo aduenit localis motus: hoc experientia constat in paruulo, & in fœtu,in ventre matris prius est augmentatio,& alteratio,quam sit motus localis. 1.Argumē.

¶Secundo. Si motus circularis posset esse perpetuus,& posset esse infinitus: quia repugnat quod sit perpetuus, & sit limitatus & finitus: sed non potest esse infinitus, quia infinitum non est dabile: ergo non potest esse motus circularis perpetuus: quod non sit dabile infinitum,in.6. Physicorum probatur text.39.motus enim localis cōsequitur magnitudinem quo ad diuisionem,sed nulla magnitudo est infinita, vt probatur primo cœli.&c. Notand.

¶In contrarium est auto.Philosophi. In contra.

¶Pro solutione notandum,quòd quæstio hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc potest esse vel de possibili, an dari possit motus circularis perpetuus, vel de facto an sit circularis motus pe[illegible]

1. Cõclusio ¶ Prima conclusio circularis, potest esse perpetuus. Hæc conclu. probatur de mente Philosofo. in. 8. Physic. tex. 73. qui & probat, non solùm quòd motus circularis possit esse perpetuus, sed quòd solus si nõ posset esse perpetuus esset prontet contrarietatẽ, sicut, motus rectus, & alteratio, & augmentum, non potest esse perpetuus, quia habet cõtrarium: sed motus circularis nõ habet contrarium, vt notum est: ergo potest esse continuus & perpetuus. Hæc est ratio Philosophi in loco citato, & probat motũ circularem non habere contrarium, quia qui habet contrarium est ab vno termino ad alium terminum oppositum; vt augmentum, à minori quantitate ad maiorem, & sed motus circularis non est ab vno termino, ad aliud oppositum: [illegible] ab eodem ad idem, &c. vt constat.

2. Cõclusio In perpetuis non differt posse & esse ¶ Secunda conclusio. De mente Philo. nõ solùm motus circularis potest esse perpetuus, sed etiam est perpetuus: patet quia in doctrina Philo. in perpetuis nõ differt posse, & esse; vt patet. 3. Physic. tex. 32. Item: quia vt in præcedenti conclu. dictum est: motus circularis, non habet cõtrarium: & inter vnã circulationem cœlestem, & aliã, non cadit tempus medium, ex quibus duobus simul iunctis sequitur conclu. s. q̃ non solùm de possibili, sed de facto motus circularis sit continuus, & perpetuus. de mente philo. & cõme. in. 8. physi. com. 76. tenet non solùm possibile esse, & actu esse, sed necessariũ esse: q̃ sit mot⁹ circularis cõtinuus & perpetuus: ait in hæc verba, existimatur q̃ ista causa quã dat hic Aristo. non solùm modo dat q̃ sit possibile motũ circularem esse perpetuũ: imo q̃ sit necessariũ: sic igitur debet intelligi locus iste: hæc Coment.

Iandinus defendit Coment. ¶ Et aduertũ quod Ioannes de Iandino. 8. Physicorũ. q. 18. ait posse sustineri hoc dictum Cõmen. Si motus circularis terminaretur, oporteret esse ad aliquod vbi, determinatum: sed hoc non oportet in motu circulari: quia cũ quolibet vbi, q̃d acquiritur à mobili, motu circulari, sit ei naturale, nõ est maior ratio de vno, quã de alio, vbi debeat motus terminari: nõ tñ sic de motu recto, quia mouet ab vbi, non naturali ad vbi naturãle, vbi quiescit, vel debet intelligi ait Iandinus, vt in omni motu terminato, ne esse sit vt termin⁹ ad quũ, sic actus distinctus à termino à quo, quod nõ cõtingit in motu circulari cũ sit vnũ & idẽ hæc Iandi.

3. Cõclusio. De fide q̃d motus cœli sicut incepit & finem habebit. ¶ Tertia conclusio. Motus circularis continuus, & perpetuus, neq; rationes Aristo. concludunt, neq; Commentatoris necessitatem probat, neq; Iandini interpretatio sufficit. Prima pars fidei constat: quia motus cœli cessabit, & [illegible] licet & [illegible] perpetuus esse quando mundus à Deo cre[illegible] est in tempore: sed rationes Arist. non probant motu esse, quia una circulatio [illegible] continuetur, qu[illegible] sibiũ concluditur, quod qu[illegible] dur[illegible] motus cœlorum, & [illegible] illa continuatio circulationum: sed non concludit, nisi supponer[illegible] primã nõ dari, quod negamus: neq; [illegible] mam futurã, quòd etia[illegible] fidei repugn[illegible] quapropter commen[illegible] oris interpretamentum, futũ dum est: [illegible] quod Iandinus pro eo facit, nam licet quodlibet vbi, sit naturali mobili circularitermoto ex parte sui, tamen ex parte mouẽtis, qui per intellectum mouet, determinari potest vbi, à quo incipiat motus: & ad quod terminetur vltima circulatio: & sic ex parte primi mouentis, nõ esset eadem ratio de quolibet vbi: & hoc sufficeret, ad hoc quod nõ sit necessarium perpetuum esse motum circularẽ [illegible] tamen, si primum mouẽs mere naturali[illegible] moueret. Et secunda eius ratio minus conuincit. Nam solùm probat continuitatem, quandiu durant circulationes, vt diximus: & non amplius.

Ad argumẽ ¶ Ad primũ dicendũ: q̃ in eodẽ probatur [illegible] motũ localem alij motus præcedẽ[illegible] sed in vniuerso, prim⁹ motus & cõtra[illegible] oes alij, localis est: & ipse so[illegible] posset esse continuus, & perpetuus, licet de facto non sit

Ad secundũ ¶ Ad secundum dicendum: quòd [illegible] motus circularis perpetu⁹ esset, per hoc quod quælibet circulatio circu[illegible]tioni continuaretur sine medio tempore, vel qui[illegible] non ideo sequeretur in[illegible]um actu: quia quæli[illegible] circulatio finita, & limitata est: quia ex parte mobilis n[illegible] esset actu infinitũ: cum hoc nõdetur, [illegible] ex parte ipsius motus circularis, licet esset reiteratio in infinitũ.

¶ SPECVLATIO.

Vtrùm moueatur cœlum ab intelligentia tanquã à formainformante.

Consequen-

CONSEQVENTER queritur quia de intelligẽtijs, sermo est, mouentibus cœlum, & de motu ipsius cœli: an moueatur cœlum ab intelligentia: tanquàm ab aliquo informante cœlũ, vel sit ab ipsa intelligentia, tanquàm à motore extrinseco.

1 ¶ Primo videtur quòd intelligentia motrix sit forma cœli, patet ex Cõmenta: in 2. cœli c[illegible]ent. 3. in hæc verba, ex intelligentia, & orbe, fit verius vnum, quam ex materia & forma. [illegible] hoc st[illegible] nõ potest, nisi quia intelligentia sit forma informans cœlum, seq[illegible]ur ergo.

2 ¶ Secundò ex eodem Com. in secundo de substantia o[illegible], vbi ait in hæc verba, cœlum, [illegible]iget mouente ipsum, in [illegible]o, & virtute quæ non sit corpus, ad largiendum sibi permanẽtiam æternam & m[illegible]um æternũ [illegible] permanentia quòd ad esse dari non potest, nisi per hoc quod intelligentia motrix, forma eius est, ergo.

3 ¶ Tertiò Aristo. & Cõment. tribuunt cœlo intelligere, patet ex. 12. metap. tex. 36. sed hoc non potest esse, nisi per intelligentiam informantem cœlum: ergo sequitur quòd [illegible]telligẽtia vnitur cœlo vt forma.

4 In contrarium est Arist. vt adducemus.

1. Cõclusio ¶ Prima conclusio ex intelligentia motrice & cœlo non potest fieri vnum per informationem, eo modo quo ex anima & corpore: probatur primo apud Commen. hęc cõclusio est manifesta quia de mente eius repu[illegible]nat naturæ intellectuali informar[illegible] & c[illegible]ofuit [illegible]num intellectum in omnib[illegible], sed [illegible]oc figment[illegible] seu potius deliramen[illegible]m in [illegible]. de anima reprobabitur. (existimab[illegible] se quod omne in formãs generabile [illegible] corruptibile esset). Falsè tamen. 2. Sic ex dictis [illegible]om. qa omne quod in format, [illegible] mouet, fatigatur in mouendo: si ergo intelligentia e[illegible]ma, defatigatur, cũ mouet, & sic non posset perp[illegible]uo m[illegible]re, neq; vniformiter, quod est contradicta ex mente Aristote.

¶ Ex dictis Aristo. probatur cõclusio: nulla virtus mouens tempore infinito est in m[illegible]gnitudine. 8. Physic. tex. 39 sed omnis intelligentia secundum Aristot. 12 Metatahpy. tex. [illegible] mouet tempore infinito vt præcedenti speculatione dictum est: ergo sequitur conclusio vera, quod intelligentia [illegible]on potest esse forma informans cœlum.

¶ Secundò, omne informans magnitudinem, mobile e[illegible] [illegible]tem per accidens, ergo si intellig[illegible] informat, mobile erit, saltim per accidens, secundum suam substantiam: sed intelligentiæ, vt docet Aristot. sunt immobiles secũdum suam substãtiam, dixi secundum substantiam, quia non incõuenit eã moueri motu raptus primi mobilis.

¶ Vnum est hic aduertendum, quod demẽte Aristot. nõ sunt plures intelligentię quã sunt orbes, quia cuilibet orbi est sua intelligentia motrix, deputata: sed tamen secũdũ Platonem & veritatem sunt inm[illegible]eræ de quo suo loco & tempore.

2. Cõclusio ¶ Repugnat naturæ intelligentiarum [illegible] formare aliquod corpus aut materiam, cui det esse: patet, nulla natura integra per se potest informare, sed intelligentia in sua specie est integra, & perfecta: ergo non poterit informare [illegible]aior patet: quia omne q̃d informat, pars constitutiua est alicuius. 3. & sic consequenter natura integra nõ est: vt forma quia integra natura nõ est, potest materiã informare & vnum tertium constituere, scilicet, rem naturalem: cùm ergo intelligentia, in se perfecta sit, repugnat, vt in compositionem alicuius tertij intret tã quàm forma.

¶ Manet ergo quòd intelligentiæ, cũ mouẽt cœlum, & non sint forma ipsius, applicantur cœlo, vt motor extrinsecus qui mouet cœlum, cui applicatur, & quando mouetur cœlũ cui applicatur dicitur moueri nõ de per se, imo neq; de per accidẽs proprie: quia quæ distinguuntur secundũ substantiam & non continuantur, neque contiguantur, & vnum non constituitur in esse per aliud, nõ sequitur q̃d ex motione vnius aliud moueatur per accidens proprié, & in præsentiarum sic est ex intelligẽtia & cœlo: sed per accidens improprie dicitur intelligentia moueri, per hoc quod cœlum cui applicata est, mouetur: vt scilicet denominetur moueri d̃nominatiõe extrinseca, nõ quod motus subiectetur in intelligentia, sed eo modo quo dicimus lapidem videri non visionis quæ sit subiectiue in lapide, sed illa quæ est in potẽtia visiua, qua denominatione dicitur lapis visus, sic dicatur intelligentia mota quia cœlum est motum. &c.

Ad argumẽ ¶ Ad primum dicendum Cõmen. dictum

Universidad de Deusto Biblioteca

sic interpretandum vt magis vnum intelligatur, idest nobilius, non quia fiat magi vnum per se, ex intelligentia & suo orbe, quam ex materia & forma sed quia fit aggregatum in corruptibile quod nõ est ex materia & forma quæ omne qd ex materia est, Commenta. corruptibile dicit & ob id materiam esse in cœlo negat: de quo supra dictum est in primo phylicorum.

Intelligentia cõmẽt.

¶ Ad secundum dicendum, quod esse permanens in cœlo, quòd ab intelligentia prouenit de mente Commen. non est quantũ ad esse formale, quod formam informans dat rei quam informat: sed intelligit quantum ad permanentiã, idest esse conseruantiuũ: ita vt de mente Commẽt. sit quod intelligentia applicata orbi mouens ipsum, conseruet ipsum, & hoc quidem ita est, immediate, vel mediate, per virtutem, communicatam à primo.

¶ In hoc tertio argumento tangitur, difficultas vtrum orbes cœlestes sint animati: & quanuis obiter aliàs diximus & inferius tangemus quo mõ cœlũ non est animatũ anima sensitiua neq; intellectiua, tamen in sequenti speculatio. ex profeso speculabimur: pro nunc ad argumentum dicimus dictum Aristo. & Commen. quando cœlo intelligere, & velle, tribuitur id esse non ratione sui sed ob intelligentiã motricem &c.

¶ SPECVLATIO. VII. Vtrùm cœlum sit animatũ.

Argum. 1.

IT videtur quod sic: cœlum est causa, non solum inanimatorũ, sed etiã animatorum: quia sua influentia, suo motu, suo lumine, sol & astra, causant generationes in istis inferioribus, & ex defectu influentiæ corruptiones, ergo sequitur, q̃ cœlum est animatum: aliàs non posset pertingere, ad productionem animati: quia effectus non excedit causam suam. &c.

2 Auicẽna.

¶ Secundo, est authoritas Auicẽnę. 9. suę metaph. ca. 2. qui dixit cœlũ esse animatũ, anima intellectiua in formãte corpus cœli: & ratio eius est hęc cœlum agit in hec inferiora, & singularia, ergo oportet sit cognitio eorũ, & quia id agit per motũ, oportet etiã sit cognitio motus in singulari: sed ista cognitio non potest esse nisi cœlum habeat animam, patet: quia nõ est ab intelligentia motrice cũ solũ ipsa vniuersale cognoscit: ergo oportet sit ab anima cœli, quæ ratione phantasiæ singularia potest cognoscere, & quia intellectiua est, vniuersale etiã attinget. Hęc ex dictis Auicẽnę ergo sequitur quod cœlum sit animatum.

¶ Tertio cœlum mouetur motu naturali. ergo habet animam à quo est motus, & sic cœlum est animatum: probatur consequẽtia, quia si motus ille naturalis esset oportet sit à principio intrinseco, nam qui ab extrinseco est, violẽtus dicitur: cum ergo motus cœli violẽtus nõ sit, quia sic perpetuus esse non posset: (quod est contra determinata superius) & si violentus nõ est, ab anima propria in formante oportet sit.

¶ In contrarium est veritas.

¶ Hæc quæstio difficultatem habet tũ quia varius visus est philosophus in diffiniẽdo, & varij fuerunt expositores, tum etiam quia doctor. S. Tho. qui ex actisime penetrauit mentem Aristote. & Theologorum doctor cõsumatissimus sit in diuersis locis diuerse est loquut̃: & inter nostri tẽporis auctores graues Caietanus doctissimus ausus est affirmare in expositione Psal. 136. astra esse animata anima informante vt intelligẽtiã applicatã rõne motũ, excludere. &c.

S. Thom.

Caietan.

¶ Plato in timeo & alibi quem sequuntur Platonici id affirmat: ait enim, dicẽdum est hunc mundum animal esse, idq; intelligens re vera diuina prouidẽtia cõstitutũ, & Proclũ huiusmodi appositionẽ format & dicit animam cœli esse mediã inter ęternitatẽ & tẽpus, & auctor d̃ causis animã cœli dicit cõstitutã in horizõte eternitatis: qm̃ sicut horizõ terminat superius hemisperiũ & deorsum inferioris principiũ, ita vt medium ex vtroq; extremo participat, sic anima cœli, media est inter intelligẽtiã & corruptibilia.

Plato.

Proclus

Autor de causis.

¶ Cõmentator sequendo mentem Aristo. nonnulla dicit ad propositũ. supposito qd̃ cœlum dupliciter capit: vno mõ pro corpore cœlesti, secluso motore suo, seu intelligentia motrice suo sumit mõ pro corpore cœlesti & sua intelligẽtia tanq̃ vnũ aggregatio, ie. Itẽ oportet distinguere inter animata, quia quodam est animatum anima in existente, & informãte & faciente vnũ simpliciter, vt contingit ex anima rationali & corpore.

Commẽt.

¶ Secundo

* ¶ Secundo capitur pro animato non anima informante, sed solum appropriata & applicata, & dante motũ eo quod est principium in mediatum motus.

1. Cõclusio S. Thomas. quolibet. 12. q. 6. & de potentia q. 3. arti. 11 ad. 13.

¶ Cœlum secundum se (motrice intelligẽtia se ablata) animatum non est primo modo, patet: quia tale animatum, est compositum ex vera materia, & vera forma, quæ est pars cõpositi vere: sed cœlũ nõ est huiusmodi, vt supra dictum est: neq; est corpus organicum vt constat, quæ dispositio ad animam requisita est: patet ex. 2. cœli tex. 42 nulla enim est diuersitas in partib̃ cœli in qbus organorũ diuersitas attẽdat.

2. Cõclusio

¶ Secunda cõclusio cœlum 2. sumptũ pro aggregato ex corpore & cœli & sua intelligentia motrice, ei applicata, non est animatum primo modo: patet: quia in via Cõment. tale animatum primo modo est generabile, & corruptibile, sed cœlum nõ est generabile, neque corrumpi potest: vt patet ex primo cœli, ergo nõ est animatum: & quidem Cõment. probat ex suis principijs, q̃ putat in quolibet animato animã eductam de potentia materiæ: & ex consequenti omne animatum esse genitum, & eius generatio terminũ est alterationis: qua de causa motus est vt in errorem inciderit animam humanam non esse formã informante vt. 3. de anima late probabitur in propria specula.

3. Cõclusio Opin. cõm.

¶ Tertia cõclus. cœlũ. 2. sumptũ pro aggregato ex corpore & intelligẽtia motrice, est animatum. 2. mõ, in via Comment. patet: quia secundũ Philos. 2. cœli tex. 7. sex positionis differentiæ sunt in cœlo, ante retro &c. Ergo est animatum, item quod habet intellectum & appetitum est animatum: sed 2. Philos. 12. Metaph. tex. 36. in cœlo, quod mouetur à primo motore vt ab appetibili oportet ponere intellectũ & appetitũ. Im. mouet ab appetibili appetẽs est, & ibi dicit q̃d principiũ appetitiũ est intelligẽtia. &c. Hæc dicta sunt ad mentẽ Cõmẽ. de qua stione qui videt explicasse sensũ Arist. & oportet concedere in via cõmen. quod intelligentia cognoscit motum quẽ causat etiam in singulari non per speciem motus, sed in sua essentia, quia cognoscendo essentiam suam perfecte, cognoscit omnes effectus suos proprios: & cum sit causa effectiua motus æterni, cognoscit ipsum, & cognoscit res inferiores producibiles per suum motum, & in singulari non per speciem propriam, sed per essentiam suam.

¶ Sed tamen contra Comment. obstat, si cœlum animatum non est proprie, ergo ignobilius formica: quia omne in animatũ animato ignobilius est. 2. cœl. comen. 61. Solutio est: quod quo ad gradum essendi, formica nobilior cœlo est, quia habet esse, & viuere, qui sunt duo gradus: & in cælo solum vnum est: sed quo admodũ qui sunt contingens, & necessariũ corruptibile, & incorruptibile, cœlum formicam excellit: quia habet esse necessarium, & perpetuũ: vnde diuinum corpus dicitur. 2. cœli text. primo. ecce quid de mente Cõment.

Obiectio. Solutio.

¶ Doctor. S. loquendo ad mentem Phylo. varius videtur: nam in quæstionibus disputatis de spiritualibus creaturis, artic. 6. 8. in prima part. q. 70. art. 3. tenet expresse secũdum Cõmen. asserens nõ esse concedendũ secundum Aristo. cœlum esse animatum nisi secundo modo: sed tamen secundo lib. cõtra gen. c. 70 probans cõtra Auerro. qd̃ anima intellectiua sit forma informans nititur probare ex rationibus Aristote. cœlum esse animatum primo modo ita vt habeat animam altera partẽ sui informãtem.

Opi. S. Th. qui videtur varius.

¶ Quod vere tenendum est circa quæstionem late docet. S. Thom. 1. p. q. 70. artic. 3. ex dictis eius colligitur, nullo modo corpora cœlestia esse animata: quia nõ anima vegetatiua, cum in cœlis non reperiatur talis vita, neq; operatiões proprie vegetatiuæ: non ibi nutritio, non digestio, non augmentatio, non expulsio superflui: neque ponitur sensitiua: quia anima sensitiua vt in. 2. de anima demõstratum est, requirit diuersa organa, ob diuersas potentias ad diuersas operationes: in corporibus cœlestibus non est talis diuersitas, neque elementorũ cõmistio varia, neq; est appetitus sensitiuũ cum sequatur apprehensionem: & ibi non sit sensuum apprehensio, neq; erit appetitus: & propter intelligere, nõ est opus ponere cœlum animatũ anima intellectiua, quia intelligere, est operatio nõ organica, neq; corpore indiget nisi ob phãtasmata, hæc in cœlo nõ possunt esse: cũ in eo non sit anima sensitiua; neq; est ponendũ cœlũ aiatum propter motũ quẽ videmus in eo, qm̃ vt patet ex. 7. & 8. Physico. sufficit ad hoc quod mouẽs, & motũ sint simul ita vt sit tactus naturalis vel metaphoricũ de quibus Aristo. 1. de genera. tex. 44. & 45. infra suo loco & quidẽ contactu naturali satis

Cœlum nõ est animatum.

Duplex cõtractus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

constat. Metaphoricus cõtingit inter mo uens non quantum & corpus mobile, pro vt mouens applicat suam virtutem, & imprimit in mobili sicut co[illegible]tans tangit nos: neque ex motu cœli [illegible]ntia, & operatione varia in istis inferioribus, est ne cessarium ponere cœlum animatum: quia talis causalitas vniuoca non est, sed æquiuoca: in qua non est necesse causam ita esse formaliter sicut effectus: sed sufficit virtute sit: & ob id sat est cœlum vnitum intelligentiæ, esse virtualiter viuum, ad hoc quod influant in viuentia, & causet ea: & sic comproducit viua, cum causa immediata viua, [illegible] virtute intelligentiæ viuę: sicut calor naturalis trahit ab anima virtutem [illegible]randi carnem viuam, per digestionē [illegible]mentis: ob quod potest dici calor viuus, quia instrumentum est viuentis.

Causalitas vniuoca & æquiuoca.

V. intelligentia.

¶ Hæc ergo physicè loquendo sint dicta, quæ non sunt alienæ à veritate quam docent nostri Theologi: quo[illegible] si quãdo apud graues authores catholicos legãtur, corpora cœlestia animata esse, illo secundo modo oportet interpretamentum adhibere.

¶ Sed contrarietatem: quæ ex dictis Sancti Thom. apparet, oportet soluere. Caietan. in prima parte, in loco citato soluit dupliciter, primo quod melius dixit in prima parte, quia & posterius scripsit. Secundo quod ibi in secundo contra gen. intendebat quod oportet secundum Aristot. cœlum esse proprie animatum, Saltẽ, non reppgnanter: eo quòd doctrina sua, ad hoc tendit, quanuis posit interpretari vt hic fecit: ex his tamen quæ in secundo cœli dicuntur habemus quod animatum indistincte posuit: oportet ergo non repugnare quod sit animatum secundum substantiam, & hoc Sat erat contra à Verro. contra quem loquebatur: sustinent autem verba illa hanc gloss. quia quando contra à Verr. erat sermo, tas erat declinare in opposita vt Augustinus, contra Pelagianos facit. Posset tertio forte dici quòd hic secundum proprii ãopin. ibi secundum Aristot. & quanuis aducat Aristo. non tamen asserit hanc esse eius opinionem sed ex dictis eius sibi seruit hæ ad literam Caietañ. quæ omnia adducta sunt: quia non est extra chorum saltare, (vt aiunt,) cum deseruiant Physicę disciplinę quia Philosophũ, Theologum proxime futurũ formamus.

Soluitur cõtrarietas in dictis. San. Thom.

¶ Ad argumenta ad primum ex dictis patet solutio: stat enim bene influxus, in i[illegible]a inferiora & causalitas, sine hoc quod [illegible]tra viuentia sint: nã virtute recepta, possunt ad viuentia pertingere: quandoquidẽ sunt causæ æquiuocę, & sub ordinate: & recipiunt virtutem, à priori & princip[illegible]iori & eminenti, virtute cuius possunt viuentia producere: & in sententia sic soluit argumentum Sanctus Thomas in loco citato. prima parte. quæstione. 70. articulo tertio ad tertium.

Ad primũ.

¶ Ad secundum in quo tangitur opinio Auicennæ; quæ etiam fuit rabbi M[illegible]ses in secunda collatione, dicendum explodendam esse, neq[illegible] [illegible]stinendam, etiam Physice loquentes: nec ratio [illegible]icennæ conuincit: in[illegible] neq; probat: nam ex i[illegible]elligentia singularium nõ, quia licet per speciem singularium intelligentia, sin[illegible]a non cognoscat, [illegible] se ipsam intelig[illegible] vt ad [illegible]xinus in obiectione contradicta Comment. Item, non [illegible] est Auicenna probare suam opinionem, vt ex sensatis, sit necessarium ponere animam in cœlo, quia quod ex [illegible]rimur, motus est, sed ad saluandum motũ, sufficit ponere cœlum animatum secundo modo: per hoc quòd sit intelligentia motrix applicata ipsi cœlo. Imo etiam si daremus animam cœlo informantem, ad huc singulare non cognosceret per i[illegible]inatiuam, quia imaginatiua est poten[illegible]ua, cuius organum est corpus elementatũ, quod repugnat corpori cœlesti, nam non constat ex elementis, vt dictum est.

Ad secũdũ.

¶ Ad tertium in quo tangitur difficultas, an motus cœli sit naturalis, vel violentus: quia ex dictis Aristot. videtur, quod si cœ[illegible] animatum non sit, mot[illegible] [illegible]naturalis: primo quia na[illegible]lis motus [illegible] à principio intrinseco, & [illegible] cœlo intelligentia motrix, non est tale principiu[illegible] secundo quia motus naturalis, non est [illegible]aris, neque vni formis, sed vel[illegible]ior est in fine, quam in principio: è contra motus violentus: item quia moti[illegible]uralis est [illegible] quietem, quæ [illegible]nia videntur deesse in motu cœli. Respondetur quòd est motus naturalis motus cœlo[illegible] neq; ob id est necessarium ponere animam intrinsece, in cœlo, quia [illegible]le adductę cõditiones in motu naturali ab Aristote. sunt intelligendæ de [illegible]tu naturali, qui est ad medium, vt est grauium, vel à medio, qui est l[illegible]um, & nõ de motu qui circa medium, vt est circularis, qui est

Ad tertiũ.

Motus cœli dicitur naturalis.

qui est in cœlis: qui cõtinuus, & perpetuus esse potest, & contrarium non habet.

¶ SPECVLAT. VIII. Vtrùm omnia corpora simplicia sint sphericæ figuræ.

Argum. 1

Idetur quòd non. Primò, de cœlo. Cœlum est figuræ orbicularis: ergo non est sphericum. Consequẽtia est bona: quia orbiculare, & sph[illegible]icum differunt. Orbiculare enim secundum duas superficies, scil[illegible]et concauam, & conu[illegible]xam dicitur: & secundum concauam alio corpore repletur, [illegible]sphericum tamen solùm vna cor[illegible]inetur superficie conuex[illegible]. Antecedens patet: quia cœlum continet omnia: & superius continet inferius.

¶ Præterea. De terra probò quòd non sit figuræ sphericæ, ad oculũ, cùm sint montes, & conualles in terra: quod nõ põt esse in spherico.

¶ Tertiò. Elementa non sibi determinant certam figuram: ergo non sunt sphericæ figuræ. Patet ex Aristo. in. 2. libro huius.

¶ Item: [illegible]ia aliàs elementa non essent in potentia ad omnem figuram, si aliquam propriam uendicassent: sicut oculi pupilla non esset in potentia ad omnem colorem, si aliquem sibi deputasset proprium.

In cõtrariũ

¶ In contrarium est Aristot. in. 2. cœli, & author sphæræ, & Ptolemæus, in principio Almagesti. cap. 3. & 4.

Notand. 1.

¶ Pro solutione notandum, quòd proprie loq[illegible]ndo est diff[illegible]entia inter orbiculare & sphericum, q̃ orbiculare debet duabus superfi[illegible]bus contineri, quarũ illa q̃ continetur [illegible]ab alio, conuexa dicitur: & illa quæ continet, concaua est: vt globus Lunæ, seu cœlum: Lunæ secundùm illam partem quę respicit, & continet [illegible]em, dicitur cõcaua superficies, sed illa quæ est res[illegible]iens cœlum Mercurij, secundum quàm continetur sub eo, cõuexa vocat[illegible] Sphericum tamen est, quod solùm vna continetur superficie. s. conuexa: vt globus pilæ.

Notand. 2.

¶ [illegible]em notandum. Cœlum esse sphericæ figuræ posse intelligi, vel quantum [illegible]d superficiem co[illegible]exã supremi cœli, vel quantum ad concauam vltimi, vel quantum ad conuexam, & concauã mediarũ sphærarũ.

¶ Etiam est differentia inter sphericum, & rotũdum, q̃ sphericum dicatur, cuius superficies exterior est sine asperitate, & omnes lineæ deductæ à centro ad circunferentiam sunt æquales. Rotundum tamẽ dicetur id, quod ad sphericitatem tẽdit, licet perfectè non sit: vt pomum vocatur rotũdum. Ad speculationem est prima cõclus.

Notand. 3.

¶ Verisimilius est ponere cœlũ esse sphericæ figuræ quantum ad vtranque superficiem, quàm ponere alterius figuræ. Probatur. Corpori priori rationabiliter debetur figura quæ prior est inter omnes figuras: sed cœlum prius, corpus est, vt co[illegible]tat: ergo ei figura prior est debita: sed hæc sphærica est, vt patet ex Euclide: ergo meritò sphericæ figuræ ponitur.

1. Cõclusio Ratio. 1.

Euclides.

¶ Secundò. Corpori simpliciori debetur figura simplicior: sed cœlum est simplicius omni alio corpore, etiam si cõponatur ex materia, & forma, & minùs habet de compositione, cum in eo non ponantur qualitates primæ, neque duæ, neq; quatuor: sed figura sphærica simplicissima est, & prima: quia vnica sola linea contenta est: quod nõ est verum de alia figura: ergo cœlum est sphericum.

Ratio. 2.

¶ Est & ratio à perfectione: quia cum cœlum sit corpus perfectius, habet figurã perfectiorem, qualis est sphærica. Item. Ex capacitate, & ex motu circulari, cui maximè competit figura sphærica, vt cõstat: & cum sphericam figuram dicat hic Aristot. esse minimam, ipsa est maxima: quia est minima quo ad lineam: quia vnica linea continetur: & est maxima quo ad capacitatẽ.

Ratio. 3.

¶ Secunda conclusio. Terra ab oriente in occidentem rotunda est. Probatur. Stellæ & planetæ non æquè oriuntur orientalibus & occidentalibus, sed priùs illis, quàm istis: ergo oportet quòd sit rotunda: quia si plana, statim æqualiter apparerent sub orizonte: quod apparet falsum ex diuersitate longitudinum locorum, & ciuitatum. De quibus cosmographi. Sicut habitantibus in Hispania antiqua orit Sol per sex horas cũ dimidia, & vltrà, antequàm nobis habitantibus in noua Hispania oriatur: & etiã priùs ipsis occidit, ergo sequitur quòd secũdùm longitudinem attendentes terram, quæ ab oriente in occidentem est, rotunda est. Et sic eclypsis Solis qui apparet vni gẽti in hora. 9. diei, apparet alij in alia hora. Vnde eclypsis

2. Cõclusio Ratio.

Distãtia meridiani Toletani à Mexicano fere 7. horarum est.

Universidad de Deusto Biblioteca

eclypsis solis quæ contigit in Hispania an no. 1539. non fuit visa nobis habitantib in Mexicana ciuitate: quòd licèt potu (eo quòd Sol nunquàm [illegible]taliter eclypsa tur) naturaliter euenire, [illegible] st necessarium ex diuersitate longitudinis. Et si con tingeret in Hispania antiqua eclypsis Solis in hora ante meridiem quacũque, non posset videri ab habitantibus Mexici: quia non dum ortus est Sol. Contigit Hispali (vt dicunt qui ibi aderant) hora vndeci ma ante meridiem, & non potuit hic videri, cùm per duas horas fere nondum esset nobis ortus Sol: quia quando apud eos mere[illegible]s, incipit nobis oriri, & quando no bis est meridies, iam occasus est solis apud eos.

3. Cóclusio Tertia conclusio. Terra à meridie ad se ptentrionem, secundùm quam partem latitudo terræ consideratur, rotunda est. Pa

Ratio. tet: quia si quis directè à polo Arctico ad Antarcticum pergat, vel è contra, videt vnum polorum eleuari, alio depresso, & occultato: ita quòd si per vnum gradum magis est eleuatus ille contra quem progreditur, alius qui à tergo est, per vnum gradum depressus erit. Nullus est qui non ex periatur. Qua ratione in Hispali polus est eleuatus trigesimaoctaua. Et si tẽ dat ad septentrionem, cum peruenerit Sal manticam, inueniet eleuatum quadraginta & vnum gradus. Et si ab Hispali trãsfretet, & veniat Mexicum, inueniet polum de pressum per gradus decẽ & nouẽ, quia Mexicum est in ista eleuatione.

¶ Dixi, latitudinem considerari à distantia ab æquinoctiali, ratione cuius est variatio notabilis in diebus, & noctibus quantum ad horas, & est diuersitas in climatibus: nam possunt habere eundem meridianum, & sic eandem longitudinem: quia æqualiter distant à puncto fixo orientis, quando tamen non habent eandem poli eleuationem: & sic neque eandem ab æquinoctiali distãtiam, & neque eandem latitudinem.

4. Cóclusio ¶ Quarta conclusio. Terra est dicenda vbique rotunda. Hæc sequitur ex secunda, & tertia conclusione: nam si ad orientem, est rotunda, vbi longitudo attenditur, & ad polos, secundum quos latitudo: sequitur ipsam absolutè rotundam esse.

Ratio. 1. ¶ Præterea. Omnia grauia æqualiter ad ipsam descendunt, & per æquales angulos: quod non esset si nõ esset rotunda. Ratio. 2.

¶ Item. Si rotunda non esset, montes deberent videri ad maiorem distantiam: sed experientia constat, quòd quanuis sint altissimi, progredientibus occultantur: ergo signum est ipsam esse rotund[illegible].

¶ Vltimo. Hoc probat eclypsis Lunæ, qui nobis apparet in arcuali figura: quod non esset, nisi quia cùm terra sit rotunda, radij solares contingentes ipsam, diuidunt in Luna partem eclypsatam à p[illegible] non ec[illegible]psata, in quo probatur quòd contingat terram secundum portionem c[illegible]uli, cum faciant apparere circularem [illegible]nguram in Luna.

¶ Neque obstant m[illegible]tuosa loca, & con- Obiectio.
[illegible]ual[illegible], qui apparent in supe[illegible]cie eius: quia Dilutio.
ista sunt quasi nullius momẽti, si ad totam eius quantitatem refera[illegible] quapropter rotund[illegible]cenda est.

¶ Ex isto infertur, quòd omnes lineæ de- Corolla.
ductę à [illegible]perficie terræ, quanto magis centro appropinquant, minus distant: & sic si sint duę turres æquè distantes [illegible]dificatæ ad perpendiculum, magis [illegible]propinquæ erunt in infimo, quàm in summo. Et si puteus ad perpendiculum sit elaboratus, necessario erit angustior in profun- Notent qui
do, quàm in supremo. Similiter si quis fo- minerali[illegible]
diat minerale sibi signatum in ta[illegible] quantitate secundùm latitudinem in profi[illegible]do, facit iniuriam vicino habenti etiam minerale: quia non potest vena metalli æqualem quantitatem occupare in visceribus terræ quo ad latitudinem, quam occupat in superficie terræ: quia semper lineæ deductæ magis appropinquant, vsque dũ [illegible]a centro in puncto concurr[illegible]nt.

¶ Quinta conclusio. [illegible]qua quantum ad 5. Cóclusio.
superficie m concauam, licet non sit pe- Ratio.
fectè sphærica, tendit tamen ad [illegible]ericita tem. Probatur. Nam aqua quantu[illegible] ad cõcauam, & terra quãtum [illegible] cõuexam sunt similis figuræ: sed terra rotũda est in super ficie conuexa: ergo [illegible]a erit in su[illegible] conca[illegible]ua qua co[illegible]ngitur terræ: quia continet aqua terram: quod si non essent similis figuræ, vacuum [illegible]rteret dari, & nõ dicerẽ tur contigua secundùm se totam: quod in cõuenit. Vel sequeretur penetratio cor porum, contra Aristot. ex quo est ma[illegible]- Aristot. 4.
istum [illegible]omnia elementa esse bene disposita, physic.
& opume collocata, & supe[illegible]esse locum inferioris.

¶ Dixi

¶ Dixi, quòd non sit perfectè sphærica, sed ad eam tendat: quia quantum de est terræ de per fecta sphæricitate, similiter in aqua oportet intelligere.

6. Conclus. ¶ Sexta conclusio. Aquæ elemẽtum quo ad conuexam superficiem est rotundæ figuræ. Probatur. Aër, qui locus est aquæ quò ad concauam rotundæ figuræ est: ergo aqua quantum ad conuexam secundum quam continetur, & locatur in aere etiam erit figuræ rotundæ. Probatur sicut præcedens: quia inter locatum & locum oportet sit huiusmodi proportio & æqualitas.

Ratio. ¶ Ratio est. Si quis in naui in [illegible]ede mali po situs attendat, nor[illegible] idet: tamen si in altitu dine, & eius supremo (quod gauia vo[illegible]atur) videt: signum ergo est ipsam aquã esse rotundam: aliàs si [illegible]lanæ esset figuræ; videretur in [illegible]ede mali, sicut in extremitate alta e ius: sicut & de terra argumentan[illegible]sumus à simili ratione. Et sic nauigantibus à meridie ad Aquilonem incipiunt aliquæ stellæ app[illegible]rere, quæ erant occultæ, & aliæ occul tantur quæ apparebant. Idem si quis ab oriente versus Hispaniam hanc nouam nauiget ad occidentem.

Corollariũ. ¶ Ex ista sequitur, quòd si stagnum sit pla num, in medio erit profundior, quàm in extremitatibus. Hoc est clarum, propter r[illegible]tunditatem: quia ad medium fluunt par tes, & gibosam reddunt aquam in medio.

7. Conclus. ¶ Septima conclusio. Aër quantum ad superficiem concauam est rotundæ figuræ, sicut ignis quantum ad suam conuexam.

Ró 1. p. Patet. 1. pars: quia aër secundum concauã continet aquam, quam posuimus esse figu ræ r[illegible]ũndæ: oportet ergo quòd contin[illegible] correspondeat contento: aliàs vel non cõ tineret totum, vel esset vacuum, aut corpo[illegible]am penetratio: at nullum istorum est di cendu[illegible]m: ergo oportet concauum aeris sit rotundum.

Ró. 2. par. ¶ Secunda pars patet. Conuexum ignis cõ tinetur à concauo lu[illegible]næ, quod est rotundæ figuræ: ergo oportet eadem ratione quòd ignis conuexum secundùm quòd cont[illegible]ne tur à lunæ orbe.

¶ Restat de superficie conuexa aëris, & de ignis concaua: nam quidam dicunt, quòd il l[illegible] non sunt multum sphericę, sed sunt oua lis figuræ: quia ignis sub via Solis est spis-

Aristo. 1. Meteor. sior, quam sub polis, & e contra aer, sit Aristote.

¶ Octaua conclusio. Tam aër secundũ con 8. Cóclusio
uexam, quàm ignis secundum concauam sunt rotundæ figuræ. Patet. Si non essent, maximè eo quòd sub polis magis de aere Ratio.
generatur oropter distantiã à via solis: sed hoc non obstat: quia aer cõtinuè fluit à par tibus polaribus ad partem vię solis: & ignis è contra, à via solis ad partes polares: & sic videtur ꝙ manent etiam ista elementa rotundæ figuræ quo ad illas superficies conuexam aeris, & concauam ignis, secundum quam se habent vt locus, & locatum: nam vna data rotunda, oportet & aliam dare: vnde manet de omnibus elementis, & de corpore cœlesti declaratum, quomodo se habeant in figura.

¶ Ad primum. Dicendum quòd sphericũ Ad argum.
sumitur hic vt se extendit ad orbiculare: [illegible]c probando cœlum esse orbiculare, probatur quòd sit sphericum: & secundùm vtrã que superficiem est sphericum: ita vt omnes lineæ ductæ à centro æquales sint.

¶ Ad secundum. Dicendum in terra esse Ad secũdũ.
mõtes, & valles: sed hoc quia minimæ quã titatis est, si ad totam terram comparetur, est ac si non esset. Quòd si quis dicat, terræ Orontius.
elementum secundum hanc exteriorem superficiem non esse rotundum, sed modo planum, modo montuosum, nodus argumenti solutus est, quia sic optimè ab ipso Deo disposita, & ordinata est, quòd in superficie terræ talis esset differentia, vt fontes necessarij ad vitam hominum melius ex eis fluerent, & intra melius generaren- In. 1. Meteo
tur, vt infra dicemus, quàm in vallib[illegible]: quia roram.
magis exposita sunt loca montuosa aeri, & magis porosa ibi terra inuenitur. Itaque diuersitas ex diuina pendet dispositione, quæ omnibus prouidet secundum eorum indigentiam: quia in necessarijs nõ deficit.

¶ Ad tertium. Dicendum Aristote. dixisse Aristot.
elementa non determinare sibi certam fi- Ad tertium
guram ex parte formarum substantialium quia non sunt magis huius, quàm illius: sed secundum quod in suis locis naturalibus, collocantur, & in sunt dispositione natura li, determinant figuram rotundam: quod Aristote. fatetur, cùm dicat, sphericam figuram minimam quantum ad contineri: quia solum vna linea continetur, cum sit maxima quo ad continere: quia capicissima est.

Universidad de Deusto Biblioteca

QVIA de terra mentio facta est, quòd secundùm longitudinem & latitudinem rotunda est: & quòd latitudo ab æquinoctiali versus polos sumitur, o[illegible] [illegible]ium videtur, hic in breui de diuisione climatũ, quæ secundùm hanc rationem contingit, aliqua adducere ex cosmographis, sine disputatione. De qua materia spheræ author libro tertio in fine, & ibidem omnes spheræ expositores.

¶SPECVLATIO Octaua de Climatibus.

PRIMO quidem totam terram in quinque diuidunt partes, quas zonas vocant. Quibus correspõdẽt. quiq[illegible] similiter in cœlo. Vna est zona quæ in medio posita est, quæ & torrida vocatur: quæ habet in latitudine à tropico Cancri, ad tropicum Capricornij, à qua nunquam sol recedit: quia siue ad Austrum declinet, solum ad tropicum Capricornij deuenit, & rursus conuertitur ad Aquilonem. Conuertitur etiam quando ad tropicum Cancri deuentum fuerit. Per medium huius zonæ intelligitur æquinoctialis linea, quæ per medium secans, terram in duas diuidit æquales partes. Vnam ad Aquilonem, & aliam, ad Austrum. Et quælibet istarum medietatum viginti tres gradus habet in latitudine cum dimidio, ita vt tota latitudo à tropico ad tropicum sit. 47. graduum distantia, quæ. 822. leucarum est.

Primazona

2.Zona. A tropico ad tropicũ sit. 47. graduũ distantia quæ est. 822. leucarum.

¶Secũda zona intelligitur à tropico Cancri ad Aquilonẽ, vsque ad circulũ Antarcticũ: qui circulus intelligitur descriptus à polo ipsius Zodiaci: quia à polo mundi distat per. 24. gradus & habet. 43. gradus.

3.Zona.

¶Tertia zona est, illa quæ describitur à polo zodiaci, vsque ad ipsum polũ mũdi quæ habet. 24. gradus.

4.Zona.

¶Quarta erit ex alia parte australi, scilicet, à tropico Capricornij, vsque ad circulum descriptum à polo altero Zodiaci, qui circulus Antarcticus vocatur: quæ zona est correspondens huic nostræ habitabili: quæ habet æqualem latitudinem cum nostra.

¶Quinta & vltima illa est, quæ inter circulum Antarcticum, & polum mundi intelligitur. Ecce quomodo tota terra diuisa istis quinq; zonis intelligitur secundùm maiorem, vel minorem distantiã [illegible] æquinoctiali, ex vtraque parte: & secundũ maiorem vel minorm eleuationem polorum: ex qua diuersitate in diebus, & noctibus diuersitas oritur.

5.Zona.

¶Climata ergo antiqui posu[illegible]nt iuxt huiusm[illegible]odi diuersitatem dierum, & noctiũ. Clima enim (vt dicit autor spheræ) certum spacium terræ habitabi[illegible]it: inter cuius p[illegible]ium versus æquinoctialem, & finem ver[illegible]s polu[illegible]rolixioris diei, vel no[illegible] quantitas per media[illegible] horam variatur, vt fiat aliqua hominum habitatio, vbi dies maior est du[illegible]cim horarum cum dim[illegible]lia, & fit alia vbi [illegible]or di[illegible], vel nox. 13. [illegible]st horarum interceptum inter illas duas [illegible]bitationes. Vbi talis contingit variatio, clima dicitur, sicut si vna de[illegible]scriberetur linea parallella ab oriente [illegible]ersus occidentem, quæ transiret per zenith capitis illius qui habitat vbi maior dies, vel nox est duodecim horarum cum dimidia: & alia parallela transiret similiter per zenith alterius: vbi maior dies, vel nox. 13. horarum est. Id terræ in[illegible]ceptũ, inter illas duas parallelas lineas [illegible]ma v[illegible]catur, primum apud Cosmographos. Et sic ex illa linea vsque ad aliam, vbi fit variatio per horam dimidiam. 21. dixerunt clima. Et antiqui solũm. 7. climata posuerũt: quia terram vltra æquinoctialẽ ad Austrũ non putabant habitabilem. & non posuerunt climata versus illam partem, [illegible]lũm ad polum, vbi nos habi[illegible]mus.

Quid clima

¶Est etiam considerãdum, q̃ ipsa climata denominauerũt à ciuitatibus pri[illegible]pali per quas transibat illa linea, & no[illegible] principio, neque à fine climatis, sed à medio: vt constando de medio, non esset difficile de extremis intelligere.

Nota.

¶Ista septẽ climata [illegible] ab antiquis signata 7. [illegible]netis appropriauerũt. Primũ, Saturno. Secũdũ Iouí. Marti. 4. Soli. 5. Veneri. 9. Mercurio. 7. [illegible]ne. Et distãtiã inter clima & clima posuerunt, non æqualem in omnibus: vt in sequenti figura erit manifestũ [illegible] qua p[illegible]onetur principium: mediũ: & finis cu[illegible]iuslibet climatis, & distantia [illegible] latitudine.

Clim.

Clima	Principium Horæ	mi.	Medium Ho.	mi.	Finis. Ho	mi.	Milliaria. In latitudine	Loca per quę trãsitus
1.	12.	45.	13.	0.	[illegible]	15.	44.	Diamerces.
2.	13.	15.	13	30.	13.	45.	40.	Diasienes.
3.	13.	45.	14.	0.	14.	15.	[illegible]	Diaalexandrios.
4.	14.	15.	14.	30.	14.	45.	30.	Diarhodos.
5.	14.	45.	15.	0.	15.	15.	25.	Diaromes.
6.	15.	15.	15.	30.	15.	45.	21.	Diaboristhenes.
7.	15.	45.	16.	0.	16.	15.	18.	Diaripheos.

¶Verũ [illegible]strologi iuniores videtes terrã nõ solũm esse habitatã ad partẽ hanc poli arctici, q[illegible] ad septentrionẽ est, sed etiã vltra æqu[illegible]noctialẽ ad partem austri, voluerunt signare etiam climata v[illegible]sus partẽ illã: & sic posuerũt. [illegible] climata versus partẽ illam, & in h[illegible] nostra vbi habitamu[illegible] 5. 7. vt antiq, sed alia. 12. vt sic numero fierent omnia. 24. Et [illegible] erũt cõputũ ab ipsa linea æqui[illegible]tiali, vbi æqualis est d[illegible] noctũ: & protenderũt versus alterũ polũ, vsq; dum dies esset. 24. horarũ, & etiam [illegible]. Hãc rationem nunc Cosmographi sequuntur in sui[illegible] [illegible]strumentis.

¶Omnia ergo loca, & omnes prouinciẽ q̃ sunt per longitudinẽ ab oriente, vsq; ad occidentẽ, (si modo æque distent ab æquinoctiali) quia habẽt æqualitatẽ in dieb⁹ & noctib⁹, dicunt esse in eodẽ climate. Esto vna sit ciuit[illegible] magis orientalis alia: q̃ ratio clima[illegible] [illegible]ſlũ[illegible]ratione latitudinis cõsiderat, quę est ex approximatiõe, vel elõgatiõe ab eq̃ noctiali. Et vbi est idẽ clima, erit eadem tẽperies aeris, & tẽpora (vt in plurimũ) sic se habebũt, & quo ad fruct⁹ terrę erit similitudo. Et sic terra Florida q̃ est in illis partibus ad Aquilonẽ, est in climate in quo est anti[illegible] Hispania, quãuis ipsa Hispania si[illegible] per [illegible]ras magi[illegible] orientalis * Hispani castel[illegible]i habẽt in terra Florida populũ fũda[illegible]n ex[illegible]o galli expulsi qui cõtra ius ibi habit[illegible]nẽ deleger ãt: & sunt occisi in numeri[illegible] adelãtado. D. Petro Melẽdez anno. 1566. vbi ergo [illegible]nõ habitãt q̃ locus à na[illegible]uigãtib[illegible]s, Rio de S. [illegible]stin, dicit, est polus eleuatus. 39. gradu[illegible] cu[illegible] dimidi[illegible] ex quo in climate eodẽ cũ Hispalẽsibus, de quo in [illegible]scriptione noui orbis inf[illegible] Quare dicũt q̃ cam peragrarunt, esse in e[illegible]m ferẽ dispositione, qua Hispania, & fructus similes in [illegible]ti, sicut in Hispania, maximè nuces, castaneæ, & pruna in magna abundantia, & vites: alibi latius.

¶Est etiã pro[illegible] debita intelligẽtia authorũ qui de hac materia scribunt, considerandũ: q̃ sicut antiqui terrã diuiserunt per climata, sic etiam fecerunt diuisionẽ per parallelos, vt cuiuslibet climatis fieret diuisio in duos parallelos, id est, duas lineas æque distãtes: & sic ex. 24. climatib⁹ fece[illegible] 48. parallelos, vsq; ad eleuationẽ poli suo Arctico circulo: vt Arctic⁹ circul⁹ esset zenith, vbi eleuatio poli est p. 66. grad⁹ & minu[illegible] & vsq; ad eleuationẽ vbi polus esset zenith quæ est. 90. graduũ, restant. 29. gradus, minuta. 30. & sic fit accretio in diebus: ita vt vbi eleuatio sit poli per. 67. gradus. & 16. minuta, dies sit [illegible]r mensem: & vbi per. 69. & 30. minuta, per duos, & vbi. 37. & 15. minuta per. 3. menses, & vbi eleuatio per. 78. gradus, per. 4. menses, & vbi eleuatio per. 84. per. 5. menses: & vbi eleuatur summum quod potest, per. 90. quando est supra zenith. per. 6. menses erit dies, & per sex alios erit nox. Et quod terra illa vbi primũ clima ponitur à parte Australi, sit habitata & multa consideratione digna habeat, eloquentissimus historiographus Regis Christophorus stella Caluetus in suis Cõmentarijs, dẽ terrã, del Pera, ostendit.



SPECVL. IX. VTRVM omnis terra sit habitabilis secũdũ oẽs quinq; Zonas, in quibus diuiditur cõiter, & secũdum oĩa climata, & parallelos ad Austrum & Aquilonem.

Universidad de Deusto Biblioteca

1.Argumé. ARguitur quòd non. Zonæ illæ extremæ quæ sunt in polo Arctico, & polo Antarctico, sunt inhabitabiles propter nimiam frigiditatem, vbi continget diem per mensem, & per duos: imò & per.6. esse, & noctē similiter. Et dicitur ibi mare esse gelatū ob intensam frigiditatem: ergo non potest esse ibi habitatio congruens cōditioni hominum.

2 ¶ Præterea. Principalis terræ pars (quæ torrida zona appellatur) non est habitabilis. Patet ex nimio calore: quia semper Sol per illam circuit, & adustā habet, vt docet Aristoteles in Meteoris.

3 ¶ Vltimò. Illa zona quæ est à tropico Capricornij, ad circulum Antarcticum non est habitabilis. Patet ex Ptolemęo, qui probat in illa zona in æstate nimium vigere calorem, propter hoc quod terræ Sol est propinquior: quia in opposito augis: & in hyeme est frigus intensissimum: quia sol est in auge nimium elōgatus à terra & homines non possunt viuere prefrigore.

In cōtrariū ¶ In contrarium est, quia per.3. zonas est habitata, vt constat experientia.

Notan. 1. ¶ Imprimis considerandum, de habitatione terræ fuisse opinionē Ptolemæi, & aliorum astrologorū, inter quos author sphęræ est, quòd de omni terra sola erat habitabilis vna quarta: & dixit zonam illam quæ erat ad Austrum, correspondens illiin qua Hispania, & Europa, non esse habitabilem propter intemperiem aēris: propter calorem excessiuum, quando viget calor, & propter nimium frigus in hyeme. Et sic ad Austrum à tropico Capricornij nullo modo habitari potest terra. Hanc opinionem

Aliaco. q. 3. sup sphērā. sequitur Petrus de Aliaco. Probat eā supponendo quòd Sol mouetur in suo eccentrico per medietatem anni versus augem:

Ptolemæus in. 3. dictione Almagisti. ita vt in fine geminorum sit in auge sui eccentrici, & per aliam medietatem mouetur ad oppositum augis: sic vt in fine Sagittarij est in opposito augis. Hoc patet per demonstrationem, quam ponit Ptolemæus.

¶ Supponitur secundo quòd centrum eccentrici Solis distat à cētro mundi per duas partes cum dimidia illarum partium, quarum semidiameter eccentrici.60. habet.

¶ Ex isto supponitur tertium, quòd quando sol est in opposito augis sui eccentrici, est propinquior centro terræ, quàm dum in auge est per. 5. partium prædictarum, quarum semidiameter eccētrici habet.60. Patet: quia Sol in opposito augis propinquior est centro mundi: & sic multò terræ propinquior in hyeme, quàm in æstate est.

¶ Supponitur quartò, quòd quantò aliquod luminosum est propinquius, tantò fortius illuminat, & calefacit.

¶ Vltimò, si aliqui ibi habitant, quādo nobis est æstas, est illis hyems, & è cōtra. Istis suppositis, probat illam terram esse inhabitabilem.

¶ Illa terra non est habitabilis, in qua non Ratio. est temperamentum congruens humanæ conditioni: sed ibi non est tale temperamētum: quia quando est estas, nimium viget: & quando hyems, nimiū friget. Patet: quia in æstate illius plagæ Sol est in opposito augis sui eccentrici: & sic ex suppositione propinquior terræ, & magis calefacit. Si ergo nos non possumus sustinere calorem, cum Sol sit remotior, quomodo illi poterunt, cùm tamen propinque sint? Idem de frigore probat. Hæc est ergo istorum opinio circa illam partem terręad Austrum.

¶ Quantum ad torridam Zonam etiā sunt opiniones: quidam dixerunt eam inhabitabilem ob æstum, saltim quo ad illam partē suppositam æquinoctiali: quia dicūt quòd quanto quis accedit ad equinoctialem, tanto videtur incongrua habitatio ob intemperiem aēris. Respondentes igitur sit prima conclusio.

1. Conclus. 1. Ratio. ¶ Terra quæ zona media dicitur, seu torrida, quæ est inter tropicum Cancri, & Capricornij, habitabilis est. Patet. Est habitata, & frequenti habitatore habitata: ergo est habitabilis. Patet: quia sunt sub ipsa torrida zona per.4. gradus, & amplius intra tropicum Cancri versus lineam æquinoctialem: sunt & multi alij populi. Et in prouincia, Del Peru, vbi ipsa ciuitas quasi metropolis est, rerum Ciuitas, quæ alias Lima vocatur. Et prouincia Del Quito.

Mexicani.

Cāpanus in sua sphera. c. 39. ¶ Præterea. Illa terra est congruens hominum habitationi, vbi temperies est aēris, neque excessiuus calor, nec nimium frigus: sed hæc zona, quæ torrida vocatur, est huiusmodi: vbi neque calor in æstate tam vrgens, vt in Hispania, nec in hyeme frigus: nam toto tempore anni ferè, in omni loco

ni loco totius nouæ Hispaniæ nunquàm tantum homo frigore constringitur vt sit necessarium adhibere ignem ad se calefaciendum, neq; viget tantùm æstus, vt hominem compellat vestem consuetam relinquere: ergo sequitur quòd non solùm habitabilis est, sed maximè habitata, & cōgruentissima habitationi: maximè sub æquinoctiali: sic tenuit beatus. Isidorus

Isidorus. 1. Etymol. l. eam habitabilem: vbi putat Paradisum terrestrem situatum ad orientem. Et adducit quendam qui in Anglia vidit incantatorem, qui arte superstitiosa dæmonem incluserat (vt ipse putabat) qui vt posset exire, promittebat in qualibet die anni fructus maturos. Et incantatore petente vbi esset locus, respondit, quod in quo loco, qui ab hoibus reputabat inhabitabilis, qui tū est amœnissimus, s. paradisus terrestris.

¶ Nonnamē in hac noua Hispania sub torrida zona habitantes, sine tali incantatione asserere possumus sic esse, quod in qualibet die anni dantur fructus maturi, alij, & alij, et sine opere dæmonis possumus addu cere: imò comedimus: nam de fructibus quos profert ipsa regio est compertissimum: quia in omni tēpore anni inuenies hunc, vel illum fructum. Et (quod magis est mirandum) de fructibus adductis ex Hispania antiquis. Nam tempore Natiuitatis, eo tempore maximè frigus viget in ista noua Hispania, sicus maturi comeduntur & non in vno, sed in multis locis: & vuæ maturę, & poma, & alij fructus multi, quos vidimus, & gustauimus. Quolibet tempore anni etiam in multis partibus segetes inueniuntur maturæ, & aptę ad messem: & multa alia quę mirāda sunt illis qui nō viderūt. Nonnis tamē ex consuetudine vilescūt. Et in eodē, & eodē agro segetes albę sunt ad messē, & in alia pte incipit frumētū pullulare.

¶ Non solum ista cōc. probat partē hanc q̄ ab equinoctiali vsq; ad polū arcticū, vbi ista noua Hispania est, esse habitabilē: sed etiā cōtendimus q̄ ex altera parte versus aliū polū, & sub æquinoctiali: quia ex experientia cōstat. Et tandē tota torrida zona est habitabilis, & tēperies aeris saluberrima hmōi inuenit: ob id illi q negauerūt, habitabilē, vel sub æquinoctiali, vel ad austrū, aut ? quilo nā ibi nimiū vigeret sol, sunt decepti, et vt hoies errauerunt, neq; cognouerūt oia: scientia enim omnis accreuit additione.

Campanus. vbi suprā. ¶ Et sub æquinoctiali esse terram temperatam, & congruētem habitationi hominū, probat Campanus.

¶ Secūda cōcl. Duę zonę extremę, q̄ sunt 1. Cōclusio in circulis Arctico et Antarctico, inhabitabiles sunt. Patet. In illis nimiū viget frigus, qd est salutī hoim aduersū. Viget (inq̄) ex Ratio. nimia elōgatione à sole, vbi nox p mēsem, vel p duos vt dicebamus: imò p.6. & similiter dies. Quō vitæ hoium cōgruēs terra erit, vbi p mēsem quis nō videt solē, & cōtinuè esset nox, & in tenebris essēt hoies, & frigore cōstricti? Et qū dies p eundē mensē quō posset hō esse sine hoc qd̄ requiescere, & somnū caperet? Et dato in hoc sibi p uideret, ob indirectā solis irradiationē, frigus adhuc vigeret. Si n. tpe hyemis apud nos vigeto irradiationē hāc indirectā, esset si p xinior sit tūc sol terris: q̄a est in opposito augis eccētrici, quanto p amplius esset in illis partibus? ob id illę partes à nullo cosmographorū sunt positæ habitabiles: imo neq; zonæ proximæ illis p parte q̄ nimiū ad circulos arcticū, & antarcticum approximant. Et etiam docet experientia: quia nullū est inuētus q̄ibi in habitet: si forte q̄s fuerit inuētus, raro erit. * Hoc intelligas oportet in parte illa q̄ polum arcticū habet pro zenith. nā in eleuatione.60. graduū, & vltra vsq; ad.70. frequēs habitatio est vt ex diuersis colligi pōt, maximè ex Olao magno Archiepiscopo Vpsalensi in suo illo operæ de gentibus septētrionalibus, imò Nuruegā ponit in eleuatione.70. graduū, vbi dies p duos mēses cū dimidio & vltra, plures ponit insulas habitatas, vsq; ad eleuationē.83. graduū vbi screligeros habitare dicit, q Pigmei vocāt, q in veritate in cū gruibus bella gerrūt, quibus & dies p mēses fere quinq;, & multa alia videri possunt curiosa & ferè incredibilia de habitatoribus vltra circulum arcticum.

¶ Tertia conclusio. Aliæ duæ zonæ tam 3. Cōclusio ad Aquilonem, quàm ad Austrum sunt habitabiles, imò sunt habitatæ. Quantū ad primam partem non indigemus probatione, cum sit experientia cognitum, nēs affirmāt talē terrā habitatā: imò antiqui illā solā ponebant partem habitatam.

¶ Secunda pars habet difficultatē, ob Pto. & Pet. Aliac. & Alfraga. & Alber. Mag. De Ioan. Bapt. Capuanus super sperā fo. 72. quo vide Ioan. Baptist. sed probatur.

¶ Illa pars terræ dicitur congrua hominū habitationi, vbi neque calor excessiuus Ratio. 1. neque nimium viget frigus: sed illa zona ad Au

Universidad de Deusto Biblioteca

ad Austrum quæ est inter tropicum Capicornij,& circulum Antarcticũ, est hus-modi:ergo illa habitabilis est.

¶Præterea.Si nõ est habitabilis, maximè ob rationem Ptolemæi,quam adduximus ex Petr.de Aliac:qa scilicet in estate nimis sol est propinquus, & in hyeme elongatus: sed ista non conuincit, vt eam faciat inhabitabilem.Patet: quia dato ita esset, quòd ex propinquitate solis sit nimius calor,ex alia causa potest temperari, ex influentia, scilicet,lunę,vel Saturni, aut aliorum astrorum:& hoc experimur nos sub torrida zona habitantes,quòd in aliquibus terris feruet calor.,& in alijs terris proximis istis nimium rigidum est frigus in distantia vnius milliaris: sic vt videatur transitus à calore nimio ad frigus nimium: & nos qui hæc scripsimus,sumus non semel,aut bis experti, & vbi frigus sic friget: vt etiam si sit in media æstate:sint niues,& pruina. In tam breui distantia huius varietatis non potest dari ratio appropinquatio, vel elongatio solis:directio,vel mora:sed oportet ad alias causas etiam naturales recurrere, quæ vel obstant soli, vt calefaciat: & est frigus intensum,vel iuuat,& intenditur calor. Si ergo hæc hic cõtingunt, sequitur quòd non est sufficiens ratio, dicere illam terram inhabitabilem ad Austrum: quia in æstate sol,quando illis estas est propinquior,& in hyeme est remotior. Propinquitas enim vel elongatio solis, quæ est per motum sui eccentrici ad augem,uel oppositum augis, non tantã causat in temperiem, vt reddat in habitabilem terram.

¶Et quidem relictis illis terris, quæ de nouo inuentæ sunt in parte illa australi, vltra tropicum capricornij per.12.gradus cum dimidio, est situatus locus ille, qui extremum Bonæ spei vocatur,*Cabo de buena sperança*,ubi est locus aptus ad inhabitãdum: vt Lusitani qui nauigant illud mare ad Indiam testes sunt oculati.

¶Manet ergo ex istis probatum,quòd exceptis illis duabus zonis extremis, quæ sunt à circulis Arctico, & Antarctico vsque ad polos,omnes sunt habitabiles:quia in omnibus illis reperitur temperies sufficiens ad vitam hominum,licet non æqualis in omnibus illis locis. Et haud dubie astrologi antiqui,& cosmographi(vt oculis videmus) ignorauerunt plures prouincias esse habitatas,quas nunc videmus. Et quotidie de nouo apparent,industria,& solicitudine Hispanorum: vt patet vsque ad.60. gradus eleuationis ad Austrum, *El estrecho de Magallanes*.Et adm aiorem intelligẽtiam dictorum,vt animus assurgat ad Deũ, qui hæc omnia fecit, per integram speculationem libet omnia loca in nouo mundo maritima describere,& leucarum distantiã,& poli eleuationẽ tam in mari quòd dicitur, *del Norte*,quàm *del Sur*,quòd & erit iucundum lectu, quia, *De un mar a otro y mas de cincomil leguas,andadas y conoscidas por los Castellanos*.

¶ Ad argumenta solutio patet ex dictis. Ad argum.

¶SPECVLATIO. X. Quæ sit Poli eleuatio, tam ad Austrum quàm ad Aquilonem in locis noui orbis modo inuentis.

POSTQVAM IN præcedenti speculatione aliqualem notitiam dedimus de Zonis : in quibus tota diuiditur terra, & locis in quibus habitatio est: & de torrida Zona loquentes,quam antiqui olim inhabitabilẽ dixerunt, & modo in nouo orbe frequentissime cultam & hominibus plenam intelligamus: operæpretium duxi in hac. 7. speculatione omnia describere, quæ in nouo orbe nuper inuento loca sunt habitata,& cognita per loca maritima discurrendo, tam mari quod dicitur *del Norte*,quam in mari quod ad Austrum,& dicitur *mar del Sur*:& apprehendemus Poli altitudinem: & leucarum distantiam, a loco magis Septentrionali exordium sumentes, qui vulgo dicitur *la tierre del labrador*. Tierra de Labrador. Leguas.

¶In fine terræ firmę ex parte Septentrionali,est eleuatio. 48. graduum latitudinis, ab isto loco vsque ad fluuium qui dicitur *de las Gamas* : sunt quadringentæ leucæ, *la buelta del Hueste*, qui locus est eleuatus per 44.gradus. Rio de las Gamas 400.

¶A fluuio qui dicitur *de las Gamas*,vsque ad fluuium qui vocatur, *rio de Sant Augustin*, est distantia eadem,scilicet, quadringentarum Fluuius. S. Augustini. 400.

rum leucarum: qui fluuius est in eleuatione triginta & nouem graduum cum dimidio:in hoc loco est *Colonia* modo Hispanorum Castellanorum,vbi fuerant Galli,qui contra fas,ibi sedem acceperant:& ab Adelantado D. Petro Melendez, sunt deuicti expulsi & ferè omnes trucidati: anno 1566.

¶Ab isto loco, qui dicitur fluuius sancti Augustini,vsque ad alium qui dicitur *Cabeça de los martyres*, est distantia octoginta leucarum:eleuatio est ibi, vigintiquinque graduum. Cabeça de martyres. 80

¶A loco qui dicitur *Cabeça de los martyres* vsque ad locum qui dicitur sinus *de Miruelo*, vulgo *Baya de Miruelo, altura 30. grados y medio*,& distantia est centum leucarum. 100 Seno de Miruelo.

¶Ab isto sinu *de Miruelo*, o *Baya*, vsque ad fluuium qui dicitur Spiritussancti: est distantia centum & sexaginta leucarum: *al Hueste*: est ibi eleuatio. 30. graduũ in ore fluuij. Rio del Spiritu sancto. 160

¶Ab isto fluuio qui Spiritussancti dicitur: vsque ad fluuium qui dicitur *rio Escondido*, est distantia centum leucarum:& est ibi eleuatio viginiti septem graduum cum dimidio. Rio absconDido. 100

¶Ab isto fluuio absconso, vsque ad fluuium *de Panuco, que es costa norte Sur* : est distantia septuaginta leucarum:est ibi eleuatio 23.graduum. Rio de Panuco. 70

¶Ab isto fluuio *de Panuco*,vsque ad ciuitatem Veræ crucis, qui est locus deseruiens pro negociatione nouę Hispaniæ : & ad quem omnes nauigantes quam primo peruenium, est distãtia nonaginta leucarum: ibi est eleuatio poli. 18. graduum cum dimidi La Vera cruz. 90

¶A portu Veræ crucis; vsque ad locum qui dicitur *Campeche*, quæ est in prouincia *de Yucatan*: distantia centum leucarum,ibi est eleuatio decem & nouem graduũ cum quarta. Campeche. que. 100

¶Ab isto loco *de Campeche*, vsq; ad aliũ qui dicitur *el Cabo de Cotoche*:est distãtia.80. leucarum,ibi est altitudo poli. 20. graduũ cum dimidio. Cotoche. 80

¶Ab isto loco qui *Cabo de Cotoche*,vsque ad alium qui dicitur *Golfo de las Higueras*: est distantia centum leucarum, & ibi est eleuatio 17.graduum. Golfo de las Higueras. 100

¶Ab isto loco qui dicitur *Golfo de las Higueras*, vsque ad alium qui dicitur *Cabo de Honduras*:est distantia. 85. leucarum : & est ibi polus eleuatus per. 16.gradus. Honduras 85

¶Ab isto loco qui *Cabo de Honduras*, ad alium qui dicitur *el Desguadero dela Laguna de Nicaragua*:est distantia.70.leucarum, est eleuatio. 10.graduum cum dimidio. Desguadero de la laguna. 70

¶Ab isto loco qui vulgo dicitur *Desguadero de Nicaragua*, vsque ad portum nominatissimum, qui dicitur *Nombre de Dios*: qui deseruit pro omni negocio mercatorum, in illo vastissimo regno, qui dicitur *del Peru* : est distantia octoginta leucarum, ibi polus eleuatus est per nouem gradus cum dimidio & quamuis ab isto loco,*Nombre de Dios*, vsque ad alium locum qui dicitur *Panama*,in mari *del Sur*,parua sit distantia,scilicet, 17.leucarum in alijs partibus *de Maramar*: est magna & ex aliqua parte est vltra mille leucas. 80 Nombre de Dios.

¶Ab isto emporio nominatissimo *de Nombre de Dios* ; vsque ad ciuitatem *Cartagena*: est distantia septuaginta leucarum,est eleuatio. 10.graduum cum dimidio: in hac distantia ponitur fluuius qui dicitur *el Darien, ditissimus auri*, vbi nostri Hispani collegerunt multitudinem, est magnus fluuius. Cartagena. 70

¶Ab ista ciuitate *Cartagena*, vsque ad *Colonia* Hispanorũ, quæ dicitur *Sancta Martha*: est distantia.32.leucarum, & ibi est eleuatio vndecim graduum. In hac distantia positus est fluuius ille magnus, qui dicitur *de Sancta Martha*:qui distat a populo, vbi habitant Hispani:per. 18.leucas fere,habet hic fluuius in ore;quando ingreditur mare,septem leucas in latitudine: & tanta velocitate intrat, vt per distantiam quatuor leucarum in mari: aqua sit dulcis, & non misceatur salso,ex vehementi fluxu eius. In hoc fluuio sunt cocodrili, animalia illa celebratissima apud Ægyptios: de quibus multa Plinius & alij, & à nostris Hispanis vocantur *Caymanes*, o *Lagartos de las Indias*. Sunt & pisces magni: & ille qui vocantur Manati in quantitate vitulorũ: & esus est ad similitudinem carnis bouinę.Est hic fluuius ditissimus in quo aurũ colligitur, & erat frequẽtissime ex vtraq; parte habitatus ante aduentum Hispanorum :longè q; ad ortum eiusdem fluuij per quadringentas leucas: tantam dicunt esse distantiam ab ortu eius vsque dum mare intrat. Sancta Martha. 32 Lagartos, o crocodilos: Circa lib. 1. hist.c. 31.

¶A populo *Sancta Martha*, vsque ad alium locum qui dicitur *Cabo de la Vela*:est distantia quinquagintaquinque leucarum:est eleuatio. 10.graduum. Cabo de la Vela. 55

A loco

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ A loco qui dicitur *Cabo de la vela*, ad aliũ locum qui dicitur Buruata est distantia, ad
90 90. leucas: & polus, ibidem eleuatur per
uem gradus cum dimidio.

Buruata. Cubagua. ¶ Ab isto loco *de la Buruata*, ad insulam qui dicitur *Cubagua*, vbi olim erat margaritarũ piscatura: est leucarum distantia septuaginta, ibi est eleuatio. 10. graduum cum dimidio.
70.

Cabo de Salinas. ¶ Ab hac insula *de Cubagua*, vsque ad locum qui dicitur *Cabo de Salinas*, prope insulã quę dicitur *de la Trinidad*: est distantia quinquaginta quinque leucarum, & eleuatur polus per. 10. gradus.
55.

Rio dulce. ¶ Ab isto loco qui dicitur *Cabo de Salinas*, vsque ad locum qui dicitur *Rio dulce*: est distantia, sexaginta & octo leucarum, & est eleuatio sex gradum cum dimidio.
68.

Rio de Orellana. ¶ Ab isto fluuio dulci, vsque ad illum fluuium nominatissimum qui dicitur, *de las Amazonas, o de Orellana*: est distãtia, centum viginti quinq; leucarum: eleuatio est duorum graduum. Hic fluuius habet in latitudine (vt aiunt) vltra quadraginta leucas: qui est fluuius distinctus ab alio qui dicitur de Maranon: qui nõ multum ab isto
125. distat, in quo dicitur historiographus Petrus de Cieça Legionensis Hispalensis in
De ceptio Petri d Cie 52. prima parte suæ historiæ impressa Hispali c. 31. qui ponit eundem fluuium esse, hũc quẽ dicimus *de las amazonas o de Orellana*, cũ illo qui dicitur *de Marañon*. Sed tamen falsitas est deprehensa a nostris Hispanis: & hic fluuius dicitur de *Orellana*, eo quod quidam dux qui & *Adelantado* dicitur, egressus a prouintia *Peru*, peruenit ad originem huius fluuij, & per mille leucas descendit, vsq; dum peruenit ad egressum eius in mari *del Norte*, (quod vulgo dicitur,) qui est locus de quo est sermo: ex quo probatur terrarum vastitas, vbi leucarum tanta distantia est: & experientia probatum est anno
Modo dicitur hic fluuius el dorado. 1559. quando dux *Pedro de Orsua*, missus est à senatoribus ciuitatis *de los Reyes*, quæ dicitur *Lima*, in prouintia *del Peru*: qui in ortu fluuij fecit nauigia, & militum congregauit multitudinem: inter quos ille nol i natus tyrannus crudelis *Lope de Aguirre*, qui stragem fecit inauditam, & per labores plurimos, & per diuersa rerum discrimina peruenerunt ad mare *Del Norte*: vt ex historia manu cõscripta apparet. Hæc sint dicta vt constet alium esse hunc fluuium (qui Amazonarum, *o de Orellana* dicitur) ab alio qui *Marañon*.

¶ Ab isto loco vsque ad alia parte fluminis, qui dicitur *Cabo blanco*: est latitudo eiusdem fluuij quæ ad 40. leucas est, & iuxta aliorum mensuram habet quinquaginta: & ibi *el Cabo blanco*, est linea æquinoctialis pro Zenith capitis. Cabo blanco. 40. 50. Aequinoctialis linea.

¶ Ab isto *Cabo blanco*, vsq; ad fluuium etiã nominatissimum & vastissimum, qui dicitur *Marañon*, est distantia octogintaquinque leucarum: vbi iam altitudo venit considerandam ex alia parte quæ australis est: & ibidem eleuatur polus per duos gradus cum dimidio, & quidem historiographi mentionem fecerunt aliquorum fluuiorũ, qui inter alios nomi tissimi sunt: vt defluuio Ganges, qui per indiam Orientalem percurrit: & fuerunt meiores Nili, qui diuidit Affricam ab Asi ,& regnum Aegyptiorum rigat: & de Tigre: & Euphrate, qui circuunt Mesopotamiam, & Cappadociam: etiam memoria habetur fluuij Indi, qui ab India nomen accepit: & Danubij, qui Vngarorum regnum pertransit: & de fluuio Thanays, qui Asiam disiungit ab Europa: & Ptolemæus, in sua geographia. Gangem potentissimum ponit: qui vbi magis de longitudine septem leucarum distantia est: sed quid ad fluuium *Marañon*? & ad præcedentem *de las Amazonas*? hic fluuius quadraginta leucarum in latitudine dicitur esse, vbi mare intrat Oceanum. Rio Marañon. 85. Magna flumina. 40.

¶ Ab isto fluuio *de Marañon*, vsque ad locum qui dicitur *Cabo de Hueste*: sunt centum leucæ, & altitudo poli, duorum graduum est ad austrum. 100. Cabo de hueste.

¶ Hic locus considerandus venit propter duo, primo quia prope hunc locum pertransijt linea illa diuisionis totius orbis, in duas partes æquales: inter reges catholicos Hispaniarum, & Lusitaniæ, facta ab Alexandro sexto pontifice summo anno 1494. tempore nostrorum catholicorum regum, regis Ferdinandi & reginæ Elisabeth & Regis Portugalię Ioãnis secũdi, quæ linea, a polo ad polum extenditur: & totum diuidit orbem in duo æqualia: & ex diuersis respectibus, conuentione facta inter reges cum linea, deberet pertransire a polo ad polum per insulam *Cabo uerde* vulgo dicta: ad petitionem regis Lusitaniæ, factũ est: vt magis versus Occidentem, linea signaretur ad distantiam tre cen- Totius orbis partitio facta a summo pontifice ad instantiã regũ catholicorum & Lusitanię

centarum & septuagintaleucarum: vt terram rex Lusitaniæ haberet in sua demarchatione, *que del Brasil* dicitur: ad quam in nostra hac descriptione perventum est: & datum est, quod ab illa linea versus occidentem, omnia inuenta, & inueniẽda, in cõmertijs, & in alijs in quibus ad bonũ fidei promulgãdę, pertinerent: ad reges catholicos Hispaniæ, & ex eadem linea ad Orientem eodẽ iure, haberet rex Portugaliæ: & tantum quãtum Lusitani, voluerũt habere ex parte hac (ob terrã del Brasil) amiserũt ex alia parte, quæ est ditissima, aromatum & auri & lapidũ preciosorum: quapropter insulæ Maluccæ dicuntur, vbi Gallophilum nascitur, *que se dize del Clauo*, in demarchatione catholicorũ. egũ est: & si per insulam *de Cabo uerde*, linea pertrãsiret, sicut primo à põtifice Maxim. Confinitum est ad ius pertineret Lusitaniæ. &c. Tierra del Brasil. aduerte.

¶ Secundum ob quod locus hic notandus, est: eo quod in hac regione (quæ tierra de Brasil dicitur) Portugalẽses, habẽt multas colonias: vltra. 18. (vt audio) & extenditur eorũ possessio, per sexcẽtas leucas in lõgitudine, per ripã maris: & ferè ad ducentas leucas, intra ipsam firmã terrã: pro parte, quę respicit, *las prouincias del Peru*, ad Australẽ plagã: hęc obiter dicta propter curiosos, aliàs fortè latius, conuertamur ad locum à quo digressio facta est. Colonia Lusitanorũ in nouo orbe, en la tierra del Brasil.

¶ A loco qui dicitur, *Cabo de Hueste*, vsq; ad primũ fluuiũ, qui dicitur, *rio primero*: distantia est, centum quadraginta leucarũ, est poli eleuatio, quatuor graduum cum dimidio. Rio primero. 140

¶ Ab isto loco q dicitur à naucleris, *rio primero*, vsque alium locum qui vocatur, *Cabo de sant Augustin*: sunt. 70. leucæ: eleuatio est. 8. graduum. Gabo de S. Augustin. 70

¶ A loco qui dicitur, *Cabo de sant Augustin*, ad sinum seu *Baya de todos los sanctos*: est distantia octoginta sex leucarum: & altitudo, est quatuordecim graduũ fere. 86

¶ A loco qui dicitur, *Baya de todos los sanctos*, vsque ad locum signatum, qui dicitur *Abre ojo*, sunt centum decem & septem leucę: & altitudo est, viginti & vnius gradus. Todos los sanctos. abre ojo. 117

¶ Ab isto loco qui dicitur, *Abre ojo*, vsque ad locum qui dicitur, *Cabo frio*: sunt leucæ septuaginta & octo: eleuatio poli. 23. graduum cum dimidio est. Cabo frio. 78

¶ A loco qui dicitur *Cabo frio*, vsque ad sinum qui dicitur, *Baya de sant Vicente*: est distancia centum decem & septem leucarũ. 117

eleuatio est viginti trium gradum cum dimidio.

¶ Ab isto loco qui dicitur, *Baya de sant Vicente*, vsque ad locum qui dicitur, *Sancta Catherina*: est distantia septuaginta leucarum, & altitudo est. 27. graduum eũ quarta gradus. Baya de S. Vicente. 70

¶ Iuxta istum locum qui dicitur *Sancta Catherina*, pertransijt linea illa diuisionis totius orbis: de qua mentio facta est, inter reges nostros Hispaniarum, & Portugaliæ. S. Cathallina.

¶ Ab isto loco qui, *Isla de sancta Cathalina* dicitur, vsque ad locum qui dicitur *Cabo de sancta Maria*: sunt leucæ centum quadraginta quatuor: eleuatio poli, trigintaquinque graduum est. Hic est fluuius magnus qui dicitur vulgo, *rio de la plata*: qui tantæ magnitudinis est: vt a illo qui vidit testimonium acceperim: habere in ore (vt dicunt) quando mare intrat, in latitudine vltra viginti leucas. & in multis locis, ascendendo ad octo leucas distancia est: & per trecentas leucas ascendendo. Hispanorum *Colonia* est: vbi dicitur *la ciudad de la Asçension*, de quibus plura in relatione facta *a cabeça de Vaca*, in sua illa gubernatione infaustissima: vbi multa passus est à suis. Prosequẽtes vsque ad fretum Magallanicum quod restat. Cabo de S. Maria. 144 Rio de la Plata.

¶ A loco isto fluuij, vsque ad locum qui dicitur *Cabo blanco*: q est ex alia parte fluminis leucæ sunt viginti eleuatio, est triginta & sex graduũ fere. Cabo blanco. 20

¶ Ab isto loco qui *Cabo blanco* dicitur; vsque ad alium qui dicitur *Baya sin fondo*: sunt ducentæ triginta & quinque leucæ, eleuatio, est quadraginta trium graduum & amplius quarta gradus. Baya sin fõdo. 235

¶ Ab isto loco qui dicitur *Baya sin bondo*, vsque ad alium qui dicitur *Baya de los trabajos*: sunt ducentæ leucæ: & altitudo quinquaginta graduum cum dimidio. Baya de los trabajos. 200

¶ Ab isto loco qui dicitur *Baya de los trabajos*, vsque ad fretum Magallanicum: sunt centum leucæ ferè, & eleuatio est, quinquaginta duorum graduum: & quid sit ex alia terra eiusdem freti, quæ ad Orientem est: prorsus ignoramus à longe visa est, sed nõ pedibus Hispanorum calcata. 100

¶ Ab ingressu freti Magallanici, vsque ad finẽ & ingressum in aliud mare quod vulgo dicitur *del Sur*, est distantia octoginta & septem leucarum. Ethic est finis descriptionis Estrecho de Magallanes

Universidad de Deusto Biblioteca

nis totius terræ, per loca maritima in nouo orbe à parte septentrionali incipiẽtes, qu[illegible] terra, Del Labrador, dicitu[illegible] ad fretum Magallanicum, quod vu[illegible]tur, Estrecho de Magallanes. Ab eodem duce in vento, anno. 1519. & pertransito ab eodem, non sine vitę discrimine suę, & sociorum. Quæ discrimina audiui ore proprio ab vno ex illis qui fretũ pertransierũt prudenti viro, & in arte nauigãdi vnicè perito: & quod maius est viro integerrimo & religioso: qui post tot maris & terrarũ pericula, ad portum securissimum & à procellis mundi tutissimu[illegible] religionis, peruenit: nam cum essetiam prouectę ętatis, ordinis Eremitarum sancti Augustini religionem, professu[illegible]st in noua Hispania: penitus mũdo renuncians honoribus, & diuitijs: qui frater Andreas de vrdaneta vocatur ex nobili familia Cantabrensiũ. Et pro hac speculatione hæc sufficiant, quæ restãt ex alia parte noui orbis in sequenti de[illegible]cribemus, & vt apparet ex hac parte est discoopertum, & tritum pedibus Hispanorum in nouo orbe: vltra tria millia leucarum, nã sunt tria millia & nõgente & viginti & octo leucę.

Estrecho de Magallanes

F. Andres de vrdaneta.

3928. leguas.

¶SPECVLAT. XI.
Quæ sit poli eleuatio in locis discoopertis à fretu Magallanico in mari Australi.

Equitur cõsequenter 11. speculatio, in qua considerandum erit: quæ sunt à nostris cognita, ex alia parte: & ab eodẽ loco incipientes, in quo fuit finis præcedentis speculationis, nempe à freto Magallanico, ex parte qua respicit australem plagam: hoc fretum in distantia habet aliquando tres aliquãdo. 6. leucas vbi aq[illegible] impetuose decurrunt.

Leguas.

Nuestra señora del valle.

¶A sinu qui dicitur, *Baya de nuestra Señora del Valle*, in ore freti, vsque ad locum qui dicitur Baldiuia: est distantia cẽtum & viginti duarum leucarum, vbi altitudo. 47. graduum cum dimidio ad austrum.

Baldiuia 121.

¶A loco q dicit, *Baldiuia*, vsq; ad portũ, *del Chile*: est distãtia centũ quadraginta octo leucarũ: & est in eleuatiõe polꝰ graduũ. 32

El Chile 148

¶A portu, *del Chile*, vsque ad sinum qui dicitur Baya de Mexillones: est distãtia. 180 leucarum: est eleuatio poli. 23. graduum cũ dimidio.

Baya de mexillones. 180

¶A loco qui dicitur, *Baya de Mexillones, al puerto de Ylo*, est distantia centum & quinque leucarũ: eleuatur polus. 18. gradus: iste portus est iuxta coloniã quæ dicitur Arequipa *en frente*.

Puerto de Ylo. 105

¶A portu ylo, *que esta frontero[illegible] Arequipa*, ad portum ciuitatis lima: quæ alio nomine dicitur *de los Reyes*, que est me[illegible]polis & sedis proreg[illegible] vbi & Senatores regij: est distãtia cẽtũ [illegible]ndeci[illegible]ucarum, eleuatur ibi p[illegible]lus per vndecim gradus cũ dimidio.

Lima 115

¶A portu Lima, vsque ad ciu[illegible]atẽ Truxillo: sunt octoginta leucę, [illegible] eleuatio poli, per. 8. gr[illegible]us.

Truxillo 80

¶A Truxillo, ad locũ qui dicitur, *Cabo blanco*: est distã[illegible]ia. 90. leucarũ, est poli eleuatio, per tres gradus.

Cabo blanco. 90

¶A loco qui dicitur *Cabo blanco*, ad l[illegible]um qui dicitur, *la punta de S. Elena*: quadraginta leucę sunt, eleuat polus per gradum cum dimidio.

40 Sancta Elena.

¶A loco qui dicitur *punta de sancta Elena, al cabo de Pasao*: sunt quinquaginta leucę, est sub equinoctiali.

Pasao. 50

¶A loco qui dicitur, *el cabo de Pe[illegible]*, vsque ad alium locum qui dicitur, *el cabo de S[illegible]cisco*, sunt trigenta leucę, extollitur polus, per duos gradus ad septemtrionẽ.

30 Eleuatio poli ad septẽtrionẽ.

¶A loco qui dicitur, *cabo de Sant Francisco*, ad locum qui dicitur *la Baya y puerto de la buenauẽtura*, sunt octuaginta leucę: eleuatur po[illegible]s, per quatuor gradus cum dimidio.

80

¶A portu qui dicitur [illegible] vsque ad Panama: sunt leuc[illegible]toginta qu[illegible]que: eleuatur polus, *en Panama*, per o[illegible] gra[illegible] cum dimidio.

Bonauentura. 85

¶A Panama, colonia Hispanoru[illegible] modo est senatus Regius, [illegible] est emporiũ frequentissimum n[illegible]torum Hispanorũ omnium [illegible]arum [illegible]ntiarum regni *del [illegible]u*: vsque ad locum qui dicitur, *Punta de Burica*: sunt no[illegible]inta leucę, est poli eleuatio, ad aquilo[illegible]m per sex gradus cum dimidio.

Panama.

90

¶A loco qui dicitur Punta de Burica, vsq; ad Nicaragua, sunt centum & decen[illegible]ucę, eleuatur polus per nouem gradus cum dimidio.

Punta de Burica. 110.

¶A ciuitate Nicaragua, (quæ à nostris de Leon

Nicaragua

Leon dicitur vbi sedes episcopalis vsque ad locum qui dicitur *golfo de Fonseca*: est distantia octoginta leucarum, extollitur polus, per gradus. 12. & quartam.

Golfo de Fonseca. 80.

¶A[illegible] isto *golfo de Fonseca*, vsque ad Teguãtepeque: est distantia nonaginta leucarũ, eleuat polus per 16. gradus.

Teguantepeque. 90.

¶A portu Teguãtepeque, ad portum de Acapulco: sunt centum & decem leucæ & estin[illegible]dem distantia ab Equinoctiali in qua Teguãtepeque.

Acapulco. 110.

¶A[illegible]tu de Acapulco, vsque ad portum qui dicitur *dela Nauidad*, qui est nominatissimus ob clasem ibidem pa[illegible]m semel atq; iterum pro insu[illegible] malucis: est distantia cẽtum quin[illegible]aginta trium leucaru[illegible] eleuatur polus per [illegible]9. gradus.

Puerto dela Nauidad. 153.

¶A portu [illegible]uitatis, vsque ad portum qui [illegible]itur *de sant Pedro, y sant P[illegible]lo*: sunt leucæ. 54. est eleuatio. 25. graduum.

Puerto de S. Pedro y San. Pablo. 54.

¶A portu Petri, & Pauli, vsq[illegible] ad locum qui ditur *Puerto delos puertos*: sunt leucę. 76. ex[illegible]ollitur polus per gradus. 26.

Puerto de los Puertos. 76.

¶A[illegible]oco qui dicitur *Puerto delos Puertos*, vsque ad portum qui dicitur *sancta Clara*: est distantia centum decem & septem leucarum, eleuatur polus, per. 32. gradus.

S. Clara. 117.

¶A loco qui dicitur puerto *de sancta Clara*, vsque [illegible] locum qui dicitur *Barrancas de miflores*: sunt. 66. leucæ: eleuatur polus per 35. gradus.

[illegible]rrancas. 66.

¶A loco qui dicit *Barrancas de Miraflores, al rio* qui dicitur *Buena*, sunt. 25. leucæ: eleuatio est. 36. graduum.

Buena. 25.

¶A loco qui dicitur *rio de Buena*, vsq; ad alium locum qui dicitur *sancta Cruz*, qui est in p[illegible]ncip[illegible]elo que dizen la California, sunt le[illegible]ę ducente[illegible]inquaginta: eleuatio est [illegible]3. graduum.

Sant. Cruz. 250.

¶A[illegible] qui dicitur *de sancta Cruz*, vsq; ad ext[illegible]mum seu pro montorium in exitu Californię: su[illegible]50. leucæ: & altitudo poli, est. [illegible]. graduum.

Punta dela california. 50.

¶Ab isto loco q[illegible]itur *dela California*, vsque ad alium qui dicitur *cab[illegible]anco*: est distantia quadragita & octo leucarum, altitudo poli. 20. graduum e[illegible]

Cabo Blanco. 48.

¶A loco qui dicitur *cabo Blanco*, vsque ad alium qui dicitur *cabo de Santiago*: qu[illegible] locus [illegible] maritimus industria. D. D. Antonij de Mendoça pro regis nouæ Hispaniæ, expẽsis eius inuc[illegible]us: est distantia. 158. leucarũ est eleuatio. 26. graduum cum dimidio.

Cabo de Santiago. 158.

¶Ab isto loco qui dicitur *puerto de Santiago*, vsque ad alium qui dicitur *el cabo del Engaño*: est distantia centum quadraginta sex leucarum [illegible]olus eleuatus per triginta & duos [illegible]radus cum dimidio.

Cabo del Engaño. 146.

¶Ab isto loco qui dicitur *cabo del Engaño*, vsque ad fluuiũ qui dicitur *rio de sancta Maria*: vbi finis terræ discoopertę, sunt leucæ ducente quinquaginta duæ: & polus eleuatur per. 44. gradus.

Rio de sancta Maria. 252.

¶Hic est finis cognitę terræ: verum restat in immensum discooperiendum ab alijs: quia nondum finis repertus est in parte Aquilonari, quę respicit mare australe, (q̃ Sur vocatur) ignoramus, quo[illegible]que continuetur terra: sicut ex alia parte vltra fretum magallanicum, nondum tentatum est à nostris an locus sit habitatus, an deserꝯ: neque est exploratum quo vsque extendatur. Inuentę sunt ergo ex hac descriptione per loca cognita, & a nautis & naucleris nominata, & pr[illegible]rijs instrumẽtis exacte cõfideratis, omnibus per hãc partẽ quæ mar del Sur dicitur, tria millia leucarum: ecce & ex parte alia maris quæ del norte dicitur inuentę sunt 3928. leucæ quæ in nouo orbe, vt totius orbis intelligas quantitatem leucarum nõdum cognitã: & sub silẽtio pertrãsiuimus, antequã ad nouum orbẽ deueniamus, mẽtionẽ facere insulæ quę dicitur la *Española*, & alio nomine *sancto Domingo*: quę & metropolis est: cuius insulæ tãta est quantitas, vt percircuitũ habeat vltra sex cẽtas leucas: & latitudinẽ continet 60. leucarũ: & lõgitudinẽ centũ & octoginta: vbi erãt quinq; regna distincta, & plena habitatoribus & auri feracissima: ita vt granũ auri fuerit inuẽtũ, in tãta magnitudine *como una bogaza de pã*: valoris. 3600. castella norũ: iuxta eã est & isula de Cuba, q̃ & Fernãdina dicit: tã vasta & ingẽs, vt sit maior q̃ distãtia, quę est à Valisoleto, Romã vsq; & iuxta has duas, sunt & alię duæ, illa quæ Iamaica, & alia quæ *sant Iuan de puerto Rico*: & subsilentio pertransiuimus alias plusquã sesaginta insulas iuxta has: quæ dicuntur *delos Lucayos y Gigantes*.

Isla de sancto Domingo per circuitũ. 600. leguas.

¶SPECVLATIO. XII.
de cœlorum numero & ordine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRo complemento totius materiæ, circa libros cœlorum Aristo. nonnulla pertinentia modum appendicis, considerandaveniunt, & speculanda. scilicet, de numero cœlorum, de ordine eorũ, & đ motu proprio: atq; de eccentris, & epiciclis, & tãdem de quantitate ipsorum & distantia: adinuicẽ, & à nobis at hæc omnia vna, & altera speculatione, complere in animo est.

¶ Primo se se offert speculatio de cœlorũ numero, n vnum sint, vel plures: & quot ponantur: nam in secunda speculatione dictum est de cœlo, quod sit corp9 simplex, & quomodo stet in eo compositio, & quia in prima & secunda editione excogitauimus peculiarẽ edere tractatum seorsum spheræ, vbi omnia quæ ab astrologis considerari solent tractarentur: non hæc inter speculationes posuimus: verũ cum adhuc tertiam hanc in animo sit in vulgus emittere, consilium fuit: nonnulla, velut præludia quędam ad astrologiã, adducere: & primo de cœlorum numero & ordine.

¶ Apud antiquos varia fuit de cœlorũ numero opinio: Arist. & Plato, octauũ posuerunt firmamentum, quod nos stellatum cœlũ dicimus: primũ supra locauerunt, & primũ esse mobile affirmarũt: & infra alios septẽ orbes planetarũ, Saturni, Iouis, Martis, &c. vsq; ad orbẽ lunę deuenientes, & adhuc in ordine quo planetæ infra firmamẽtũ essent coordinati, fuit peculiaris opinio Plato. & Aristo. nã solem in penultimo loco, à firmamento incipiẽtes, versus nos: collocauerũt. Ita vt nobis proximũ, & primũ inter planetas sol ponatur: siue à firmamẽto incipiamus, siue à luna: tanquã precipu9 planetarum & rex in regno inter ipsas. 7. stellas erraticas quas vocant, in medio sedeat: quia à luna numerando secundus planeta Mercurius est: & tertius Venus, quartus Sol, quintus Mars, sextus Iupiter, septimus Saturnus. Et si à Saturno incipiat cõputus: secundo loco Iupiter, tertio in loco Mars, & in quarto est Sol, in quinto Ven9, in sexto Mercurius, in septimo luna. Hic modus ab astrologis & philosophis cõmuniter seruatur: itaq; Sol, planetarum precipu9, in quarto loco collocatur, ascendẽtes ergo vnum quemq; planetarum & motũ eius & quantitatẽ ponemus orbium: nam ipsorum planetarum in comparatione ad terram quo ad quantitatem infra in libris metheororũ speculatione. 2. deping mus.

Aris. 2. cœli

Solẽ posuit in. 2. cœlo Plato. & Aristotel.

¶ Primus nobis proximus est orbis lunæ: qui solum vnam habet stellam, quæ est luna. Huius orbis crasitudo, vt ab astrologis accepimus: est miliariũ. 995 04. motus, est ad motum primi mobilis ab orien ẽ in occidentẽ spatio. 24. horarum fit: sed tamen motu proprio, qui est ab occidente in oriẽtem (de medio motu loquentes) spatio viginti septem diẽrum, & septem horarum & quadraginta & quatu r minutorũ mouetur: ita vt qualibet hora, suo motu moueatur spatio triginta duorum minutorũ, & 56. secundorum: & in q olibet die per tredecim g adus & decem minuta, & 35. secunda: & tota circũferentia orbis lunę est 1310829. milliarium.

Crasitudo. Motus. Circũferentia.

¶ Secundus occurrit planetarum Mercurius: qui solum habet hãc vnicam stellam, quam Mercurium vocamus: cuius crasitudo est. 334209. milliarium: & cum ad motum primi mobilis moueatur spatio. 24. horarum, vt alij omnes orbes, suo tamen proprio motu, ab occidente in orientem, spatio. 365. dierum & 5. horarum & 4 minutorum & 12. secũdorum: & sic perquen. libet diem, mouetur motu proprio spatio 59. minutorum & 8. secũdorum & 19. tertiorum, tota eius circunferentia dicitur esse. 3411572. milliarium.

Cœlũ Mercurij. Crasitudo. Motus. Circunferẽtia.

¶ Tertius in ordine Venus, cui9 orbis motus, ab oriente ad motum primi mobilis, sicut in alijs planetis est: & proprius, qu cõtrarius primo eodem me o sicut de Mercurio intelligi debet: crasitudo eius est. 3097250. Et in tota sua circunferen ia milliaria habet. 22880000.

Venus. Motus. Crasitudo. Circunferẽtia.

¶ Quartus Sol occurrit, cuius crasitudo est milliarium. 325000. motus ad motum primi mobilis omnibus n stat peragi spatio viginti quat or horarũ: sed motu proprio per annum mouetur, fere eodẽ modo quo mouetur Venus & Mercuri9. Isti tres planetæ, circa motum conueniunt, Sol, Ven9, & Mercurius circunferentia orbis solis. 24922857. milliarium.

Sol. Crasitudo. Motus. Circunferẽtia.

¶ Quintus est Mars: cuius globi crasitudo, est milliarium. 14882000. ad motũ primi mobilis, spatio. 24. horarum fertur: sed proprio motu, ab occidente in orientem totũ per-

Mars. Crasitudo. Motus.

pertransijt Zodiacum spatio vnius anni, &. 321. dierum &. 23. horarum ita vt quolibet die motu proprio, moueatur. 31. minuta &. 26. secunda. circunferentia totius orbis hæc est. 181324000. milliariũ.

Iouis.

¶ Sextus planetarum in ordine Iupiter: & orbis crasitudo, est milliarium. 1769250. Mouetur motu proprio, vndecim annis & 313. diebus &. 20. horis ita vt quolibet die contra motum primi mobilis per quatuor minuta &. 59. secũda moueat: circũferẽtiæ magnitudo, milliarium est. 294273572.

Saturnus. Crasitudo. Motus.

¶ Septimus Saturnus est cuius orbis crasitudo, fertur esse milliarium. 8541350. motu diurno, ad motum primi mobilis spatio 24. horarum mouetur: suo autem proprio ab occidente in orientẽ viginti nouem annis, atque. 162 diebus &. 12. horis pertransijt totum Zodiacum: ita vt qolibet die per quo minutã & quolibet anno per. 12. gradus, &. 13. minuta atque. 37 secũda, moueatur. De eius circũferentia dicitur quod sit anta quanta milliarium. 41081857 21 longitudo.

Circunferẽtia.

¶ Ecce ab omnibus philosophis, & astrologis, absque differẽtia, septẽ planetæ assignãt, & nominãt: vt dixim9, & ob breuitatẽ suos ꝓprios caracteres vnicuiq; signãt.

Saturnus.	frigidus & siccus.
Iupiter.	calidus & humidus.
Mars.	calidus & siccus.
Sol.	calidus & siccus.
Venus.	frigidus & humid9.
Mercurius.	secũdũ cõditionẽ illius cui coniungitur.
Luna.	frigida & humida.

¶ Supra septẽ orbes planetarũ de quibus dixim9, ponit octauus, qui firmamẽtũ est: & vocatur cœlum stellatum: vbi multitudo stellarum, quæ apparent. Et tempore Arist. alias diximus, hoc cœlum stellatum. 8. loco positum, primum mobile vocabatur. 2. cœli. tex. 61. vbi quęrit quare in primo mobili, sit tanta stellarũ multitudo & varietas: eo q̃ Arist. Calip us & alij Astrologi illius tẽporis solũ in firmamẽto vnum deprehẽderunt m tũ diurnũ: qui spatio. 24. horarũ perficitur. Illud posuerunt esse vltimũ & primũ mobile: q̃ suo motu, oẽs sphęras inferiores planetarũ secum raperet: verũ vt nos diximus supra sp cu. 3. conclu. 4. alij motus deprehẽsi sunt in sphera. 8. quæ firmamentũ dicitur. Qua ꝓpter, post Aristot. & astrologos illos antiquos, Hipparcus & Ptolemæus & alij, alũ motũ deprehẽderũt in octaua sphera. Et anteq̃ de e sit sermo, quia discipulũ futurũ in proximo theologũ formare cõtẽdim9: notandũ erit, Procopiũ Gazeum, vetustũ auctorẽ catholicũ (qui nuper impressus ad nos deuenit) circa cœlorũ motũ errasse: tractans eũ illa verba Gen. 7. Catharactæ cœli apertæ sunt: ait in hæc verba: perperã sentiũt illi qui cœlũ fingunt sphericũ & mobile: nam cœlũ constitit inmobile, & via est astrorũ in ipso decurrentiũ: hæc ille. Relicta hac falsa imaginatiõe, reuertamur ad locũ vbi digressi sumus, cœlũ mobile est: & in firmamẽto (q̃ stellatũ cœlũ vocatur) n solũ inuentus est motus ille, quẽ Arist. & ante eũ alij inuenerũt diurnũ: sed vn9 ali9 motus ab occidẽte, in oriẽtẽ: eo mõ quo planetæ mouẽtur suis proprijs motib9: q̃ Ptolemęus in. 7. Almagesti ꝓbat: qui motus erat ita tardus, vt spatio. 100. annorũ solũm per vnũ gradũ moueretur. Quaꝓpter suã perfectã reuolutionẽ spatio. 36. millia annorũ cõpleret. Cũ ergo iã fuerint duo motus deprehẽsi in firmamẽto: & cuilibet corpori simplici primo & per se vnus mot9 cõpetat ei naturalis, vt nos supra dixim9 speculatus. 3. intellexerũt firmamẽtũ nõ esse primũ mobile, sed aliud supra esse ponẽdum à quo esset ille motus raptus diurnus ab oriẽte in occidentẽ, & suũ haberet ꝓpriũ contrariũ: primũ mobile dicebant astrologi & philosophi solũ vno moueri motu, quia erat valde proximũ primæ causæ quæ erat immobilis: adhuc aliã dederũt rationẽ, quare oporteret ponere supra firmamẽtũ aliud cœlũ, q̃ mobile primũ diceret: nã vt Arist. sentit in. 2. meta. cuilibet cœlo sua applicat motrix intelligẽtia: sed vna sola nõ posset cœlũ mouere duob9 motib9 cõtrarijs quaꝓter necessario motus diurn9 firmamẽti ab alia intelligẽtia superiori erat, quę applicata est primo mobili: & intelligẽtia firmamenti mouet cœlũ suo ꝓprio & naturali motu ab occidẽte in oriẽtẽ, spatio illotã largo q̃ est. 36. millib9 annorũ. Ecce quo mõ 8. sphera vltima nõ est, & motũ habet proprium, sicut & planetę habẽt. Et huius globi crasitudo dicit. esse. 65357500. milliariũ & circũferẽtia. 821637143. milliarium & oia hęc q̃ ad crasitudinẽ orbiũ, & circũferentiã eorũ, sic descriptã assumpsimus experiris in astro

Procopij error.

Firmamẽtũ

Cuilibet cœlo vna motrix intelligentia applicat.

Tẽpore Aristot. firmamentum. 1. mobile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobus faber.

in astrologia:maximè ex Iacobo fabro,qui & interuallũ,etiã à cẽtro terræ,vsq; ad cõuexã superficiẽ orbis lun[illegible]riũ ponit esse.10937.ex quo vno,pos[illegible]derata q̃ titate,& crassitiæ,cuiuslibet orbis,vsq; ad 8.sphærã inclusiue deprehẽdi pot,& distãtia,quæ est à nobis vsq; ad primũ mobile: q̃ ipse Ptolemęus nonũ cœlũ dixit,in quo sicut in alijs Deᵒ à nobis venit glorificãdᵒ.

¶Sed adhuc notandũ q̃ circa motũ.8.sphere q̃ ppriᵒ est ab occidẽte in oriẽtẽ fuit antiquorũ varia opinio:nã quidã post Ptolemęũ, & Hipparcũ,dixerũt.8.sphærã moue rivno g[illegible]u,per.60.annos & quatuor mẽses & sic totã suã cõplebat reuolutionẽ spa[illegible] 21.milliũ & sexcentũ annorũ. Sed adhu[illegible] post hos astrologos, Thebit cõsiderauit in,8.sphera stellas moueri nõ solũ secũdũ lõgitudinẽ,secũdũ susceſsionẽ signorũ: sed etiã ad Austrũ,& Septẽtrionẽ:qui motus trepidationis dicitur:& hunc ppriũ 8.sphere dixit Thebit:sicut illũ aliũ secũdũ lõgitudinẽ, ppriũ posuerat Ptolemæus.

Motus trepidationis q̃ inuentus.

¶Verũ tẽpore sapientissimi regis hispaniarũ Alfonsi,cõgregatio sapiẽtũ philosophorũ astrologorũ facta est:qui inuẽnerũt stellas fixas firmamenti interdum moueri ad Septentrionem,interdum ad Austrum:& etiã inuenerũt, aliq̃ velotius moueri,versus orientẽ,q̃ versus occidentẽ:quæ variatio stare nõ poterat,si solũ in.8.sphera duo essent motus,scilicet,diurnus & alius q̃ ab occidẽte in oriẽtẽ qui proprius dictus est: Quapropter,aliũ tertũ,ei appropriarunt; qui trepidationis dictus est:& illũ secundũ motũ vltra diurnũ tardũ vocauerunt: qui spatio ducẽtum annorũ gradu vno &c. 28. minutis esset:qui motus perficeretur.49. millibus annorũ:& hic motus dicebatur euenire à.9.sphera,quã Ptolemæus,& Hipparcus primũ mobile dixerũt:& hic motus dictus est ppriusꝰ.9.sphęræ,sed aliũ secundũ motũ,ab Astrologis inuẽtũ tempore regis Alphonsi quẽ trepidatiũis vocauerũt: affirmarũt fieri in duobus paruulis circulis,circa principium arietis,& libręration cuius,stellæ fixæ aliquando mouebantur ad Austrũ,interdũ ad Septemtrionẽ:& interdũ secdm lõgitudinẽ,& hũc dixerũt propriũ.Qua ppter cũ i.8.sphera triplex esset repertus motus,diurnus,alius secundus secundũ sucesionem signorum secundum longitudinẽ & esset alius tertius qui trepidationis secundũ latitudinẽ ad aquilonem & Austrũ,vnũ aliud cœlũ posuerũt,q̃.10. vocarũt & primũ mobile:vt iã nonũ quod fuerat à Ptolemæo positum vt primũ mobile,nõ diceretur primũ sed secundũ: & supra eũ poneretur.10.cœlũ,q̃ primũ mobile esset:à quo firmamẽtũ sortiretur motũ diurnũ,quẽ habet per singulos dies:quĩ ppriusꝰ est.10.sphęræ,quã primũ mobile vocamus:quæ alium non habet,nisi ab oriente in occidentem,spatio.24.horarũ.

10.cœlmm. 1.Mobile.

¶Et motus ille trepidationis qui proprius est firmamẽti,seu.8.sphęræ:spatio.7.millium annorum cõpletur:ita vt.2[illegible]annis fere vno gradu [illegible]oueatur:hic motus non fit supra Polos equinoctiũ,neq; supa Polos Zodiaci,sed fit isto modo, vt in principio arietis,& libræ,in Zodiaco in.[illegible].sphera sit paruulus circulus quem p[illegible]nsijt spatio dicto ipsa sphera motu illo trepidationis.

¶Habemus ergo omnes descriptas sphęras,à Lun[illegible]cipientes:vsq; ad mobile primum,quæ sunt numero decẽ,& motus earum præcisę.Vltra huiusmodi.10.sphęras cœlum empireũ ponitur à catholicis quod & beatorum sedes est:q̃ immobile est & q̃dem & Basilius,& Beda,& Strabo, et alij sancti ponunt:de quo, aliqui dicunt q̃ cũ immobile et stabile sit,et pro loco et sede beatorum:nullum habet influxum in hæc inferiora:verum doct.S.putat cœlum empireum,habere influxum supra illa quæ mouentur,licet maneat immobile,et influit in primum mobile,nõ aliqd trãsiens et adueniens p motum:sed aliquid fixum,et stabile scilicet,virtutẽ cõtinẽdi,et causandi,&c. An supra firmamentum nonum cœlum q̃ [illegible]undum mobile dicimus sit cristallinum per q̃ aquæ intelligãtur [illegible]el[illegible]ve[illegible]que de quibus scriptura fac[illegible]meminit,n[illegible] præsentis speculationis:vide doct.S.[illegible].p.q. 68.ar.2.et.3.vide & Abulensem [illegible]use bium.p.p.ca.80.& Guilelmũ de vniuerso.

S.Th.p.p q.6[illegible]t.3. Ad.2.

*Figurã de orbibus planetarũ et firmamẽti,et de caracteribus [illegible]ibus signar[illegible] planetæ ab astro[illegible]gis signat[illegible]: vide in fine octauũ physico[illegible]m,pagina.197.

¶SPECVLATIO.XIII. De eccẽtris & epiciclis.

Onsequẽter de eccẽtris et e[illegible]iciclis dicendũ:et primo oportet è medio tollere o[illegible]inionem cuiusdam Rabini v[illegible]ustissimi, de quo Iacobᵒ Naclãtᵒ in suo de archa

Naclantus. Vide S.Th. p.p.q.68.artic.5.

arcanis. Qui dicebat vltra sidereũ cœlu[illegible] nullũ aliud ponẽdũ:& cœlos nõ esse in [illegible] veritate distinctos:sed omnes esse vnũ corpus non secus ac aër plures in regiones partitus: & vnicuiq; planetarũ suaregio esset distributa,& dicit q̃ cœlũ nõ est corpus solidũ sed permeabile sicut est aër & q̃ ibidẽ 7.planetæ agitentur & moueantur secũdũ legẽ præfixã ab intelligentia. Hæc illiᵒ autoris opinio,sed tñ reiciendus est in primis hic error,nã cœlos intelligimᵒ diuersos nõ cõtinuos,contiguos tñ:& adhuc vltra distinct[illegible]. [illegible]positã,cõtẽdimᵒ aliquas alias diuisiões assignare &eccẽtricorũ & epiciclorũ.

¶Ratio dubitã[illegible] de eccẽtricis & epiciclis est:nã suppositis his quæ alata sunt de motu planetarũ:& quomodo quilibet in suo orbe moueat[illegible] & suo ,pprio motu,&c.viderũt peritiin astrorũ cõsideratione:q̃ planetæ,moti sub Zodiaco: aliq̃ sunt velociores,aliquãdo tardiores,& interdũ declinãt ad Septentrionẽ,aliquando ad Austrũ: & maxime in Luna deprehendimus hoc:& similiter aliquãdo sunt terræ ,ppinquiores, aliquãdo magis distãt:quæ omnia cũ motu vniformi orbis ipsius planetæ stare non possunt:cũ regulariter moueãt.Qua ,ppter Hipparcus,& Ptolemæus, vltra stellarum cœlũ,primum mobile posuerũt :etiã de eccentricis,& epiciclis habuerũt cõsiderationẽ:vt omnia quæ varia videbantur in ipsis planetis,stare possent.

¶Apud astrologos circulus eccẽtricus dicit q̃ diuidẽs cœlũ & terrã in d[illegible]as partes æquales,habet tñ cẽtrũ suũ extra cẽtrũ terręsicut cõcẽtricus ille est,qui habet idẽ centrũ cũterra:& epiciclus est circulᵒ paruulᵒ positus in circũferentia defferentis,per cuius circunferentiã mouetur corpᵒ planetę, & defferẽt:hęc omnia in ꝑsenti figura patẽt.



Comment. negat eccẽtricos.

¶Fuit opinio Cõmen.lib.12.meta. Cõm. 45.negãtis eccentricos & epiciclos:& contra P[illegible]olemæũ ni[illegible]pbare: & impossibile reputat eos poni.Primo si d[illegible]ur eccentricus sequęretur,q̃ cœlũ nõ esset sphericum cõtra Arist. 1.cœli.t.[illegible]2.Patet antecedẽs: quia eccẽtrici secundum vnã partem sunt grossiores,vt in figura patet: ergo nõ sunt ponendi.

¶Secundò quia si daretur eccentricus,vel esset in cœlo vacuum, vel esset corporum penetratio:vtrunq; repugnat:& in superioribus probatum est latę,patet:quia cum in eccẽtrico,pars grossior,peruenerit p motũ vbi pars tenuis:necessario erit corporũ penetratio:& in loco vbi erat pars grossior, quando incepit motus erit vacuum.

3. Quia si daret eccẽtricᵒ,esset alia terra,& cõsequẽter alius mũdus:q̃ impbatũ est,& patet.1.cœli.t.76.&.12.meta.t.49.nã omnis sphera cœlestis vertit circa cẽtrũ:quæro vel circa centrũ mũdi,q̃ est centrũ huius terræ nostræ : aut circa aliud centrum: si circa hoc:sequit nõ esse eccentricos, sed cõcentricos:si circa aliud,ergo alius est mũdus:q̃ repugnat,&c.iistis & alijs argumẽtis

Universidad de Deusto Biblioteca

motus est Cõm. ad negãdũ eccẽtricos, &c.

S. Th. nõ est aperte locutus de eccẽtricis.

¶ Doct. S. nõ est aperte loquut⁹ de hoc, sed 2. cœli lectio. 17. recitãs opinionem de eccentricis, quę fuit Calipi, & Eudoxi, q̃ ius tenuerat pythagoras, quæ nũc est moderno rũ eã nõ reprobat: & li. 12. meta. lectio. 7. supra. t. 46. videtur tenere cõtra modernos vbi ait ꝓ tenere eccẽtricos, & epiciclos: cõtra dicit illis, quæ tradita sunt à philoso. in sciẽtia naturali: maxime in. 1. de cœlo, quia motus naturalis, non esset à medio, vel ad medium, vel circa medium.

¶ Cõclu. respõsiua est, ꝓ eccẽtrici sunt ponẽdi vt cõmunis schola astrologorũ ponit, quæ conclu. ꝓbat à Ptolemæo. in. 5. distin. Almagesti. c. 14. si nõ darẽt eccẽtrici, ergò planetæ semp apparẽt equæ distãtes à terra: & eorũ diametri visibiles. semp erũt eiusdẽ quãtitatis: sed hoc est falsum: quia ad sensum deprehẽditur, planeta aliquãdo ꝓpinquior, aliquãdo remotior à terra: sed ꝓbatur cõsequẽtia, quia cũ à centro terræ, omnes partes cœli æque distẽt: si differens corpus planetæ est cõcentricus: nunquã magis in vno tẽpore distaret, q̃ in alio: vt ergo seruemus maiorẽ, & minorẽ propinquitatẽ Solis, & Lunæ & aliorũ planetarũ oportet ponere tales eccẽtricos: ergo ponẽdi sunt. Secunda ratio ex eodẽ Ptolemæo in. 3 d. almagesti. c. 3. Sol in illa medietate Zodiaci, quæ est à principio arietis, ad finem virginis, longiori tempore immorat: quã in alia medietate, quę est à principio libræ. vsq; ad finẽ piscium: cũ ergo motus totiꝰ globi Solis sit regularis, oportet maior sit pars illa orbis pertrãsita, in illa prima meditate, q̃ in secũda: ergo linea transiens p cẽtrũ mundi secãs Zodiacũ in duas illas medietates, in partes inęquales secabit: & sic partes defferentis solis in inęquales: sed hoc nõ potest esse si idẽ sit centrũ defferentis Solẽ, & mũdi: ergo ponendus est necessario eccentricus in orbe Solis, &c. Et sicut concedimus de eccẽtricis, eodẽ mõ de epiciclis dicẽdũ, qui sunt circuli paruuli in quo est corpꝰ planetæ, ratione cuius attendit, & dicitur planeta stationarius, directus, retrogradus, &c. de quibꝰ in theorica planetarũ, excepto ꝓ Sol nõ habet epiciclum, cũ tũ alij planetę habeant.

Ptolemęus.

Ad argum. Comment. ¶ Restat respondeamus ad argumenta Cõmentatoris, quibus ꝓbare nitebatur nõ esse ponẽdos eccentricos neque epiciclos.

Ad. 1. ¶ Ad primũ dicitur ꝓ positis eccẽtricis, nõ tollit ratio sphericæ figuræ: quæ cõsistit in ꝓ à cẽtro ad circũferẽtiã, sint lineę equales: & hoc reperit in eccentrico: nã à suo cẽtro ad circunferentiã suã, æquales sunt lineę: & ꝓ eccẽtricus in vna parte sit grosior, q̃ in alia nõ tollit sphericã figurã totiꝰ orbis.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. solu. est: ꝓ argumẽtũ cõcluderet si pars grossa, deberet occupare locũ subtilis partis vel è contra, sed nõ ita est: sed taliter fit motꝰ in eccẽtricis, ꝓ pars grossa infimi nũq̃ separet à parte subtili superiori & ecõtra: vt patet in figura: & ob id neq; est penetratio corporũ, neq; dat vacuũ sed qñ inferiꝰ ex parte subtili, est ꝓximior planeta, & dicitur esse in opposito angis: & qñ est ex parte superiori est in ang magis distãs à cẽtro mundi.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. respõdetur: ꝓ posito eccẽtrico, nõ necessario ponit alia terra, & [illegible] mũdꝰ: sed solũ seqũtur [illegible] in eadẽ terra, in cui medio cẽtrũ est mũdi, det aliud cẽtrũ: ꝓ centrũ [illegible] eccẽtrici: & cõsequenter ꝓ vna pars illiꝰ eccẽtrici, magis distet à circũferentia terrę, & alia magis ꝓpinquet, ꝓ & nos intendimus probare positis eccentricis.

De epiciclis ¶ De epiciclis ergo agẽdũ est: epiciclus est paruulꝰ circulus in corpore deferentis infixus: in cuius circũferẽtia ponitur planeta q̃ & mouetur in eo, nõ solũ ad motũ totiꝰ orbis, & deferẽtis: sed etiã mouetur ad [illegible] motũ epicicli: ratione cuius planeta, vocatur directus, retrogradus, stationarius, &c. de quibꝰ agẽdũ est breuiter solũ, vt vocabolorũ notitiã habeãt & prima literarũ rudimenta retineant discipuli, vt facilis sit aditus ad astrologiam.

Saturni epiciclus. ¶ Epiciclus Saturni quolibet die mouetur 5. minutis & totũ motũ perficit suũ [illegible] tio. 378. dierũ & vniꝰ horę &. 30. minutorũ.

Epiciclus Iouis. ¶ Iouis epiciclus perficit [illegible] motũ suum, 3[illegible] diebus &. 21. horis &. 20. minutis & sic in qualibet die peragit. 54. minuta.

Epiciclus Martis. ¶ Martis epiciclus, pfecit motũ. 779. [illegible] &. 5. horis: & in qualibet die [illegible] mouetur. 28. minutis.

¶ Sol non habet epiciclum sed mouetur in suo [illegible] ferente [illegible] motum eius.

Epiciclus Veneris. ¶ Veneris epiciclus complet motũ, spatio 584. dierũ: & quo[illegible] die. 37. minutis.

Epiciclus Mercurij. ¶ Mercurij epiciclus citissime pficit. 115. diebus &. 22. horis fere, & quolibet die per [illegible] grat. 3. gradus &. 7. minuta fere.

Epiciclus Lunę. ¶ Lunę epiciclus spatio. 27. dierũ complet motum, &. 8. horis fere in qu[illegible] et die per 13. gradus mouetur et. 3. minuta.

¶ Ratione

¶ Ratione huiusmodi motus epiciclorũ est planeta, qui etiam dicitur moueri in epiciclo: dicit stationari⁹, direct⁹ retrograd⁹: nã quando planeta est in superiori parte epicicli quæ respicit firmamentum, vocatur directus: quia tunc dicitur moueri secũdũ successionẽ signorum: & vocatur retrogradus: quando est in parte opposita inferiori: quia tunc dicitur moueri contra successionem signorum vocatur stationarius: quando est in illa parte epicicli, vbi contingit lineam à centro terræ eductam, per circunferentiam eccentrici, vocatur prima statio, quando id ex parte orientis: & secunda statio quando ex opposita, quia tũc videt stare planeta.

Directus. Retrogradus. Stationariꝰ

¶ Etiam si planetæ vocentur directi, retrogradi, & stationarij: ratione sui epicicli: Luna tũ etiam si habet epiciclum, non dicitur stationaria, neque directa, neque retrograda: ob velocitatem motus orbis sui eccentrici: sed tũ dũ in superiori parte sui epicicli est tarda: dicit, & in inferiori velox.

Declinatio ¶ Etiã tribuit planetis declinatio, & latitudo, declinatio, est distãtia planetę ab ęquoctiali.

Latitudo. Latitudo, est distãtia planetæ, à linea ecliptica. Linea ecliptica est quæ per mediam latitudinem Zodiaci describitur, de qua inferius quę & via solis dicitur: quia Sol nũquam recedit ab ea, qui semper sub Zodiaco per medium moneturꝰ. ob id Sol nullam habet latitudinem, cũ tamen habet declinationem.

Auctus. ¶ In ordine ad Solem, sunt aliæ proprietates planetarum, scilicet, augmẽtatio, & diminutio luminis, vt cum à Sole recedat: dicatur auctus.

Combustꝰ. Euasus. Et dicitur planeta cõbustus, quando Soli ꝓximatur, per. 15. gradus: & si est intra. 12. gradus vocatur planeta oppresus: & quando in eo dem gradu, vocatur vnitus & quando recedit à Sole, vocatur euasus.

Aspectus varius. ¶ Adinuicem inter planetas est passio quæ dicitur aspectus: qui & varius est, dicitur coniunctio, oppositio sextil, &. 4. & trinus, &c. coniũctio est quando planetæ simul iunguntur: oppositio quãdo per [illegible] signa distãt, & sextilis qñ per duo. Et sic per [illegible] gradus quia cuilibet signo. 30. gradus deputantur & hæc est nota. quartus aspectus est [illegible] distãt per tria signa. 1. per. 90. gradus & trinus aspectus est quando ꝓ quatuor signa. 1. per. 120. gradus.

SPECVLATIO. XIIII. De circulis componentibus spheram.

Postquam in precedentibus nõ nulla tetigimꝰ obiter velut preludia ad astronomiã, operepretium erit vna alia specula. de circulis, & ex quibus sphera cõponitur, considerare nã loquuti sumꝰ de Zodiaco, de æquinoctiali, & de polis & de circulo arctico, & antarctico: quæ intelligi nequeunt nisi peculiariter speculentur. Speculat.

¶ De circulis ex quibꝰ sphera materialis cõponit, tractare volẽtes, ꝓ is sit finis, vt quẽadmodum in materiali describũtur & delineantur in cœlo etiã secundũ imaginationẽ aprehendant: & primo in primo mobili nũcũ, suo illo motu diurno. 24. horarũ spatio, omnes inferiores secum rapiat orbes, sub illis circulis in primo mobili imaginatione depictis, in quo[illegible] et cœlo inferiori, oportet contemplari similiter vt correspondentia sit inferioris, ad superiorem spheram.

¶ Ex decem circulis constat sphera materialis, & sex sunt maiores: quatuor dicuntur minores, & qui maiores sunt, eo dicuntur, quia totam spheram in duas diuidunt partes æquales.

Æquinoctialis. ¶ Primus circulus ex maioribus ęquinoctialis dicitur qui æqualiter diuidit orbem: vt æquè distans ab vtroque polo sit: & cingulus primi mobilis seu primi motus dicitur: & ideo æquinoctialis: quia quãdo Sol peruenerit ad talem locum in cœlo, lineam describens motu suo diurno, inter noctes & dies æqualitatem causat, quod in duobus temporibus anni euenit, in principio arietis in mense martij, & in principio libræ in mense septembris, nẽpe. 11. die martij & decimo tertio septembris. Et hic circulus in sphera, ab omnibus alijs maioribus distinguitur in multis: & quia in eo solo ęqualitas inter diem & noctem artificialem. Et quia æqualiter distet à polis mundi, &c. quia hic non expropposito tradimus astrologiam, neque spheræ tratactum exponimus: sed solum rudimenta quædam pro tyronibus, quæ considerantur in scientia circa hunc circulum æquinoctialis, missa ex proposito facimꝰ. Hic circulus sine latitudine consideratur, à cuius distantia latitudo locorum metiri debet: vt inferius dicemus.

Zodiacus. ¶ Secundus circulus ex maioribus Zodiacus dicitur: hic vt auctor spheræ, intersecat equinoctialem in duas partes æquales, & intersecatur ab ea: & vna medietas declinat ad septentrionem: & alia ad meridiem, qui etiã vocatur circulus vitæ: vnde Zodiacus à. 30. id est vita, nam secundum motum planetarum sub Zodiaco

Universidad de Deusto Biblioteca

diaco, vita in his inferioribus est, vel eo dicatur Zodiacus, quia ibidem signa duodecim quæ à diuersis animalibus nomen accipiũt quę sunt sequentia.

Aries.	calidus & siccus.
Taurus.	frigidus & siccus.
Geminis.	calidus & humidus.
Cancer.	frigidus & humidus.
Leo.	calidus & siccus.
Virgo.	frigidus & siccus.
Libra.	calidus & humidus.
Scorpius.	frigidus & humidus.
Sagittarius.	calidus & siccus.
Capricornus.	frigidus & siccus.
Aquarius.	calidus & humidus.
Piscis.	frigidus & humidus.

Zodiac⁹ habet latitudinem.

¶ Est notãdum quod inter circulos omnes ex quibus sphera constat, hic qui Zodiacus dicitur, latitudinem habet, & per mediũ vt dixim⁹, linea in imaginatione describitur, quæ ecliptica dicitur: vel via solis per quam viam semper Sol incedit: & nũquã ad Austrum, vel ad Aquilonẽ declinat, verum signa quæ per Zodiacum posita discribuntur, interdum declinant in vnam partem, ad Aquilonem, & interdum ad aliam, & sic signa dicuntur habere latitudinem septẽtrionalem, & aliquando meridionalem.

In terra latitudo ab æquinoctiali.

¶ Etiam considerandum quod sicut in terris latitudo sumitur ab æquinoctiali, vt talem ciuitatem, dicamus tantam habere latitudinem, quãta distantia est ab æquinoctiali: & consequenter tãta est polieleuatio: sic in cœlis, in omnib⁹ stellarum & planetarum latitudo, sumitur ab hac ecliptica linea.

In planetis à linea ecliptica.

¶ Et cum duodecim ponãtur supra dicta signa in Zodiaco: & cuilibet signẽtur lõgitudinis, 30. gradus, quodlibet habet in latitudine. 12. quam latitudinem habet Zodiacus, & sic linea ecliptica per medium imaginata, sex gradus latitudinis Zodiaci ad partem Aquilonarẽ, & 6. ad Australẽ relinquit. Et cũ Sol nõ recedat a linea vt dictum est, non habet latitudinem, habent tamen planetæ vt supra diximus.

¶ Et notandum quod cum Sol nunquam ad Austrum vel meridiem declinet, & semper sub ecliptica, non potest ecclipsis contingere Solis vel Lunæ, nisi sub eadem ecliptica: nam si sit Lunæ eclipsis, oportet sit per interpositionem terræ inter Solem & Lunam: & tunc solum est, quando Luna (quæ interdum ad Austrum declinat interdum ad Aquilonem) transitum facit sub linea ecliptica in vno duorum punctorum: vel in cauda, vel in capite draconis: vt si sol existat in capite, Luna sit in cauda: vel econtrario: et ob id non fit eclipsis in omni plenilunio, quia non contingit oppositio in illis punctis: eo quod Luna non est sub ecliptica.

Quando cõtingit eclipsis.

¶ Et eclipsis Solis, est etiam quando Luna supponitur sub ecliptica. Et in omni coniunctione posset contingere, si Luna semper sub ecliptica: sed quia declinat, non in omni cõiunctione, euenit talis sub ecliptica Lunæ suppositio. De hoc circulo Aristotel. in secundo de generatione ait, secundum accessum & recessum Solis in circulo obliquo, fiũt generationes, & corruptiones: quia in quantum Sol viam ecliptica obseruans à puncto arietis, accedit ad tropicũ cancri, generationes fiunt: & per recessum à puncto libræ ad capricornij tropicum, contingunt corruptiones in hyeme. Et cum à puncto æquinoctij vernalis in ariete vsq; ad tropicum Cancri crescat dies, non tamẽ equaliter nã cum 24. graduũ ferè sit maxima declinatio: in ariete, ferè per. 12. gradus crescit: et in Tauro qua si per 7. & in Geminis fere quatuor: quod demõstrat Ptolemęus in Almagesto: & tandẽ quanto maior approximatio ad æquinoctialẽ, tanto est maius augmentũ, & sic erit cõsideratio inæquinoctio autumali. Vide late Abulẽ. in. 2. p. defensorij. c. 88. De quibus suo loco.

Colurus solsticiorum.

¶ Sunt alij duo maiores circuli qui coluri vocantur: alter est diuidens solstitia, alter diuidit æquinoctia: prim⁹ diuidit sphęrã in duas partes æquales, transiens per tropicũ Cãcri, & Polũ Zodiaci,

diaci, & polum mundi: & per Tropicum Capricornij, & semper medius circulus apparet nobis, & alius medius occultatur. Et ille punctus Cancri quem intersecat colurus, vocatur Solstitium æstiuale: quia est locus ad quem maxime Sol eleuatur, & non progreditur amplius: sed rursus reuertitur ad æquinoctialem, & illa pars circuli intercepta inter æquinoctialem, & illum punctum, vbi intersecat solstitium, vocatur maxima Solis declinatio: quæ ab authore spheræ. 23. graduum & 5. minutorum ponitur: vt patet ex Ptolemæo in libro suæ magnæ constitutionis cap. 13. Verum Albateneon, & Georgius Purbach⁹, ait inuenisse. 23. gradus, & 28. minuta. Alia porro coluri, quæ est ab æquinoctiali, vsq; ad tropicũ Capriconij, dicit maxima solis declinatio: quia vltra non progreditur. Hæc de coluro, qui solstitia diuidit æstiuale, & hyemale.

Colurus equinoctiũ.

¶ Alter est colurus, qui etiam spheram totam in duo æqualia diuidit transiens per polos mundi, & per duo puncta æquinoctialis, scilicet, Arietis, & Libre: vbi ergo cõtingit æquinoctialem circulum, qui cingulus primi mobilis dictus est, insinuat ibidẽ esse, vbi æqualis est dies nocti: & habentibus pro zenith ipsam æquinoctialem, perpetuò erit æqualitas: sed illis qui non habitant sub æquinoctiali, quando contingit solem peruenire ad primum gradũ Arietis, est dies æqualis nocti. Et quando in principio Libræ similiter.

Zenith.

¶ Et nota quòd zenith dicitur punctus in cœlo respondens vertici capitis: & punctus oppositus ex alia parte cœli Nadir vocat.

Nadir.

¶ Omnes isti quatuor maiores circuli descriptiõi intelligũtur in sphera, & æqualiter omnibus habitãtibus in orbe deseruiẽtes: quia vbicunque contingat aliquem habitare, semper est verum solstitium esse in tropico Cancri, & in tropico Capriconij, sicut æquinoctiũ in principio Arietis, & Libræ.

Meridian⁹.

¶ Est alius circulus maior sphęrę, & diuidens in duo æqualia, qui Meridianus dicitur: transijt per zenith capitis, & per mundi polos, & per punctum oppositũ correspondens capiti, qui Nadir vocatur: hic circulus Meridianus deseruit ad hoc, q̃d vbicunque contingat aliquem habitare: cum sol Oriens pertingat illum circulum seu lineam quæ transijt per zenith capitis, & per mundi polos, Meridies illi erit: in quo eũq; anni tẽpore: & ciuitates quæ nõ æqualiter distãt ab Oriente, non habent eundẽ Meridianum: quia illis qui magis ad Orientem citius non oritur: & consequenter peruenit in Meridie ad lineam illam per transeuntem per zenith sui capitis per mundi polos: & nondum peruenit ad lineam alterius ciuitatis, quæ magis ad Occidentem posita est: ob id, sicut non semel diximus habitantibus Toleti per septem horas ferè ante, ad Meridiem Sol peruenit, respectu eorum, quàm peruenias respectu illorum qui habitant Mexici, quòd tanta sit distantia inter hos duos Meridianos. Et stat duos eundem habere Meridianum, cùm tamen vnus habitet ad plagam Septentrionalem in eleuatione poli ad 50. vel. 70. gradus distans ab æquinoctiali: & quod alius habitet sub æquinoctiali, isti habebunt eundem Meridianum: quia ciuitates æqualiter distant à parte Orientis: & quo ad latitudinem non conueniũt, quia vna ciuitas sub æquinoctiali, & alia vltra Tropicũ, ad. 70. gradus eleuatiõis poli.

Meridian⁹ Toleti distat à Meridiano Mexici fere per 7. horas.

¶ Itaque ciuitatum longitudo quo ad Meridianum attendenda est penes punctum Orientis: & latitudo, & dierum in æqualitas penes distantiam ab æquinoctiali. Et hic est modus loquendi de longitudine & latitudine apud Astrologos, quem sequimur communiter.

¶ Aduertendum est apud Aristotel. vt secundo de cœlo constat, longitudinem numeratam fuisse olim, à polo ad polum, sicut nos latitudinem eã vocamus. Causam hõ oportet modo signare, sed sat sit quod de longitudine loquẽtes ad puncta Orientalia, vel Occidentalia attendendum est: sicut de latitudine sermonem habentes: ad distantiam, vel approximationẽ ad polos, vel ad æquinoctialem. Et Astrologi, & Cosmographi, ad ponendum gradus longitudinis signarunt Meridianum fixum ad Occidentem, à quo inciperet ratio computi, & cum partes maxime remotę essent, de quibus erat notitia, insulę Fortunatæ, (quas Canarias vocam⁹) ab illis incœperũt: sic Ptolemæus libro septimo, capit. 5. & non posuerunt ex parte Orientis: quia datis illis quorũ erat notitia, certo sciebãt, vltra alias esse regiões, etiã si incognitę. Ob id putãtes ex parte Occidẽtis se inuenisse finem, statuerũt Meridianũ illud insularũ Fortunatarũ, tanquã fixum & immobile: sed

Ab' insulis Fortunatis sumitur initiũ longitudinis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſed ſi haberem notitiam vltrà, quam nos modo habemus de nouo orbe, non ibidem Meridianũ collocarent tanquã vltimũ ex parte Occidẽtis à quo longitudo numerẽtur. Ecce alio maiori circulo, qui Meridianus dicitur, & lõgitudo hæc maior & minor põt deprehẽdi, vt Ptolemæus libr. 1. c. 4. docuit per eclypſim lunæ: qui contingit in ciuitate Orbelis quinta hora, & in Carthaginæ Africæ viſum eſt deliquium hora ſecunda. Quapropter collegerunt ab vna ad aliam ciuitatem eſſe differentiam triũ horarum: & cuilibet horæ reſpondent. 15. gradus. Et ſic erat lõgitudo vnius ciuitatis ad aliã. 45. graduum, ſicut & deprehẽſum eſt, quanto excedat Toletana ciuitas Mexicanã, vt illa ſit magis Orientalis per centũ & ampliùs gradus quàm ſit hæc: & alijs modis deprehendit poteſt longitudo varia inter Meridianos, diuerſis inſtrumentis.

¶ Sicut deprehenſum certò ſcimus anno 1565. à noſtris Hiſpanis in Inſula Cebu, in qua dux Michaël Lupus del Gazpi, & generalis claſis totius, qui à noua Hiſpania à portu, qui dicitur (de la Nauidad) nauigãtes verſus partes Occidentales, ad inſulas Philippinas (quas vocant) poſt longam nauigationem ad inſulam Cebu deuenientes: & ibidem moram trahentes, per viros in arte peritiſsimos, reuerendum patrem fratrem Martinum de Rada in Aſtrologia vnice doctum: & per reuerendum patrem fratrem Andræam de Vrdaneta, cuius ſuprà mentionem fecimus in Coſmographia, & nauigandi peritia eminentiſsimum ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui iuſſu mageſtatis regię ſelecti fuerũt vna cum alijs eiuſdẽ ordinis viris probatiſsimis in nauigatione, & detectione inſularum, vbi abundant aromata ad euangelizandum illis gentibus incognitis, deprehenſum inquam eſt, quanta ſit lõgitudo à ciuitate Toletana (quæ eſt in eleuatione. 40. graduum) vſque ad inſulam Cebu, quæ eſt in eleuatione. 10. graduum ad Septentrionem, vt ſit longitudo 216. graduum, & 15. minutorum iuxta tabulas Alphonſinas, & iuxta Neotericũ cõpernicum. Eſt longitudo. 215. graduum & 15. minutorum, & ſublatis. 43. gradibus, & 8. minutis longitudinis, qui ſunt à Meridiano Toletano vſq; ad lineam de Marchationis (quàm vocant) vel diuiſionis totius orbis: quæ facta eſt iuſſu ſummi põtificis Alexandri. VI. inter principes Chriſtianos regem catholicũ Ferdinãdũ Hiſpaniarũ monarcham & regem Portugaliæ factã anno 1494. Hæc linea ergo ab inſula S. Antonij de las de cabo verde. per. 370. leucas vltra ad Occidentem deberet ſignari quæ diſtãtia ad gradus longitudinis reducta erit. 22. graduum. &. 10. minutorum & à ciuitate Toleti vſq; ad inſulam ſancti Antonij ſunt 21. gradus longitudinis: iuncti faciunt. 43. remanent. 173. gradus, &. 7. minuta, & cum medietas totius orbis ſit 180. gradus. Inſula Cebu, pertinet ad reges noſtros catholicos: & vltra ad huc per. 7. gradus. Hæc orbiter dicta ſint vt intelligamus deprehẽdi poſſe diſtantiam, & differentiam locorũ ſecundũm longitudinem, vel conſiderando eclypſim lunæ, vel per alia inſtrumenta quibus in arte periti vtuntur, & quibus merito fides adhibenda eſt: & non ſolùm hæc iuditio nominatorũ ſunt explorata, & cõperta: ſed congregatione facta, ex doctiſsimis Coſmographis in regia curia, apd Madritum anno. 1567. euidentiſsimum effectum eſt inſulam Cebu in demarcatione regis Hiſpaniarum eſſe, & ad eum pertinere ratio comertij illarum gentium, in qua congregatione ego præſens affui.

Inſulę Philippinę ad regẽ Hiſpaniæ pertinent & non ad regẽ Portugaliæ: & etiam vltra 7. gradus.

Diſtãtia in longitudine à Toleto ad inſulã Cebu in inſulis Philippinis.

¶ Eſt alius circulus maior, qui dicitur orizon. 1. terminator viſus, hic diuidit ſpherã in duo æqualia: quia vbicunq; ſit homo (vt dicitur) medietatem cœli videt, aliã medietatem non videt: & vocatur hæc medietas viſa hemiſperium.

Orizon.

¶ Hic orizon eſt duplex rectus, & obliquus, rectus eſt illis qui habitant ſub æquinoctiali: & eam habent pro zenith capitis, qui vero habitãt extra æquinoctialem, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem habent obliquum orizontem. Sed tam ſiue rectus, ſiue obliquus, pro medietate ſphæram diuidit, & habitantibus extra æquinoctialem tanto quãto polus eleuatur vnus, (quæ eleuatio tanto eſt quanta diſtantia ab æquinoctiali) tanto elevatus poli, depreſſio eſt, & ſemper medietatem cœli videt & medietas occultatur, & ſecũdum diuerſitatem orizontis obliqui fit varietas, & inæqualitas in horis diei & noctis, quòd iuxta climatum diuerſitatem nos ſuprà probauimus.

Duplex orizon.

¶ Ecce quomodo. 6. ſunt deſcripti circuli maiores in ſphera æquinoctialis, zodiacus, colurus ſolſtitiorum colurus, æquinoctialis, meridianus, orizon.

¶ Reſtat

Tropicus Cancri.

¶ Reſtat de alijs quatuor paruis circulis agamus, primus ſeſe offert circulus qui dicit Tropicus Cãcri, & eſt ille qui deſcribitur à ſole quãdo magis eleuatur in principio Cãcri vltrà quem pũctũ nõ eſt progreſſus, ſed reuertitur potius: ob id Tropicus vocatur, & eſt æſtiualis, quia in æſtate peruenit. Hic circulus vocat minor, quia licet ſpherã diuidat, ſed tamen nõ in æquales partes. Cùm verſus Septẽtrionẽ minor portio maneat, & ad Auſtrũ maior. Et ſicut Sol peruenies ad pũctũ Cancri, deſcribit circulũ quem tropicũ Cancri vocamus: ſic quãdo ex alia parte ad Auſtrum declinat, cũ peruenit ad gradum Capricornij aliũ deſcribit circulũ ex minoribus, quem tropicũ Capricornij vocamus, & minorem partẽ orbis relinquit ad auſtrũ, & maior eſt, quæ ad Septentrionem remanet. Et id quod interceptum eſt inter hos duos circulos minores tropicum Cancri, & Capricornij, torridam zonam vocamus: vt diximus: quia ſemper Sol incedit ſub ea, nũc ad Auſtrũ, nũc ad Aquilonẽ.

Tropicus Capricornij

Circulus arcticus.

Alij duo minores circuli ſunt arcticus, quidem, qui deſcribitur à polis zodiaci, ad motum primi mobilis. Nã ibidem zodiaci poli poſiti intelligũtur ab Aſtrologis. Et ſicut ex parte Septẽtrionali, ille paruulus deſcribitur circulus: ſimiliter ex parte Auſtrali, alius correſpõdet, qui vocatur circulus antarcticus: & cũ quãta eſt Solis maxima eleuãtio, quæ eſt vſq; ad Cancrũ. 23. graduũ, &. 15. minutorũ duplicata, ſit diſtãtia inter tropicũ Cancri, & circulũ anctarticũ: coniungendo cùm maxima eleuatione, q̃ reſiduũ eſt vſq; ad. 90. gradus, eſt diſtantia circuli arctici vſq; ad polũ mundi, quæ eſt. 23 gradus. Et hæc decõpoſitiõe totiꝰ Spherę, & de circulorũ ſuis ſufficiãt alia ipſa diſtantia tractãda, quę clarent in hac figura.

Circulus antarcticus.

¶ SPECVLATIO. XV. Vtrùm paradiſus terreſtris verè, & realiter ſit in partibus Orientis.

Argum. 1

QVod ſic, videtur. Patet ex gene. 2. vbi dicitur, ſecundùm Hebraicam veritatem: Plãtauit Deus paradiſum in Edem ad Orientem: ſed Edem eſt locus terræ nunc habitatæ ab hominibus: vt patet ex Ezechiele.

Ezechi. 27.

Argum. 2.

¶ Præterea. Paradiſus verè eſt locus à Deo creatus, & ad litteram intellectus, & non metaphoricè: ergo verè alicubi eſt: & non videtur vbi, niſi in terra habitata ad Orientem: ergo ibi eſt.

¶ In contrarium eſt: quia nullibi inuenitur talis locus in tali habitabili terra.

In cõtrariũ

¶ Pro ſolutione notandum B. Auguſtinum dixiſſe varias fuiſſe doctorum ſententias de paradiſo illo terreſtri à principio à Deo formato ad habitationem primorum parentum. Prima eſt eorum qui putant illud Gene. 2. tantùm corporaliter intelligendum. Secunda eſt illorum, qui tantùm ſpiritualiter: & tertia eſt media, quæ tenet illud intelligi coporaliter, & ſpiritualiter: quàm B. P. Auguſtinus videtur amplecti, quando ait. Commodè dici poſſunt de intelligendo ſpiritualiter paradiſo, dummodo illius hiſtoriæ fideliſsima veritas rerum geſtarum narratione commendata credantur. Hæc ille. Et quidem meritò hæc amplectenda ſententia eſt: vt ſic realiter paradiſum creatum aſſeramus, vt non tollamus quominus ſpiritualiter, & myſticè multa de Eccleſia Dei, tam militante in terris, quàm triumphante in cœlis intelligi poſsint. Veritate ergo literæ ſuppoſita, quo ad ſitum loci, opiniones etiam ſunt variæ.

Notand. 1. Aug. ſuper gene. ad lit.

Prima opi.

Auguſt. 13 de Ciuita.

S. Tho. p. p. q. 102.

Variæ opi. de ſitu. paradi.

Prima opi.

¶ Eſt opinio quæ tenet, locum illum amœniſsimum adhuc ſtare, & ibidem omnia permanere, ſicut à principio, & eſſe extra omnem terram habitatam, & habitabilem ex parte Orientis in quodam monte altiſsimo, qui nubes tranſcendit, ad quem diluuij aquæ non peruenerunt.

¶ * Hæc

Universidad de Deusto Biblioteca

* ¶* Hæc fuit opinio Bedæ, & eam sequitur Magister Histo. scholastice. lib. 1. cap. 13.

2. Opinio. ¶ Secũda opinio tenet, quòd ille locus fuit à Deo creatus in parte terræ habitabili, & nunc habitatur: sed quòd modò non sunt arbores illæ, à principio plantatæ, nec herbæ: Et tandem q̃ inundauerunt aquæ diluuij, & perijt loci illius amœnitas.

3. Opinio. ¶ Tertia opinio tenet, paradisum terrestrẽ fuisse in Mesopotamia Syriæ, vbi habitauere sancti patriarchæ post diluuium, Noë: Sem, Nachor, Thare pater Abrahæ.

4. Opinio. ¶ Quarta opinio recentior est, quòd in Palestina Iudęæ est, nõ longè à campo Damasceno, vbi primus homo de limo terræ fuit formatus. Et quidem motiuum non deest: quia Adam eiectus de paradiso, propè habitauit, & mortuus in Hebron, sepultus est iuxta Damascenum cãpum: vt author est

B. Hierony. D. Hierony. nam & consilio diuino ibi propè habitatio fuit primi parentis, & ex voluntate: vt ob oculos haberet loci amœnitatem, quam perdiderat ob peccatum. Et quòd post diluuium sancti patriarchæ frequentissimè in illo loco habitauerunt, vbi & sepulturæ locum elegerunt.

¶ Relictis ergo varijs opinionibus, & eorũ varijs fundamentis, quas poterit qui voluerit

Ciruelo. videre in paradoxis Ciruelì Darocẽsis, quæst. 5. quod probabilius apparet, sequentibus conclusionibus ostendemus. Et sit prima.

Conclus. 1. ¶ Paradisus terrestris non est extra omnẽ habitabilem locũ in monte inaccessibili, ad quem diluuij aquæ non peruenerunt. Pro

Ratio. 1. batur: quia nullus talis mons datur, qui perueniat vsque ad lunarem circulum, neque ad aëris supremam regionem: quia talis locus hominum habitationi est disconueniẽtissimus: quod de paradiso dicere est irrationabile, cùm congruentissimus fuerit, & locato conueniens, nempe primò homini.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Quia Gene. 7. dicitur, quod aquæ diluuij intantum creuerunt, vt sint operti omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo: & quòd aquæ ascẽderunt super mõtes altissimos per quindecim cubitos: ergo non est dicendum quòd aquæ non peruenerunt ob altitudinem ad talem locum paradisi.

Ratio. 3. ¶ Item est maximum argumentum: quia Hispani adnauigauerunt ad omnem cœli partem, Septẽtrionem, Meridiem, Orientẽ, Occidentem: & cùm insulas, & alia ignota loca inuenerint, de loco paradisi nulla mẽtio est. Qui locus si tã eminẽtissimus esset. latere non posset. Quapropter D. Augu. & alij doctores huius rei memoriam facientes, non assertiuè, sed recitatiuè sunt intelligendi secundùm opinionem Hebreorum.

¶ Secunda conclu. Paradisus terrestris in Conclus. 2.

mõtibus Sarmatiæ Asiaticæ Armeniæ ponendus non est. Patet. Omnes qui de paradiso terrestri loquũtur affirmant fuisse: itr Ratio. 1.

vt ob hoc sub æquinoctiali aliqui ponerẽt: quia locus temperatissimus est: sed mõtes illi ad Septẽtrionẽ positi, frigidissimi sunt, quia nimis Septentrionales: ergo ibi non est ponendus.

¶ Ad idem. Si ibi esset ponendus, esset quia Ratio. 2.

(vt ferunt) quatuor fontes oriuntur ex illis montibus, ex quibus quatuor illa flumina egredientia à paradiso: sed hoc nõ probat: quia dato Tygris, & Euphrates ex monte Taurino oriantur, qui est vnus montiũ Sarmatiæ, alij tamen fluuij duo Gyon, & Phison lõgè ab illo loco ad Orientem habent suos fontes originarios.

¶ Tertia conclusio. Nõ caret probabilitate Cõclusi. 3.

paradisum terrestrem fuisse situatũ in Mesopotamia. Patet. Illa (vt ex scriptura patet) fuit terra amœnissima, & ibidẽ patriar Ratio. 1.

chæ habitauerunt.

¶ Secũdò: quia in Mesopotamia est Edem, Ratio. 2.

in quo loco dicitur Deum plantasse paradisum: ergo aliquam habet probabilitatem opinio hæc.

¶ Quarta conclusio. Paradisus terrestris à Conclus. 4.

Deo à principio creatus in Palestina circa Iordanem videtur fuisse, vbi Sodomitarum subuersio. Hæc suadetur ex B. Hierony. Ratio. 1.

Adã in Palestina in agro Damasceno fuit Hierony.

formatus: & postquàm eiectus est, illic dem habitauit, vbi & sepultus est: sed hoc est in Palestina circa Iordanẽ: ergo ibi propè locus fuit ille deliciarum positus. Et quòd ibi dem Adam fuerit post peccatum, ex illo Gene. 3. Reuerteris in terram de qua sumptus es, probat Hieronymus.

¶ Præterea Gene. 13. de illa planicie Iorda Secũda rõ.

nis scriptura loquens, quando Abrahami à Lot est separatus, dicitur. Leuans autem Lot oculos, vidit omnem regionem circa Iordanem, quæ vniuersa irrigabatur Iordane antequã subuerteret dominus Sodomã. & Gomorrham. Erat enim sicut paradisus domini, & sicut Ægyptus venientibus Segor: vbi Glos. ordinaria. Hic dicimus Glossa.

esse

esse paradisum terrenum, cui comparatur terrena irrigatio. Hãc sentẽtiam velut probabiliorẽ sequitur Ciruelo in loco citato, Ciruelo.

& contendit illam corroborare, eò quod primum peccatum per quod mundus infectus, ibidem cœpit in primo parente: vt

Ad Rom. 5. docet B. Paul. Per vnum hominem peccatum introiuit in orbem terrarum: ergo illa omnium corruptionem pessima ibi probabile est & post peccatum fuisse, qualis illa fuit Sodomorũ: ergo verisimile est ibi fuisse situatũ paradisum. Et superaddit, quod. Deus occasione primi peccati parẽtũ tãtũ illum abhorruit locũ, vt submergeret solũ illud, vt amplius non careat nomine.

Corollariũ ¶ Ex hoc sequitur, vanum esse quod quidam nunc ex modernis astrologis, & Cosmographis asserit, paradisum terrestrem esse ad partem Australem, quam continuè habitatam inueniunt Hispani nauigantes, ad quem non peruentum est. Vanum (inquam) apparet, eò quòd ad elevationem vltra gradus. 60. peruentum est vltra æquinoctialẽ ad meridiem: vt patet in estrecho de Magallanes: tamen de tali loco paradisi nullum vestigium est: imò adinuenta sunt loca intemperatissima, simul & inamœna, & habitationi hominum satis incongrua: vt nobis retulerunt qui illud mare nauigauerunt, estrictum Magallanicum per trãsierunt.

Dubium. ¶ Verùm hic sese ingerunt aliqua dubia. Primum est, & potissimum: quomodo intelligitur id quod de illis. 4. fontibus, seu fluminibus paradisi, qui dicti sunt: Gyon, Phison, Tigris, Euphrates. Nam si verè, & realiter tales sunt fluuij, cũ circa Iordanẽ, vbi erat Sodoma, tales non sint. Quòd si tales fontes habeant intelligi spiritualiter iuxta

D. Aug. lib. de doctrin. Christia. D. Augustini doctrinam, qui ait. Quando scriptura videtur id dicit, quod ad literã acceptũ, sensui videtur repugnare, ad sensum spiritualem est referendum: sicut est illud Iudicum 9. Quando ligna siluæ inierunt consilium: vt vngerent sibi regem. Quòd si spiritualiter accipiatur, iam non de paradiso dici posset, quod tamen reprobatum est.

Dilutio. ¶ Diuersorum doctorum de dubio varia,

Prima opl. & diuersa sententia est. Siquidẽ qui tenent paradisum esse in Oriente, in loco remotissimo, mare interiecto, inter habitatam terram, & ipsum dicunt. 4. illa flumina ortum habere ex tali loco: & statim in mari immergi, vt amplius non maneat vestigium: sed pòst in terra in diuersis partibus emergũt: putà. Phison in Sarmatia, seu Armenia maiori, & Gyon in Æthiopia: Tygris, & Euphrates in Syria, & Mesopotamia.

¶ Alij qui paradisum in montibus Armeniæ collocant: de istis. 4. fontibus philosophantur. Dicũtq; omnes. 4. fluuios per terram discurrere vsq; ad Indicũ mare in hũc modum: vt Tigris, & Euphrates intrẽt mare in sinu Persico: sed Ganges quem Phison appellant, paulò superius ad Orientem intrat mare in sinu magno Indiæ. Alius fluuius qui Gyon, in maris introitu mergitur, & absorbitur à terra, & discurrẽs versus meridiem erumpit vltra Æthiopiam prope Tropicum hyemalem: & iterum descendit versus septentrionem per Æthiopiam, Ægyptum venit ad mare Mediterraneum prope Alexandriam Ægypti. Opinio. 2.

¶ Tertia opinio, quæ in Mesopotamia putat esse paradisum, dicit omnes. 4. fluuios per terram discurrere, vsque ad mare Indicum. Tamen tres citatæ opiniones reijciũtur, sicut & fundamẽtũ ipsarum improbatum est: nã si paradisus terrestris ponẽdus est, vbi Sodomorum subuersio, prope Iordanẽ, oportet & fontiũ aliã ponere rationẽ. Opinio. 3. Improba. opinionis.

¶ Ad dubium ergo consequenter loquentes, paradisum iuxta Iordanem asserentes, Solutio du bij.

illa Gene. 2. litera de. 4. fluminibus sic intelligi potest. Fluuius egrediebat de loco voluptatis, id est, de paradiso, intelligitur de Iordane irrigante illam planiciem. Et quod sequitur diuidebatur in. 4. capita, accipitur fluuius materialiter pro ipso nomine, & verbum diuidebatur, tenetur logicè: vt significet diuisionẽ generis in suas species, aut differentias, ad hunc sensum. Hoc nomen fluuius, cùm sit valdè commune genus, diuidi potest in multas species fluuiorum. Quarum. 4. sunt specialissimæ: & dicũtur capita, seu capitales species: Phison, Gyon, Tygris, & Euphrates. Iste modus exponendi et extraneus videtur, sed apud Rhetores & Grammaticos non infrequens, siquidem transitum faciunt à rebus ad vocabula, & è contra.

¶ Et quidem hæc solutio potest roborari, Roboratur solutio.

quia omnes alij modi dicẽdi sunt improbabiles: nam multa in opinabilia habent, scilicet, submersionum, & emersionum ad longissima quæque terrarũ: vt prima, & 2. dicit opinio. Et quod. 3. dicit, minũ opinabile. Quapropter cùm constet in sacra scriptura posi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra positum de illis.4.fluminibus, oportet aliqualem intelligentiam habere, vel fateri mendosum codicem, vel nos non assequi intelligentiam, iuxta D.Aug.doctrinam. d.9.c.Egovero solis. Vbi ait. Si in sacris scripturis aliquid offendero, quod videtur cõtrariũ veritati, nihil aliud existimo vel mẽdosum esse codicem, vel interpretem non esse assequutum quod dicitur, vel me non intelligere locum illum: sed in loco citato locus non est mendosus, & tres interpretes, Græcus Caldeus, & Latinus cõcordant cum Hebræo: oportet ergo dicere quòd locus sit valde obscurus, & vix intelligibilis etiam à doctis. Hunc intellectum sequitur magister Ciruelo.

Ciruelo in suis parad. 9.7.

¶ Et Rupertus Abbas intelligentiam hanc sequi videtur olim, cùm asserat, quòd fons ille vniuersam irrigat terram, ad hunc sensum: quemadmodum iecur in corpore animalis cunctis venis sanguinem ministrat, vitamq; animãtis hoc ministerio retineat, sic ille fons vniuersam terrã per venas occultas vegetat, & in multos redundat fontes, & flumina: sed eorũ omnium ista sunt. 4.capita. 1.principalia flumina. Igitur & fontes horum.s. Tigris, & Euphrates. Si libet in Armenia demõstretur. Et tamẽ per viam quam nouit cultor fluminum Deus de paradiso secũdùm veritatem scripturæ huius manare credantur. Hæc ibi. Quæ ad ducũtur à Loisio Lipomano in catena aurea super Gene.c.2.

Rupertus.

Loisius.

¶De origine fluuiorũ, & de alijs vide Abulens.gene.2.q.17.18.&.19. * Vnũ tamen hic adnotare licet Origenis fuisse errorẽ in tomis super gen. omnẽ historiam paradisi terrestris non ad literã, sed allegoricè intelligendam. Cõtra quẽ Metodius in Dialogo & Epiphanius in Anchorato & in epistola ad Ioãne Hierosolymę episcopũ, in quem errorem etiã incidit Franciscus Georgius Venetus in primo tomo problematum: quia multa dicit, quæ deliramenta videntur: & Ambros. in suo libro de Paradiso videtur id sentire in allegorico sensu cũ Origen. & in epistola ad Salimũ verbis expressis id concedit. Sed tamen idẽ Ambrosius in prima epistola ad Corinth.ca.6. geminum ponit paradisum & terrestrem & cœlestem: quapropter certũ non est, cum Origen. & Philone eum sensisse. Et quidẽ August. Chisamensis episcopus in annotationibus in Pẽthateucũ asserit paradiũ fuisse locum corporeum. Sed tamen statim post peccatum ab oleri ceptũ est, & per diluuium totaliter locus ille destructus est. Verũ decipitur quãdoquidẽ ibidem Eliam & Enoch translatos tenemus. Et alibi etiam Ioannẽ Euangelistã ibi collocãt, & hic idẽ August. Egubinus episcopus Chisamensis ausus est dicere in suis illis annotationibus in Penthateucũ mortẽ corporalẽ nõ fuisse ob peccatũ, & negat translatos ibidẽ Heliã & Enoch. Verũ cõtra egregie probat & testimonijs scripturæ & rationibus contra eundem Ambros. Catherinus in suis Commen. super quinq;. ca. Geneseos. & idẽ de Ioann. euãgelista, & adducit autores graues id asserẽtes Simonẽ Metaphrastẽ in oratione de laudibus. B. Ioãn. & nomi paraphrasim & Hipoli. martyris in sermone de Antichristo & catenã Græce in Apocal. & Gregoriũ Turonẽsẽ lib. 1.c.24. & S. Antonin?. &c. Et idẽ tenet in opusculis.

Abulens.

Egubiuus.

¶Ad primũ argumentum vbi ex illo Ezechie.27.de Edem probare contendunt in Mesopotamia fuisse paradisum terrestrẽ, respondetur, non eodem modo capi Edem gene.2. & Ezech.27. qa in Ezechiele est nomẽ proprium loci in Mesopotamia, sed geñ. 2. est nomen appellatiũ, quod significat voluptatem. Et sic literæ sensus hic est: Plãtauit paradisum in Edem, id est, in loco voluptuoso & delicijs pleno, in qua significatiõe accipitur. 2.Reg.1. Vestiebat nos coccineo in delicijs. Et quidem secundum eius infallibile ꝓnissum, gloria, & decore nos vestiet in illo cœlesti paradiso, & suprema Hierusalem matre nostra. Vbi bibemus de Torrente voluptatis suæ, & inebriabimur ab vbertate fontis luminis æterni. In quo quidem amœnissimo, & uiorido loco iamissibiliter mansuri suscipiemur. Nã si per vnum hominẽ introiuit mors, & ꝓdiuisio ab illo primorum parentum loco, in Christo vero fonte, & angulari lapide viuificabimur. Cui sit gloria, potestas, & imperiũ per æterna secula. Amen.

Ad 1.argu.

Ad Roma.5

¶Hæc dixisse sufficiãt circa libros de Cœlo editos ab Arist. & reliqua aliãque maioris momenti sunt esse ad astrologiã iudicariam reprobandã, & à finibus Christianorum relegandam pro suo congruenti loco (si dominꝰ dederit) reseruãtes: nã vt aliàs nõ semel ꝓmisimus, in animo est, & hęc in nostris Theologicis resolutionibus tractare, par est, si in ꝓprio tractatu nõ reposuerim

Finis libri vnici de Cœlo.

SPECVLATIO

PHYSICA SVPER LIBROS DE GENERATIONE edita per Reuerendum patrẽ fratrem Alphonsum à Vera cruce Augustinianum: artium, & sacræ Theologiæ magistrum, & cathedræ primæ moderatorem in vniuersitate Mexicana in noua Hispania, nunc tertio edita & ab eodem auctore diligenter correcta & in multis addita.

INCIPIT LIBER PRIMVS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.

¶ARGVMENT. PRIMI LIBRI DE GENE.

DE generatione acturi, & corruptione, oportet præsupponere Aristo. per duos integros libros tractare de modo quo cõtingat generatio: corruptio: alteratio: augmentatio, & diminutio: & commemorat omnes quinque species motus, generationẽ, & corruptionem, annumerando. Hic tractatus non solùm physicæ disciplinæ, sed maximè ad eam pertinens. Et cùm in libris physicorum Aristot. iactando præludia quædam velut fundamenta totius ædificij de ente mobili diseruerit, ad particularia in consequentibus descendendo, de particulari motu entis mobilis loquitur. Et in libris de cœlo exactè satis de mobili ad vbi: In istis loquitur de mobili secundum generationem, & corruptionem. Istius tractatus meritò subiectum dicemus esse ens mobile ad formam: vt comprehendat omnes motus alios à motu locali. Docet enim Aristotel. quomodo acquiratur, vel deperdatur per motum forma substantialis, & forma accidentalis: ob id subiectum eius meritò est ens mobile ad formam: & omnia quæ tractantur, reducuntur ad hoc subiectum: quia sub ista ratione in consideratione cadunt: pro quanto ad generationem, vel corruptionem, augmentationem, vel diminutionem, aut alterationem spectant. Sunt qui argumentum tractent hoc diligenter, inter quos primus sese offert Marsilius peritissimus physicæ, & in theologia, similiter scripsit, & Ægidius, sed magis speculatiuas & subtiles ingerens quæstiones, quàm practicas & intellegibiles. Cui vacat per otium, facilis est ad libros aditus. Nos tamen ab instituto nostro non recedentes, quæ necessaria sunt clarè, & apertè trademus: alia quæq;, quæ ad superfluum tendunt, ex proposito resecantes.

Ens mobile ad formam est subiectũ lib. de gene.

Marsil.

Ægidius.

¶SPE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶SPECVLATIO PRIma pri.libr.de generatione, & corruptione. Vtrùm generatio simpliciter, & corruptio sit posibilis per naturã.

1. Argum. 1.de ge.tex. 11.&.12. 2.tex.7

VIdetur quòd nullo modo: quia generatio ad substantiã est, vt non semel docet Aristot.sed substantia vel est materia, vel forma, vel compositum ex eis constans:sed nullum istorũ potest simpliciter generari,neque potest simpliciter corrumpi:ergo generatio simpliciter non est posibilis.Maior est nota.Probatur minor.Non materia,quæ in generabilis,& incorruptibilis.Non forma:quia ipsa non fit simpliciter,cùm de potentia materiæ educatur.Non totum resultans suppositum:quia illud non fit simpliciter, cuius partes non fiunt:sic Aristotel.7.metaphysi.text.27.

Argumẽ. 2. ¶ Item.Si aliquid generaretur simpliciter maximè forma,per quã res est,quæ generatur,& actu est,& in specie constituitur: sed forma non generatur. Patet. Quia vel fit ex nihilo,vel ex aliquo:si ex nihilo, ergo creatur,& non generatur: si ex aliquo, & non nisi ex materia:ergo ex materia fit: sed hoc non: quia materia, sicut & forma sunt principium rei naturalis,vt in.1.physico.specula.prima diximus:sed de ratione principiorum est,quod non fiant ex alterutris:ergo forma non fit ex materia,neq; è contra:& sic non est generatio.

Argumẽ. 3. 2.de cœlo. text. 18.& 96. ¶ Præterea.Nihil potest corrumpi: ergo nihil potest generari:quia vnius generatio alterius est corruptio,& è contra. Si esset corruptio,vel esset naturalis,vel esset violenta:non violenta: quia nullum violentum est perpetuum.Neque potest esse naturalis:quia quælibet res appetit suam conseruationem naturaliter:vnde Boëtius. Omne animal perniciem suam, mortemque deuitat.

Boëti. 3. de conso.

In contra. ¶ In contrario est Aristot. hic, & in.1. physic.text.11.

¶Pro solutione oportet breuiter notare varias antiquorũ fuisse opiniones de principio rerum. Notand. 1.

¶ Prima opinio fuit Parmenedis,& Melisij,qui simpliciter generationem negauerunt,& solum concedebant alterationem. 1.Opinio. Melis.

¶ Alij dixerunt multa esse rerum principia,inter quos Empedocles.4. posuit elementa:Eleucipus tamen corpora atomalia.Alij(vt Anaxagoras)posuerunt carnes & ossa.Alij verò puncta posuerunt,vt Aristotel.Platoni imponit.De istis in superioribus in primo Physicorum mentionem fecimus.sed vbi de principijs. Opin. 2. Empe.

¶ Secundò notandum quòd ex omnibus istis opinionibus vna fuit falsa tunc tẽporis,quod nulla erat simpliciter generatio:quia ex nihilo nihil fit, non entis,ad ens,distantia infinita est:& ex non ente nihil poterat generari. Quapropter posibilem negabant simpliciter generationẽ. Nam si aliquid generari posset simpliciter, non nisi ex partibus præexistentibus esset,quod tunc non esset generatio sed congregatio.Quod si ex non præexistenti: ergo ex nihilo,quod erat contra præsuppositum. Notand. 2.

¶ Tertiò.In memoriam erunt reuocanda, pro solutiõe debita,quę nos in primo physico.de materia diximus,quòd sit quidam suppositum omni actioni naturali: & ipsa quidem est ens,& non ens:est ens in potẽtia tantum,& est non ens: quia non habet actum. Notand. 3.

¶ Quartò notandum,quòd generatio duplex est:quædam simpliciter talis dicitur, & est illa quæ substantiæ est,alia secundum quid,& quæ accidentis,sub qua & alteratio,& augmentatio. De modo generationis simpliciter Aristotel.ait quòd subiectum sit ens in pura potẽtia:sic fit per præuiam alterationem forma substantialis producatur,quæ est res principalior materia:quia ipsa est dat esse in actu. Notan.4. Sic Aris. 5. phy.tex.7. Aristot.1.phy sic.t. 96.& 7. metaphy sic.tex.8.

¶ Prima conclusio.Generatio simpliciter est posibilis,& de facto multa generantur simpliciter in rebus naturalibus. Hæc conclusio est Aristo.Probatur ratione. Tunc dicitur aliquid generari simpliciter quando præsupposito subiecto per actionem agentis naturalis aliquid acquirit esse actu simpliciter:sed hoc contingit in rebus: ergo est posibilis.Antecedens pro maiori est notum.Minor probatur:quia ex ligno per actio- Conclus.1 Ratio. Aristot.1.de cœlo.t.20.

per actionem agentis generatur ignis, & vere acquiritur esse substantiale nouum, quod nondum erat.Ex semine per virtutẽ quandam ibi inclusam alterato, acquirit animal nouum esse substantiale:& hoc est generari simpliciter, quod est acquirere esse substantiale nouum, quod non erat,aliquo subiecto præsupposito.Nam producitur ens, quod ante non fuit ens: quia licẽt ante esset materia,ipsa tamen nõ erat ens, sed solum ens in potentia.

2. Cõclusi. Aristot. 1.de genc. tex.1 ¶ Secunda cõclusio.Generatio simpliciter alteratio non est.Hæc est Aristot. Probatur.Non est idem quod disponit ad aliud, & id quod disponitur sed alteratio est disponens ad generationem simpliciter vt Aristo.dicit:ergo ipsa nõ est generatio simpliciter.

Ratio.2. ¶ Præterea,ad generationem simpliciter requiritur quòd esse habeat genitum simpliciter,q̃ ante nõ habebat,& deueniat esse non existenti in actu, sed in potentia tãtum sed quod aduenit per alterationem, vt est forma accidentalis,non dat esse simpliciter:sed esse tale accidẽtale,albi,vel frigidi,non aduenit existenti in potẽtia, sed iam existenti in actu,vt constat: sequitur ergo quòd alteratio,& generatio simpliciter non sunt idem.

Ratio. 3. ¶ Quòd in tertiam velis adhibere rationẽ, erit manifesta conclusio, cùm in motibus & mutationibus ex termino ad quem species sumenda sit: sed terminus generationis simpliciter alius est à termino alterationis:quia hic accidentalis forma, & illic substantialis.

3.Cõclusio Ratio. ¶ Tertia conclusio.Alteratio,generatio secundum quid dicenda est. Patet. Id dicitur generari secundum quid, quod acquirit esse aliquo non simpliciter,sed esse tale, vel tale:sed alterationem contingit: quia frigidum acquirit esse calidi,& album esse nigri,vt cõstat: ergo alteratio generatio dicenda est secundum quid.

4.Concluf. Gñatio est naturalis. ¶ Quarta conclusio.Generatio simpliciter,quàm secũdum quid,naturalis creatur, & naturaliter contingunt in rebus. Hic volo dicere,quòd ad huiusmodi generationem nõ est opus ponere miraculum, sed rebus naturalibus conseruatis in suo esse naturali quod habent à Deo,per actionem, & passionem adinuicẽ cõtingit q̃ ex semine fiat animal,& ex ligno fiat ignis,& ex frigido fiat calidum, & ex calido fiat frigidũ.Probatur.Id dicitur naturale, quod est secundùm naturam,& passum vim cõfert motui in generatione: simpliciter,q̃ secundum quid est huiusmodi: quia secundùm naturam est vt materia ligni in se formam recipiat ignis, ad quam in potẽtia erat,& non magis erat ei naturale ligni, quam habebat ã ignisquæ nunc est: tam naturale est q̃ subiectũ hoc, quod est actu frigidũ, fit calidũ per actionẽ caloris: sicut erat naturale quod haberet frigiditatem:sequitq̃ naturalis est generatio,& alteratio. Ratio.

¶ Quinta concl.Sicut dictũ est de generatione simpliciter,& secundùm quid similiter de eã,quod naturaliter contingat,eodẽ modo & de corruptione est intelligendũ. Patet.Opposita habent fieri circa idem contrariorum eadem disciplina est. Probatur.Id simpliciter dicitur corrumpi, quod desinit habere esse illud essentiale,quod acquisiuit per generationem: sed contingit simpliciter,vt quando introducto igne in ligno,& generato,sequuta est corruptio ligni:& similiter quando alterata aqua per ignem habuit esse calidi,& corruptum est illud esse per remotionem caloris: ita naturaliter sicut fuit generatio,& alteratio. Et hoc est quod dicit Aristot.quod vnius generatio, alterius corruptio est. Nam cum duæ formæ substantiales in eodẽ subiecto simul esse non possunt,neque duæ formæ accidentales contrariæ. Non enim potest esse q̃ sit vna, quin alia corrũpatur.Et non potest esse frigus, quin calor expellatur. ✱ Considerãdũ tamẽ, quòd dictum Arist. generatio vnius est corruptio alterius,& è contra verum habet in generatione simpliciter, & in corruptione simpliciter,sed in generatione secundũ quid,quę alteratio est,in qualitatibus quę non habent contrarium sed priuationem,non sequitur: nam posito lumine non corrumpũtur tenebræ, neque posita scientia corrumpitur ignorantia:& ad huc de qualitatibus habẽtibus contrariũ,sed separabilibus nõ tenet verũ, vt de colore,& sapore, nã dũ ex elementis generatur pomũ,& generatur sapor,& color,& tũ non corrũpitur cõtraria qualitas, sed tamen in qualitatibus inseparabilibus, quæ habent contrarium tenet verum, vt sunt primę qualitates: nã ingenerata caliditate frigiditas corũpitur,de quo ex proposito infrà speculatio.3. 5.Cõclusio Aristot.5. Topic. c.4. Aristot. ✱

¶ Ad primum argumẽtum dicimus, quòd in ge- Ad argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in generatione simpliciter & fit materia & fit forma, & fit cõpositũ, tũ aliter, & aliter: nã materia fit subiectũ actu illius formæ, quæ per generationem introducitur. Ante generationem erat subiectum in potentia ad recipiendam formam, sed aduenientе, fit actu. Ecce quomodo materia fit subiectiuè: quia fit actu subiectum. Forma substantialis etiã fit: quia terminatur actio agentis, seu generantis ad formã substãtialẽ, quã intendit producere: quia contendit passum assimilare, quę assimilatio non nisi in forma est, antè forma, nõ terminabãt actionẽ huius agentis, cùm antè nõ esset, & modò terminat: sequitur quòd forma fit terminatiuè. Fit & suppositum completiuè. Patet: quia totum suppositum est quòd habet esse substantiale, & subsistere, & in eo est completum, & consummata ratio essendi, & non in forma, quæ non est per se, neque in materia, quæ nũquam absque forma: sed suppositum compositum: & materia non fit ex forma, neque ẽcontra: quia ex terminatiuo nõ fit subiectiuum, neque ex subiectiuo fit terminatiuum. Et dato casu ꝙ forma educatur ex materia, dicitur fieri simpliciter: quia educi ex materia: (vt in primo physi. probatum est) non est, quòd forma pręcesserit, vel aliquid eius ante sed ꝙ materia erat in potentia, vt esset subiectũ formæ, & per actionem agentis naturalis actuata est il la potentia. Existo patet solutio ad. 2.

Quomodo fit materia

Quomodo fit forma.

Forma fit terminatiuè.

Subiectum fit cõpletiuè.

Specula. 7.

Ad. 3.

¶ Ad. 3. oportet distinguere de naturali, vel in ordine ad suas causas efficientes, tam vniuersales, quàm particulares: immediatas, & mediatas: vt Deus, sol, cœlũ, & agens naturale particulare, & in ordine ad ista agentia oportet dicere ꝙ corruptio ita est naturalis, sicut & generatio: imò esset cõtra naturam, ꝙ non esset corruptio: nam naturale est igni calorem producere, & deficcare. Applicato ergo ligno erit naturale omnes dispositiones necessarias ad formam ligni expellere, & formam ligni corrumpere: & eodem modo est naturale soli, & cœlo concurrere cum igne ad hãc corruptionem. Deo etiam conuenit inquantum prima causa est, quæ magis in effectũ influit, q̃ ipsa 2. causa. Et huiusmodi corruptiones sunt intẽtæ abiistis causis ad conseruationẽ rerũ. Et sicut intendit generationes ad perpetuandum res, & intendit corruptiones.

¶ Secundo modo potest dici naturale, vel violẽtum in ordine ad subiectũ: & hoc dupliciter: vno modo, de per se: alio modo de per accidẽs. De per se, corruptio nõ est intenta à subiecto: quia quælibet res naturaliter suam appetit consistentiam: sed tamẽ per modum sequelę, vel per acidens: quia subiectum habet appetitum naturalẽ ad formam quam non habet. De per accidẽs vult corruptionẽ formæ, quã habet: quia cùm non possint simul esse duæ formæ substantiales in eodem subiecto, volendo habere alteram, expellit quã habet: & sic appetit quam non habet. Potest dici etiã corruptio naturalis absolutè, etiam ex parte subiecti, attendendo ad hoc ꝙ bonum vniuersi in hoc saluatur, quod sit rerum alternata generatio, & corruptio: & ob id sicut de graui dicimus quòd ascendendo nõ facit contra naturam: quia secundùm inclinationem ad bonum vniuersi; & bonũ totius: sic & corruptio, quanuis videatur ex parte subiecti appetentis suam consistentiã violentũ quodãmodo. Respiciẽdo tamen ad bonum vniuersi, quod consistit in hoc, dicitur corruptio illa naturalis, tale bonũ respiciens, bono particulari relicto.

S. Tho. 1. q. 10. art. 1.

¶ Ex dictis posset inferri, quid de hominis generatione sit sentiẽdũ, vtrũ ipsa simpliciter talis vocatur, vel non: nã aliqui putant ꝙ non, supposito sola sit vna anima in eo, quæ rationalis est: nã cùm forma illa non educat de potentia materiæ, sed creetur, videtur ꝙ non habeat dici generatio simpliciter: quia de nihilo, & non de aliquo. Si tamen essent aliæ animæ ponẽdæ distinctę, vt nonnulli ponunt, scilicet, vegetatiuã, & sensitiuam: cùm de potentia materiæ educatur, posset dici generatio simpliciter.

Corolla.

¶ Sed videtur dicendum, quòd homo dicitur generari simpliciter, etiam si vna solùm sit anima rationalis, quæ à solo Deo creatur. Ratio est: quia dato anima à solo Deo creetur, tũ agens naturale, vt semen, vel quodcunq; sit illud, agit ad disponẽdã materiam: ita vt sit subiectũ aptum ad animã rationalem. Similiter agens naturale concurrit ad introducendam formam in subiecto disposito, etiam si solus Deus creet, vt in superioribus diximus, & inferius in. 3. de anima: & totũ suppositum acquirit esse substantiale complectiuè: sequitur quòd vera sit generatio, & simpliciter possit sic vocari, maximè, quia licet forma substantialis, quæ non est rationalis, educatur de potentia

Hó dicitur gñari simpliciter.

S. Th. p. p. q. 90. art. 3.

tentia materiæ, non tamen est eo ꝙ ipsa fuerit in mataria antè, vel aliquid eius, sed quia subiectũ habebat esse subiectum illius formæ. Hæc dixerim, etiam si Marsi. dicat quòd hominis generatio potest dici largo modo generatio. De quo inferius sermo.

Marsi. in. 1. de. gen. q. 1

* ¶ Hic posset dubitari, si tã euidẽs est, generationẽ & corruptionẽ esse in rebus: quo pacto antiqui illi ignorare potuerunt: nam in euidentibus nulla est ignorantia: sicut nulla est, quod quolibet est vel non est. Soluendum est dubium distinguendo, nã euidentia duplex, scilicet, summa, & non summa: & illa talis est, qua habita nullus falli potest: vt de primis principijs, & quod nix sit alba, & ignis calidus: quia sensu euidens est, seu hæc euidentia non summa naturalis, est talis quæ habetur experientia, & sensibilibus cõiecturis fortioribus ad vnã partem cõtradictionis q̃ ad aliã: sicut Arist. in libris de cœlo, terram rotũdã demõstrat, & ex grauitate partium, & ex eclypsi lunę, quæ fit arcualiter. Hæc est euidẽtia nõ summa naturalis, de qua & dubitatio, & ignorantia: & sic est in præsentiarum de generatione simpliciter &, secundum quid.

¶ Et pro cõplemento huius speculationis notabis Cõm. voluisse qd omne posibile generari generabitur: hæc lib. 9. metaphy. comẽt. 8. & ita Ioannes de Ianduno lib. 9. q. 3. defendit Cõme: sed tamẽ rectius. Sãct. Thom. 9. meta. text. 8. & 2. de genera. tex. 64. ait. enim quod non omne quod est posibile generari, generabitur: quia potest esse impedimentum ex multis: aliàs omnia ex necessitate euenirent, quod est falsum: primo peri. & 2. physi. comẽt. 48. & apert docet Arist. de gen. tex. 64. qd nõ omnia quæ posibilia sunt fierifient.

¶ SPECVLATIO. II.

Vtrùm vnum indiuiduum sine sui corruptione posit transire in indiuiduũ alterius speciei.

Argumẽ. 1.

IDETVR quòd sic. Aqua transit in vinum: vt si gutta aquæ vno admisceatur: tamen manet incorruptum indiuiduũ aquæ. Patet quia si voluerit quis extrahere, poterit desumpto succo menthæ: ergo vnum in aliud transit sine sui corruptione.

Argumẽ. 2.

¶ Præterea. Acetum, & vinum specie differunt: quia hoc calidum, & humidum, & illud frigidum est, & siccum: tamen sine sui corruptione vnum in aliud transit. Patet: quia ex vino fit acetum, & rursus acetum conuertitur in vinum: sed hoc nõ posset esse, nisi quia in diuiduum vnius speciei transit in aliud sine corruptione sui.

Argumẽ. 3.

¶ Vltimò. Per incantationes homines in porcos, & in cætera animalia mutantur: vt de asino aureo Apulei constat, & de Circe vt Iutianus narrat. Et confirmari potest de illis quæ per alchimiã fiunt.

In cõtrariũ

¶ In contrarium est veritas. Non enim potest esse generatio sine corruptione naturaliter.

Marsi. q. 3. 1. ligene.

¶ Pro solutione considerãdum, vt ait Marsilius, ꝙ transmutatio in substantijs est duplex: quædam vera: alia solùm secundùm apparentiam. Vera illa erit, quando realiter indiuiduũ vnius speciei transit in aliud. Non vera, sed apparens est, quando solum accidentium facta est mutatio, manente integra substantia, & salua: vt solet in illis quæ per alchimiam fiunt: siquidem accidẽtia monstrant, & substantiam ostendunt, ac si verę esset.

Notã. 2. Triplex mutatio in substãtia.

S. T. 3. p. q. 75. ar. 4.

¶ Secundò notandum, quòd in substantia mutatio vera triplex est, scilicet, creatio, transubstantiatio, generatio, & corruptio. Exemplum primi: vt anima intellectiua creatur, & ãgelus. Trãsubstãtiatio est (vt fideles intelligunt) in admirando Eucharistiæ sacramento: siquidem ibi mutatio fit circa substantiam, cùm substantia panis transeat in substantiam corporis Christi realiter, & verè, & non secundùm imaginationẽ. De generatione, & corruptione abũdè suppetunt exempla.

Conclus. 1. Vnum indiuiduum nõ transit in aliud.

¶ Prima conclusio. Transmutatione vera substantiæ, indiuum vnum nunquàm transit in aliud ipso manente in corrupto secũdùm se totum. Probatur, Nullum est indiuiduũ, quod non sit alicuius speciei certę: sed tale (si daretur) nullius esset specici certę: ergo vnum indiuidiuum non potest mutari in aliud. Antecedens est pro maiori notum. Minor probatur: nam quęro: illud cuius esset speciei? nam si illius cuius priùs erat, & manet: quęro, an sit illius solius, vel ipsius, & alterius speciei? si solius, habeo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd tale indiuiduum non transiuit in aliam speciem: si etiam simul est alterius speciei: ergo simul & semel pertinet ad duas species: sed hoc non potest esse: quia non posset esse nisi quia in eadẽ materia sunt simul duæ formæ substantiales distinctæ, non pertinentes ad vnam certã speciem: quod repugnat per naturam. Dixi distinctæ, non pertinentes ad vnã speciem: quia in homine ponentes animam rationalem, sensitiuam, & vegetatiuam distinctas, ponunt eas vt pertinentes ad vnã solam speciem hominis: quia rationalis cõtinet sensitiuam, & vegetatiuã: sed si quælibet per se ad vnam speciem pertineret, non posset stare: sequitur ergo in præsentiarum, quòd talis translatio in substantiã non est possibilis per naturam, neque dici potest quod nouam spem constituat.

2. Cõclusio ¶Conclusio secunda. Mutatione apparẽti, & nõ vera potest indiuiduum vnius speciei transire in aliud alterius, manente substãtia primi. Hoc apparet in illis quę fiunt per alchimiam, quæ quidem apparent, sed non sunt. Patet cõclusio: quia fiunt variationes, & mutationes apparentes auri, & argenti, lapidum: cùm tamen vera non sit transmutatio (vt docet prima conclusio) oportet sit solùm per apparentiam. Et testis sum oculatus, & fateor me vidisse aurũ alchimia factum & argentum similiter & tam elaboratum vt ipsi argentarij sint decepti nescientes inter verum: & fictum distinguere.

Ratio.

3. Cõclusio. Transubstãtiatio nõ datur naturaliter. ¶Tertia conclusio. Sicut non datur naturaliter quòd vnum indiuiduum transeat in aliud, manente substantia, neque per naturam dari potest transubstantiatio. Per transubstantiationem intelligimus, quando substantia in substantiam conuertitur, cum mutatione reali rei, cuius est conuersio: vt si panis transeat in carnem, vel in os, sic quod amplius panis non maneat panis, sed sit caro, vel os, ad modum quo fides catholica tenet in sacramento Eucharistiæ, prolatis verbis à sacerdote, sit transubstantiatio, sic quòd panis substantia, tam materia, quàm forma transit in substantiam corporis Christi, non manente amplius pane, quanuis maneant eius accidentia: vt ad oculum videmus ipsamet manere post consecrationem. Patet quòd ista non sit naturalis. Omnis actio naturalis præsupponit subiectum in quo recipiatur, quod

S.T.3.p.q.75.ar.4.

Ratio.

sit sub vtroque termino: sed in sacramento Eucharistiæ non manet subiectum sub vtroque termino: quia non manet panis materia, quæ erat antè consecrationem: nec manet forma substantialis panis, quæ erat antè: ergo non est naturalis mutatio, sed miraculosa: & miraculum vnicum, & insigne. Nequeq; valet dicere, quòd accidentia panis manent eadem. Non (inquam) valet: quia ipsa accidentia nõ sunt subiectum formæ substantialis: neque sunt subiectũ esse substantiæ: sequitur ergo quòd non datur per naturam talis transubstantiatio. Et quod transeat substantia in substantiam, patet ex Ecclesiæ determinatione in capitulo Firmiter. extrà. de summa trinitate & fide catholi. & in Concil. Triden. Ob id opiniones quæ referuntur extrà, de celebratione missarum. c. Cum Matthæus à glo. sunt reijciendæ, & solùm detestamplecti, quòd ibi nulla maneat substantia panis. De quibus erit sermo, & disputatio in nostris Theologicis Resolutionibus.

Concil. Trifes. 13. c. 4.

¶Quarta conclusio. Per diuinam potentiam quod libet creatum potest conuerti, & transmutari in qdlibet, siue materia manẽte, q̃ est ignibilis, & incorruptibilis, sine sit etiã ipsa cõuersa simul cũ forma. Pãtet: quia hoc est in sacramento apertissimũ: ergo eo modo quo per virtutem illorum verborum factum est, potest fieri in omnibus alijs rebus: quia Deus non alligauit potentiam suam sacramentis: ergo poterit pro sua voluntate dare talem virtutem conuertendi vnum in aliud. Tamen non posset Deus (eo quòd repugnat) aliquid creatum in diuinam naturam conuertere: quia Deus esset mutabilis, & variabilis: quod est probatum fa. in 8. Phy. ab Aristo. qui dat primo mouenti immobilitatem.

4. Conclus. contra Daran. in. 4. d. 11. q. 2.

¶Ad primum, dicunt nonnulli, quod quãdo aqua miscetur vino, manet ipsa, & non mutatur. Commiscetur tamen propter suam subtilitatem usque ad minutissimas partes: & si postea aliquo artificio extrahatur aqua ex vino, extrahitur quod semper manet, & nunquàm fuit transmutatum in aliud. Sic respondet Marsi. sed contrarium videtur: quia ibi fit vera mixtio, & aqua verè desinit esse aqua, & suam perdit formam substantialem & vinum fit sub materia illa fluida aqua erat. Et hoc maximè constat: quia aliàs in consecra

Ad. 1. argu. Particula problema.

Marsi. q. 3.

secratione calicis illa gutta aquæ apposita vino semper maneret aqua, & totum non esset sanguis: neque totum quod in calice est post consecrationem, absolutè deberet odoriri: quia ibi manet aqua, quæ non est capax consecrationis. Sequeretur etiam si contingat quòd quis sumat partem sanguinis secundã, non sumeret tenuus: quia aquam prius sumpsit. Et si esset verũ quod isti dicunt, non esset opus solicitè obseruare quòd aqua miscenda sit in parua quantitate, & quòd fiat ante consecrationem, interuallo sufficienti ad illius conuersionẽ in vinum. Dicendum ergo est quòd aqua desinit esse. Quod si artificio extrahatur, nõ est aqua, sed aliquid quod videtur esse aqua, vel est subtile eiusdem vini.

S. Tho. 3. p. q. 74. art. 9

Ad. 2. S. Tho. 3. p. q. 64. art. 5.

¶Ad secũdũ dicit: aceto, concedit idẽ Marsi. quòd sint eiusdem speciei vinum & acetum. Sic vinum non transit in aliam speciem. Hæc solutio non est tenenda: nam si vinũ est eiusdẽ speciei cùm aceto, nõ est quare non possit fieri consecratio in aceto: sed non fit verè, & non alia ratione: nisi quia materia nõ est consecrationis: nõ ergo sunt eiusdem speciei: nam qũocunque maneat verè panis, & species panis, dato panis in corruptionem tenderet, si fiat cõsecratio, verè panis est consecratus: quia panis est materia apta: ergo dato quis peccaret, si in aceto consecraret, esset tamen verus sanguis: quod Theologorũ opinio communis non admittit: ergo signum est quia vinum, & acetum specie differunt: & cõstat: quia vinum calidum, & humidum est, & acetum frigidum, & siccũ, vt dicunt medici: sed ista ex diametro pugnant: ergo non sunt in eadem specie. Et quòd vinũ fiat acetum, vel acetum fiat vinũ, non est argumentum esse eiusdem speciei: quia potest fieri corruptio facilis à circunstante aëre inter formas has, quanuis specie differentes, & sit similitudo quantum ad dispositiones requisitas in materia, vt ex vna in aliam fiat facilis mutatio, & quòd corrumpatur vinum, & generetur acetum: corrũpatur acetum, & generetur vinum. Non ergo vnum transit in aliud eo manente incorrupto, sed transitus est per generationẽ, & corruptionem.

S. Tho. 3. p. q. 74. art. 5. ad. 2. Vinum & acetum non sunt eiusdẽ speciei.

Ad. 3.

¶Ad. 3. negatur quòd sint veræ huiusmodi transmutationes, sed solùm illusiones quædam, & apparitiones, quas efformare hosti generis humani non est difficile: sicut in somnis apparent aliqua, quæ verè non sunt, ob specierum reseruatarum cõmotionem in phantasia factam: sic ergo in vigilia potest fieri à dæmone: quia creatura omnis corporea ad nutum est ei subiecta; quo ad motum localem: & potest esse quòd aliquis putet se asinum: sicut & de Nabuchdonosor, diuina voluntate, vt pœniteret, & seipsum humiliaret factum in sacra scriptura legimus. * De quo videmulta in maleo maleficatum, maxime. 2. p. membro. 2. cap. 4. & vide dialogum Luciani, qui dicitur Lucius a sinus: ad propositum multa lectu digna quæ verè contingerunt in historia Apolog. reuerendissimi Episcopi de Chiapa. non dũ impressa. fol. 360.

S. Tho. p. p. q. 111. a. 3.

S. Tho. p. p. q. 110, a. 2.

Dante, 4.

¶SPECVLATIO.III.
Vtrùm generatio vnius alterius sit corruptio, &ècontra.

Argumẽ. 1. Aristo. p. Phy. t. 82. S. Tho. p. p. q. vlti.

Videtur quòd non. In nutritione hominis aliquid corrumpitur, scilicet, cibus: tamen nihil generatur. Patet. Non generatur materia: quia est ingenerabilis. Nec forma: quia suppono quod in eo solùm fit anima rationalis, quæ tamẽ à solo Deo creatur, & non educitur de potentia materiæ.

¶Præterea. In corruptione hominis, quãdo moritur, est generatio: & non est corruptio: ergo generatio vnius non est corruptio alterius. Patet antecedẽs. Nam forma cadaueris verè generatur: quia verè in corpore mortuo est aliqua substantialis forma: & non nisi cadaueris, quæ ante mortem non erat: ergo tunc generatur: tamen nihil corrũpitur. Patet no corrũpitur materia: quia ipsa manet, & incorruptibilis est Aristote. 1. Physic, tex. 82. Neque forma: quia anima rationalis, quæ est substãtialis forma, immortalis est. 2

¶Vltimò. Lumẽ generatur in aëre: & sciẽtiæ habitus in anima: & tamen nihil corrũpitur, quia neque lumen habet contrariũ, neque scientia. 3

¶In contrarium est Aristoteles hìc text. 17. In cõtrariũ

¶Pro solutione primò notandũ est, quòd aliquan Notan. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Comme. 1. Phy. c. 60. aliquando generatio sumitur pro subiecti generationis: sic dicit Cõmen. q materia prima est quæ generatur: sic etiam dicitur corruptio.

Notand. 2. ¶Secundò est præsupponendum q generari, & corrumpi aliter contingit in rebus successiuis, & aliter in permanentibus: qa permanentes possunt habere suas partes simul, non sic successiuæ: vt motus, & tempus. De quibus suprà.

Notan. 3. ¶Tertio est supponendum, quod aliàs est, dictum sæpè: & materiam non esse sine forma aliquando: & simul duas formas substãtiales non esse in eadem materia: quibus adnotatis, sit prima conclusio.

1. Conclusio In successiuis rẽ gãrari est eã corrumpi. ¶In rebus successiuis rem generari est ipsam corrũpi, & ipsam corrumpi est generari. Probatur de motu: quia aliquando generatur: ergo vel quando est, vel quando non est: non quando non est: ergo quãdo est: sed quando est, quia successiuũ, & non permanens, tunc cum generatur, corrumpitur: quia non manet: & quando corrumpitur etiam generatur. Nõ enim potest intelligi ipsum esse, nisi in corrũpi: quia non intelligitur nisi in successione: & idem de tempore:

Conclus. 2. Generatio vni' est corruptio alterius. ¶Secunda conclusio. In rebus permanentibus generatio vnius est corruptio alterius quantum ad compositum, quod completiuè habet esse per generationem. Patet. Sit. a. compositum, quod generatur: cùm hoc sit in subiecto præsupposito: quero, an materia fuit ante denudata ab omni forma, vel non: si sic: ergo aliquando materia sine forma, quod non potest esse. Si habuit formã: vel manet simul cum illa quæ de nouo est in generatione, vel non: si manet: ergo duæ formæ substantiales simul, quod repugnat: quia illa vna res pertineret ad duas species distinctas. Si non manet: ergo vel corrumpitur, vel transit in aliud subiectum eadem numero: transire in aliud subiectum non potest: ergo corrũpitur: sed corrupta forma, corrumpitur suppositum, quod habebat esse per formam: ergo generatio vnius est corruptio alterius. Eodem modo probatur, q corruptio vnius sit alterius generatio. Dixi quãtum ad compositũ: quia generatio, & corruptio proprie illius quod acquirit esse, vel definit esse intelligitur: sed hoc non est forma, sed compositum: quia esse est suppositi, & per se subsistentis, & non formæ: quia licèt generatio, & similiter corruptio terminetur ad formam, tamen completiuè ipsius suppositi est. Sic intelligitur q generatio vnius suppositi sit corruptio alterius: & corruptio vnius sit alterius generatio.

S.Tho. 3.p. q.17.ar.2.

Conclus. 3. ¶Tertia cõclusio. Sicut homo generatur, sic & corrũpitur: & sicut ex corruptione alicuius sequitur generatio hominis, sic ex generatione alicuius, sequitur eius corruptio. Hic volo insinuare, quomodo dato animam rationalis hominis (supposito vnã solam habeat animam) non fit ex traduce, sed à solo Deo creetur, & quando homo moritur (quod est ipsum corrumpi) anima rationalis, cùm sit immortalis, non corrumpitur, tamen semper est verum quòd homo generatur, & est etiam verum, quòd homo corrumpitur. Probatur. Aliquid generari, est habere esse post non esse, præcedente aliqua alteratione, aut dispositione agentis naturalis in subiecto: sed homo habet esse post non esse, & vere completiue acquirit esse, & nõ sine dispositionibus præuijs: ergo homo generatur: similiter & corrumpitur: quia corrũpi aliquid, est habere non esse, post esse: sed sic est, quando anima separatur à corpore, q post esse, est non esse. Et quod ad corruptionẽ hominis sequatur generatio, patet: quia quitur cadauer, qd verè habet esse cadaueris, post esse hominis. Et ad corruptionem formę substantialis, quæ erat in fœtu organizato, scilicet plantæ introducitur brutalis: & ad corruptionem brutalis, in infusione rationalis, generatio ipsius hominis: quia introductio animę rationalis est ad quã cõcurrit agens naturale, etiã si à solo Deo creetur anima: ergo etiã in homine est verũ, q generatio vnius, sit corruptio alterius.

S. Th. p. p. q.76.art.3. & q. 118. ar.2.

Ratio. Quomodo est verũ q homo corrumpitur.

¶Verum ast tamen, q si exactã rationem generationis consideremus, attendentes non solùm ad suppositum, attendentes q habet esse cõpletum, sed ad formam quæ dicitur terminus generationis, & corruptionis: tunc verum, quia anima rationalis à solo Deo creatur, & non ab agente naturali, & similiter non corrumpitur: quia immortalis, possumus dicere non esse propriè generationem: & æquiuocè conuenire alijs ab homine, & homini. Et in hoc sensu admittamus quòd tradunt hic doctores non contemnendi dicentes generationem hominis, non esse propriè generationẽ, eo q potiùs sit congregatio animæ creatæ à

Deo

Deo cum materia, quàm generatio, licèt quo ad dispositionem subiecti præuiã, habeat naturam generationis, quo tamen ad veram hominis productionem, habet magis naturam factionis miraculosæ. Hæc dicunt iuris: sed Arist. loquitur absolutè: sol & homo generant hominem, cùm animam non posuerunt ex traduce, vt nos in libris de anima ostendemus, quia ibi redibitser mo. De quo Eugubiñ. in suo de perẽni Phi.

Aristot. 2. Phy. t. 26.

Eugub. li. 8. c. 7. & 9.

¶Quart. conclusio. Si sit aliqua qualitas, quæ contrariam non habet, ad eius generationem non requiritur corrruptio alterius, neque ex eius corrruptione alterius generatio. Hoc patet de lumine, & sensatione, & scientia. Probatur. Istæ qualitates verè in subiecto producuntur, & generantur, tamen non aliqua corruptione præuia: quia lumen in aëre producitur sine corruptione, & corrumpitur per absentiam solis: & tamen nullius sequitur generatio: & hoc non ob aliud, nisi quia contrarium non habet. Idem de scientia, quę non habet contrarium. Et probatur sic. Si ad generationem istorum necessariò sequeretur corruptio, esset ne daret materia sine forma, vel vna materia informata duabus formis substantialibus simul: sed ponendo istorum generationem sine corruptione, vel ècontra, non sequitur aliquod istorũ, vt constat: quia siue ab aëre tollas lumen, siue nõ, manet aer in sua substãtia talis. Similiter si sensationẽ, vel scientiã abstuleris: sequitur ergo veram esse conclusionem.

Conclus. 4.

Ratio. 1.

S.Tho. 1.p. q.67.art.3. Ratio. 2.

Conclus. 5

¶Quinta conclusio. In qualitatibus cõtrarium habentibus, ad generationem vnius sequitur alterius corruptio: saltim secundum quid, cadunt in intensum. Patet: quia cõtrariæ qualitates non possunt simul compati in gradibus intensis: ergo producta vna, alia corrumpitur: producto calore in subiecto expellit frigiditas. Et potest dari ratio: quia ista sunt qualitates primæ, in quibus propria ratio contrarietatis inuenitur, sine quibus non contingit materiã esse sine aliqua ipsarum: oportet ergo quòd vnius generatio alterius sit corruptio.

Ratio.

¶Dixi in gradibus intensis: quia in remissis nõ sequitur q si calor producitur, remissa frigiditas corrũpat, cum in aqua tepida cõtingat calorem simul esse cum frigiditate.

Ad. 1. Marsi. 1. de gene. q. 5.

¶Ad primum in quo de nutrimẽto viuentis, maximè de homine, Marsilius sicut tenet impropriam esse hominis generationem, sicut in tertia cõclusione tetigimus, sic asserit impropriam esse nutritionẽ: & dicit, nutritionem esse miraculosam partialiter: quia nutrimento corrupto, non generatur alia forma substantialis de nouo: sed q anima intellectiua incipit informare illã materiam de nouo quam non informabat: sic non est naturale, q forma substantialis vadat de subiecto in subiectum. Hæc Marsilius. Tamen tenentes esse generationem hominis, vt in. 2. cõclusione diximus, ad sensum ibi positum, possumus concedere esse veram nutritionẽ: & per corruptionem vnius sequi alterius generationẽ, corrupto cibo in chilo, conuerso in stomacho, & post in epate conuerso in sanguinem, & per venas trãsmisso ad omnia membra. Cùm facta vltima digestione, ibi est generatio ossis, & carnis, & neruorum. Per animæ rõnalis informationẽ habet nouũ esse illa pars, nã habebat esse panis, vel piscis, vel herbę, & nũc habet esse carnis: qa actio agẽtis naturalis ad illam pfectã, & necessariã fecit dispositionem, etiam si ad formam substantialem non attigerit, attigit ad introductionem: & sic videtur quòd ibi sit nutritio, & per consequens generatio in isto sensu, in quo dicitur homo generari. Quapropter corruptio vnius alterius generatio est. Cui hæc non placuerit solutio, teneat quæ dicit Marsilius, quæ sunt satis clara.

In homine vera nutritio. S.Tho. p.p. q.vl.art. 1

Ad. 2.

¶Ad secundum dicendum, q in morte hominis vere aliquid generatur, scilicet, cadauer, & consequenter aliquid corrumpitur, non tamẽ materia, neq; forma, sed homo, èò quòd forma à materia remouetur.

Solutio. 2. S.Tho. p.p. q.pa.art. 2.

¶Secundò, posset quis respõ. quòd ibi aliquid generatur: sed non est necessariũ aliquid corrũmpatur. Neque hoc contra Aristot. qui in generationibus natutalibus est loquutus: sed in generatione hominis, & corruptione est aliquid peculiare, propter animam rationalem, quæ à solo Deo creatur, & est incorruptibilis.

¶Ad tertium patet solutio in quarta conclusione. * Quòd si causam corruptionis, Physice loquendo quæris: intrinlice prima, & vniuersalissima in omni corruptibili, hęc est materia adiũcta priuationi: quia hæc est principium primum essendi: & nõ essendi vt late in. 1. Physic. & Aris. ibi tex. 81. priuatio enim ad maleficium machinatur: & in hoc primo text. 17. & sicut est materia prima causa, secundaria causa corru-

*

Universidad de Deusto Biblioteca

ptionis in quolibet compoſito forma eſt: nã ideo corruptio, quia forma ſe paratur à materia: & ideo forma ſeparatur, qa forma non complet omnem pot[illegible]itatẽ materiæ: quia non dat omnẽ mod[illegible]m eſſendi, quem dant aliæ formæ receptibiles in materia quibus eſt priuata: & ſic eſt ſtatus in materia ſic priuata: & forma eſt cauſa ſecundaria.

¶SPECVLATIO. IIII. Vtrùm in corruptione ſubſtantiæ fiat reſolutio omnium formarum vſq; ad materiam primam.

1. Argumẽ. VIdetur quòd non fiat reſolutio: quia ſi ſic, ſequitur quòd in aliquo inſtãti mat[illegible]a eſt nuda ab omni forma. Patet. Fiat reſolutio: ergo in inſtanti quo ad [illegible]nam formam deuenitur, vel eſt alia forma introducenda, vel non: ſi ſic: ergo duæ formæ ſimul: ſi non, cũ nõ debet de nouo aliqua introduci, vſque dum expellatur quæ erat, oportet quod in illo inſtanti medio ſit materia ſine forma, vel nõ ſit reſolutio vſq; ad materiam nudam.

2 ¶Secundò. In animali prior eſt anima vegetatiua, quàm ſenſitiua: ſed manet cum ſenſitiua quæ poſt producitur: ergo non fit in generatione reſolutio vſq; ad primã materiam: aliàs in generatione animalis expelleretur quicquid ad vegetatiuum ſpectat.

¶Præterea. Elementorum formæ quę fuerant in corrupto, manent in genito: ergo non fit reſolutio vſq; ad materiam primã. Antecedens patet ex Ariſto. tex. 84.

In cõtrariũ ¶In contrariũ eſt quod dicit Ariſtot. hîc quod generatio eſt tranſmutatio totius in totum, nullo ſenſibili remanẽte in eodem ſubiecto.

Notand. 1. ¶Pro ſolutione oportet notare, q̄ id quod hîc quæritur eſt, vtrũ aliquid maneat idẽ numero in genito, quod erat in corrupto: nam ſi nihil manet idem numero, niſi ſola materia, tunc dicitur eſſe reſolutio vſque ad materiam primam: ſi tamen aliquid idẽ numero maneat ſub vtroq; extremo. ſ. in genito, & corrupto, nõ fit reſolutio vſque ad materiam primam.

Notand. 2. ¶Secundo eſt cõſiderandũ, q̄ quãdo quæritur, vtrũ reſolutio fiat vſq; ad materiam primam, poteſt intelligi ſolùm quo ad formã, vel formas ſubſtãtiales, ſic q̄ nulla quę in corrupto erat, maneat in genito: vel nõ ſolùm quoad ſubſtantiales, ſed etiã quoad accidentales, ſic quòd neque aliqua ſubſtãtialis forma, neque accidentalis maneat in genito, quæ fuit prius in corrupto.

Notand. 3. ¶Variæ fuerũt philoſophorũ, & Theologorũ opiniones circa vnitatem formæ ſubſtantialis in qualibet re, vel plur[illegible]tatem.

Prima opi. Auicẽnæ. ¶Fuit opi. Auicẽnæ in. 6. naturaliũ. in mixto elementa manere formaliter, ſic vt vnũ quodq; mixtũ diceret eſſe aggregatũ ex. 4. elementis. In hoc ſenſu tamen cõcedebat quòd. 4. elementa ad mixtum conſtituendũ conuenientia vſq; ad minimũ naturale diuidebantur: & ex ipſis. 4. fiebat materia mixti: & in vna parte illi' materiæ erat terra: in alia aqua: & tandem inducebat mixti formam extenſam per totam materiam.

2. Opinio. Scot. in. 4. d. 11. q. 3. ¶Secũda opi. eſt docto. ſub. ponentis formam corporeitatis ſubſtãtialem, vltra formam per quam mixtũ in eſſe ſpecifico cõſtituitur, & ſolum hanc in animatis ponit: & habet opinio ſua motiua. Et dicit in triduo mortis Chriſti fuiſſe illã formam in corpore: & non introductam formam cadaueris, quæ ſonat corruptionem.

3. Opinio Ocam. ¶Tertia opinio eſt Ocam, ponentis in homine animam ſenſitiuam ſimul cum rationali, quam impugnat Buridanus. 2. de anima. q. 5. de quo Sanctus Thomas. p. p. q. 76. ar. 3.

4. Opinio ¶Quarta opinio eſt Auicembron, ponentis in homine tot animas, quot ſunt prædicata quidditatiua: & [illegible] vna eſt vegetatiuum, & alia ſenſitiuũ: alia rationale, & alia corporeum.

5. Opinio L[illegible] ¶Quinta opinio poteſt eſſe illorum, qui ponũt in omnibus generatis formam ſubſtantialem corporeitatis, quam dicunt eſſe perpetuam in ipſa materia.

6. Opin. S. Tho. p. p. q. 76. art. 3. Aegidius. ¶Sexta opinio eſt, quæ negat iſtã formã corporeitatis, & vnã ſolã ponit ſubſtantialem: quæ opinio eſt Sanct. Th. quã egregie probat Ægidius Romanus in ſuo tractatu de gradibus formarũ. Sanct. Th. etiã in tractatu proprio. Non eſt nũc in animo rationes opinionũ iſtarũ examinare, neq; illas impugnare, quippe quod eſſet prolixum nimis: & quia ipſæ ſecum afferunt ſuam damna-

damnationem. Sufficiat opinio. recitaſſe. Et ad ſpeculationem reſpondentes, quid ſit tenendum, vt rationi cõſonum appono concluſiones: & ſit prima.

Conclu. 1. ¶Omnes illi qui ponũt plures formas ſubſtantiales in mixto, vel in animante, eò videntur tendere, vt negent reſolutionẽ fieri in generatione, vſq; ad materiam primam: & hoc non ſolùm quo ad formas accidentales, ſed quo ad ſubſtantiales. Ratio. Probatur: quia qui vltra vnam dant ſubſtantialem formã: ſiue corporeitatis dicatur, ſiue ſit elementorum, ſiue ſit alicuius eſſentialis prædicati, ſiue ſit ſenſitiua in rationali, affirmãt poſt corruptionem in genito manere: & ob id non admittunt denudationẽ, & reſolutionem fieri ab omni forma ſubſtantiali: quia non [illegible] talem, eſt eandem formam ſubſtantialem manere in genito, & corrupto. [illegible]d iſti omnes qui plures ponũt, ſic admittunt, q̄ eadem numero maneat forma ſubſtantialis in genito, & corrupto: ob id non eſt reſolutio vſq; ad materiam primam ſecundùm eos.

Cõcluſio 2. Denudatio fit vſque ad ad materiã primam. ¶Secunda concluſio. In generatione cuiuſlibet mixti denudatio fit vſq; ad materiã primam, vt nulla maneat forma ſubſtantialis eadẽ numero in genito, & in corrupto. Probatur neq; accidẽtalis. In omni re naturali ſola vna forma ſubſtãtialis eſt, per quã conſtituitur in eſſe naturali, & ſpecifico, vt ſupponimus, quòd aliàs probatum eſt, & inferiùs probabitur, ergo cum fit corruptio rei, & alterius generatio, manet cum forma generati, quæ de nouo aduenit, vel non: ſi manet: ergo nõ eſt corruptio facta: quia quandiu manet forma, habet ſuum eſſe ſpecificum, & formale, & non eſt alterius generatio, quòd ſi alterius eſt generatio: ergo alterius verè forma in materia eſt: eſt etiam forma, quæ antè erat: ergo ſunt ſimul in materia duæ formæ ſubſtantiales, non facientes rem vnam: & ſic eſſet vna, & eadem res in diuerſis ſpeciebus: quod non eſt dicẽdum, idẽ de accidentalibus formis.

✱ ✱Et aduerte quòd opinio hæc ſtatin[illegible] quòd nulla diſpoſitio præcedens formam ſubſtantialem, quãtum vis ſit illa quę neceſſario requiſita eſt, & ſufficiens ad formam introducendam manet: ſed cum ipſa forma quæ introducitur producuntur omnia quæ faciunt ad conſeruationem: & corrumpuntur omnes diſpoſitiones quæ præceſſerũt. Sicut aliàs diximus, & ratio ſtat in hoc: ſuppoſito quòd forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter, & quod in accidẽtibus, propoſitio de tertio adiacente præſupponit veritatem propoſitionis de eſt, ſecũdo adiacente: quia hæc, homo eſt albus, ideo eſt vera, quia homo eſt. His ſuppoſitis probatur concluſio apertius, ſi accidentia diſpoſitiua præcedunt formam introducendam, & remanent, dant eſſe actu ipſi materiæ, tunc quæro, vel dant eſſe actu ſimpliciter, vel ſecundum quid: non ſimpliciter, quoniam ex primo ſuppoſito hoc cõuenit formæ ſubſtantiali: non ſecundùm quid, quoniam ex ſecundo ſuppoſito eſſe accidentale, quod eſt eſſe ſecundum quid, ſuppoſito eſſe ſimpliciter cuius ſignũ eſt, q̄ in accidẽtalibus propſit. de eſt, tertio adiacente, ſupponit illam quæ eſt de ſecundo adiacente: ergo ſi materia debet dici calida vel ſicca neceſſario eſt prius ſit ſub forma ſubſtantiali per quam primo ſit actu ſimpliciter: & ob id peripatetice loquendo hæc via tenenda eſt, licet alia non careat probabilitate.

Conclu. 3. Aegidius de gradib' formarũ. 2. p. ¶Tertia concluſio. Licèt aliqui exiſtiment q̄ ſit impoſsibile idem accidens numero manere in genito, & corrupto, & ſic vſque ad materiam primam ponunt fieri reſolutionem: etiam quo ad formas accidentales, probabile tamen eſt aliquas qualitates manere eaſdem in vtroque extremo. Hæc cõcluſio probatur quo ad iſtam ſecundã partem: quia cùm ex aqua fit aër, manet eadẽ humiditas, quæ erat in aqua: nam ſi corrũpitur, à contrario debet corrumpi, vel eò quod poſsit ſtare humiditas, cum forma ſubſtantiali aeris, ſed non eſt contrarium à quo corrumpatur, & humiditas diſpoſitio eſt formæ ſubſtantialis aeris: ſequitur ergo, quòd aliqua qualitas eadem numero manet in genito & corrupto.

Secundò. ¶Item. In cadauere manet eadem albedo in oſsibus, & calor qui erat in carne viua. Non curo de intentione eadem: quia ſolùm ſermo eſt, quòd maneat eadem numero qualitas, quanuis ad tempus breue, quæ tamen poſt remittatur: ſequitur ergo, quòd non eſt reſolutio vſque ad materiam primam.

Tertiò. ¶Item. Videmus ſi viuus habeat cicatricem, quòd etiam mortuus habeat eandem, cum ſit accidens.

Quartò. ¶Præterea: quia aliàs frigiditas generaret caliditatem. Patet. Ponamus, q̄ frigiditas

Universidad de Deusto
Biblioteca

corrumpat aliquod viuens: tunc si in cada uere sit aliquis nouus calor, qui prius non erat, est de nouo productus: & non videtur à quo, nisi à frigiditate corrumpente animal: ergo frigiditas esset causa caloris, hæc faciunt probabilē opinionem, sed alia probabilior videtur.

Conclu. 4. ¶ Quarta conclu. Omnes illę qualitates, & accidentia quæ nullam habent contrarietatem ad dispositiones requisitas ad formā geniti, videntur manere eædem numero in genito, & corrupto. Ista conclusio videtur sequi ex. 3. nam supposito sit probabile, ꝙ aliquæ qualitates eędem numero maneāt, non videntur quæ debeant manere, magis quàm illæ quæ ad formam generati faciūt, & non contrariantur suis dispositionibus: vt albedo, & aliæ similes, tamen si sint contrariæ, illæ videntur non manere: quia à dispositionibus requisitis ad formam geniti corrumpuntur: & in hoc sensu posset intelligi ꝙ fiat denudatio vsq; ad materiam primam in generatione. Multæ hinc inde adducuntur rationes, pro, & contra, sed sufficiat propositum intentum sequentes, hæc adduxisse. Vtranq; probabilem putamus

Albertus de Saxo. Marsi. opin. s. ꝙ nullū accidens numerro maneat, & ꝙ aliquod maneat, vt ait Albe. de Saxonia primo de gener. q. 6. Marsi. tamen in loco citato de denudatione ab omni forma substantiali expresse est loquutus: & in. q. 7. affirmat hanc opinio. dicens, ꝙ eadē qualitas manet in generato, q̄ fuit in corrupto: quòd probat ex Aristot. hic text. 24. & 25 & quòd eadem maneat quantitas in genito, & corrupto.

Ad argum. ¶ Ad primum dicendum, ꝙ nunquàm materia sine forma est, etiā in instanti: nam si vna hora sit tempus adæquatum introductionis formæ generati in materia illa, etiā est hora tempus adæquatum in quo corrūpetur forma corrupti: ꝙ si generatio tota simul sit (vt est probabile) in animalibus, tunc pro eodem instanti pro quo desinit esse forma corrupti, est forma geniti, & primum nō esse formæ corrupti, est primum esse formæ geniti: & sic nullū instās datur, in quo materia sit denudata à forma substātiali. Et licēt via ordinis naturę per prius intelligatur amitti forma corrupti, non tamen prioritate tēporis. Qui tamen formā

Scot. in. 4. d. 11. q. 3 Henricus quoll. 2. q. 2. corporeitatis admittunt, nō est quare sint tam soliciti de introductione nouæ formę & expulsione anti quæ in eodem instanti: quā sua corporeitatis forma in materia manet: qua ratione nunq̄ nuda ab omni forma substātiali est, sed semp alijs inuicē succedentibus, intelligitur illa perpetuo.

Ad secundū ¶ Ad secundum: sunt qui concedant adueniente sensitiuo, nō corrumpi vegetatiuū, sed perfici potiùs: & adueniente rationali, manere sensitiuum. De quo in libris de anima. li. 3. specu. 1. cōtra Ocam. Vide ibi. Pro nunc, putamus verum esse solam vnicam animam ponendam, & in rationali includi

Ocam. quo lib. 2. q. 10. & 11. & quo S. Tho. 1. p. q. 76. art. 3. Mai. in. 2. d. 16. q. vnica & alij. The. in. 3. d. 31. Durād. ibi. S. Tho. p. 2. q. 67. arti 3. Marsi. sensitiuum: sicut trigonus in tētragono: vt docet Aristoteles. Et semper est ita, quòd in superiori virtus inferioris continetur eminentius, & ideo veniente id quod perfectū est, euacuatur, & corrumpitur id quod ex parte est. Ob id nostri Theologi affirmāt, cum clara Dei visione non esse ponendam fidem. In quo Durandus est deceptus. De quo suo loco: quia frustrà esset. Sic ueniente anima rationali, frustrà esset anima sensitiua, & vegetatiua, cùm per solam illam possint fieri commodius, quæ per vegetatiuam, & sensitiuam.

¶ Non ignoramus Marsi. q. 6. in solutione ad. 5. dicere, quòd vegetatiua anima nō est prius, quàm sensitiua, sed simul. Et ad Aristot. qui dicit, de generatione animalium, quòd embrio primò viuit vita plantę, dicit

Singul. opi. Marsi. intellexisse quòd in animali generato priùs percipiuntur opera animæ vegetatiuæ, quàm sensitiuæ: & prius sensitiuæ: quàm intellectiuæ: quia prius animal vegetat, q̄ sentiat, & sentit, quàm intelligat: tamē est vna eadem anima, Sed quicquid dicat, non oportet recedere à cōi modo intelligendi, ꝙ prius tempore sit vegetatiuū.

¶ In tertio argumento tangitur difficultas satis principalis in materia, de fermis substantialibus elementorum: an maneant ibi formaliter, manentibus ipsis elementis formaliter in mixtis: an solùm virtute, penes illas suas qualitates. Pro nunc dicamus quòd verum reputamus, ipsa elementa non manere ibi formaliter: neque concurrere, vt putauit Auicenna, & alij, ad mixti generationem, per hoc quòd elementa se ipsis materia sint mixti, vbi forma substantialis eius recipiatur: sed concurrunt virtute, per hoc quòd in mixto est reperire qualitates elementorum: frigiditatem: aliditatem: humiditatem: & siccitatē, in certo debito contemperamēto, magis, vel minus de hac, vel de illa, iuxta conditionem elemen

Opin. Auicēnę nō potest sustineri Cōmēta. elementi predominantis: siquidem opinio illa Auicennæ ꝙ maneant elementa secundùm suas formas substantiales, vt diximus nullo modo potest stare: neq; opinio Cōment. quę tenet, ꝙ omnes manent cum forma mixti, remisse tamē: hoc dicit. 3. de cœlo. t. 67. De quo inferius in fine. 2. li. huius.

¶ SPECVLAT. V. Vtrū augmentatio sit generatio.

Argumē. 1. Videtur quòd non: quia generatio vnius corruptio alterius est, & econuerso, vt suprà diximus: sed in augmētatione est simplex corruptio: ergo non est generatio est. Tex. 17. Patet: quia nutrimentum verè corrumpitur.

2. ¶ Præterea. Diminutio est corruptio: ergo augmentatio est generatio. Consequētia bona est, & tenet illa regula topica. Sicut oppositum in opposito, sic propositū in proposito. Probatur antecedēs. Aliqua viuētis pars in diminutione corrumpitur: aliàs nō esset diminutio. Tunc sic. Illa pars antè viuebat: & cùm deperditur, non est viuens: ergo corrumpitur: ergo augmentatio erit generatio.

3. ¶ Tertio: Generatio est motus, aut mutatio ad substantiam: sed augmentatio est motus ad substantiam: ergo est generatio. Patet minor: quia eò viuens augetur: & verè substantiam acquirit per huiusmodi augmentum.

In cōtrariū. ¶ In contrarium est Aristot. qui ponit differentiam inter generationem, & augmentationem. Physicor. textu. 25. & m. 5.

Notand. 1. Multis modis capitur augumēt. Physic. text. 26. ¶ Pro solutione notandum, ꝙ augmentatio capitur multis modis: vno modo, pro intēsione: alio modo, pro maioratione quātitatis discretæ: alio modo pro quantitatis cōtinuæ: & hoc sine additione, sicut in rarefactione, alio modo cum additione, sed similis, vt si aquam aquæ addas, alio modo, per additionem dissimilis: vt si ignem maiorē facias combustibilia addendo: alio modo, quantitatem addendo quantitati. Nunc istorū modorū de augmento loquimur.

¶ Alio modo dicitur augmentum esse in viuente, solùm quando fit intus per susceptionem nutrimenti, & cōuersionē in partes maiores, vnde est augmentū in animāte. Ita vt quando per actionem caloris naturalis in humido radicale fiat deperditio, per actionem caloris naturalis in humidū cibale, seu nutrimentale, nō solū fiat restauratio illius deperditi, sed & additio huius. Est propria augmētatio, de qua tractat Arist. & de qua nunc speculatio est, vtrūm augmentatio sit generatio: quæ sic definitur. Definitio augmentationis.

¶ Augmentatio est conuersio nutrimenti in potentia corpus animatum, in corpus actu animatum, in maius, quàm est deperditum per actionem caloris naturalis.

¶ Ex hac descriptione videntur nonnulla requisita ad augmētationē. Requirit, ꝙ fit augmentum ex aliquo adueniente. Secundum, ꝙ idem maneat sub vtroq; termino. id est, ꝙ ille qui patitur diminutionē, ille & augeatur. Tertiū, ꝙ quælibet pars aucta minùs porosa debet esse aucta: quia augmētum fit ab anima mittente nutrimentū ad singulas partes. Quartū, ꝙ hæc fiat per intus susceptionē nutrimenti, quod à principio est dissimile, & in fine est simile nutrito. Quæ requiruntur ad augmentum. 4. Phy. text. 47. & 55.

¶ Et Arist. t. 50. ponit conditiones ad augmentum, prior ꝙ non sit vacuū: ꝙ non sit penetratio dimensionū, ꝙ non fit adueniēte aliquo incorporeo: tandem ꝙ fiat adueniente corporeo: nā per incorporeum nullum corpus posset nutriri naturaliter, neq; augeri, quia calor naturalis nō posset agere in illud incorporeum.

¶ Secundū quas partes contingat augmētatio, sunt variæ opiniones.

¶ Prima est Cōmētato. dicentis, ꝙ augmētatio fit secundum formam, & non secundum materiam. i. fit à forma, & non à materia: quia ipsa nullius est actiuitatis. 1. Opinio Cōmenta.

¶ Secunda opinio est, ꝙ augmentatio fit secundū partes formales, & non secūdùm materiales. & secundùm partes humidas humiditate radicali, & non secundùm humidas humiditate cibali. Illæ quæ sunt radicali humido humidæ, sunt quæ ex semine fuerunt confectæ. Sed hæc opinio non est vera: quia in adulto paucæ sunt hæ partes, vel nullæ à radice contractæ. 2. Opin. est Alexand. & Magis. sent.

¶ Tertia opinio est illorum, qui dixerunt philosophum intellexisse per partes formales, eterogeneas, & per materiales, homogeneas: quia opera animæ magis manifestantur in eterogeneis. Opinio. 3.

¶ Opin. 4. est, ꝙ Arist. intellexit augmētationem Opinio. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vene.de generat.c.16. tationem fieri per partes formales.i. porosas:non per materiales:quia in illis nō esset per intus susceptionem,sed per appositionem,præsupposita alteratione. Recitatis opinionibus sit prima conclusio.

Conclu. 1. ¶Ad augmentū in viuentibus requiritur motus localis:alteratio similiter,& corruptio.Patet.Non potest fieri augmentatio,

Ratio.p.p. nisi cōiuncto aliquo cibo nutrimētali:quę applicatio nō fit sine motu,vt cōstat:ergo motus localis requisitus est.

Ratio. 2. p. ¶Secunda pars,quōd sit alteratio requisita

S.Tho.p.p. patet:quia augmētum debet fieri ex eo q̄

q.vlt.art. 3. est dissimile,vt fiat simile,& cōuertatur in substantiā:sed hoc nō contingit absq; alte

Ratio.3.p ratione:si enim panis nō alteretur,nō potest cōuerti in substātiā aliti. Requisita etiā est aliqua corruptio. Patet:quia si ipsū nutrimētum,seu cibus,ex quo debet fieri augmētatio,nō desinat esse panis,& caro animalis,nō poterit esse caro hominis,neq; os hominis.Patet: quia cū debeat esse in fine simile ipsi nutrito,& aucto, necessariū est q̄ fiat corruptio. Ecce ergo quomodo ad augmentationē verè requiritur corruptio aliqua,alteratio,& localis motus.

Conclu. 2. ¶Secūda cōclusio. Augmentatio propriè

Ratiop.p. dicta requirit nutritionē,& etiam alicuius generationem.Patet:quia per augmentationem quælibet pars viuentis neruosa acquirit magis,quàm perdit:sed hoc fieri nō

Vide Aegi. quodlib. 4. q. 13. potest absq; nutritione:ergo nutritio est requisita in augmentatione. Patet maior: quia in hoc consistit ratio augmenti,vt magis per humidum nutrimentale acquirat, quàm fuerit deperditum de humido radicali per actionem caloris naturalis.

Ratio. 2. p. ¶Secunda pars, q̄ sit generatio requisita, patet:quia sicut cibus primò corrūpitur in stomacho,sic fit generatio chilo:& deinde corrūpitur chilo in epate , & fit sanguinis generatio:deinde in venis sanguis corrūpitur:& fit caro: & os,& nerui:tandem fit conuersio in omnes partes eterogeneas animantis.Ecce in omnibus istis generatio est:& sic præsupposita,vt sine ea non possit esse augmentatio propria viuentis.

Conclu. 3. ¶Cōclusio tertia. Augmentatio,nō est generatio,neq; motus localis, neq; alteratio neq; nutritio,neq; corruptio,sed motus ad

Aristote. quātitatē proprie. Ista cōclus.est Arist.qui ponit distinctā speciē motus augmētationem à generatione,& alijs:sequitur ergo, q̄ non est augmentatio aliquid illorū formaliter,sed q̄ propriè dicatur motus ad quantitatem,ex eodem Aristo.patet:quia motus speciem capit à termino ad quem, sed terminus ad quem augmētationis, maior quantitas est quæ resultat, quàm illa quæ ante augmētum erat:sequitur ergo q̄ augmentatio sit motus ad quantitatē.Hęc conclusio est clara ex suprà dictis.

¶Quarta cōclusio.Licēt augmentatio nō

Conclu. 4. Aegidius in vlti.q.de generatione. Ratio.p.p. sit formaliter generatio alicuius suppositi, quod de nouo habet esse,est tamē generatio realis partis maioris substantiæ. Probatur prima pars:quia eo differt a, vt dicit 3. cōclusio à generatione: & augmentatio, non est generatio: sicut neque quantitas, substantia est:nam per generationem proprie suppositū quod fit,seu generatur, acquirit esse substantiale, & per se existere: & hoc non facit augmentatio,quę aduenit iam supposito actu existenti: & ideo solū augmentatio est,scilicet,viuentis.

Ratio. 2. p ¶Secūda pars apertissima est,augmētationis proprietatibus cōsideratis:nā tunc est augmētatio,quādo facta digestione, & nutritione,fit cōuersio humidi cibalis in substantiā nutriti,nō solùm quātū deperditū est,sed amplius:at hoc nō potest fieri sine generatiōe partis substātiæ.Patet:quia illa pars quæ augetur in viuente,vel est substātia,vel nō:si nō est substātiæ pars, ergo nō est cōuersa in substantiā,& sic non erit augmētatio:si ergo conuersa est,& substātia est:quæro quæ substantia, vel per se stans, vel nō?nō per se extans,aliàs per augmentationē suppositū haberet esse:ergo est vt pars in alio,Tūc quæro,vel est pars eiusdē substantiæ cū supposito,cui fit additio:vel non:si sic,& antē nō erat illa pars facta, & nūc est substātiæ pars:ergo nūc generata est: & cùm sit eiusdē substātiæ eadē forma substātialis totī,& illa pars dicitur generata animat,& sustentat. Quōd si substātię illa pars nō est eiusdē cū illo in quo fit augmētū:ergo nō fuit verū augmētū quia de rōne eius est,quod fit quod est à principio dissimile, fiat simile,& cōuertatur in substantiā aliti.

¶Quinta cōclusio. Augmentatio propria

Conclu. 5. Augmentatio est generatio secundùm quid. Ratio. 1. p. quæ in viuentibus contingit, generatio secundùm quid dicēda est,quā præcedit corruptio simpliciter.Probatur primapars:In omni augmētatione propria est necessaria cōuersio alimēti in substātiam aliti:& hoc est gnātio:ergo augmētatio est gnātio:sed non est simpliciter:quia suppositum non habet

habet esse simpliciter,sed esse maius,& aduenit iam supposito existenti:ergo est generatio secundùm quid: quia si generatio est,ergo simpliciter,vel secūdùm quid:sed non simpliciter,quia in ea ex non esse simpliciter acquiritur esse simpliciter:erit ergo generatio secundum quid.

Ratio. 2. p. ¶Altera pars,q̄ ipsam præcedat corruptio simpliciter, patet. Non potest esse augmētatio,nisi fiat ibi perfecta corruptio: quia debet assimilari aucto,& nutrito:quia panis nō debet amplius manere panis: quia verè fit caro:nec herba,nec animalium caro.Et ratio formari potest sic. Ibi est vera corruptio,vbi totum desinit esse substantialiter,sed in augmentatione cibus ex quo est augmentatio, totaliter desinit esse, & non habet amplius suum esse substantiale perfectè existens:ergo simpliciter facta est corruptio ipsius:aliàs si non esset simpliciter,facta corruptione,maneret panis:vtante:& facto augmento,& nutritione esset substantia panis simul,& substantia aucti, & nutriti:& sic duas haberet formas substātiales:& non esset id ex quo augmentum, simile in fine:quod necessarium est ad augmentum,vt suprà dictum est.

Ad argum. ¶Patet ex dictis solutio ad argumenta: siquidem in augmentatione & corruptio,& generatio est.

¶SPECVL. SEXTA. Vtrùm in augmētatione perfecta quælibet pars aucti augeatur.

Primū arg. Videtur q̄ non: quia si augetur,est per additionē nutrimenti, vel illud recipitur in pleno,vel in vacuo: si in pleno:ergo est penetratio dimensionum: quod est cōtra Aristo.,& natura:quōd si recipitur in vacuo,ergo vacuum datur, cōtra ipsam naturam, ex proposito refugiat:vt suprà probatum est.Quōd si dicas in poris fieri:ergo ipsis semel repletis non esset amplius augmentatio,neq; partes non porosæ augerentur:quod est intētum,per nutrimentum.

Confirm. ¶Secundo. Non pōt fieri augmentū in parte aliqua,nisi per motum localē nutrimēti per applicationē ad partem illā: sed aliqua est pars,ad quam cibus non potest peruenire per motum localem : ergo illa saltim nō augebitur, quia de capite:nam cibus, cùm sit grauis,non ascendet ad caput:ergo in capite nō erit augmentum.

¶Et cōfirmatur:quia non potest peruenire cibus nisi ad partes porosas: at non oēs sunt porosæ:ergo nō oēs partes augentur.

¶.3.Nihil auget:ergo nō omnes partes augentur.Patet,quia nō augetur pars, quæ præfuit:quia ista nō est maior q̄ antē:neq; pars quę aduenit:quia ipsa nō fuit antē:neque aggregatū ex eo quod præfuit, & eo qd aduenit:quia hoc aggregatum non fuit ante.Item:quia nunquam hoc aggregatū fuit minus:ergo nūquàm augetur: quia augetur,quōd erat minus. Ad.3.

¶In contrarium est Aristo. hic tex.32. In contra.

¶Ista est vna specul.potissima in materia, in qua declarabitur modus nutritionis, augmenti, & digestionis.

¶Pro solutione oportet notare primo,qd augmentatio viuētis est duplex:quędā propria:alia impropria.Illa dicitur propria, q̄ est per intus susceptionē,& p cōuersionē in maiores partes, q̄ sint deperditę.Impropria est,quādo fit non per susceptionē intus,sed per iuxta positionē nutrimēti, mediatę,vel immediatę:vt si dicam? ossa augeri, nō quia int? in ossibus recipiat nutrimētū,sed quia nutrimentū iā digestū apponitur iuxta os,& per virtutē quā habet os, sibi vnit,& conuertit in suam substantiam. Notan. 1.

¶Secūdò notandū,q̄ in corpore viuo int? oportet intelligere esse poros,velut quędā foramina spongiæ,q̄ nō sunt vacua,cū hoc natura abhorreat,sed pleni sunt pori corpore subtili.saere.Et quidē qistā foramina ibi ponantur,est argumētū apertissimū in fudore emisso à viuēte p partes corporis diuersas:quia si nō exit p poros:sed per solidū,corporū penetratio esset.Et si tales pori non darētur in animali,nō posset esse nutritio:nā cùm nutrimentū nō diuidat corpus,(aliàs cū dolore esset,)neq; penetret a Aristote.4. Phy.tex.8. 47.& 55. ad corp?,nō videt vnde recipi posit,nisi in istis poris.Et in cōtinuo caulant ex actione caloris naturalis resoluētis intus ptes viuētis,& cōtinuò,apparet in manib?:nāliqs eis lotis eat cubitū, cū fucgat, inueniet eas immūdas,nō alia ratiōe,nisi quia resolutio facta est,& partes resolutę subtiles ad exteriora deuenere,nō p solidū:ergo p poros. Notā

¶Præterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

Notand. 3. ¶Præterea notandũ, q̃ cùm animal ex eterogeneis constet, habet aliquas partes non porosas: quia habet aliquos poros, vt dictũ est: ergo vel ille porus clauditur terminis, vel nõ, si clauditur, vel poris, vel nõ poris, nõ poris clauditur: ergo clauditur partibus non porosis: quia aliàs animal nõ esset continuum, si totum esset porus: oportet ergo inter porum, & porum partem non porosam signare: quare iuxta hanc differentiã dispositionis in viuẽte, & dabitur diuersus modus augmenti, vt declarabimus: certum est hoc: quia non est eadem dispositio carnis, & ossis: venarum, & neruorum, musculorum, cæterarum partium. Vt respondeamus ergo, sit prima conclusio.

Conclu. 1. Qualibet pars viuentis porosa, quæ sana est, augetur per receptionẽ intus nutrimenti. Probatur. Animal propriè augeẽ, vt suprà dictum est, & augeri contingit per receptionẽ in poris: ergo sequitur q̃ partes porosæ augeant. Sed q̃ qualibet pars porosa, patet. Aliqua porosa recipit augmẽtũ, & nõ est potior ratio de vna, q̃ de alia, ergo quælibet augetur: nam detur oppositũ, q̃ vna augetur, alia nõ aucta, & fit deperditio in illa per actionem continuam caloris naturalis: ergo deficeret animal, & nõ posset consistere. Itẽ: quia si secundùm aliquã partem non augeretur animal, totum nõ augeretur: quod est contra suppositum.

Conclu. 2. ¶Secunda cõclus. Dixi q̃ quælibet pars, q̃ sana est: nam pōt esse aliqua mala dispositio in aliqua parte, ratione cuius nõ posit fieri augmentatio, & sic contingit aliquis defectus in mẽbris, ita vt aliqua arida fiat, vel nõ habeant suã perfectã quantitatẽ p naturã. Et quidem hæc conclusio experiẽtia satis constans est, quomodò omnia mẽbra cõtinuè augeãtur proportionabiliter, & raro contrarium contingit.

Conclu. 3. ¶Tertia cõclusio. Pars non porosa animalis quanuis augeatur, sed non per intus susceptionem, sed per iuxta appositionẽ, & sic nõ propriè augetur. Probatur cõclusio. Pars nõ porosa verè augetur, vt cõstat, ergo vel propriè per susceptionẽ, vel impropriè sed nõ propriè. Patet: quia esset per susceptionem cibi: vel esset in poris, vel esset in corpore: nõ in poris: quia ptes sũt solidę non porosæ, de quibus loquitur hæc conclusio. Neq; in ipso corpore solido: quia esset corporum penetratio, quæ per naturam non datur: sequitur ergo, quòd augmẽtatio non est per intus susceptionem, ergo erit per iuxtà appositionẽ. Patet quòd sic per iuxta appositionẽ. Non potest esse augmentum, nisi per hoc q̃ mediãte nutritione alimentum conuertitur in substantiam aliti: sed non posset conuerti, nisi vel intùs in poris reciperetur, vel iuxtà apponeretur, & applicaretur, non recipitur intus, vt dicitur: oportet ergo q̃ iuxtà apponatur.

¶Quarta cõclusio. Partes nõ porosæ nõ solùm augentur per iuxta appositionẽ, sed p alterationem nutrimẽti, & conuersionem in substantiam aliti. Hæc conclusio declarat præcedentẽ, vt nõ intelligamus in partibus non porosis fieri augmentum: sicut contingit in aqua, quando aqua ei apponitur, vt fiat maior, sed fit per hoc q̃ cibus nutrimẽtalis iam appositus intra membrum, vel partem non porosam: quę augeri debet per virtutem existentem ibi caloris naturalis, sibi coadunat, & coniungit, vt simile faciat, in propriam substantiam conuertẽdo, ac si intus in poris (si illos haberet) susceperet. Probatur conclusio. Nam vere pars nõ porosa augetur: ergo est mediãte nutritione, per hoc q̃ in propriã conuertit substantiam: sed hoc nõ esset, nisi esset alteratio, neq; esset si sola esset nutrimenti appositio: sequitur argumentum in eo contingere, non per solã appositionẽ: quia aliàs si hac sola esset appositione, augmẽtum non magis esset in illis partibus augmentum, quàm in aliquo liquore superaddito alio eiusdem speciei.

¶Ex ista conclusione, & præcedenti sequitur intelligentia illius opinionis citatæ ab Aristotel. Corpora non porosa augeri per iuxta appositionem: nam sic intelligi debet vt non negetur alteratio, & in propriam substantiam conuersio.

¶Quinta conclusio. Illi pori, qui sunt humidum cibale recipitur ad perfectum augmentũ, non sunt vacui, sed aere pleni, & cõtinuò alij, & alij fiunt per actionẽ caloris naturalis resolutis, in qua receptione non est corporum penetratio, licet sit aeris condẽsatio. Probat. Quòd illi pori sunt dãdi, iã probatũ est, sed q̃ nõ sint vacui, patet: quia nõ datur vacuũ in rerum natura, vt latissimè probatũ est in 4. Phys. Si ergo sunt pleni, oportet sit aliquo subtili corpore, vt est aer. ¶Quòd continuò alij, & alii fiant, patet: quia si non fieret, sequeretur quòd quàm primum essent pleni illi pori, humido cibali recepto ad nutritionem & augmentũ, nõ posset amplius esse augmentatio per intus susceptionem: sed hoc est contra Arist. & veritatẽ, qui ponit augmentum non semel sed continuè fieri vsq; ad certum tempus: ob quòd augmentatio, vocatur motus cõtinuus: quod non esset, nisi augmẽtatio esset continua.

Conclu. 4.

Ratio.

Ratio.

Ratio. 2. ¶Præterea Calor naturalis semper agit resoluendo aliquas partes: oportet ergo dicere, q̃ per huiusmodi resolutionem maneãt tales pori, qui intelligũtur esse in partibus non solidis sed resolutis.

¶Et ad conclusionem probandam, q̃ dentur pori, & q̃ sint aere pleni, est vnũ quod experientia constat ex vrinæ emissione: quæ facta, euenit tremor & concitatio quędam, & commotio interior, etiam vsq; ad partes exteriores: qui tremor est vt dicũt medici, ob q̃ in loco in quo vrina expulsa est, subintrat aer, ne detur vacuũ, q̃ aer erat in illis poris inclusus, q̃ fit per rarefactionẽ.

Ratio. Vltimę partis conclus. ¶Probatur vltima pars, conclusio q̃ per hoc q̃ in poris recipiatur nutrimentũ, non fit corporum penetratio: quia cedit aer ibi inclusus, & cõdensatur, & potest recipi cibus. Hoc experimur quotidie: vt si quis ingrediatur domum aliquam, cùm tamen ipsa plena sit aere, non eo q̃ vnus, vel plures homines recipiãtur in ipso loco, fit corporũ penetratio, sed aer cedit: & si nõ posset exire, necessariũ est intelligere condensationem aeris ibi existentis, semper manente eadem aeris substantia. Sic in animalis nutritione, & augmentatione: vt in illis poris aere plenis receptus cibus posit cõuerti in substantiã nutriti, & aucti, condensato aere, & rursus facta partium resolutione aeris fit, & implet locum, vbi resolutio. Neque est difficile intelligere hoc, si ad illa quæ fiunt in visceribus terræ attendamus: quoniam in terra sunt partes porosę plenę aere, ex quibus generantur continuò aquę fontales, & fluuiales: & sicut cõtinuo fluũt aquæ, cõtinuo aer subintrat: condensatur, & rarefit: vt nõ fit vacuum, neq; corporum penetratio: vt infrà in primo metheororũ specu. vltima dicemus.

6. Cõclusio ¶Sexta conclusio. Ad nutritionem, & augmentationẽ, tam propriã, quæ est per susceptionem intus in poris, quã impropriã, quæ est per iuxta positionẽ: vt est in partibus nõ neruosis in omnibus partibus viuentis, oportet vltra calorem naturalẽ intelligere quandam esse virtutem attractiuam nutrimenti. Volumus in hac conclusione declarare q̃ sicut in magnete intelligitur virtus attractiua ferri, etiã si graue sit, vt è terra attractum ferrum subleuet: etiã in omnibus membris in quibus est nutritio & augmentatio, talis est virtus, vt euocet ad se cibum, & etiam subleuet, si fuerit graue. Patet. Deus, & natura non deficiunt in necessarijs: sed ad nutritionem, & augmentum animalis est necessarium esse tale virtutem attractiuã nutrimenti: ergo ponenda est. Patet: quia est necessarium q̃ cibus perueniat ad locum membri, & ei applicetur, vt conuertatur in propriam substãtiam: sed non pōt per naturam, rebus ipsis in sua natura cõsideratis, applicari, seclusa talis virtute attractiua. Patet: quia cũ grauis sit descendere, & nõ ascẽdere, nõ posset applicari, aut moueri ad cerebrũ, quod in superiori parte est, cũ cibus ponatur in stomacho, vel in epate: ergo dãda est talis virtus ipsis membris attrahendi, sicut & habent virtutem conuertendi in propriam substantiã.

Ratio. 2.

Aristo. 1. de cœlo. text. 32.

Ratio. 1.

¶Præterea in omnibus membris viuentis anima vegetatiua est vel formaliter, vel virtute in alia superiori, & perfectiori inclusa: sed vegetatiua habet virtutem attractiuã simul cum retentiua, & digestiua, & expulsiua: vt dicemus in libris de anima: ergo in quolibet membro talis virtus est attrahendi cibum. Ad hanc cibi (etiã si sit graue) eleuationem facit calor ipse naturalis: cuius conditio est, vt leuare posit pōderosa: vt sol virtute sua eleuat vaporem, & aliquando lapidem, vt constat: ergo sic poterit etiam adiuuari virtus ipsa membrorum attractiua à calore naturali.

Ratio. 3.

In pri. de anima spe. 4.

¶Septima coclus. ad nutritionẽ, & augmẽtationem mẽbrorũ debitã, digestio præuia intelligitur in stomacho, epate, & in venis: vt dissimile simile fiat, & aptũ cõuersioni in propriam substantiã nutriti, & aucti conuertat. Hic intẽdimus dicere cũ medicis, q̃ cibus, qui in substãtiã aliti trãsit, primò cõtritur in ore in animalibus perfectis, & dein de mittitur ad stomachũ per fistulas aptas per naturã, & ibi fit prima digestio: ita vt cibus cuiuscũq; sit conditionis, in quadam massã albã conuertatur, quę chilus vocatur. Ethic. in ista digestione, fęculẽtũ, & impurũ separatur, & ad intestina mittitur, & expellitur per partes ad id deputatas.

Cõclus. 7.

Quõ fit digestio in stomacho & in epate.

¶Ista alba materia, seu Chilus p venas meseraicas

Chilus. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Digestio in epate. seraicas (vt medici vocãt:) attrahitur ad epar, vbi fit secunda digestio, & adhuc illa materia alba depuratur, & fit rubea, quę in confuso continet. 4. humores, & vocatur Chimus. A chimo isto separatur cholera pro magna parte, & mittitur ad fel per viã in epate destinatam: & etiã separatur cholera nigra, quæ est melancholia, & mittitur ad splen per viam ibi existentem. Residuum massę, quod sanguineũ, & phlegmaticum est, mittitur ab epate ad venas magnas. Ab ista digestione, quæ in epate, impurum mittitur ad vrinæ locum, & sic vrina superfluum est, nõ potus solũ, sed cibi, ex ista digestione quæ in epate fit.

Chimus.

¶ Rursus in venis, massa, quæ sanguinea est, per venas quas capillares vocant, ad omnia membra nutrienda, & augenda mittitur, & ibi in venis fit. 3. digestio illius materiæ: & superfluum illius mittitur per sudorem, per omnes partes corporis, & per alias superfluitates, quæ mittuntur per diuersas partes. Et sic depuratio facta est cibi vt fiat simile, ad hoc ꝓ conuertat in substantiam aliti. Vnum tamen considerandum, quod in illa. 2. digestione, quando materia ad venas mittitur, natura solicita non solum de conseruatione, sed de perpetuatione speciei, partem segregat ad generationem, quam mittit ad vasa seminaria, ibi circa locum in quo vrina, & seruatur semẽ quod dicitur de superfluo: non de superfluo impuro, eo modo, quo est id, quod in intestinis, neq; eo modo quo est id, quod in vase vrinario seruatur: imò est dedepurato, & digesto in epate, vel (vt aliqui putant) in ipsis venis, quod quidem segregatur ad generationem. Dicitur tamen superfluum, quantum ad id quod est necessariũ pro nutrimento, & augmento, vt illa pars dicatur superesse: quia datur quod est necessarium ad indiuiduũ, & seruatur parsilla pro generatione. Dixi, mitti vel ab epate, vel à venis, vt etiã adiuersis mẽbris ex ipsa materia cibaliã proxima, vt cõuertatur in substantiam, eo quòd aliqui putant ꝓ semen in generatione, ab omnibus partibus mẽbrorũ decidatur: sed intelligẽdum est ibi in epate fieri segregationem, licèt posit esse, quod etiam ex alijs partibus pars decidatur.

Digestio. 3.

Nota.

S. Tho. p. p. q. vltim.

Vide Spino. fo. 7. in problema uora bil. 3.

* Nõ tamẽ me latet quod nõnulli tradunt, in nutrititione ex illa digestione quæ in epate fit, nutrimentum mitti ad cor per venam amplam: & quod ibi ex calore intenso cordis, adhuc depuratio alia fit: & partes impurę ad nutrimẽtũ, quia impuræ mittũtur à corde ad extremas partes pro nutrimento vngiũ, pilorum, & capillorũ: nam illę partes non habent nutriri ex purissimo nutrimento, & illud depuratum, rursus à corde remittitur ad epar, per eandẽ venam amplam, seruata parte sibi necessaria, & per venas paruas, ad singulas partes corporis fit missio: in quibus per calorem naturalem fit vltima digestio.

¶ Ex istis ergo colligitur veritas nostræ cõclusionis, quod digẽstio ipsa fiat, & non semel, aut bis, sit apta materia ad nutritionem & augmentum.

¶ Cauta conclusio. Quãdo Aristot. dicit, augmentationẽ in animato fieri per partes formales & nõ materiales, intelligitur per intus susceptionẽ, & propriè de augmẽto loquens: nã improprie, & per appositionẽ etiã fit per materiales partes. Ista conclusio sit posita solùm vt intelligamus partes formales vocari partes porosas: & materiales dicuntur illæ, quæ non sunt porosæ. Et quia augmentatio propriè, quæ per intus susceptionem est, vt dictum est, non fit nisi in partibus illis porosis, dixit Arist. solũ secũdũ partes formales augmẽtũ fieri: ob id nos (vt intelligatur Aristo.) ponimus cõclusionẽ, ꝓ etiã fiat augmẽtatio per materiales partes: tamẽ est impropria augmẽtatio: quia per appositionẽ, vt declaratũ est. Et nõ indiget alia noua probatiõe: quãdo quidẽ vniuersaliter probatũ est, omnes partes augeri, tam porosas, quàm non porosas.

C. lus. 8.

Partes formales sunt partes porosæ, & materiales sunt nõ porosæ.

¶ Nona conclusio. Augmentatio est motus cõtinuus, siue vnus sit, siue plures: quilibet tamen continuus est. Patet. Augmentatio est verè motus: sed de ratione motus est, quod sit continuus: ergo augmentatio motus continuus est. Sic Arist. hic text. 15. & 31. & 5. Phy. text. 18.

Cõclus. 9.

¶ Dixi, siue sit vnus, siue plures: quia cùm augmentatio propriè fiat per intus susceptionem in partibus porosis, sunt diuersæ partes, & disiunctæ non continuæ tales porosæ partes: & ideo non potest intelligi vnus & idem motus continuus, cùm partes non sint continuæ: sed augmentatio quæ fit in manu est continuus motus, & vasis, & illa quæ fit in pede: etiam continuus, & sic in partibus materialibus nõ porosis est dicendũ, ꝓ in qualibet est motus augmẽtationis

tionis continuus. De quo multa Marsil. li. de genera, q. 13. & nos in sequẽti spe. latius.

Marsilius.

Ad argum. ¶ Ad primum argumentum solutio satis ex dictis constat: nã cibus nec in vacuo recipitur, nec in pleno: ne sit corporũ penetratio, sed in loco, vbi aër, qui cedit in illis poris inclusus, & ex ipso cibo fit nutrimẽtũ: & semper sũt alij, & alij pori, effecti & causati à calore naturali per resolutiõẽ cõtinuã: sic fit motus augmẽti q̃diu necessarius est.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. iam diximus, opertere intelligere calorẽ naturalem habentem virtutem resoluendi: ex ratione caloris inclusi (qui maximè igni conuenit, cuius est locus supremus) fit attractio. Hic quidem calor vt etiã, graue posit eleuare & materiam aptam nutritioni existentem in epate, & in venis potest per vasa capillares, quæ ad omnia membra terminantur eleuare. Conuenit etiam ad caput, & fit applicatio, & approximatio debita cibi membro augendo. Diximus etiã esse per naturam in quolibet mẽbro etiã graue posit eleuare, attrahẽdo ad se: alàs natura in necessarijs defecisset.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. dicendũ, ꝓ pars quæ fuit, augetur: nã per hoc ꝓ aliã in sui naturam conuertit, facta est maior: quia anteà erat digitalis, & nunc est palmaris, verbi gratia: ergo augetur: & iam augetur: quia totum est maius quàm antè: nam si habebat tripedalem quantitatẽ, nunc habet quadrupedalẽ. Verum est quòd partes quæ adueniunt, non sunt auctæ, sed per ipsas fit augmẽtum.

SPECVLATIO SEPTIMA, An augumentum in viuente sit motus continuus.

1. Argumẽ. AN augmẽtum in viuẽte posit esse motus cõtinuus? Patet sic: õne ens non impeditũ, approximatũ patiẽti dispositio, &c. potest augere, & continuo augere, vbi sunt omnia hæc, sed in viuente, cõtinuè quandiu vita durat, hæc inueniri possunt: ergo augmentatio est motus continuus: vel saltim potest esse: maior est notissima apud omnes philosophantes, & expresse est philosophi. Sed minor etiam est manifesta, nam manẽt omnia requisita, sal

R mo-

impossunt esse.

Secundò augmentatio est motus: & omnis motus continuus est cõtinuus: ergo & augmentatio. Maior est manifesta ex philo. 6. phy. quia tempus, habet cõtinuitatẽ ex motu, & motus ex magnitudine: sed magnitudo augmentabilis est continuũ: ergo augmentatio est motus continuus. 2.

¶ Tertiò, alteratio est motus continuus, ergo augmentatio: patet consequentia: quia eadem est ratio. Nam sicut hæc in quantitate, & illa in qualitate, & antecedens probatur: quia ponatur calefactibile, indebita proportione & approximatione, ad passum, erit alteratio, & continue erit: Patet quia si non continue, sequitur quod agens, indebita approximatione habens passum, non oret, contra philo. in hoc. 1. & 9. metaphy. 3.

¶ In contrarium Arist. in hoc. 1. text. 23. nõ enim augeri neque diminui posibile est continue.

¶ Pro debita intelligentia notãdum: quod hęc propositio augmentum, in re viuente est motus continuus: potest habere triplicem sensum: primus est, vt intelligatur quod hic motus augmenti sit continuus, quod sit vnus numero, perpetuus & continuus: & in hoc sensu capit philoso. 8. physico. text. 54. quando concludit solum motum localem circularem, posse esse continuum, & perpetuum: secundo modo intelligitur cõtinuus 1. nõ interruptus quiete media, vt si fortes cepit augeri, semper sit augmentum, vt nullum sit interuallum in quo non augeatur, & semp acquirat maiorẽ, & maiorẽ, quantitatem: quod si interpolatè factum est augmentum, vt per mensem, vel per diem cessauerit, motus non dicetur continuus.

1. Notan.

Motus continuus triplicitèr.

¶ Tertiò modo dicitur continuus motus partialiter, vt scilicet, per mensem vel annũ &c. v. g. posito quod Socrates in vno anno acquirat quantitatem quatuor digitorum, & pro vno mense, sit augmentum per quãtitatẽ vnius digiti, & in alio mese quiescat, & in illo mense in quo est motus, continue acquisitio sit maioris, & maioris quãtitatis donec in fine mensis sit quantitas digitalis: motus hic nõ dicitur totaliter cõtinuus, sed partialiter, quia in parte, putà in mense, fuit augmentatio. His suppositis sit. 1. conclu.

1. Conclus.

¶ Prima conclu. rei viuentis augmentũ nõ est motus continuus in primo sensu: Patet: vbi est determinata quantitas rei, & limitata, secundum naturam rei, non potest esse

Universidad de Deusto Biblioteca

motus continuus perpetuus augmēti: sed cuiuslibet rei datur determinata quātitas: ergo consequētia est bona, & maior est manifesta: quia vbi limitatio non est, infinitū erit, & minor est philoso. 1. physi. tex. 35. & 2. de anima. tex. 4. vt probatum est in. 1. physicorum speculatio. 10. implicat enim rem habere determinatā quantitatem, ei debitam secundū speciem & in infinitū augeri: quia formica ad elephantis quantitatē posset deuenire, quod est repugnans speciei formicæ: vt ibi latè probatum est.

2. Cōclusio ¶ Secunda conclusio non conuenit rei viuentis totale augmentum esse motum continuum in secundo sensu: patet quia viuens potest infirmari, quo stante, ex debilitate caloris naturalis, & paucitate nutrimenti, non potest fieri tanta conuersio in substantia nutriti, vt sufficiat ad nutritionem & maiorem extensionem, ex vtraque causa: & hoc constat experientia. Tūc ergo formatur ratio: vbicunque contingit debilitas caloris naturalis, & nutrimenti diminutio, non potest esse augmentum continuum: sed in omni viuente, ob infirmitatem contingit talis deffectus: ergo non conuenit tale augmentum continuè esse: imo non potest esse: quia cuilibet rei sit periodus designata: oportet tandem deficere, & quando res prope interitum, vt in senectute contingit, non solum non est accrescio, sed diminutio, & consumptio acquisitę quantitatis.

¶ Et Aristotel. (etiam si daremus quod viuens non infirmaretur) probat: non esse continuum augmentum: quia licet quantitas, acquisibilis per augmentum continua fit, & diuisibilis in infinitum: tamen est deuenire ad aliquam partem, quæ simul tota acquiritur, & non pars eius prius vna quam alia, & post illud instans, in quo tota acquisita est, incipit viuens per aliquod tempus disponi, ad aliam totalem partem quantitatis, & toto illo tempore, non augetur sed disponitur ad augmentum: & dat exemplum de gutta aquæ, quæ lapidem excauat: quæ excauatio, non fit per quanlibet guttā, licet quelibet disponat. Et hæc est sentētia Com. 3. physico. commē. 6. ita que etiam si viuens sit sanum augmentum non erit continuum, vt exemplo & ratione est manifestatum. Sed tamen hæc non

Opi. Marsi. placent Marsilio: nam in primo de generatione quæstione decimaquarta negat Cōmētatorē in dicto allegato, & octauo physicorum comment. vigesimo tertio, & dicit, non esse impossibile: & ponit cōclusio. in sententia: si viuum maneat semper sanum, & nutrimentum sufficiens sit debitæ approximatum, possibile est, quod sine interruptione temporis, à principio augmenti vsque ad finem, quo non potest amplius crescere augeatur continuè, &c. & contendit id probare, causis sufficientibus continue positis, in agentibus naturalibus, continue & sine interruptione ponetur effectus: sed in casu, sufficienter ponuntur causæ: ergo, &c. Sed qui tenet doctrinam propositam de mente philos. & iuxta Comm. & S. Tho. interpretationem. posset respōdere: quod positis omnibus supra dictis, adhuc deest vna, scilicet, ratio continuæ pro ducibilis: is ex parte formæ quæ deficit: nam sicut repugnat, qualitatem continuè intendi, sic quantitati cōtinuæ extendi: neque potest dari, quod omnia semper eodē modo se habeāt in augendo. &c.

Cōtra Marsilium.

¶ Tertia conclusio, augmentum in viuente non est motus continuus, in. 3. sensu. 1. non sic, fit augmentum secundum partem vt in tanto tempore cōtinue proportionaliter acquiratur maior, & maior quātitas: hæc conclu. est Arist. Commē. & S. Tho. in 8. physico. t. 23. vbi assimilat motum augmenti motui guttarum stilantium, vbi nō per quanlibet guttam fit partis lapidis extractio, licet quælibet disponat: & S. Tho. ibidem: non est possibile aliquid augeri cōtinue, ita scilicet, quod quantitas aucti, diuidatur secundum tempus, sic quod in quali bet parte temporis aliquid eius augeatur sed fit dispositio ad augmentum sequentis partis, hæc. S. Thom. & ratio est, supposito quod aliàs diximus de mente philoso. in. 6. physicorum quod cuiuslibet corporis manētis, detur primum esse: sed quantitas respectu cuius in viuente fit augmentum, est res permanens: ergo datur primum esse, in sui productione. Sed si motu continuo produceretur non daretur primum esse: quia in omni motu continuo, vt in. 6. physicorū probatum est, ante quodlibet moueri, est motum esse: & e contra: ergo impossibile est in motu continuo dari primum sui esse: ergo neque in re acquisita per motū: quia si continue acquiritur, partitur sicut motus & tempus: ergo sicut in motu, & in tempore, non est dare primum, sic neque in re acqui

3. Conclus.

Aristotel. Comment. S. Thom.

acquisita per motum continuum. Quapropter non est augmentum in viuente motus continuus: & hæc est conclusio cōtra Ioannem de Ianduno in octauo physicorum. quæstione septima.

Ad argum. ¶ Ad argumenta: ad primum respōdetur, quod verum esset: si omnia requisita inueniri possent: nam etsi inueniatur interdum ad hoc quod fiat augmentum, non tamen ad hoc quod continue fiat: licet possit esse, quod causæ sint ad hoc quod sit continua dispositio, ad partem augendam: sed tamen quod semper continue fiat augmētum, nō potest esse ob dicta. & adducta in probatione conclusionum.

Ad. 2. ¶ Ad secundum dicendum quod hæc propositio quod motus de necessitate sit cōtinuus: non est simpliciter vera in omni motu: siquidem in motu locali verificatur, eo quod spacium sit vere continuum, & continuè acquiritur, quia prius pars minor, vbi, & post maior: sed in augmentatione viuentis, non tenet verum, ob rationes adductas: quia motus, non est ex se quantitas cōtinua, sed continuitatem trahit ex mobili, & ex magnitudine, sicut & diuisibilitatē: vt lib. 6. physico. est probatum. Ideo si mobile esset non quantum, & si res ad quā est motus non sit acquisibilis continue; non esset necessarium motum esse cōtinuum, &c.

Ad. 3. ¶ Ad tertium vbi tangitur de motu alterationis vtrum sit motus continuus eodē modo respondendum, & sentiendum de alteratione, sicut & de augmentatione: & sicut non datur motus continuus in augmente, non datur in alteratione, imò neque secundum partem: quia erit discontinua alteratio, in nunc modum: quod cum alteratur sit debitæ approximatū alterabili: Sed augmentas augmentabili, vt si ignis vasi aquæ pleno, prius per aliquod tempus disponit ipsum ad calorem: & in instanti terminate tempus debitæ dispositionis, causat calorem tantum quantum potest in illo instanti: & sub illo calore quescit aqua, donec ignis in tempore immediate sequenti iterum disponat adesse magis calidum, &c. & sic semper alterans agit in alterabile, vel producendo, vel disponendo: hæc ad mentem philosoph. & Comment. Et hæc dicta sint in hac speciali speculatione quanuis in præcedentibus pro parte de augmentatione in viuente disseruimus: quia necessariū fuit & clarius & latius tractatare.

Idem de alteratione & augmētatione.

¶ SPECVLATIO OCTAua Vtrùm rarefactio sit augmētatio.

VIDETVR quod sic. Rarefactio est motus ad quantitatem sed hic est augmentatio ergo rarefactio est augmetatio. Antecedēs patet pro maiori: quia in rarefactione motus est intelligendus: & non alterationis, quia ad qualitatē: ergo ille qui ad quantitatem est. Argum. 1.

¶ Secundo. Omnis motus per quem producitur noua quantitas, augmentatio est: sed per rarefactionem producitur noua quantitas: ergo ipsa est augmentatio. Maior est nota. Minor probatur: quia si quantitas a re quanta distincta est, necessario in rarefactione noua quantitas producta est: quoniam noua extensio partium est. 2.

¶ Preterea. Extēsio quātitatis correspondet intensioni qualitatis, & successioni tēporis, quæ sonat continuitatem: sed intēsio qualitatis, & temporis successio fit per additionem partis ad partem: ergo & rarefactio erit per additionem: hoc autem est augmentatio: ergo omnis rarefactio est augmentatio. 3.

¶ In contrarium est Arist. hic. t. 39. qui ait, quod augmētatio fit aliquo adueniente: at rarefactio nō est aliquo adueniēte de nouo. In contra.

¶ Pro solutione considerandum, quod inter augmentationem, & rarefactionem. est differentia: sicut inter diminutionem, & condensationem: nam rarefactio fit sine aliquo corpore extrinseco superaddito: & condensatio sine subtractione alicuius extrinseci: sed augmentatio siue propria (vt est viuentium) siue vt vulgo sumitur, non contigit sine additione alicuius extrinseci & subtractione in diminutione. Notan. 1.

¶ Secundò est inquirendum, quæ res sit raritas, & quæ sit densitas. De quo sunt opiniones variæ. Est Parisien. opinio, qui tenēt, quod raritas, & densitas sunt res de 4. specie qualitatis, quæ continentur sub figura: nam sicut figura est qualitas circa Notan. 2. Prima opi.

Universidad de Deusto Biblioteca

quantitatem, sic raritas, & densitas.

Opinio. 2. Aris. in prædi. quali. te. 4. ¶ Secunda opinio dicit, quod raritas, & densitas sunt accidentia quædam, de prædicamento situs, vel positionis habent enim se ad modum qualitatū: sed sunt, sed respectus quidam.

Opinio. 3. ¶ Tertia opinio est quorundam nominaliū, qui ponunt quantitatem distingui à re quanta: & dicunt raritatem, & densitatem esse quantitates, quæ acquiruntur, vel deperduntur successiuè in rebus.

Opinio. 4. ¶ Quarta opinio est illorum qui non ponunt quantitatem distingui à re quanta: & dicunt raritatem, & densitatem esse motū localem partium substantiæ rei, quo partes accedunt adinuicem, vel recedunt ab illi positione, qui motus procedit ex aliqua præcedenti alteratione: vt contingit in aqua quando calefit, quæ fit rara.

Notand. 3. ¶ Vltimò est notandum, quod rarum cōmuniter id dicitur, quod sub multa extensione parum habet de materia: & densum quod sub parua extensione habet multū de materia. Quibus suppositis, est prima conclusio.

Conclu. 1. ¶ Rarefactio propriè fit per nouæ quātitatis generationē, sicut condensatio per deperditionem præteritæ quātitatis. Ista cōclusio probatur, suppposito q̄ quātitas sit res distincta à re quāta, vt in prædicamento quantitatis probatum est. Volo dicere, quod quando aliquid rarefit, est acquisitio, & generatio nouę quātitatis: & quādo fit condensatio, est deperditio quātitatis: seu corruptio: quia corpus qd̄ rarefit, magis extendit, quàm ante: & dimesio nō est res quę extēdit, vt supponimus: ergo oportet q̄ fit alia d̄ nouo genita. Patet: qm̄li nō est alia d̄ nouo, sed q̄ ante, quare nō erat extēsa, sicut nūc est: Et eodē mō d̄ cōdēsatione.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Cum rarefactio possit contingere per solam generationē partis quantitatis, quæ superadditur præteritæ, & condensatio per partis corruptionē, videtur probabilius quod fiat per generationem nouam totius quantitatis: ita vt tota præcedens corrūpatur. In hac cōclusione volum⁹ dicere, quod rarefactio, quæ est (vt dixit prima conclu.) acquisitio nouę q̄titatis, potuit esse per hoc, q̄ manētē prima, supaddita est noua: & intelligibile est hoc: sed dicim⁹ q̄ mel⁹ intelligitur, si dicamus, q̄ q̄ntitas, quæ erat vt quatuor quæ nunc rarefit, & extenditur vt. 5. nō sit per additionē illius noui gradus, sed per hoc q̄ desinit esse quātitas vt quatuor, & producitur tota quātitas vt. 5. sic etiā in condēsatione: nā ponēdo primū modū, est vnum argumentū quod vrget. Nā si manet quātitas vt quatuor verbi gratia, informabat materiā illā, nunc, manente eadē materia, iā est vt. 5. ille gradus quātitatis oportet informet aliquā partem materiæ, quæ antè erat sub aliquo gradu vt quātuor. Tūc sic. Illa quātitas informabat materiā & modo non informat: ergo forma eadē transiuit de materia ad aliā materiā, & de subiecto in subiectū. Propter hoc argumētū dicit Marsilius, e[illegible] securi[illegible] dicere, q̄ tota precedēs quātitas corrūpit[illegible], & noua de nouo ge[illegible]at. Sed qui tenet pri[illegible] modū, q̄ solū fit p̄ductio partis qu[illegible]tis, diceret, q̄ nō est tr[illegible]tus: q̄a illa pars m[illegible]et in eadē materia, iq̄ inadequatè erat, & infor[illegible]bat.

Rarefactio per nouā generationem totius quantitatis fit.

¶ Tenendo quod fiat per generationem quantitati[illegible] de nouo, corrupta præterita, oportet concedere, quod quando aqua [illegible] fit, noua, & noua corrumpitur quātitas quotidie: & noua, & noua quotidie generatur, vsque dum perueniatur ad summā raritatem, quam potest habere aqua. Non enim possunt esse simul duæ quantitates: ob id vna corrumpitur, & alia ge[illegible]tur: & corruptio vnius, alterius est generatio.

¶ Tenendo tamen quod solum fit per generationem noui gradus quantitatis, qui superadditur præexistenti, oportet similitudinem accipere ex intensione, & remissione qualitatum, quæ fit secundum communem opinionem, non penes maiorē ra[illegible]ricationē in subiecto, vt schola Thomæ defendit, sed penes additionē [illegible] ad [illegible]ra du: & sic solū per cōtra[illegible]rietū alterationis aquæ, per quē rarefit, nouus & nouus gradus quantitatis producitur [illegible] per additur præexistenti: & fit maio[illegible] quātitē: & in condensatione deper[illegible]ur, & corrumpitur nouus gradus quantitatis: & [illegible]minor. Hunc [illegible]dum [illegible]ur Petrus Ciruelo, infert contr[illegible] Gilbertum Porretanū, omnem formam accidentalem, cuiuscunque sit generis, [illegible]bere partes extensionis, in quas diuisibilis est: imò & addit habere partes intēsiōis. s. grad⁹ essentialis latitudinis, ex quib⁹ ipsa cōstat, & in quos est [illegible] diuisibilis, & infert, q̄ cum quantitas continua ponat esse forma accid[illegible]lis, in substātia, & qualitate distincta, debet etiā cōcedi q̄ præ-

Argument.

Marsil. 1. de gene. q. 5. Solutio.

S. Tho. 2. 2. q. 24. art. 5. & 1. 2. q. 52. art. 2.

Ciruelo in suis paradoxis. q. 5. art. 2. con. 3.

q̄ pręter partes suæ extēsionis situales habet partes intensionis graduales, & per illas fit rarefactio, & condensatio rei naturalis, qui sunt motus ad quātitatē. Hęc ille.

Gilber. li. 6. principiorū ¶ Dixi contra Gilbertum: quia ipse dicit vnum, quod omnis forma est simplex, & inuariabilis essentiæ, & impartibilis in partes. Quam propositionem plerique Parisiensium auidiùs quam pars est, sunt amplexi, vbi Ciruelus. De quo infra.

Cōclusi. 3. Ratio. ¶ Tertia conclusio. Rarefactio est propriè motus ad quantitatem. Probatur. Motus quo de per se noua producitur quantitas, est de per se ad quantitatem: sed rarefactio est huiusmodi, vt in prima & secunda conclusione probatum est: ergo rarefactio motus est ad quantitatem: sic condensatio etiam: ad quantitatem spectabit: quia est deperditio quantitatis: sicut diminutio spectat ad quantitatem. Contraria enim habent fieri circa idem vt ait Arist. 8. Phy. tex. 7. & 5. Ethi. cap. 1. & 4. Meta. tex. 4.

Conclus. 4. ¶ Quarta conclusio. Si in rarefactione, & condensatione attenditur quod partes magis adinuicem elongantur, & situantur in rarefactione, & minus in condensatione, poterit dici motus, & sic pertinet ad qualitatem: imò & ad prædicamētū situs. Hoc est n[illegible]nifestum, & probatione nō indiget.

Corolla. ¶ Ex ista conclusione sequitur, quod prima, & secūda opinio, quæ à principio sunt positæ, de raritate, & densitate, habēt probabilitatem in isto sensu: licēt propriè cōsiderantes ipsam raritatem, & condensationem, ad quantitatē motus, & non ad qualitatem debeat dici.

Conclus. 5. Ratio. ¶ Quinta conclusio. Capiendo augmentationē commu[illegible]ter, rarefactio est augmentatio. Patet. Omnis motus ad maiorē quātitatē communiter dicitur augmētatio: rar[illegible]factio autem est ad maiorem quantitatem, vt notum est: ergo augmentatio est rarefactio. Maior est Arist. Eodē etiā modo de diminut[illegible] respectu cōdēsationis: quia vtrobiq; mot⁹ est ad [illegible]inorē q̄titatē.

Arist. 5. Physico. t. 18.

Conclus. 6. ¶ Sexta cōclu. Probabile est quod rarefactio est magis prop[illegible]è motus ad quantitatem, quàm augmentatio. Patet. Quanto p aliquem motū magis acquiritur quātitas, tantò ille motus est magis proprius ad q̄titatem: sed per rarefactionē magis acquiritur quāt[illegible]tas: quia in ea simpliciter acquiritur totalis noua quantitas. Maior patet, vt in prima conclusione dictū est: & in augmentatione propriè dicta viuentium solum acquiritur maior quantitas, per additionē ad pr[illegible]edētē ab extrinseco. Eodem mō etiā de cōdensatione respectu diminutionis: sequitur ergo, cū rarefactio sit mot⁹ ad quātitatē, similiter & augmētatio, q̄ rarefactio magis ad quātitatē dicitur motus.

¶ Septima cōclu. Absolutè dicēdū est, augmentationem (quæ propriè in viuentibus est) non esse rarefactionem, neque rarefactionem esse augmentationem. Probatur. Illa quæ specie differunt, vnum non est aliud: sed rarefactio, & augmentatio specie differunt: ergo vnum aliud non est. Discursus est optimus, & maior nota. Minor probatur: quia species in motibus à termino ad quem sumenda est: sed alius est terminus ad quē in augmentatione, & alius in rarefactione: ergo augmentatio non est rarefactio. Patet. In augmētatione terminus ad quē vel est quātitas illa, quæ ab extrinseco augetur ex cibo nutrimentali, vel totum quod resultat facta tali additione. Et in rarefactione, vel solùm est gradus de nouo productus, eductus de potentia materiæ sine additione ab extrinseco, vel est noua totalis quātitas producta: sed ista differūt. Aliud ēm est q̄titatē augeri ab extrinseco, & aliud eam augeri ab intrinseco. Et tandem patet cōclusio ex Aristo. hic. t. 39.

Cōclusi. 7.

Ratio.

Arist. t. 5. Physi. tex. 4

¶ Ad primum, vt in conclusionibus dictum. Rarefactio enim augmentatio est: quia ad maiorem quantitatem, vt constat, cum maiorem occupet locum, res rarefacta, quàm ante.

Ad primū.

¶ Ad secundum prima conclusio sufficiēter respondet, siquidem intelligere oportet in rarefactione, sicut in augmentatione maiorem quantitatem: quia maiorem occupat locū: imò rarefactio magis propriè est motus ad quantitatem.

Ad. 2.

¶ Ad tertium similiter: quomodo intelligi debeat quod in rarefactione fit augmētatio, siquidem non fit per aduentum nouæ quātitatis, vt in augmentatione, de nouo superadditæ: at quia in rarefactione totaliter noua quātitas (secūdū supradictā opinionē recitatā) acquirit, augmentatio in rarefactione est: vt in secūda cōclusione probatū ex mente Marsilij in primo de generatione quæstione. 15. De materia ista rarefactionis, & cōdensationis, qui volueritpoterit videre Petrū Ciruelū Daroceſem in suis paradoxis, quarta paradoxa

Ad. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstione quinta, articulo secundo, conclusione tertia.

* ¶ * Aduertendum tamen [illegible] Commentatoris fuisse sententia, conde[illegible]tionem, & rarefactionem, sic fieri: vt nulla [illegible] perdatur quantitas, neque acquiratur: & Albertus de Saxonia dicit in rarefactio[illegible] termi num non esse maiorem qua[illegible]tatem, sed maiorem partium elongationem: & econtrario in condensatione: & sic defendit Cõment. & Burleus affirmat, quod per rarefactionem, & condensationem, nulla q̃titas acquiritur aut deperditur: sed solũ nouę rela[illegible]nis, scilicet, maioritas, & minoritas. Augustin. in phus tamen dicit, motu[illegible] termi nari ad quantitatem maiorem in rarefactione, &c. & differentiam ponit inter augmentationem, & rarefactionem: quia in hac maior quantitas ab intrinseco: & in illa, ab extrinseco: contra has omnes opiniones sunt inconuenientia: quæ ob prolixitatem omittuntur, [illegible] ideo videtur clarior modus prescriptus, quanuis in via Doctoris Sanct. posset dici & satis intelligibiliter: quòd sicut intensio in forma contingit sine productione noui gradus, per maiorem radicationem in subiecto: sic in proposito licet quantitas sit eadem secundum essentiam, in rarefactione & condensatione: tamẽ vt actuat, & extẽdit materiam potest dare esse, magis extẽsum vel minus extẽsum per actionẽ rarefacientis & condensantis: & rarefactio & condensatio habent terminos oppositos pro vt rarefactio terminatur ad quantitatẽ nõ de nouo acquisitam, sed vt dat esse materiæ magis extensum, & condensatio econtrario in quo tenenda videtur mẽs Cõmẽ.

¶ SPECVLAT. IX. Vtrũm omne agens in agendo repatiatur.

Supra. 7. Phy. spe. p.

IN hoc libro solet quæri de actione agentis naturalis, an agat per cõtactum: & quia in superioribꝰ dictum est, quomodo oportet quòd agens attingat immediatè passum, vel immediatione virtutis, nõ ponimus specialem speculationem. Certum e-

[illegible]m est requiri contactum virtutis, siue agens sit corporeum, siue incorporeum: nã nõ ageret in passo, nisi attingeret per suam virtutẽ. Ex quo sumit illa regula Physica, q̃ omne agẽs prius agit in ꝓpinqu[illegible] q̃ in remotũ: quia virtus eius prius attingit ꝓpinquũ, quã remotũ: nã si contactus nõ esset requisitus, eo modo ageret in distans, sicut in propinquum: vt suprà dictum est. Ægidius. quodlib. 5. q. 15. & quodlib. 6. q. 13. Arist. hic. text. 78. S. Tho. 1. 2. q. 10. ar. 3.

¶ Oportet etiã præsupponere, q[illegible]stione corruptiua nihil agit in seipsum: quia naturaliter intẽdit suã cõsistentiã. Itẽ [illegible]nia nihil potest esse sub eadẽ ratione, n[illegible]ale agẽs, & naturale [illegible]passũ, licẽt bene subdiuersis. Vide Ægidium quodli. 5. q. 15.

¶ Etiam est v[illegible]um, qu[illegible] simile non agit in sibi [illegible]mile. A simili enim, no[illegible] sit passio: nam si agens naturaliter agit, eo agit, vt assimilet sibi passum: si ergo [illegible] similatũ est, non est [illegible]de sequatur actio: nam [illegible]calefactiuum vt quatuor, appliciter [illegible] cui passo calido [illegible]t quatuor, non fiet aliqua actio, si vniformiter sunt quatuor illi grad' caloris: quia quod posset calefactiuũ, [illegible] passum sibi assimilare: sed iam simil[illegible]um est. ergo non erit actio. Arist. hic. t. 48.

¶ Videtur ergo quòd agens non patiatur in agendo: quia aliquod est mouens, quod non mouetur: & mouere est agere [illegible] ergo non omne agens agendo repatitu[illegible]atet de Deo, qui mouet omnia, & agit: ipse t[illegible]men non p[illegible]titur. Cœlum agit, & non patitur ab istis inferioribus. 1. Argumẽ. Arist. phy. sico.

¶ Secundò. Sensibile agit in potẽtiam sensitiuam, mouendo: & intelligibile, agit in intellectu, & non patitur. Maximè phantasmata, agunt in ipsum intellectum possibi[illegible]m, producendo species int[illegible]s: tamen non patiuntur ip[illegible] phantasm[illegible]: ergo non omne agens in agendo repa[illegible]. 2.

¶ Tertiò. Si ita res se haberet, s[illegible] q̃ à proportione minoris in æqua[illegible]et actio, quod est contra o[illegible]nes philosophos, qui pro comperto habent (vt suprà diximus) quod semp[illegible] est à p[illegible]portio[illegible] maio[illegible]ualitatis: nam si nõ est maior virtus in agendo, quàm resistentia in passo, non sequ[illegible]tur actio. Sed probo quod sequatur. S[illegible]a. agens in passum .b. A. agit in .b. ergo est maioris virtutis. Rursus .b. agit in .a. quia repatitur, & .a. est m[illegible]ioris vi[illegible]tis, & .b. minoris: ergo à proportione minoris in æqualitatis [illegible] actio, & debilius agit naturaliter in fortius. 3.

¶ In contrarium est Arist. hic. t. 53. & 54. In contrã.

¶ Hic

Notand. 1. ¶ Hic notandum, quod actio propriè di[illegible]cta in qualitatibus primis est, in quibus ꝓpria cõtrarietas inter quas qualitates: iste est ordo: vt in agendo, caliditas sit maximè actiu[illegible]atis. Secundũ locũ tenet frigiditas. In tertio est humiditas, & minoris actiuitatis. In quarto siccitas est. Et experientia compertum est, quod quis in aqua calida intense non potest manum sustinere, etiã ad bre[illegible] tempus, & in frigida aqua etiam intensissimè frigida potest. Qua ratione in igne non potest quis se conseruare, etiam in bre[illegible]tempore, & tamen in aqua posset ad tempus aliquod durare, quod non est ex alio, quàm e[illegible] calidit[illegible] maximè actiua est, & c[illegible]nsumptiua. Inter a[illegible] duas, quæ sunt siccitas, & humiditas, qu[illegible] dicuntur passi[illegible]alitates ab Aristotele. sequenti libr. text. 8. est etiam [illegible]gendo ordo[illegible] humiditas magis agat: licet sit medicorum opinio, quod humidi[illegible]s est minoris actiuitatis, & resistentiæ: quia dato sic[illegible] assignis, in aquam agat, non tollit humidit[illegible]m, sed humiditas actiua est: vt aër humectat res etiã sub tecto existentes. Quãtis Calculator teneat oẽs qualitates primas esse æquè actiuas, & resistiuas. Hãc opinionem sequitur Petrus à Spinosa in .q. de [illegible]tione. Et Auicenna .4. primi. cap. 2. expresse dicit de caliditate, & frigiditate. Calcula. Spinosa. A[illegible]na.

Notand. 2. ¶ Secundò notandum, quod in resistendo, in istis qualitatibꝰ ordo econuerso est: vt qualitas quæ minùs actiua est, ipsa sit magis resistiua: ob id caliditas est minimę resistentiæ, & frigiditas resistit magis: & supra caliditatem, & frigiditatẽ, humiditas: & [illegible]tio quæ magis resistit siccitas e[illegible]ta [illegible] ipsa [illegible]cci[illegible] quæ erat minimæ actiui[illegible]tis, est ma[illegible]æ resistentiæ: in quo diuina[illegible] sapientia, qua mũdus dispositus, & [illegible] est: vt inter ipsa cõtraria quædam harmo[illegible]ia esse videatur, & correspondentia, in ra[illegible]ne dati, & accepti: vt possint [illegible]æquili[illegible]are, & durare. Notãda Dei sapientia.

Corolla. ¶ Ex istis sequitur, [illegible]od [illegible]aliditas agat in frigiditatem, multo fortius aget, [illegible]am resist et: & frigiditas [illegible]agat in calorem, multò fortius resistet, quam aget.

Obiectio. ¶ Posset quis contra hoc obijcere. Sit caliditas summa vt. 8. quæ resistit v[illegible]tria: ex dictis probo quòd non possit s[illegible]re. Ipsa caliditas [illegible] virtutis vt. 8. ad agendum, & hæc eadem est virtus qua resistit, & se conseruat: ergo erit vt. 8. & non vt tria: non ergo potest stare quod sit maior virtus in agendo, & [illegible]or in resistendo: vel oportet ponere [illegible] virtutes in aqua distinctas: vnã ad a[illegible]ndum: aliam vero ad resistendũ. Solutio.

¶ Solutio. Damus quòd eadem sit virtus qua ag[illegible], & resistit, sed non sequitur quòd si sit vt. 8. ad [illegible]gendum, erit vt. 8. ad resistendum: nam vnus & idem homo est qui videtur habere virtutem vt. 100. ad resistendũ, tamen non sic ad agendum habet virtutẽ, cùm sit ipse idem. Sic & potest esse magnæ virtutis in agendo, cum non sit tantæ in resistendo. Conclu. 1.

¶ Prima conclusio. Aliquod a[illegible]gens in agẽdo repatitur. Conclusio est Aristotel[illegible] hic text. 53. & 54. & 87. vbi de mixtio[illegible] loquens dicit, quòd quodlibet miscibilium agit, & repatitur. Probatur experientijs. Si quis in manu frigida capiat pomũ calidum, sentiet quòd in agendo repatitur: quia di[illegible]uitur calor pomi: econtra, si manus sit calida & pomum sit frigidum calor manus remittitur à frigiditate pomi, quod non esset, si caliditas in agendo non repateretur. Prima ratio. Secunda.

¶ Constat etiam de ferro ignito misso in aquam. Caliditas ferri agit in aquam, & eã calefacit: & rursus frigiditas aquæ agit in ferrum, & eum frigidum reddit: ergo in agendo repassio est. Tertia.

¶ Tertio. A qua calida opposita ad frigidã eam calefacit, & ab aqua frigida patitur, & frigefit. Informa.

¶ Ratio est hæc ad conclusionem. Si caliditas in mixti generatione non pateretur à frigiditate, nunquam fieret mixtum: sed fit mixtum: ergo oportet quòd caliditas in agendo repatiatur. Probatur maior. Caliditas non patitur: ergo manet in suo esse perfecto in generatione mixti: ergo in mixto manet summa caliditas, quæ est in igne: sed hoc est falsum: quia nullo modo forma mixti posset introduci in materia sic disposita: & si introduceretur, non posset durare propter magnam actiuitatem caliditatis. Conclu. 2.

¶ Secunda conclusio. Si virtus actiua agẽtis fuerit fortior in resistendo, quàm passiua in agendo, vel æquè fortis, tunc agens in agendo non repatietur. Patet. Semper actio oportet fiat à proportione maioris inæqualitatis: quia neque à proportione Aristote. 4. & 7. Phy. t. 39. & 71.

Universidad de Deusto
Biblioteca

æqualitatis, neque minoris inæqualitatis fit actio: sed qũ est maior virtus in resistendo, quàm virtus in agendo, vel æqualis, nõ est proportio maioris inæqualitatis: ergo non fiet actio: & sic si caliditas agit in aquam, & virtus resistiua caliditatis sit vt 3. & actiuitas in aqua sit vt duo, vel vt tria, nunquam caliditas agendo in aquam repatietur ab ea.

Cõclusi. 3. ¶ Tertia conclusio. Si agens in agendo non fuerit intra spheram actiuitatis passi, agendo non repatietur. Volo dicere, cùm sit verum, quòd omne agens agit ad certam distantiam: vt sua virtus attingat, & tantò quanto fortius, agit ad remotius, vt constat de igne, illud spacium dicitur sphera actiuitatis, intra quam potest, & extra quam non valet agere. Si ergo contingat quòd ignis agit ad distantiam 5. pedum: quia sua est sphera, in aquam positam in tali distantia (si tamen aquæ sphera actiuitatis non est quinque pedum, sed quatuor) aqua non aget in ignem: quia virtus eius non potest attingere: & sic ignis agendo non repatietur. Hæc conclusio est clara.

Conclus. 4. ¶ Quarta conclusio. Si virtus resistiua agentis debilior fuerit, quàm actiua patientis, & aliũde ab alio confortetur, ita quòd sit æqualis, vel maior quàm sit virtus actiua, agendo non repatietur. Hæc patet: quà à proportione æqualitatis, & minoris inæqualitatis non fit actio: si ergo virtus resistiua confortatur aliunde, oportet, quòd sit tanta resistentia in ipso agente, quanta erat in patiente ad agendum, nec que non sequetur actio.

Ratio.

Conclus. 5. ¶ Quinta conclusio. In qualitatibus primis omne agens in agendo regulariter repatitur, exceptis casibus in secunda. 3. & quarta conclusionibus expressis. Patet. Illis exceptis, agens est intra spheram actiuitatis patientis, & patiens est maioris virtutis in agendo, quàm agens in patiendo: cùm ergo à proportione maioris inequalitatis sequatur actio, sequitur quòd agens agendo repatietur.

Ratio.

6. Conclus. ¶ Sexta conclusio. Quanuis agens in agendo repatiatur, tamen non inquantum agit patitur, neque inquantum patitur agit. Hic volumus dicere, quod dato ignis per calorem agat in aquam, & rursus aqua per frigiditatem agat in ignem, non inquantum agit patitur. Patet: quia dato actio, & passio sit vna res (vt dictum est) actio non est passio: sed actio est, vt fluit ab agente, & passio, vt recepitur in patiente: ergo sequitur quod inquantum agit non patitur. Aristo. 3. Phy. t. 19.

¶ Septima conclusio. Licet sit verum quod omne agens in agendo repatiatur ad sensum supra dictum, in motu locali nõ tenet verum, quòd omne agens in agendo repatitur. Patet: quia qui mouet, agit, & qui mouet se agit: tamen non repatitur: quia non ab aere, neque à loco aliquo in quo agit: ergo non qui mouet localiter repatitur. Conclus. 7.

¶ Datur ratio differentiæ motus localis, & alterationis: quia virtus motiua de per se non mouet materiam extrinsecam à qua repatitur, sed alterans sic. Secundò: quia duo corpora iuxta se posita, possunt alterari motibus contrarijs: sed non possunt moueri motibus contrarijs: quia sic penetrarent se. Tertiò: quia qualitas motiua eodem conatu agit, & resistit: vt tanto conatu grauitas in lapide resistat motui sursum, quanto descendit deorsum, si est extra locum suum naturalem. Oppositũ est in qualitatibus actiuis: quia caliditas maiori conatu agit in extrinsecã materiam, quam resistat. Differentia inter motũ localẽ, & alterationis.

¶ Ad primum. Quando argumentaris de Deo, qui agit, & non repatitur; & de cœlo. Respondetur quod conclusio debet intelligi, quando agens, & patiens communicant in materia. Sic Aristoteles. Vnde si angelus agat in corpus, non repatietur. Et si cœlum habeat eãdem materiam cum istis inferioribus, non aboleretur ab eis: tum quia non patitur peregrinas impressiones, & est incorruptibile: tum etiam quia esset cœlum extra spheram actiuitatis istorum inferiorum: ob id eorum actio non posset ad cœlum se extendere. Ad argum. Arist. hic. t. 53.

¶ Ad secundum etiam damus quod sensibile agat in sensum, & color in visiuam potentiam: tamen color non patitur quia dictum intelligitur de agentibus in qualitatibus primis, per quas fit alteratio. Secũdo. Actio agentis non est quodlibet in quodlibet, sed determinatum in determinatum: ob id etiam si color posit agere in visum, non est vnde potentia visiua agat in co Ad. 2.

in colorem: quia ipsa actiua non est per naturam, nisi visiõis. Et ad id de intellectu, qui patitur ab intelligibili, & nõ agit, solutio data est: quia non de tali actione est hic sermo: & sic dicendum de phantasmatibus, si agunt, producendo species intelligibiles, si sint illuminata ab intellectu agente, non sequitur quòd ipse intellectus agat in phãtasmate: quia nõ est communicatio in materia. De quo infrà in tertio de anima. S. Tho. 1. p. q. 85.

¶ Tertium argumentũ tantùm vrget, vt ad soluendum, philosophi habuerint diuersos modos cogitandi, quomodo agens in agendo repatitur: qui modi sunt septem, recitati prolixè satis & omnes impugnati à Marsilio, qui à nobis obvitandum prolixitatem non ponuntur: stamus tamen in dictis, ex quibus soluitur argumentum, vt agens in agendo si repatitur, actio semper fiat à proportione maioris inæqualitatis: quia licèt sit vna, & eadẽ virtus qua agit, & resistit, aliter tamen agit, quàm resistit: & sicut inquantum agit à proportione maioris inæqualitatis est actio: quia exuperat virtus actiua resistentiam patientis: sic quãdo agens patitur à patiente, virtus actiua patiẽtis exuperat resistentiam agentis: vnde actio fit à patiente, à proportione maioris inæqualitatis, vt dictum est. Marsil. 1. de gen. q. 16. art. 3. Ad. 3. 1. solutio.

¶ Si tamẽ quis teneret modum quintum, quem ponit Marsilius, facilè solueret argumentum. Dicit enim illa opinio, quòd vna qualitas actiua non stat sine alia: sicut frigiditas non stat, quin stet cum humiditate, aut siccitate: & quanuis illæ essent æquales in latitudine, tamẽ essent inæquales in actiuitate. Si ergo dicunt, quòd si ignis agat in aqua, caliditas remittit frigiditatẽ aquæ: tunc humiditas aquæ reagit, remittendo siccitatem ignis: & tũc ex consequenti per modum aquelæ remittitur caliditas eiusdem. Ex quo patet q̃ caliditas agit in frigiditatem, & humiditas in siccitatem: & sic fortius agit in debilius, cùm caliditas sit fortior frigiditate, & humiditas siccitate. Hæc ibi. Posterior solutio.

¶ Sed silẽtio transeundũ non est, opinionẽ fuisse Calculatoris, q̃ nul. à agens in agẽdo repatitur, quãuis declarãt eum in isto sensu. vt nullum agens pro eodem tẽpore pro quo agit, repatiatur secundum eãdem partẽ qua agit: sed bene secũdùm aliã. Dicitq; illã propositionem famosam: qualitas quãto magis actiua, est minus resistiua, esse falsam, & ecõtra, Credit Calculator, & defendit omnẽ qualitatem tantò esse actiuã, quãtò resistiuã: & q̃ si debet poni disparitas in actiuitate, & resistentia, latitudo resistẽtiæ est maior quàm latitudo actiuitatis. Quod probat: quia latitudo actiuitatis cuilibet rei est data ad producendum sibi simile: & latitudo resistentiæ ad se conseruandum: sed intimius est cuilibet rei se cõseruare, quàm sibi simile producere: ergo maior est latitudo resistentiæ, quàm actiuitatis. Opini. Calculatoris Augu. Nim Ph°. 3. phy. Ratio prima Calcul.

¶ Secũdo. Supposito quòd actiuitas attendatur penes multitudinem formæ, probat q̃ tantæ actiuitatis sit caliditas, sicut frigiditas, & econtra: & sic de resistentia, quia caliditas, vt 8. tantũ agit, & resistit, sicut frigiditas vt. 8. Patet. Illa quę æqualiter habent de forma æqualiter habent de actiuitate, & resistẽtia: sed frigiditas vt. 8. & caliditas, vt 8. sunt huiusmodi: ergo sunt eiusdem actiuitatis, & resistentiæ. Facilè soluuntur ista argumenta, stando in opinione cõmuni. Ratio. 2.

¶ Ad primum dicendũ, q̃ de natura particulari loquendo, magis est se conseruare, q̃ simile producere: sed nõ de natura vniuersali. Et ad secundũ negatur: quia stat quòd vna forma sit viuacior alia in agẽdo, etiam si qualitates sint in eodem gradu: & sic forma ignis cum caliditate vt. 8. viuacius agit, quàm forma aquæ cum frigiditate vt. 8. Ad primũ. Ad secũdũ.

¶ Sufficiãt hæc insinuasse, vt intelligamus varios opinandi modos. Alia legãtur apud authores.

¶ SPECVLATIO. X.
Vtrùm mixtio sit possibilis.

Idetur quòd non. Si esset possibilis, vel fieret naturaliter, vel violenter: sed nullo istorum modorũ. Non violenter, quia non esset mixtum res naturalis, neq; naturaliter illa quæ concurrunt ad mixtum conuenirent: sed videmus q̃ mixtorum generatio est naturalis: ergo ipsa mixtio non est violẽta. Et probo quòd nõ sit naturalis. Ad mixtionem cõcurrit ignis: ergo oportet descendat ad locum vbi fit mixtio, scilicet, ad terram: sed igni descendere non est naturale, sed potius cõtra naturam: ergo mixtio non est naturalis. Argumẽ. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumé. 2. ¶ Secūdò. Si mixtio esset posibilis, vel esset ipsis ex quibus fit mixtio integris manentibus, vel cōminutis, & diuisis: sed nullo modo istorum est: ergo non est posibilis. Non ipsis integris manentibus, quia res quæ constaret vna non esset, sed plures: & neque in vna specie, sed in pluribus esset. Item. Neq; mixtum haberet formam substantialem, sed accidentalem, cùm aduenire t enti habenti esse completum: imò esset plura completa. Neque potest esse ipsis comminutis, & diuisis: quia vel diuideren tur tantum quantum sunt diuisibilia, vel non: sic sic ergo continuum esset actu diuisum. Quod si non diuiduntur: ergo non est vera mixtio: quia ad huc partes diuidi possunt.

Argumé. 3. ¶ Tertio. Si mixtio est posibilis, vel erit partibus iuxta positis, vel penetratiuè se habentibus. Non primo modo: quia illud non est mixtio. Nec secundo modo: quia esset corporū penetratio, quod repugnat.

In cōtrariū. ¶ In contrarium est Aristoteles hic, tex. 88.

Notand. 1. Mixtio tripliciter cōtingit. ¶ Pro solutione notandum primò, quòd mixtio tripliciter contingit: vno modo, quando fit ex pluribus integris, & perfectis, diuersis specie: ipsis tamen integris manentibus: vt domus constat ex lapidibus, & lignis. Secundo modo, quando aliquid fit ex aliquibus imperfectis: ipsis remanentibus integris: vt ex materia, & forma substantiali constituitur vna res naturalis: ipsis partibus integris manentibus. Tertio modo contingit, quando aliquid ex pluribus integris fit, ipsis non manenti bus integris. In præsentiarum non est sermo de mixtione primo modo: quia illius ad artem potiùs quàm ad Physicam disciplinā spectat cōsideratio. Nec est hic locus tractandi de mixtione secundo modo, quę est ex materia, & forma, quia de hoc in primo, & secundo libro Physicorum, vbi locus proprius est, sed de tertio modo mixtionum in præsentiarum loquendum, quādo multa concurrunt ad constituendum vnum, ipsis non manentibus integris, ad modū quo dici solet in generatione cuiuslibet mixti, elementa misceri, & conuenire, vt ipsis corruptis secundùm partem cōstituant, & componant aliquam rem naturalem, quam in præsenti vocamus mixtū. Vtrùm ergo hæc mixtio sit posibilis.

S. Tho. 3. p. q. 2. art. 1.

Notand. 2. ¶ Hæc mixtio potest esse dupliciter, vno modo, per iuxta positionem partium, vel penes penetrationem ipsarum. Primo modo: vt aqua aquæ miscetur, & lana lanæ. Secundo modo, quando mixtio fit, vt quælibet pars mixti sit mixta. Et hoc simpliciter: vno modo, in homogeneis, quādo omnes sunt partes eiusdem rationis: alio modo in eterogeneis: vt in animalibus perfectis, in quibus sunt caro, ossa, & nerui. Adnotatis igitur ijs, sit prima conclusio.

¶ Mixtio omnibus illis tribus modis in primo notabili positis est posibilis. Patet. Domus componitur ex pluribus integris, integrè manentibus, & lapidum aceruus: & constat res naturalis ex materia, & forma, & ex rebus distinctis, imperfectis, integrè manentibus: constat etiam mixtio ex pluribus, integris manentibus, tamen formaliter, de qua est sermo, vt patet in quolibet mixto. Conclus. 1. S. Tho. 3. p. q. 2. art. 1. Prima 16.

¶ Secundò. In quolibet mixto videmus esse plura differentia, ibi contenta virtute, oportet ergo intelligere mixtionem esse ex illis pluribus: quod si est: ergo ipsa est posibilis: nam quod non est posibile, nunquam est. Secūda ratio.

¶ Secunda conclusio. Mixtio propriè, de qua hic loquimur, fit ex ipsis quatuor elementis adinuicem agentibus, & patientibus. Probatur ex Aristote. Et ratio est. Ex illis componitur mixtum, in quibus resoluitur: sed mixtum omne perfectum quando corrumpitur, in quatuor elementa resoluimus: ergo ex ipsis quatuor cōponitur. Patet: quia aliquid in terrā abijt: aliud in aquam, & sic de alijs elementis, licèt non ex æquo percipiatur, propter vnum quod prædominans est in quolibet mixto. Cōclusio. ratio.

¶ Tertia conclusio. Mixtum quod ex elementis generatur, non proprie virtute elementorum generatur. Probatur. Nunquam effectus suam causam excedit: neq; causa se potest extendere vltra suam virtutem, sed mixtum, quod nq; sit illud, perfectius est quoque elemento, & omnibus simul: ergo non possunt elementa causare tale mixtum. Maior est nota, & ab omnibus recepta. Minor probatur. Forma substantialis viuentis longè præstantior est quolibet elemento: imò & quolibet etiam alia forma substantialis excedit: quia propter vnumquodq; tale, & illud magis: cùm ergo elementa ipsa propter mixta sint, oportet ipsa mixta sint perfectiora Conclu. 3. ratio. Aristote. 1. potest. t. 5.

ctiora: quia semper imperfecta ad perfecta ordinantur.

Ratio. 1. ¶ Præterea. Si mixtū generaretur ex elementis, nullo modo fieret. Patet. Omne agens naturale producens, sibi simile producit, & non alterius speciei: si ergo elementum ageret producendo, elementum produceret: sed non fit elementum, sed mixtum, quod non est aliquod elementorum, neque omnia simul: ergo nō generatur ab aliquo, nec ab omnibus simul: quia solùm possent elementum facere, vel aliquid quod elementum solùm haberet naturam.

Conclus. 4. ¶ Quarta cōclusio. Forma mixti ad cuius constitutionem concurrunt elementa, nō ab idea (vt Plato) neque à datore formarū (vt Auicenna) neque ab aliquo elementorum, neque omnibus simul, sed principaliter à Deo, & à virtute seminali tanquā à causa secunda est. Hic intendimus dicere, sicut Aristote. & alij, quòd elementa omnia concurrūt ad mixtum componendū: ita quòd forma substantialis mixti non sit ab ipsis, neq; (vt dixit Plato) ab idea. Quòd elementa concurrant patet: quia mixtum generatur: & non nisi per alterationem prę uiam qualitatum actiuarum adinuicem: ergo ipsæ qualitates concurrunt: sed non cōcurrunt, vt sunt in se: ergo concurrunt, vt sunt in aliquo tanquam in proprio subiecto: sed proprium istarum qualitatum subiectum elementum est: ergo ipsa elementa concurrunt. Ignis enim sibi deputat calorem, & siccitatem: aër, humiditatem, & caliditatem: aqua, humiditatem, & frigiditatem: terra, frigiditatem, & siccitatem. Plato. Auicenna. Elemētorū qualitates primæ.

¶ Non est forma mixti ab idea (vt Plato tribuitur) patet: quia illa opinio de Ideis separatis in sensu quo Aristoteles impugnat Platonem (cantilinæ sunt, vt dicit) quod non à datore formarum (vt Auicenna potest) patet: quia non agit dator illorum in passum: & formę essent ab extra, & non educerent de potentia materiæ: quod solùm de animabus cōceditur: sequitur ergo quòd sit à Deo mediante agente naturali, siue semen, vel aliquid aliud concurrens cum Deo. Ratio. 2. Aristote. Ethic. 6. Aristotel.

Cōclusi. 5. Ad mixtionem ꝓpriā generatio, & corruptio requiritur. ¶ Quinta conclu. Cùm ad mixtionem propriā non sufficiat sola iuxta positio, neque detur dimensionum penetratio, generatio vere requiritur, & sic alicuius corruptio. Probatur quod non sufficiat partium appositio, quia domus diceretur mixtum: & compositio eius diceretur mixtio proprie: & similiter aqua cui additur alia, & ei apponitur diceretur mixtum, cùm tamen maneat elementum: ergo ad mixtum, & mixtionem non sufficit talis appositio. Neque est dimensionum penetratio, vt constat: ergo erit mixtio per hoc ꝙ miscibilia (qualia sunt elementa) agunt adinuicem, & repatiuntur. Et tandem ex illa actione corrumpuntur ipsa elementa: vt non amplius maneant elementa ibi: ad quorum corruptionem sequitur mixti generatio, quia sequitur materiæ debita dispositio, de cuius potentia forma educitur.

¶ Sexta conclusio. Licèt quatuor elementa dicantur concurrere ad mixti generationem, ad causandam mixtionem, non tamē est requisitum quòd semper quatuor formaliter concurrant, sed sufficit virtute cōcurrant. Hæc sit declaratiua secundæ: nam videmus quòd aliqua generantur mixta: sed non apparet quomodo ibi concurrant formaliter quatuor elementa: sicut in aëre generantur ranæ, cùm sit rana mixtum: & ibi non videtur formaliter terra, neq; aqua: imò neque quòd ignis concurrat: ergo nō ad omne mixtum est necessarius ille concursus formalis. Quòd rana ibi generetur, patet in pluuia, quando solent cadere. At quòd ibi fit concursus virtualis, patet: quia ibi est materia ex qua generatur mixtum. Et quia ipsa non erat sola, sed habebat mixtionem, & virtute, elementa habebat propter qualitates illas primas, quæ deputantur elementis, & ipsa est mixti generandi materia, de cuius potentia forma substantialis educitur, oportet dicere quòd virtute, ad generationem concurrunt omnia, licet non formaliter. Cōclusi. 6.

¶ Ex hoc patet solutio ad dubium, quod solet nonnullos torquere, quomodo est posibile, quòd si mixtum in visceribus terræ generetur, ibi concurrat ignis, qui in supremo loco est, in cōcauo lunæ: nam oporteret quòd faceret per singula momenta descensum ad terræ interiora, cùm quotidie ibidem mixta misceantur, & generentur. Oportet ergo dicere virtute concurrere, & ibi agere virtutem solis, disponendo talem materiā aptam formationi mixti: & sic vno, vel duobus concurrentibus formaliter, virtute, concurrunt alia.

¶ Huius ratio potissima signari potest, quia nunquam mixti generatio est, nisi per Ratio quòd elemēta cōcurrant.

Universidad de Deusto Biblioteca

si per alicuius corruptionem:& nunquam corruptio,& generatio,sine præuia alteratione,vt suprà dictum est:sed lteratio non nisi per qualitates primas contingit: calditatem, frigiditatem, & siccitatem: sed hæ omnes qualitates primæ sunt,quas ipsa elementa sibi deputāt per naturam,per combinationem certam,de qua diximus, & dicemus:ergo sequitur esse verum,quod omnia elementa concurrunt,vel actu, vel virtute.

¶Et quidem in terra etiam ignis qui ibi generatur poterit cōcurrere,& ibidem aqua, & aër. Neque est difficile intelligere in aëre,etiam in media regione, locum aquæ, humidum eleuatum.Et exhalatio sicca terrestris ibi est etiam, quæ vicem habet terræ. Et ignis ex calido exhalationis potest esse: imo non esset dissonum naturæ dicere, quòd ignis descenderet ad mixti generationem:quia hanc seriem perpetuæ generationis natura vniuersaliter intendit.

Nota. Et sicut ob vacuum vitandum graue ascendit:& leue descendit, sic dicitur motus ille naturalis secundùm naturam vniuersalem, qui contingit in mixtorum generatione. Sed si non placet,quòd virtualiter concurrat dixisse sit satis.

S.Tho.2.2. q.65.art.1. ad primũ.

Conclus.7. ¶Septima conclusio. Non solùm mixtum mixto,sed multa mixta possunt commisceri ad vnius generationē.Probatur quoad primam partem: quia ex mixto fit mixtum:vt in illis quæ ex seminis propagatione contingunt,& innumeris alijs:vt ex pane corrupto generantur vermes.

Ratio.1.p.

Ratio.2.p. ¶Secunda pars patet: quia duo, vel plura mixta possunt habere contrarietatem qualitatum adinuicem agentium:vt in elementis intelligimus: poterunt ergo adinuicem agere, & repati, & corrumpi: vt corruptis ipsis, fiat vnius mixti generatio: ergo ex mixtis fit mixtum.Patet in metallis, quæ miscentur, & in liquoribus, qui etiam miscentur.

¶Et quidem ars miscet mixta diuersa, vt nouam videatur fecisse speciem:sicut patet in metallarijs.Et medici ex multis mixtis tiriacam componunt,quæ nouam speciem,distinctam ab omnibus ex quibus cōponitur, videtur habere.Cùm ergo ars imitetur naturam inquantum potest, sequitur quòd per naturam mixtum ex mixtis posit componi. Et quidem non esset alienum à Physica disciplina dicere, quòd ars adiuuet naturam:sic quòd applicet actiua passiuis, quibus ordinatis, speciem producat, quam non produxit:sicut in tertia specie quæ fit ex commixtione duorum diuersæ speciei:vt in mulæ generatione ex equo,& asina, vel econtra. Hoc ingeniauit ars hominum: & applicatis ipsis actiuis passiuis natura operatur: quòd sine tali artis adiumento non esset operata, quanuis natura ipsa perfecta dicatur: non quia actu omnem speciem producibilem produxerit, sed quia habet virtutem ad id, cùm cœlum virtute contineat omnia mixta quæ sunt,& de nouo fieri possent.

Aristote.2. Phy.te.22. &.79.&.4. met.t.28.

Quòd ars posit speciem producere.

Cōclusi.8. ¶Vltima conclusio.Mixtum potest simplici corpori misceri, & simplex potest mixtum inanimatum augere, tamen non potest animal nutrire, aut minus reddere. Quòd mixtum misceatur simplici, patet in pane, qui fit per artem quando aqua tritico, vel farine,miscetur. Quòd posit augere,patet de gutta aquæ, si apponatur dolio vini. At quòd animatum non nutriat, neque augeat, est sensus, quòd animal ex aliquo puro elemento non potest capere nutrimētum: & ex aëre,vel terra, vel aqua non potest: quia nimia dissimilitudo est simplicis ad animal: & cùm nutrimentum debeat fieri in fine simile, non potest esse ex eo nutritio,neq; augmentatio.Nec obstat de Chameleonte,de quo dicitur,quod aëre viuat, & nutriatur, & de illis qui terram comedunt,& aquam bibentes durant: quia si ita est,quòd ista nutriant, erit non ratione puri elementi,sed mixti:quia elementa apud nos, non sunt in sua naturali dispositione,& puritate.

Ratio.1.p. Ratio.2.p. Ratio.3.p. Simplex.

Plt.lib.8.c. 33.& libr. 28.c.8.

¶ Ad primum dicendum, quòd mixtio non est violenta,vt violentum propriè sumitur id,quod contra naturam est:nam licèt sit aliqua mixtio non contracta, vt est illa quæ per artem,tamen nulla dicitur esse violenta, etiam si mixtio sumatur pro alteratione, quæ est ad ipsam mixtionem, sed naturaliter sicut calidum naturaliter calefacit. Si mixtionem capiamus pro generatione ipsius mixti, respectu agentis primi, & principalis (vt est Deus, & cœlum) illa mixtio non solùm non est violenta,sed neque casualis: quia intenta est, licèt respectu elementorum, ex quorum actione, & passione mixtum generatur, ipsa generatio dicatur casualis, etiam si sit naturalis. Dicitur casualis, quia nullum elemen

Ad argum.

Mixti generatio respectu elementorum casualis dici potest.

elementorum intendit mixtum generare, sed aliud elemētum ad se conuertere: quia omne agens ad assimilandum sibi passum agit. Veruntamen mixtio dicetur violenta, respectu ipsorum miscibilium,quæ corrumpuntur. Et cùm quælibet res naturaliter appetat suam conseruationem, sequitur quòd sit violenta sua corruptio, quæ necessariò præcedit generationem mixti.

Ad secūdũ. ¶ Ad secundum dicendum quòd mixtio fit ex ipsis elementis, vt declaratum est, non intentis manentibus,sed corruptis potiùs,solùm tamen secundùm virtutem perseuerātibus:vt in sequenti speculatione explicabitur,& sic non est resultans aliquod elementum, quæ quatuor simul sit commixtio quæ sufficiat ad corruptionem elementorum, & ad generationem mixti.Et non fit per partium penetrationem,neq; per appositionem, sed per corruptionem illorum quæ concurrunt. Sic patet solutio ad.3.

¶SPECVLATIO. XI. Vtrùm elementa maneant in mixto formaliter.

VIA de mixtione dictum est, quomodo elementa sunt quæ cōcurrant ad mixti generationem,vtrùm ipsa maneant formaliter, oportet ex proposito examinare

Argumē.1. Aristote. Met.tex.4 ¶Videtur quod ex Aristotele,qui ait, elementum est quo componitur aliquid in ex indiuisibili speciem aliam speciem. Generatione eius est, quòd maneat sine diuisione, & sic manet formaliter.

Argum. ¶Iterùm Id manet in mixto realiter, in quē resoluitur,quando corrumpitur: sed resoluitur in elementa, si non omnia, saltem in aliqua: vt ad sensum patet: ergo sequitur quòd elementa formaliter manent in mixto.

Argumē.3. ¶ Vltimò. Si elementa non manerent in mixto, sequeretur quòd mixtum non moueretur ad motum elementi prædominantis.Consequens autem est contra Aristot. Aristote. 1. cœl.tex.17 ergo elementa manent in mixto: si non omnia,saltem quòd prædominatur.

In cōtrariũ. In contrarium est: quia si manerent elementa formaliter, in vno subiecto essent simul plures formæ substantiales, non facientes vnum.

Prima opi. Auicennæ. ¶Pro solutione notandum, fuisse varias opiniones de hoc, sicut superius diximus. Prima est Auicennæ dicentis,quòd manēt in mixto.4.formæ elementorum,sine aliqua remissione,& simul etiam manet forma mixti,ratione cuius dicitur mixtum.

2.Opinio. Cōment.3. cœ.tex.47. &.67. ¶Alia opinio est Commentatoris dicentis,q̄ formæ elementorū substantiales manent in mixto simul cum forma eiusdem mixti,sed remissè,& non intensè sunt in ipsis elementis.

3. Opinio. Marsi.& Capreo.in.2. dist.15. S.Tho.p.p. q.76.art.4. ad.4. ¶* Et cōsideres quod comē.in primo genera. com.vlti.tenuit cum Auicen. sed 3.de cœlo.cōm.67.penitus recessit ab eo, & cōmentistę dicunt,id nō esse mirū, quia in iuuētute cōmentatus est libros de generatione,sed libros de cœlo in senectute.

Idē Scot.in 2.dist. q.1. Et Gregor. eadem dist. &Herueus. ¶Tertia opinio dicit, quòd elementa non manent formaliter,quoad suas formas substantiales, neq; secūdùm esse remissum, neque intensum,sed solùm virtualiter,quantum ad qualitates primas, quæ sunt in ipsis elementis:& manent quidem tales primæ qualitates in mixto,sed remissè.

4. Opinio. ¶Quarta opinio dicit, q̄ non manent formaliter,sed virtualiter: verū non eo modo quo præcedens dicit opinio, sed manēt virtute:quia manēt in mixto duæ qualitates: vna quę est media inter actiuas,scilicet,inter caliditatem,& frigiditatem: altera quæ est media inter siccitatē, & humiditatem.

Opinio. 5. ¶Quintā possumus superaddere,& sit quę dicit,quòd elementa sic manent in mixto formaliter,q̄ mixtum nullam habet aliam formam,quam illam proportionem, & habitudinem istarum formarū elemētorum: vt pro forma illi hoc sit.Ad elucidandā veritatem prædictarum opinionum primam conclusionem assigno.

Cōclusi. 1. ¶Nullo modo in mixto manent elementa,vt ponit præcedens quinta opinio: sic quòd nulla sit alia forma mixti, nisi proportio illarum formarum.Patet.Mixtum verè est mixtum, & in certa specie constitutum: oportet ergo hoc fit per aliquam formam substantialem: at per opinantem nulla est: nisi elementorum formæ: ergo in aliqua specie elemētorum ponetur, vel in omnibus.4.simul: sed hoc non est dicendum

Prima rō.

Universidad de Deusto Biblioteca

cendum: quia solùm essent. 4. species rerum, & non amplius: ergo dicendum est, quòd mixtum habeat suam propriam, & distinctam formam.

Ratio. 2. ¶ Ad idem. Si mixtum constitueretur in certa specie (in casu posito) esset ratione illius proportionis, vel habitudinis formarum elementorum: sed non propter hoc: quia nihil constituitur in specie, nisi per id quod habet quidditatem, & essentiam. Et si est substantia, constituitur per formam substantialem: & si accidens, per accidentalem: sed mixtum ponitur in genere substantiæ: ergo per formam substantialem: sed talis proportio, & habitudo forma substantialis non est, sed accidetalis: ergo mixtum non habet esse per eam.

Cóclusi. 2. Maio. in. 2. d. 15. q. vnica. ¶ Secunda cõclusio. Non manent elementa in mixto formaliter simul cum forma mixti, sicut dicit prima opinio, quæ est Auicennæ. Patet. Sequeretur quòd in aliqua re naturali (qualis est mixtum) sunt plures formæ substantiales formaliter, quod repugnat: vt sæpe dictum est. Quod sequatur, est compertissimum. Sed repugnantia eo clara est: quia cum quælibet res per formam substantialem constituatur in specie, esset mixtum illud (vt argumentabamur) in quinq; speciebus, scilicet, ratione mixti in certa specie mixtorum, & ratione formæ substantialis ignis in specie ignis, & sic de alijs: quare mixtum vere esset ignis, & aqua. Quòd si neges, eò quod illæ formæ non se habẽt vt totales, vt quælibet constituat vnum, iam sequitur quòd non manent formaliter, eo modo quo in ipsis elementis, in quibus quælibet sufficit denominare ipsum, sicut & dat esse tale.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Sequeretur quod in omni generatione mixti fieret aliquid per accidẽs, & non simpliciter. Patet. Id dicitur fieri per accidens, quod aduenit iam habenti esse completum: sed mixti forma aduenit habenti esse ignis & aquæ: hoc autem est absurdum in Physica disciplina: ergo nullo modo potest hæc opinio Auicennæ defendi.

Cóclusi. 3. ¶ Tertia conclusio. Elementa non manent formaliter in mixto cum remissione aliqua formarum, eo modo quo tenet. 2. opi. quæ est Commentatoris. Probatur. Formæ elementorũ substantiales nõ sunt intẽsibiles, neq; remissibiles: quia si sic: ergo & mixtorũ substãtiales formæ: qd est falsm, quicquid alij dicant. Consequentia probatur. Quia ratio quæ de elementis cõcludit posse, quãtum ad formã substantialem intendi, & remitti, concludit de mixtis.

Ratio. 1.

¶ Probatur etiam sicut. 2. conclusio. quia si remittuntur cùm tamen maneãt formaliter, & semper maneat species: mixtum esset ex æquo in pluribus speciebus: quia in specie propria ratione suæ formæ, & in speciebus elementorum, ob formam ipsorum substantialem esset. Ratio. 2.

¶ Quarta conclusio. Formæ elementorum non manent formaliter in mixto, neque in esse intenso, neque in esse remisso. Patet. Si ibi remanerent, in corruptione, non fieret resolutio vsque ad materiam primam, omni forma substantiali destituta, quæ in corrupto erat. Patet: quia se. ... manerent formæ elementorum, quæ fuerunt sub vtroque termino in genito: sicut erant in corrupto. Conclus. 4 Ratio. 1.

¶ Item: quia forma mixti, actu existenti aduenirет, quod repugnat, vt dictum est. Ratio. 2.

¶ Quinta conclusio. In mixto non manent elementorum qualitates in esse intenso, sicut sunt ipsis elementis. Hic volo dicere, quod non solùm formæ substantiales elementorum non manent formaliter, sed neque accidetales formæ eorum (quæ sunt qualitates primæ) manent in illa intensione in mixto. Hæc est Aristotel. hic: quia si sic: ergo in mixto essent elementorum qualitates in summo: vt calor in summo, & frigiditas in summo, sed hoc est falsum: quia sic non potest mixtum consistere: nam cũ calore citra summum non potest permanere, neq; cum frigiditate distante à summo: vt experientia constat: non ergo manẽt ibi qualitates illæ primæ in gradu quo in ipsis elementis sunt. Conclus. 5. Aristot. hic text. 11. Prima ró.

¶ Item. Si in mixto manerẽt qualitates in illo gradu (cùm à simili non fit passio) nunquam mixtum à calore pateretur, etiam intenso, neq; à frigore. Hoc constat esse falsum. Ratio. 2.

¶ Sexta conclusio tenenda. Elementa manent in mixto in virtute, seu virtualiter. Hæc est Aristot. & omnium philosophorum. Omnes enim concedunt quòd elementa manent in mixto: nam qui dicunt quòd formaliter manent, à fortiori dicent quòd manent virtute: quia si id quod minus videtur in esse inest, & id quod magis videtur inerit: si formaliter manẽt elementa in mixto, quod minus videtur, à fortiori manebunt virtute. Et qui negant elementa manere formaliter in mixto, non negãt quin virtute sint in eo. Vide Ægidium quolibet. 4. quæst. 11. Conclus. 6. Vide. Marsi. in. 2. de gener. q. 3. Aristot. 2. Topic. c. 4. Ægidius. Ratio.

¶ Probatur conclusio. In omni effectu cõtinetur causa: sed mixtum est effectus elementorum: quia ex eorum actione, & reactione adinuicem fit mixtum: ergo elementa continentur in mixto: & non formaliter, vt probatum est: ergo virtute. Maior est nota. Et quòd elementa sint causa mixti patet: quia si non essent, nullum mixtum fieret, vt Aristotel. & omnes fatentur. Aristo. hic.

* ¶ * Hæc conclusio est etiam Scoti in. 2. distinctio. 15 quæstio. 1. Et Gregor. ibidẽ, & Heruei ibidem, & Capreo.

Dubium. ¶ Dubium declarandum restat: quomodo dicantur esse virtualiter elementa in mixto. De quo est duplex modus. Quidam communis: vt citat Marsil qui ait manere, quia manẽt qualitates elementorum in eadem specie, sed in esse remisso. Itaque in mixto manet caliditas ignis, sed remissa, & frigiditas aquæ, etiam in remisso gradu, & sic de alijs duab⁹. Et ob id in mixto sunt 4. illæ qualitates primæ in tali gradu vt possit consistere, & sic virtute manent elementa: quia manent istæ qualitates. Marsi. 1. de gene. p. 2. art. 2. conclusio. 2. S. Tho. p. p. q. 76. ar. 4. ad. 4.

¶ Alij dicunt (& est. 4. opinio. in quarto loco citata) quòd manent virtute, seu virtualiter elementa, per hoc quòd manent solùm duæ qualitates mediæ, quæ differunt specie à qualitatibus elemẽtorum: sed ipsæ qualitates, eò quòd mediæ, & rationem participant extremorum, virtute continent omnes. 4. qualitates primas, quæ sunt formaliter in elementis. Et secundum hãc considerationem elementa dicuntur esse in mixtis virtute.

¶ Vtcunque modus fateor quòd intelligibilis sit, sed non caret scrupulo, eò quòd agens naturale producens naturaliter sibi simile in specie, simul quit in effectu qualitates, & tamen non dicitur ... in eo, sicut elementum dicitur esse in mixto. Et dubium non est, quin in effectu sit aliqua caliditas agentis, & aliqua frigiditas, & sic de alijs qualitatibus: verùm non dicimus sic, generans est in genito: sicut dicimus, elementum est in mixto. Aliquid ergo peculiare est in eis, quod non in cæteris est mixtis. Quapropter videtur dicendum (sicut in primo Physicorum diximus) quòd forma educitur de potentia materiæ, per hoc solùm quia materia est in potentia, vt subiectum sit recipiens formam: & sic dicatur esse in ea sicut in subiecto. Sic aliquo modo dicamus esse elementum virtute in mixto: quia mixtum non potest constare, nisi ex elementis, tanquam ex materia ex qua fiunt omnia. Et quia actio elementorum adinuicem per qualitates primas, quas sibi vendicant, naturaliter est in causa quare mixtum fit, dicuntur esse elementa in eis. Et quia dato agens aliud mixtum, sit causa mixti: tunc quia illud tale agens non nisi per qualitates agit, alterat, & mouet ad generãdum mixtum, quæ sunt proprię elementorum, non dicitur mixtum agens, esse in mixto genito: sicut elementum, dicitur esse in eo: quia in omni actione inferioris, præintellecta est superioris, & primi, actio: & quoniam ad illud mixtum, quod nunc causa est, actio elementorum fuit præsupposita, & tãdem ad ipsa prima elementa est deuenien dum, quæ alterant, & mixtum causant ex sua adinuicem actione, & repassione. Dicitur igitur esse elementum virtute in mixto, quasi intelligamus virtutem illius velut primi mouentis, & causantis in genere miscibilium in effectu esse. Et sic intelligendo, non est opus ponere quòd id sit, quia manent qualitates elementorum remisse, vel quia manent illæ qualitates mediæ: quia dato non manerẽt qualitates primæ, sicut manent, adhuc esset verum dicere in isto sensu, elementa manent in mixto in virtute: quia mediatè, vel immediatè mixtum est ratione elemẽtorum: vel quia materia sunt mixti ipsa elementa: vel quia qualitates elementorum sunt quæ alteraverunt ad mixti generationem. Cui non placet iste modus, placeat communis ille, quòd maneant, quia qualitates manent, licèt in esse remisso. in mixto, supra lib. p. Phy. spe. 7. Nota Intelligẽtiam. S. Tho. 1. 2. q. 9. Modus quo elemẽta sũt

¶ Ad primum dicendum, quòd ibi Aristo. loquitur de elemento, id est de materia, & forma substantiali, quæ sunt (vt in principio Physicorum disputatum est) principium rei naturalis. Et forma non est ex alia forma, neq; materia ex alia materia, & ipsa manet integra, & perfecta in re naturali: sed non sic de elementis, quæ solùm manẽt virtute. Ad argum.

¶ Ad secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd sicut in generatione agunt adinuicem elementa, ex quorum actione mutua, & actione mixtum consurgit, corruptio euenit ex qualitatibus ipsorum elementorum, quæ adinuicem agũt. Et quòd in resolutione, seu corruptione fiat resolutio, apparet quòd non sunt elementa ibi formaliter, sed solùm virtute: & nunquã ex corruptione fit statim resolutio, sed multis factis transmutationibus. Potest enim contingere q̃ pars mixti in aëre, & pars in aquã cõuertatur: sed hoc non probat ibi esse formaliter: quia eãdem ratione cùm ex ligno fiat ignis, probaretur quòd ibi esset ignis formaliter: vel si ex ligno fiat lapis probaretur quòd lapis esset formaliter in ligno: & si ex semine fit animal, quòd ibi fuerit formaliter, sufficit sit virtute, quod nos concedimus.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ad hoc quòd mixtum ratione prædominantis elementi moueatur, non est necessarium ibi sit formaliter, sed sufficit virtute. Et virtus elemẽti non est æqualis cuilibet elemento, neq; æqualis in quolibet mixto: nam in plumbo manet magis de virtute terræ: & in auibus magis de elemento aëris, & ob id plumbum tam ponderosum & grauem, & aues eleuantur, & volant, ratione leuitatis. Ad tertium

Finis lib. 1. De generatione.

SPECVLATIONES

PHYSICÆ IN I IBR. 2.

De generatione.

¶ ARGVMENT. I I. libri de Generatione.

IN isto lib. 2. Aristo. agit. de qualitatibus primis, & quomodo cõbinantur, & constituunt elementa, & alia. De quibus erit sermo in sequentibus speculationibus.

¶ SPECVLA. I. VTRVM sint quatuor qualitates primæ.

1. Argumẽ. IDeẽ q̃ non. Nã caliditas nõ. 1. est qualitas ergo nõ sunt 4. Patet. Illa dicit qualitas prima, q̃ à nullo causatur: sed caliditas causatur ab alio. Patet: q̃ a causatur à lumine, & à luce, & à motu: vt patet ex Arist. ergo nõ sunt. 4. actiuę qualitates.

Aristote. 1. meta. ¶ Præterea. Sunt plures q̃. 4. ergo nõ solũ. 4. Patet. Grauitas, & leuitas sunt qualitates, & actiuæ, quia sunt in grauibus, & leuibus principiũ motus: & sunt primæ. Probo. Ipsæ sunt causa caloris: ergo sunt priores calore: sed calor qualitas prima dicitur: ergo a fortiori grauitas dicetur.

¶ Tertiò. Motus cœli est qualitas actiua, & prima: & tamen nõ est aliqua ex. 4. ergo nõ sunt solũ. 4. Quòd motus cœli sit qualitas, patet, q̃ a disponit ipsũ, & est actiua: q̃ a agit, et est prima: quia in virtute illius motus omnia agunt: ergo nõ sunt solũ. 4.

In contrarium. ¶ In cõtrarium est Aristo. in isto secundo text. 1. & in. 4. Meteororum.

Notan. 1. ¶ Pro solutione notãdũ, q̃ qualitates quædam dicuntur sensibiles: aliæ sunt insensibiles. Sensibiles sunt illę, quæ sensu percipi possunt: vt caliditas, frigiditas. Insensibiles quales sunt herbarum, & lapidũ virtutes: vt in magnete virtus attractiua ferri, est insensibilis: quia non potest percipi aliquo sensu: & influentiæ cœlestes. Plinius lib. 36. ca. 16.

¶ Est notandum insuper, q̃ sensibiliũ qualitatum, quædam sunt ingenerabiles, & incorruptiles, vt lux: motus: figura cœlestiũ corporum: aliæ sunt generabiles, & corruptibiles: vt lux: rerum inferiorum colores. Notan. 2.

¶ Et qualitatum sensibilium generabiliũ, quædam sunt de per se actiuæ, actione corruptiua: sicut caliditas, frigiditas: aliæ sunt actiuæ: sed non actione corruptiua de per se: vt sapor: odor: color: quia licèt color agat de per se, speciem multiplicando in medium vsque ad organum, non est agere corruptiuè: quia fit sine contrario.

¶ Qualitatum sensibilium, quædam sunt tangibiles: vt caliditas, frigiditas: aliæ sunt perceptibiles alijs sensibus: sicut color, visu, sonus, auditu, &c. Et tangibiliũ sunt septem contrarietates: calidum, frigidum, humidum, siccum, graue, lene: durum, molle: grossum, subtile, asperum, lene: lubricum, & aridum: & si quæ sunt aliæ, oportet reducantur ad has. Notand. 3.

¶ Est etiam notandum, quòd qualitatum quæ in istis inferioribus inueniuntur, quædam dicuntur primæ, scilicet caliditas: frigiditas: humiditas, & siccitas: & aliæ dicuntur secundæ, scilicet, quæ generantur ex varia mixtione istarum: vt colores: odores: sapores. &c. Notan. 4.

¶ Prima conclusio. Qualitates cœli priores sunt qualitatibus quæ sunt de tertia specie qualitatis in istis inferioribus, Patet: quia perfectioria, & diuturniora oportet sint priora: sed illæ qualitates cœlorum sunt perfectiores, cum sint incorruptibiles, & istę quæ in inferioribus sunt minus perfectæ, & corruptibiles. 1. Cõclusio. Ratio.

¶ Secũda cõclus. Lux quæ in istis inferioribus inuenitur, consequitur cõmixtionẽ qualitatum primarum ad inuicem. Patet: 2. Cõclusio. Ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

quia lucent ista inferiora nõ nulla: vel ergo ab elementis, vel à qualitatum primarum adinuicem ordinatione, & c[illegible] mixtione: sed non ab elementis: quia n[illegible] in sua naturali dispositione lucet: ergo [illegible]portet fit ab ipsis qualitatibus primis, quæ ex varia dispositione adinuicem reddu[illegible] corpora lucida, opaca, vel obscura.

Conclus. 3. ¶Tertia cõclusio. Præter mo[illegible]um, lucẽ, & lumen in corporibus cœlestibus, ponenda est qualitas insensibilis, quæ multiplicatur ad ista inferiora perueniens, quam influentiam vocamus. Patet, quia aliàs si talis non detur influentia, nũquàm cœlum esset causa frigidita[illegible] in istis inferioribus. Patet: qa vel cœlum esset causa per motum, aut luce[illegible] lumen. Et hoc nõ: quia talia magis nata sunt calefacere, & caliditatem seruare, quam frigefacere: vt patet. 2. cœli. text. 42. Vel est causa talium per aliquã occultam qualitatem, quam voco influentiam: ergo ipsa est dabilis. De qu[illegible] libris meteororũ inferius, & in libro de cœlo.

Influentia est danda. Ratio.

Cõclus. 4. ¶Quarta conclusio. Lux, & lumen in cœlis sunt priora in causando, quàm influentia talis. Patet quia talis influentia fortiùs multiplicatur cùm lumine, quàm sine, & fortificatur luminis coactione: ergo lux prior est.

Ratio.

5. Cõclusio quatuorq̃litates non sunt simpliciter primę ¶Quinta conclusio. Qualitates illæ, Caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas, licèt dicantur qualitates primæ: non sunt simpliciter tales: quia aliæ sunt priores eis. Patet. Influentię cœlorum sunt priores eis, & lux & lumen, & motus cœlorum: sequitur ergo quòd istæ qualitates (quanuis sint primæ) non sunt simpliciter, sic quòd nullæ aliæ sint priores.

Sexta cõcl. ¶Sexta cõclusio. Inter qualitates propriè sensibiles, quæ conueniunt generabilibus, istæ. 4. sunt priores, & perfectiores. Patet. Illæ dicuntur priores, quæ cõseruant & producunt alias qualitates: sed istæ. 4. faciunt hoc: vt probatum est.

Ratio.

Septima cõclusio. ¶Septima conclusio. Inter qualitates propriè sensibiles cõuenientes generabilibus, istæ. 4. sunt qualitates primæ, & non plures, neq; pauciores: ita quòd sunt. 4. species essentiales non coincidentes. Patet: quia cùm istæ sic se habeant, quòd causent omnes alias qualitates, quæ conueniunt generabilibus, & non sint aliæ, oportet dicere quòd solùm sint istæ quatuor.

Ratio.

Octaua cõclusio. ¶Octaua cõclusio. Omnes qualitates sensibiles sensu tactus, propriè conueniunt elementis, licèt non omnes cuilibet. Patet: quia istæ qualitates sunt propriæ. Caliditas, quæ conuenit igni: Frigiditas aquę. Humiditas aeri: Siccitas terræ.

Ratio. p. p.

¶Quòd non omnes cuilibet, pate[illegible] quia nullum elementũ habet omnes. 4. seu duæ solum competunt cuilibet: vt inferiùs dicemus.

Ratio. 2. p.

Nona cõclusio. Ratio. ¶Nona conclusio. Vltra has qualitates primas, alię tangibiles conue[illegible]iunt elementis. Patet: quia cõuenit eis rarum: de[illegible]um: grave: leue durum: molle. Durum, vt terræ existenti in sua naturali dispositione [illegible]olle eidem, quando est extra suam natu[illegible]iem dispositionem. [illegible]llum e[illegible] aliorum elemẽtorum dicitur molle, c[illegible]uod molle fit, q̃ facilit[illegible]edit prementi non [illegible]unstando. vt dicitur in quarto meto[illegible]. Vnde si alia elemen[illegible]cedant, est c[illegible]tando vt patet de aqua: quæ si digito cedat, [illegible]nstat digitum. Asperum, & lene, lubricum, & aridum [illegible]lementis existentibus in sua naturali dispositione non conueniun[illegible] cùm ista sequantur ex commixtione qualitatum primarum, quæ non potest esse quando elementum in sua naturali dispositione est.

Decima cõclus. ¶Vltima cõclusio. Elementis in sua naturali dispositione dispositis, non co[illegible]niũt aliæ qualitates sensibiles per alios [illegible] à sensu tactus: quia nõ conuenit eis color, [illegible]por, neque odor. Patet. Huiusmodi qualitatẽs sequuntur cõmixtionem illarũ qualitatum primarum tangibiliũ: sed talis cõmixtio in elementis in sua naturali dispositione positis non potest cõuenire: ergo [illegible] qualitates quæ ex eis sequun[illegible]

Ratio. 10

2. Ratio. ¶Præterea: quia tales qualita[illegible] [illegible]s sunt esse sine commix[illegible] qualit[illegible]an gibilium: sed talis cõmixtio no[illegible] esse in elemẽto in sua naturali [illegible]ne. Patet: quia nõ haberet elemen[illegible]am illarum qualitatum pri[illegible]ũ in summo.

Aristote. de sen. & sensa. ca. 5. ¶Quòd si quando Aristo. (vt in [illegible]o de coloribus) [illegible]buat [illegible]is colorem: vt a[illegible] & terra: o[illegible]tet intelligatur de elementis extra suam naturalem dispositionem: vel si intell[illegible]de elementis existentibus in sua naturali dispositione, per colorem in[illegible]lligit large lucem, vel lumen: & sic est verum quod ipse dicit: Omnia co[illegible]ra participant colorem: quia omnia lucem vel lumen participant.

¶Ad primum: dictum est caliditatem dici primam sensibilium, quę generabilibus cõpetunt:

petunt: tamen ipsi cœlo alia prior potest competere.

Ad argum. ¶Ad secũdũ & tertiũ patet ex dictis solut. * de qualitatibus contrarijs quomodo se compatiantur in eodem subiecto, sunt varię opinionum. Gregorius Arimi. in prima distin. 17. quæst. 3. arti. 2. tenet: quod neq; in gradibus intensis neq; in gradibus remissis se compatiuntur. Capreo. tamen, ea. dist. quæst. 2. ad argu. contra secundã conclu. tenet quòd in gradibus remissis se compatiuntur: & putat se loqui ad mentem S. Thom. quid senserit Commen. non constat, quia pro vtraque parte citatur de quo alibi.

SPECVL. II. VTRVM tantùm sint. 4. elementa. Ignis, Aer, Terra, & Aqua.

1. Argumẽ. VIdetur quòd non sint. 4. Aqua non est elementũ: ergo solum sunt tria. Patet. Si esset elemẽtum, inueniretur purum, sine odore sapore, & colore: sed nu[illegible]bi inuenitur aqua talis: ergo nullibi est elementum.

Confirma. ¶Confirmatur: quia si aqua esset elementum, maxime aqua maris: sed ipsa non est elementum, cùm sit mixtum ex partibus adustis: vt eius salsedo ostendit: ergo nullum est elementum aquæ.

2 ¶Item. Ignis non est elementum: ergo nõ sunt. 4. Patet: quia si esset, maximè sursum in co[illegible]cauo[illegible]inæ: sed ibi non est. Patet. Si ibi e[illegible]et, videtur q[illegible]òd quandoquidem stella quæ sine proportione ab oculis nostris distat[illegible]r in nocte, videretur & ignis, qui excedit in lumine stellam, sed non videtur: ergo non es[illegible]

3 ¶Tertio. Sunt plura quàm. 4. Patet. Tot sunt elementa (vt uo[illegible] Aristo) quot sunt combinationes qualitatu[illegible]n primarum: [illegible]d vltra illas. 4. quæ sunt Caliditas, & siccitas in igne: Humiditas, & cald[illegible]tas in aere: Frigiditas, & humiditas in aqua: Siccitas, & frigiditas in terra: sunt aliæ duæ possibiles: scilic[illegible], frigiditas, & caliditas remisse: vt in tepido: & humiditas, & siccitas etiam remisse: ergo non s[illegible]lùm sunt, quatuor elemẽta, sed sunt. 6.

¶In contrarium est Aristo. hic text. 16.

In cõtrariũ Notand. ¶Pro solutione notandum, quòd cùm elementum sit ex quo fit aliud: eo modo quo litterę dicũ[illegible]ur elementa syllabarum, & syllabę dicti[illegible]num, & dictiones orationum, tripliciter potest capi elementum, vno modo pro materia prima, quæ est vnum in quo fiunt omnia: quia est subiectũ præsupposi[illegible]tum omni act[illegible]oni naturali, & sic sumitur strictissimè elementum. Secundo modo sumitur strictè. Et elementum vocabitur rei naturalis tam materia, quàm forma: quia ex eis constat intrinsece. Tertio modo, sumitur largè elemẽtum: vt significat. 4. Ignẽ Aerem, &c. ex quorum mixtio[illegible] adinuicem fiunt mixta omnia. Et de isto, 3. modo in præsentiarum est sermo: nam de ele[illegible]ẽto primo. &. 2. in primo &. 2. Physicorum tractauit Aristot.

Triplicitèr capitur elementum.

¶Capiendo ergo elemẽtum. 3. modo, posset sic describi. Elementum est res composita ex materia, & forma, inter res generabiles, & corruptibiles compositas magis simplex, quibus suppositis, statuo primam cõclusionem.

Defini. elementi.

¶Numerus elemẽtorum debet sumi à qualitatibus tãgibilibus. Patet. Penes illas qualitates elementorum numerus est sumendus, quæ principaliter sunt actiuæ, & passiuæ: sed maxime sunt illæ. 4. qualitates primæ. Patet maior: quia ex actione elementorum: & passione adinuicem mixta debẽt generari: oportet ergo quòd sint huius cõditionis, in quibus sint qualitates actiuæ, & passiuæ.

Conclu. 1. Ratio.

¶Secunda conclusio. Numerus elementorum est sumendus penes cõbinationem. 4. qualitatum primarum: & quia solùm. 4. sunt possibiles combinationes, solùm. 4. sunt elementa.

2. Cõclusio Abulẽ. Ios. 10. q. 47.

¶Probatur conclusio, supposito quod supra dictum est, quòd quodlibet elementorum duas debet habere qualitates solùm: ergo secundùm combinationes istarũ qualitatum sumendus est numerus: sed possi[illegible]iles combinationes solùm sunt. 4. ergo solùm sunt. 4. elementa. Patet: quia caliditas, & humiditas est possibilis cõbinatio: quia cùm nõ sint cõtrariæ, possunt se cõpati. Et si humiditas in summo est in aere erit talis cõbinatio. Contra Plutarchum qui in proprio tractatu aerẽ frigidum ponit sed tamẽ decipit. Caliditas, & siccitas etiã se possunt compati. Et si caliditas est in summo, est in

Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

igne talis cõbinatio. Etiam se compatiuntur frigiditas, & humiditas. Et si frigiditas in summo est, est aqua. Siccitas, & frigiditas etiam se compatiuntur. Sunt terra. Solum restant duæ aliæ cõbinationes: frigiditas, & caliditas, humiditas, & siccitas: sed quia istæ sunt cõtrariæ adinuicem non datur talis cõbinatio: ergo solũ sunt. 4. elemẽta. Patet. Numerus eorum debet sumi secũdum numerum combinationum possibilium ex. 4. qualitatib⁹ primis: sed solũ sunt 4. possibiles cõbinationes: ergo solum. 4. sunt elementa, quorum quodlibet, cũ duas qualitates ex illis primis sibi vendicet, vna est in summo, alia in remisso gradu: & sunt ad inuicem disposita, & ordinata: vt possint adinuicem agere, & pati, ratione harũ qualitatũ, & possint se cõseruare ex numero, pondere, & mensura earum.

Vide Aegidium quolibet. 6 quæst. 8. ¶Et sapientissimè à summa diuina sapientia suis sunt disposita locis, vt vnum contrarium non sit alteri immediatũ: sed aliquod sit medium, quod rationem teneat, & participet cum extremis: nam post ignẽ, in quo caliditas, & siccitas, non ponitur aqua, quæ cum habeat frigiditatem, & humiditatem, secundũ ambas qualitates cõtrariaretur: ob id ponitur statim aer, qui habet humiditatem, & caliditatem. In caliditate conuenit cum igne, & differt ab eo in siccitate, & cum aqua conuenit in humiditate, & differt ab ea in frigiditate.

Sic etiam aqua mediat inter terram, & aerem, nam aqua cum terra conuenit in frigiditate, & cum aere in humiditate. Manet ergo q̃ ignis contrariatur aquę, & aer contrariatur terræ. Illa quæ mediant elementa dicuntur symbolizantia, inter quæ facilis est transitus. Symbolizant enim: quia in vna

Quõ facilis transitus inter symbolizantia est. conueniunt qualitate: & facile transit aer in ignem: vel è contra, & facile aer in aquã, & è contra. De quo aliâs. Non tamen est tã facilis trãsitus, vbi nullum symbolum est, sed contrarietas secundùm vtranque qualitatem: vt inter aquam, & ignem: aerem, & terram.

3. Cõclusio ¶Tertia cõclusio. Caliditas aeris, & caliditas ignis licẽt in summo in igne, & non in summo in aere, sunt eiusdem speciei specialissimæ. Probatur: qui eosdem habent effectus.

1. Ratio. 2. Ratio. ¶Secundò: quia si non essent eiusdem speciei in habentib⁹ symbolum (vt dicebam⁹) nõ esset facilis transitus: sed ponitur facilis: ergo quia sunt eiusdẽ speciei.

3. Ratio. ¶Tertiò. Si non essent eiusdem speciei, maximè, quia caliditas in igne est intensa, & summa: in aere remissa: sed intensum, & remissum non variat rationem speciei tam in qualitatibus, ergo sunt eiusdem speciei.

4. Ratio. ¶Postremò. Quãdo aer cõuertitur in ignẽ vel è contra: quæro, vel caliditas manet, vel perditur, si manet, ergo erãt eiusdẽ speciei: aliàs ignis nõ admitteret talẽ caliditatem. Quòd si nõ manet, à quo corrumpitur? Nõ à caliditate: quia caliditas nõ agit nisi in suũ contrariũ neq; à siccitate: quia siccitas nõ cõtrariatur caliditati: sequitur ergo quòd manet, & q̃ sit eiusdẽ speciei: non intelligas quod manet eadẽ numero, qa hoc non est necessarium.

Contra illũ qui dixit caliditatem in igne nõ esse eiusdẽ speciei cũ caliditate in aere. ¶Ex hoc sequitur: non sufficit physicè dictum huiusmodi caliditates specie differre: nam non videtur vbi sit fundamentum sufficiens ad id opinandũ. Quomodo enim intelligeretur ex solum. 4. qualitatibus primis combinatio ad. 4. elementa constituẽda, si ipsæ caliditates non essent eiusdẽ speciei? Non enim diceretur cõbinatio ex. 4. sed ex. 8. quia sic poneretur alia frigiditas in terra specie distincta ab illa quæ est in aqua, & alia humiditas in aere distincta specie ab illa quæ in aqua, & alia siccitas quæ est in igne, distincta specie ab illa quę in terra: & sic cõbinationes essent. 4. sed qualitates nõ essent. 4. sed. 8. Quapropter dicendũ est, caliditatem ignis, & aeris esse eiusdem speciei specialissimæ: & frigiditatem terræ, & aquæ esse eiusdem speciei specialissimæ. Et sic de humiditate, & siccitate.

4. Cõclusio Vltima conclusio. Quicquid dicant alij, in elementis non est opus ponere alias qualitates virtuales distinctas ab istis duabus actualibus, & forma substantiali elementi. Patet: quia Deus, & natura nihil facit frustrà, sed tales qualitates virtuales ponerentur, essent frustrà & otiosæ: ergo non sunt dãdæ. Et probatur: quia si virtualis poneret poni, maximè propter quam, quæ quãdo calida est, posset reducere ad frigiditatẽ. Imaginantur ipsi quando aqua est calida, cum sit ablata omnis frigiditas actualis non posset fieri reductio ad frigiditatem à forma substãtiali aquæ, nisi mediãte aliqua frigiditate, q̃ quia nõ habet actualẽ, habet virtualẽ: & sic ponũt virtualẽ. Argumentũ est cõtra eos, & in libro. 2. physicorũ d̃ hoc diximus: q̃ talis virtualis nõ sit ponẽda. Primò: quia

Isto. 1. de cœlo te. 33 & 2. de cœlo. te. 50. & 3. de Anima te. 45. de respira. c. 4. & 1. Polit. c. 2. & 5.

mò: quia forma substantialis sufficeret ad hoc. Secundò quia nunquã quandiu aqua manet, manet absq; aliqua frigiditate: quia eam habet in summo: & si totaliter perdat, nõ esset aqua: quanuis non sentiamus eã propter caloris actiuitatem, & sic non est necessarium multiplicare huiusmodi qualitates, sed sufficiat ponere actuales, quas habent elementa.

Ad argum. ¶Ad primum dicendum, aquæ elementũ (si modè in sua naturali dispositione existat) non habere admixtionem, sed purum esse, & contra rationẽ puri est salsedo maris, quæ ex terrestribus partibus adustis commixtis ibi venit: ideo nõ est argumentum, quòd non sit aqua elementum: quia purum non inueniamus: sicut neq; terra ista quam calcamus secundùm partem hãc exteriorem, vbi & animalia habitant, & arbores fructificant, & nutriuntur pura est: nam si pura esset (vt suprà diximus) non posset nutrire: sed non ob id sequitur quòd terræ elementum non sit: quia puram in superficie non videmus.

Ad secundũ. Vide Cirue lum in sphera statim in Principio. ¶Ad secundum de ignis elemento, dicimus esse ponendum: & quando infers, non esse quia non videtur, respon. q̃ ignis in sua naturali dispositione qualis est in concauo Lunæ nõ potest terminare visum propter magnam eius diaphaneitatem: nam si aer non terminat, quanto per amplius ignis, qui in decuplo est rarior? Et sic esse lucidũ non conuenit ei. Quo pacto autem ibi sit ignis, elementum, & non calefaciat, & quæ sit causa, quare non luceat, latè Aegidius

Aegidius. quolibet. 5. q. 17. Quòd tamen apud nos ignis sit lucidus, eò est: qa impurus est. Non enim elementum ignis purum est apud nos. Quapropter aliqui dixerunt ignem istum nõ esse ignem, sed flammã. Et haud dubiè si ignis purus est elementaris, magis esset id quod a candela videtur ascendere ad modum fumi, quàm flamma ipsa. Quicquid sit de hoc, nullum est argumentum: non videtur ignis, ergo non est elementum ignis. Stella enim ad tantam distantiam, quãtam ad firmamentum est, videri potest, eo qd sit pars densa orbis, quæ recipit in se lumen mutuatum, qua ratiõe fiat visibilis. Et quidam mittẽs falcem in messem alienam, negat ignis elementum, & deridet Aristote. & alios, cum magis ipse sit deridendus. Nõ est validum argumẽtum, vt ipse putat: nõ videtur, ergo non est: vel nõ fecit expressã

Cõtra Laurent. Vallã. grãmati.

Speeu. 1. Argument.

mentionem Moyses: ergo nõ debet poni. ¶Ad tertium dicendum, nõ esse vltrà. 4. elementa, quia aliæ combinationes non sunt possibiles: nam frigiditas, & siccitas in gradibus remissis non sunt qualitates conuenientes elementis, ex quorum actione ad inuicem sunt mixta generanda: sed oportet quòd vna illarum sit in summo gradu, modò caliditas in summo cum frigiditate non potest stare: quia consumeret: neq; è contra, frigiditas in summo, cum caliditate remissa: quia extingueret. Manet ergo q̃ solùm. 4. combinationes sunt possibiles, & sic solùm. 4. elementa. Ad tertium.

¶SPECVL. III. VTRVM in elementis habentibus symbolum sit facilior transitus.

1. Argum. Videtur quòd non. Vbi fortior est actio agentis, facilior est transitus vnius in aliud: sed in non habentibus symbolum actio est fortior: ergo in eis erit trãsitus facilior. Probatur minor: quia in non habentibus symbolum duæ qualitates agunt: quia contrariantur alijs duobus: & in habentibus sola vna: sed fortior est actio, quæ à duobus, quàm quæ ab vno cæteris paribus.

2 ¶Secundò. Inter ignem, & terram est symbolum in siccitate: & tamen non est facilis transitus: imò est difficilis valde: quia terra nimis densa, & ignis nimis rarus. Secundò: quia terra est multæ resistentiæ propter densitatem materiæ, & difficulter corrumpitur. Tertiò. Hoc docet experientia: quia videmus terram multum durare in igne, antequam corrumpatur: ergo non est facilis transitus, vbi symbolum est.

3 ¶Tertiò. In omnibus elementis est æquè facilis transitus: ergo nõ in habentibus symbolum est facilior. Consequentia est bona. Antecedẽs probatur: quia in omnibus est à proportione maioris inæqualitatis: nam in omnibus est ex proportione actiuitatis ad resistẽtiam: ergo sequitur quod æqualis est transitus, & æque difficilis in omnibus.

In contrar. ¶In contrarium est Aristoteles hic, textu. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Notand. 1. ¶Pro solutione notandum (vt suprà tetigimus) quòd cùm in elementorum quolibet sint duę qualitates: vna in summo est: & sic ignis est calidus, & siccus. In summo est calidus, & aer est humidus in summo, & calidus remisse, quanuis Thomas de Garbo in tractatu suæ summæ dicat de aere quòd vtranque qualitatem sibi summè vendicet: tamen opinio communis est, quòd humiditas sit in summo. Et aqua est frigida in summo, & minus humida quàm aer. Quòd si quis obiiciat, quòd magis videtur humectare aqua, quàm aer, non valet: nam hoc erit quia aqua densior, & aer rarior, & sic minus de materia. Verùm si cætera essent paria, magis humectat aer. Sicut calor est intensior in igne, quàm in ferro: tamen ferrum magis lædit tangentem, vt supra diximus. Vel hoc erit, quia impeditur ab influētijs cœlestibus, vt dicit Auicenna in secunda primi: quia inomni dispositione resoluit aer, propter id quod in eo est de virtute solis, & stellarum.

S. Tho. de Garbo. — Obiectio. — Solutio. — Auicen.

Albe. Mag. ¶Aqua est frigida in summo, etiam si Albertus Magnus dicat magis frigidam terram: quia magis distat à fonte caloris. scilicet à sole. Et quando Aristote. dixit, quòd aqua est frigidior, intellexit de frigiditate elementari.

Obiectio. ¶Terra est summè sicca. Quòd si quis obiiciat: ergo est discontinua, si summè sicca. Dicendum, quòd continuatio in ea erit propter humiditatem, vel propterea quòd partes omnes appetant centrum: & hac ratione cōtendunt omnes simul coadunari.

Dilutio.

Notan. 2. ¶Secundò est notandum, quòd transitum esse faciliorem, potest tripliciter intelligi. Primo modo, ex parte potentiæ actiuæ respectu resistentiæ. Secundo modo, ex parte qualitatum primarum. Tertiò modo, ex parte qualitatū secundarū: sicut sunt raritas, & densitas: mollicies, & duricies.

¶Et facilitas transitus ex partæ potentiæ actiuæ ad resistentiam potest intelligi ad huc tripliciter: vno modo: ex parte potentiæ actiuæ tantùm, non habendo respectu ad resistentiam: alio modo, ex parte resistentiæ tantum, non habendo respectum ad potentiam actiuam. Tertiò modo ex parte vtriusque, scilicet, actiuitatis, & resistentiæ simul. Ponamus primam conclusionem pro solutione.

Cōclus. 1. ¶Considerando solùm elementum ex parte actiuitatis (cęteris paribus) in non habentibus symbolum facilior est transitus. Patet. Inter illa est facilior transitus, vbi facilior est actio: sed facilior est vbi nō est symbolum. Patet: quia in non habentibus, duæ qualitates agunt: & sic facilùs transibit aqua in ignem, quàm aer, considerando solùm actiuitatem: quoniam ignis secundùm vtranque qualitatem agetin aquam, & in aerem solùm secundùm vnam, scilicet, ratione siccitatis.

Ratio.

¶Secunda cōclusio. Considerando ex parte resistentiæ solùm, facilior est transitus in habentibus symbolum. Patet. In habentibus symbolum sola vna qualitas resistit, & in non habentibus duæ: at vbi minus de resistētia, facilius agens producet effectū, & facilius aer conuertitur in aquam, cùm solùm resistat caliditas aeris frigiditati aquæ. Et vbi minor resistentia, aliùs aqua poterit agere.

2. Conclus. — Ratio.

¶Tertia conclusio. Considerando actiuitatem, & resistentiam simul, tam facilis est transitus in habentibus, quàm in nō habentibus symbolum. Patet. In nō habentibus symbolum: si duæ agunt, duæ resistunt, & in habentibus, si vna agit, vna resistit: sed qualis est proportio duorum ad duo, est vnius ad vnum: quia vtrobique est æqualitas: sequitur ergo ex ista parte in omnibus elementis esse æqualitatem, & tam facile fieri transitum inter non symbolizantia sicut inter symbolizantia.

Conclus. 3. — Ratio.

¶Quarta conclusio. Elementa quæ adinuicem transmutantur per solam actionem, & passionem caliditatis, & frigiditatis (cæteris paribus) facilùs transmutātur, quàm per actionem humiditatis, & siccitatis. Hæc conclusio est manifesta ratione: quę primæ qualitates dicuntur actiuæ: & cùm magis agunt, minùs resistunt, & illæ duæ sunt passiuæ, quia minùs actiuæ, magis resistunt: sequitur ergo quòd facilior transitus: nam vbi agens fortioris est virtutis, facilius sequetur effectus, quàm vbi debilis virtutis, si mediocetera sint paria: & fit alter facile mutabit in alterius naturam: & facilùs transmutabuntur adinuicē ignis, & aqua quàm aer, & terra.

Cōclus. 4. — Ratio.

¶Ex quo sequitur quòd secundùm istam considerationem facilior sit transitus in illis quæ non habent symbolum, quàm in illis quæ habent.

Corolla.

¶Quinta conclusio. Ex parte qualitatum secundarū raritatis, & densitatis: duriciei, & mol-

Ratio. & molliciei ignis, & terra, difficulter adinuicem transmutātur. Patet. Difficile enim est ignem tantùm condensari, quantū terra, & terram tātum rare fieri, quantū ignis.

Corolla. 1. ¶Sequitur ex dictis quod omnibus pensatis, & consideratis, aliquando est facilior transitus inter elementa quæ non habent symbolum, quàm inter illa quæ habent, vt patet ex dictis.

Corolla. 2. ¶Ex quo sequitur, vniuersaliter nō esse verum, quòd inter elementa habentia symbolum sit facilior transitus.

Ad argum. ¶Ad argumenta solutio patet ex dictis: nam probant quod intendunt. Et non solùm contingit transitus vnius in alium, sed ex duobus potest vnum generari: sicut ignis ex pede aeris, & terrępotest ignem generare, & pedali aquæ, & terræ. Non enim obstat quominus possit per suam virtutem præualere contra duo elementa: si modo sit maior actiuitas in igne, quàm sit resistentia in alijs duobus.

¶Hic considerandū pro debita intelligentia, de faciliori transitu in simbolizantibus: quod Cōment. in isto lib. text. 25. affirmat quod quædam remanent accidentia in re, quæ fuerant in re corrupta. & Marsil. in isto. 2. quæstio. 10. & Albertus de Saxo. q. 8. sequentes Cōment. tenēt quod qualitas simbolica remanet, eadem numero in generato, & corrupto: ex quo demonstratur facilior transitus. Sed vt alibi diximus contrarium dotet S. Thom. in hoc secundo textu. 25. quia sicut omnes dispositiones præcedentes introductionem formæ corrumpuntur: & alię de nouo producuntur: sic etiam tam in simbolizantibus, quam in non simbolizantibus omnes qualitates corrumpuntur. Et facilitatem transitus, saltem aliquas in loco citato, quia in non simbolicis quę qualitas corrumpitur per se & aliquo contrario: in simbolico autem vna per se, & alia cōtrario, alia per accidēs, quia ad corruptionem subiecti.

1. Solutio. ¶Secuda solutio tenēt S. Th. q. dideo sit facilior transitus: quia qualitates non simbolicæ corrumpuntur cum resistētia: quia resistunt suis contrarijs. Non simbolice, sine aliqua resistentia: non enim caliditas aeris corrumpendi, resistit aut reagit in calidita nis ignis generādi, cum simile non agat in suum simile, nec ei resistat &c. vt supra diximus in 1. Physic.

SPECVL. IIII. VTRVM quodliber mixtum cōponatur ex quatuor simplicibus.

VTrùm quodlibet mixtum circa medium locum existens, sit compositum ex omnibus quatuor simplicibus: nam etsi in præcedentibus dictum est quomodo elementa concurrunt ad generationem mixti, & quòd non manent ibi formaliter, sed virtute, & multa alia, oportet tamen specialem facere speculationem, vt appareat veritas. Vtrùm ergo sufficiat quòd vnum elementum, vel duo concurrant.

¶Videtur quòd non. Aliquid ex alio componi est, quod componens in composito maneat: sed elementa non manent in mixto: ergo non componitur ex eis. Maior est clara, & minor in superioribus probata est. 1. Argumē — Suprà. 1. d. gen. spe. 10

¶Præterea. Aurum est mixtum: tamen in eo non est compositio quatuor simplicium. Patet: quia aqua non concurrit in auro: nā si aqua esset, non tantum duraret absq; corruptione in igne: sed ibi durat: ergo signum est quòd non habet aquam. 2

¶Postremò. Aliqua sunt mixta, in quibus solùm duo elementa concurrunt: ergo non est verum: quòd omnia concurrant ad generationem cuiuslibet. Patet de exhalatione, quæ est mixtum: tamen solùm concurrit ignis, & terra. Et patet de vapore: in quo non est ignis: ergo sequitur quod non omne mixtum ex quatuor elementis generatur. 3

¶In contrarium est Aristoteles hic textu. 49. In contrar.

¶Pro solutione notādum, quòd quædam sunt mixta, quæ perfecta dicuntur, vt sunt viuentia, & non viuentia, quæ in medio mundi stant: vt homo, lapis. Alia sunt mixta, quæ sunt imperfecta: sicut exhalatio, vapor, & nix & alia huiusmodi; quæ non habent illam consistentiam, quam habent mixta perfecta. Notan. 1.

¶Secundò notandum, ne procedamus in æquiuoco, hic non esse speculationem, vtrum formaliter maneantelementa in mixto, sed cùm solùm maneant virtute, quæri- Notan. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, vtrùm isto modo secundum virtutem maneāt quatuor, quòd omnia ipsa quatuor elementa concurrant ad constituendum illud mixtum.

Notandũ. 3 ¶Tertiò notandum, quòd mixtum componi ex simplicibus, est dicere, ipsa simplicia actualiter, seu virtualiter concurrere ad generationem eius. Et nō componi ex simplicibus est dicere, quòd ipsa simplicia non concurrant.

1. Cóclusio ¶Prima cōclusio. Ex solo vno simplici per eius actionem mixtum non potest generari. Patet: quia ad generationē mixti requiritur elementi corruptio, vt supra dictũ est: sed nihil se ipsum corrumpit, sed conseruat potius naturaliter: ergo non constabit mixtum solo vno elemento.

1. Ratio. Ratio. 2. ¶Secundo. Si constaret mixtum ex solo vno elemento: vel manet ibi tale elemētum in mixto, vel non: si manet, ergo formaliter, vel virtute: non formaliter vt dictũ est: ergo virtute: sed virtute non potest, nisi corrumpatur: ergo corrumpitur tale elementum, sed à se non, ergo ab alio: ergo oportet quòd simul aliud concurrat elementum ad mixti generationem: quare ex vno solo nō potest constare.

2. Cóclusio ¶Secunda cōclusio. Ex duobus solis elemētis nō habentibus symbolum non concurrente alio extrinseco immediatè disponente materiam ipsorum duorum elementorum nō fiet mixtũ. Patet. Proponatur (verbi gratia) aqua & ignis: quia non symbolizant. Ex istis duobus non fiet mixtum: qa vel vnum superat aliud simpliciter, & sic in vtraq; qualitate, vnde sequitur quòd fit elementum, & non generatur mixtum. Vel superat in vna, & superatur in alia: & sic nullum corrumpet aliud, quapropter neque mixtum generabitur. Quòd si superat in vna qualitate solùm, tunc generabitur tertium elementum: vt contingit in cauernis montium, vbi terra superat aerem in vna qualitate solùm, scilicet in frigiditate: & generatur aqua.

Ratio.

3. Cóclusio ¶Tertia conclusio. Ex solis duobus elemētis symbolizantibus non concurrente alio tertio disponente, non potest mixtum generari: quia vel vnum superat aliud notabiliter: & tunc conuertetur in illud: vel quodlibet aliud superat notabiliter: & tunc vement ad æqualitatem in qualitate qua conueniunt, & nō erit actio vnius in aliud: vel neutrum præualet in aliud: & sic non generabitur mixtum, neq; aliquod tertium: siquidem si sumamus ignem, & aerem, cùm solùm in siccitate, & humiditate disconueniant: si ignis intendat calorem aeris ad suã intensionem, & præualeat siccitas suprahumiditatem, sequitur quòd aer fiet ignis: vel si non præualet, non generabitur mixtum, & de alijs habentibus symbolum erit eadē ratio, & consideratio.

¶Dixi non concurrente alio tertio extrinseco, immediatè disponente materiam vtriusq; : quia si concurrat, fiet corruptio, vel vtriusque, vel alterius: & posset esse mixti generatio.

4. Cóclusio ¶Quarta conclusio. Probabile est q̄ etiam ex tribus solùm elementis, non concurrente alio extrinseco disponēte, non fiat mixtum. Patet: quia quomodocunq; tria concurrant, solùm duo erunt symbolizantia: & poterunt superare tertium, & conuertent ad se. Et licèt corrumpatur vnum elementorum non generabitur mixtum: sed elementum. Dixi probabile esse: quia non est tam certũ ex tribus non posse mixtum generari, sicut est certum, quòd ex solis duobus non poterit.

Ratio.

Corolla. ¶Sequitur ex istis dictis corollariè, cum mixtum debeat generari alteratione propria elementorum, sine alio extrinseco cōcurrente immediatè, materiam disponēte, quòd opus est omnia quatuor concurrant elementa.

5. Cóclusio ¶Quinta conclusio. Possibile est mixtum ex vno solo elemento generari immediatè non concurrente alicuius alterius elementi, neq; mixti substantiali corruptione. Patet quando ex putrefactione in terra generatur animal: quia si non poterit ex sola terræ corruptione fieri mixtum, vel esset ex defectu materię, vl ex defectu dispositionum qualitatiuarum: sed non ex defectu terræ, neq; ex parte dispositionum: quia ibi est frigiditas, & siccitas. Neq; est defectus in calore, & humiditate: quia sol & cœli aspectus sufficiet, et poterunt illam materiam disponere: vel sol poterit calefacere, & aqua supra terram poterit humectare: & sic sine alicuius substantiali corruptione contingit mixtum generari. Hæc cōclusio non contrariatur primæ, quoniã ibi diximus, q̄ ex actiōe vnius elemēti nō fit mixtũ: hic solũ de materia, ex qua, sermo est.

Ratio.

¶Ex ista sequitur corollarie, non esse necessarium ad cuiuslibet mixti generationē eō currere

Ratio. currere actualiter omnia quatuor elementa. Patet: quia ex solo vno produci potest, vt probatum est.

6. Cóclusio ¶Vltima cōclusio. In casu prædicto huius quintæ cōclusionis dicitur mixtũ virtualiter ex omnibus quatuor elementis generari. Patet. Tale mixtum (etiã quod fit ex putrefactione) non fit nisi quatuor qualitatibus primis ad mediũ reductis: sed hoc est virtute omnia concurrere elementa: ergo ibi in generatione illius virtute concurrũt. Cōsequētia est bona. Maior probatur: quia si non conueniret in proportione debita humidũ cum sicco, & calidũ cum frigido, & omnia adinuicem, nunquàm esset tale mixtũ. Minor etiã est clara: quia ea ratione, quando omnia elemēta quatuor cōueniũt ad mixti generationem post mutuã corruptionem adinuicem, solùm in mixto intelligitur manere contēperamentũ illarũ quatuor qualitatũ: & ob id dicimus elementa virtute manere in mixto: sequitur ergo cũ in mixto genito per putrefactionem tale maneat qualitatum primarum contemperamentum, quòd virtute dicãtur in eo manere omnia elementa.

Ratio.

Corolla ¶Ex ista sequitur corollarium responsiuũ speculationis, q̄ in omni mixto consistente circa medium, scilicet in terra circa nos, sunt quatuor elementa virtute, & dicũtur omnia elementa conuenire ad eius generationem. Patet: quia nullum est, nisi qualitatibus illis quatuor primis reductis in debita proportione, & debito contemperamento. Et probatur secundò, eò quòd in omni mixto, cuiuscunque sit conditionis, manēt virtute quatuor qualitates quatuor elementorum. Manet caliditas, & siccitas, ad quas sequitur leuitas ignea: manet caliditas & humiditas, ad quas leuitas aërea. Manet frigiditas, & humiditas, ad quas grauitas aquea. Siccitas, & frigiditas, ad quas terræ grauitas.

Ratio. 1. Ratio. 2.

Ad arg. m. ¶Ad argumenta ex dictis constans solutio est. Non enim requiritur quando aliqua veniunt in compositionem alicui mixti, q̄ maneant integra, & formaliter, sed sufficit si virtute: nam dato in ædificatione domus videamus quòd lapides, & ligna, quæ componunt domum, habeant suam integram naturam, & perseuerent in ea, tamen aliquando componunt, quæ non manent integra: vt lapides, ex quibus calx fit, igne combusti, intrãt, domus compositionem, & tamen non manent actu, sed solùm virtute. Sic elementa dicũt agere ad generationem mixti, & ad compositionē eius, non q̄ maneant formaliter, sed solùm virtute: quia manet qualitatum primarũ quędam proportio, & certum contēperamentum, quod continet virtute elementa quatuor. Sic patet ad, 2. solutio.

¶Ad tertiũ dicendũ, cōclusiones intelligi de mixtis perfectis. Modò exhalatio, vapor, nix, grãdo, nō sunt mixta perfecta. De quib' in libris Meteororũ supra: & sic possunt fieri sine ipsis quatuor elementis.

¶SPECVLA. V. VTRVM qualitates actiuæ sint principalia principia actiua mixti.

1. Argumẽ. VIdetur q̄ sic. Illa sunt principia principalia actiua ad mixti generationem, per quæ elementa adinuicē agũt, & repatiũtur: sed qualitates actiuæ sunt per quas elementa agunt, & repatiuntur: ergo ipsæ sunt principalia principia.

¶Secundò. Illud dicitur esse causa actiua, & principalis, qua posita, ponitur effectus, & non posita non ponitur: sed positis ipsis qualitatibus actiuis, ponitur mixtũ, & eis non positis, non ponitur. Patet: quia si ipsæ non agant adinuicem, & repatiantur, nũquàm erit alicuius corruptio: & sic nullius erit generatio: & si ponũtur agere, fit mixtum.

¶Tertiò. Si qualitates primæ non essent principalia agentia mixti, maximè quia sunt accidentia, & non attingunt ad generationem substantię, sed hoc non obstat. Patet: quia accidentia producunt substantiam: vt patet in sacramento Eucharistiæ. Et patet naturaliter de calore naturali conuertente cibum in substantiam nutriti: ergo sequitur quòd accidens potest attingere ad substantiæ productionem: & sic est principale in mixti generatione.

S. Tho. 3. p. q. 77. art. 5.

¶In contrarium est Aristoteles, hic, textu. 54. & 55. In cōtrariũ.

¶Pro solutione notãdum quòd causarum duplex est ordo: quidam illarũ quæ dicuntur essentialiter subordinatę, quę sunt illę quan- Notan. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

quãdo inferiores nõ possunt agere sine superiore: vt si dicas hanc causam scilicet, cœlum lunæ, causando depẽdere à cœlo mercurij, & cœlum mercurij, à cœlo veneris, & veneris, à cœlo solis. Itaque nunquam Lunæ cœlum aget, nisi causis superioribus concurrentibus: quia sunt essentialiter subordinatæ: ita vt vna ab alia dependeat: Aliæ sunt causæ accidentaliter subordinatæ: vt quando artifex habet multa instrumenta ad suum artificium: quæ non sunt subordinata, quin possit vti vno, non vtendo alio: quia virtus vnius non dependet ab alterius virtute.

Notan. 2. ¶Secundò notandum, ꝙ aliquę sunt causę principales: aliæ nõ principales, seu instrumentales, etiã in essentialiter subordinatis. Principalis vocabitur, quæ aliã dirigit causam in agendo, & conseruat: vt Deus est causa principalis: quia dirigit, & conseruat. Instrumentalis vocatur causa, quæ à principali dirigitur, & conseruatur, & non habet nisi moueri à principali agente: de quo in secundo physi. specula. 7. latè quando de causa efficienti egimus.

Causa principalis.

Causa instrumentalis.

¶Et causarum agentium, quædam immediatæ, & aliæ mediatæ. Immediatæ, quæ agunt in passo sine alio coagente medio: & mediatæ, quando mediante media alia causa. Istis suppositis respondetur.

1. Cõclusio ¶Prima conclusi. Formæ substantiales elementorum non sunt agentia subordinata in mixtorũ generatione. Patet: Illa sunt sic subordinata, quorum vnũ non potest operari sine alio: vt homo in agẽdo, Deo subordinat: quia sine eo nihil potest facere: sed vnum elemẽtum agit sine alio: imò solum vnum sufficit aliquando ad generationem mixti ex putrefactione: vt in præcedenti speculatione probatum est.

Ratio. 1.

Ioan. 16.

¶Item. Illa dicuntur essentialiter subordinata, quæ habent essentialem dependẽtiã: sed quãuis formę substantiales elementorum ad mixti generationem concurrant omnes, ignis non agit in virtute aeris, neq; è contra aer in virtute ignis: ergo sequitur quòd tales formæ non sunt adinuicem causæ subordinatę.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

¶Tertiò. Formæ substantiales elementorum de per accidẽs concurrunt ad mixtũ: ergo nõ sunt essentialiter subordinatæ. Patet. Non intẽdunt mixtum producere, qd sibi dissimile est, sed solùm sibi simile: & de per accidẽs contingit ꝙ ex mutua actione ipsorum elemẽtorum, ipsis corruptis, mixtum generetur: vt suprà diximus.

¶Secunda conclusio. Deus, Cœlum, Sol, Intelligentiæ sunt causæ principales mixtorum. Patet. Illæ dicũtur principales: quę primò cõcurrũt, & mouent, in virtute quarum aliæ inferiores diriguntur, & agunt: sed omnes inferiores causæ agũt in Dei virtute, & diriguntur naturaliter. Agunt itidem ex influentia cœli, & solis: sequitur ergo quòd ipsæ sunt causæ principales.

2. Cõclusio

Ratio. 1.

¶Item. Illa dicitur principalis causa, quæ posita, ponitur effectus, & non posita, non poneretur, etiam si esset alia causa minus principalis: quando posita cœli influentia, est actio, & dato inferiori causa poneretur, si ista non esset, non esset actio. ergo ipsa principalis dicetur.

Ratio. 1.

¶Probatur ex Arist. dicente. Necesse est mundum istum lationibus superioribus cõtiguũ esse, vt inde tota eius virtus gubernetur: sed quod gubernat, principalis causa est, ergo idem quòd prius de quo alibi latius.

Aristotel. p. Mete. ca. p.

¶Tertia concl. Qualitates primæ elementorũ sunt causæ agentes in mixtorũ generatiõe instrumẽtales. Patet. Illud est causa instrumẽtalis, quo principale agẽs agit, velut instrumento ad effectum: sed sic eõtingit in mixtorũ generatione respectu qualitatum primarũ: quia elementa ipsis agunt, & repatiuntur adinuicem.

3. Cõclusio

Ratio. 1.

¶Præterea. Nunquàm introducitur mixti forma in materia, nisi dispositionibus præuijs harum qualitatum primarum: at hoc est instrumentalis causam.

Ratio. 2.

¶Ad primum: ita est quod elementa agũt mediatibus primis qualitatibus, sed ex hoc non sequitur quòd sint principales, sed solùm sunt instrumentales.

Ad argum.

¶Ad secundum dicendum, quod solùm probatur, elementa non agere per se, neque repati sine ipsis qualitatibus primis: quod nos libenter concedimus: sed ex hoc nõ probat ꝙ ipsæ qualitates sunt principales: sicut arpentum non potest absque serra, vel dolabro lignum præparare ad formam arcæ non tamen sequitur quòd serra sit causa principalis: quia instrumentum dirigitur: & mouetur à principali agente, ita vt nullam habeat actionẽ, secluso illa motione: sic dato qualitates primæ habeant per naturam quod agant, tamen ad mixti generationem non habent vnde attingant: sicut neque serra ad formam

secundũ

mam arcæ: sed quia qualitatum actio mutua disponit, & transmutat, habet quòd dicantur tales qualitates causæ instrumentales, quibus causæ superiores vtuntur ad effectus ex proposito intentos.

Ad tertium ¶Ad tertium concedimus sic euenire: vt in sacramento Eucharistiæ: & quia remanent sola accidentia absque substantia panis, possunt agere ad substantiam, non vt instrumentũ, sed vt causa principalis, quanquam alij putant: sed videtur quòd naturaliter loquendo sic contingat sine miraculorum multiplicatione: & quia non est consuetum accidere, esse miraculum quòd in hostia consecrata (si diu in pixide sit) vermes generentur, oportet dicere, quòd accidens potest ad substantiam, vt instrumentum. De quo in primo physicorũ: & sic in mixti generatione qualitates illæ sunt agẽtia, instrumentalia tamen.

S. Th. 3. p. q. 77. art. 1.

Ciruelo in suis paradoxis, cap. 3.

Specu. 4. & 5.

¶SPECVLATIO. VI. Vtũ detur mixtũ temperatum ex qualitatibus elementorũ: ita ꝙ sit æquale ad pondus, vt dicunt medici.

Idetur quòd sic. Vbi datur maius, & datur minus, & dari potest æquale: sed in mixtis datur maius, seu excessus quo ad contempe ramentum: & datur [illegible] ergo poterit & æquale. Hoc patet: quia [illegible] ericis est excessus calidi tatis, & frigiditatis: & in cucurbitis humiditas, & siccitas.

¶Secundo. Dari æquale ad pondus est, ꝙ ex debito contemperamento, & æqualitate, animal sit perfectè sanum, sed datur animal perfectè sanum, [illegible] est in eo æquale ad pondus.

¶Præterea. Dato aliquo mixto, peto vel est temperatum, vel non: si sic: ergo datur æquale ad pondus: si non: ergo est aliquis excessus qualitatum ad inuicem. Detur ille excessus: potest fieri remissio, & ex alia parte accretio, vt veniat qualitates ad æqualitatem: quia hoc nõ repugnat: ergo potest dari æquale ad pondus.

¶In contrarium est quòd Commentator dicit, esse impossibile dare mixtum ex elementis æqualiter.

in contra. Comm. hic tex. 49.

¶Pro solutione notandũ, medicos, & physicos dicere, quod æquale sit duplex: æquale ad pondus, & æquale ad iustitiam. Æquale ad pondus est, quando in aliquo mixto sunt omnes qualitates tam primæ, quàm secundæ in æqualitate: sic vt tantum sit de caliditate, quantum de frigiditate, & siccitate, & humiditate, grauitate, & leuitate. Et istud æquale ad pondus posset intelligi vel in omnibus speciebus eodem modo: vel aliter in vna ꝗ in alia.

Notan. 1.

Vide concliato. diff. 18. & Iaco. de forli. q. 6. & Thom. de Carboin sua summa tract. 2. q. 5.

¶Aliud vocant æquale ad iustitiam, & est, quãdo æqualitas est in qualitatibus secundum proportionem: ita vt æqualitas sit cõueniens speciei, propriæ, & cõplexioni. Certum est, ꝙ non quælibet species in suis indiuiduis petit æqualem qualitatum proportionem: nam in vna specie est calidum abundans, & cõgruit speciei, & in alia frigidũ, & est conueniens: & sic de alijs qualitatibus: nã si in homine esset æqualitas primarũ qualitatũ, non posset consistere diu, eo quòd caliditas naturalis remitteretur, & à frigido contrario, si tam esset intensum frigidum, & à calido etiam nimio. Quapro ter sic datur extranea caliditas, & frigiditas, vt conueniat calori naturali.

¶Secundò notãdum, ꝙ in mixto exactione ipsorum elementorum ad inuicem duplices relinquuntur qualitates: quædam alteratiuæ dicuntur, quę sunt illæ primæ, de quibus sæpè loquuti sumus: Caliditas: Frigiditas. &c. Aliæ sunt quę relinquuntur, quæ dicũtur motiuæ localiter: vt grauitas, & leuitas. Ratione harum habet mixtum quòd vel ascendat, vel descendat.

Notan. 2.

¶Speculatio ergo potest tripliciter intelligi: vno modo, vtrùm detur mixtum in quo omnes qualitates tam alteratiuę, quàm motiuæ sint æquales. Secundus sensus, vtrùm detur aliquod in quo solùm motiuæ sint æquales. Tertius erit, vtrùm detur in quo solùm alteratiuæ sint æquales nihil de motiuis agendo.

¶Consideratiõe etiãdignũ est, ꝙ si in mixto essent æquales ad pondus qualitates alteratiuę, nõ possent esse æquales motiuę, imò plus esset de grauitate, quàm de leuitate. Patet: quia ad hoc quòd in mixto sit tanta leuitas, sicut grauitas, requiritur ꝙ in eo sit multo maior caliditas, ꝗ frigiditas. Hoc tam

Notand. 1

Universidad de Deusto Biblioteca

tam in naturaliter dispositis, quàm in violentis. In animali certum est, quòd maior grauitas, quàm leuitas: & regulariter maior caliditas, quàm frigidit... Si ergo deberet esse æqualis grauitas leuitati, deberet crescere caliditas: & si crescere, excederet ipsam frigiditatem nimium, & non esset æqualitas in eis.

Corolla. ¶Ex quo sequitur, quòd si mixtum esset æquale ad pondus in motiuis, esset in æquale in alteratiuis: supposito q̃ caliditas est quæ agit ad leuitatem.

Notan. 4. ¶Etiam est cõsiderandum, quòd dato qualitates alteratiuæ in mixto essent æquales ad pondus: non tamen essent æquales ad agendi: quia caliditas est magis actiua, quàm frigiditas, & minus resistiua: & sic de alijs, vt supra diximus. Et dato essent æquales in agere, non inde sequeretur æqualitas in resistere. Et vt veritas clarius patefiat, cõstituimus primam conclusionem.

Conclu. 1. ¶Fieri non potest, vt in mixto sit æquale ad pondus quò ad motiuas qualitates, & ul

Ratio. teratiuas simul. Hoc patet ex tertio notabili: quia ex hoc quòd æqualitas esset in alteratiuis, sequitur in æqualitas in motiuis, e contra, vt deductum est ibi.

2. Cõclusio ¶Secunda cõclusio. Possibile est mixtum esse temperatum quò ad qualitates alteratiuas tantùm: nã dato sit in æqualitas: vt si sit magis de frigiditate, & siccitate, poterit esse motus ad caliditatem, & humiditatem, vsque dum veniatur ad ęqualitatem: quo facto, mixtum erit temperatum quo ad qualitates alteratiuas.

3. Cõclusi. ¶Tertia conclusio. Potest esse mixtum æqualiter temperatũ quo ad qualitates moti

Ratio. uas. Patet. Si sit in æqualitas, eò q̃ habeat plus de grauitate, quàm de leuitate, leuificatio fit vt veniat ad æqutitatem.

4. Cõclusi. ¶Quarta conclusio. Posito mixtum esset temperatum ex elementis in æqualiate se

Ratio. cundùm qualitates alteratiuas, non sequeretur quòd esset perpetuum. Patet: quia dato essent æquales ad pondus, non essent æqualiter actiuæ, neque æqualiter resistiuæ: & sic ageret vna in aliam, & præualeret: vnde sequeretur corruptio in mixto. Item quoniam ab extrinseco tale mixtum posset pati approximatum summè calido, vel summè frigido, quare sequeretur corruptio.

5. Cõclusi Quinta conclusio. Non omnibus speciebꝰ ex ęquo conuenit eadem proportio quali tatum primarum, sed certa certæ speciei, vt sub illa nullum indiuiduum alterius speciei posset durare. Patet conclusio: nam diuersa in specie diuersam habent complexionem: & necessario diuersam qualitatũ primarum proportionem. Prima ratio

¶Item. Quia si vna, & eadem qualitatum dispositio esset in omnibus speciebus, sicut ab agente naturali in subiecto disposito introducitur forma talis speciei, posset introduci forma alterius: sed hoc est falsum, vt constat. Secunda ró

¶Sexta conclusio. Non omnia indiuidua vnius speciei determinant sibi naturaliter eandem proportionem qualitatum primarum. Patet per medicos qui in specie humana quatuor ponunt complexiones distinctas: Cholericam: Phlegmaticam: melãcholicam: sanguineam. Quod patet quia si cholericus alteretur ad complexionem phlegmaticam, infirmatur: quod non esset, si vna esset complexio: & in istis est latitudo, tam in cholericis, quàm in sanguineis. 6. Cõclusi. Ratio.

¶Septima conclusio. Istarum complexionum diuersarum in eadem specie est talis vnio, vt nullum indiuiduum alterius speciei posset in ea saluari naturaliter. Hoc patet ex supradictis: quia secundùm diuersitatem specierum, oportet ponere latitudinem in ipsis indiuiduis quò ad complexionem. 7. Cõclusi. Ratio.

¶Octaua conclusi. Tam necessaria est qualitatum primarum proportio in humana specie, vt in diuersis ætatibus eiusdem alia, & alia sit complexio. Hoc affirmant medici, quoniam si homo in senectute illam haberet complexionem, & qualitatũ proportionem, quam habuit in adolescentia, esset infirmus. Et si haberet in adolescẽtia illam quæ senectutis est, cõtingeret simili modo deficere. Octaua cõclusio.

¶Septem ponunt communiter ætates hominis. Prima infantia est, quæ vsq; ad septimum durat annum. Secunda est pueritia, quæ durat à. 7. vsque ad. 18. annum ętatis. Tertia est adolescentia, quæ à. 18. anno vsque ad. 25. Quarta est iuuentus, quæ à. 25. vsque ad. 35. vel. 36. Quinta est ætas virilis, & peruenit vsque ad. 49. Sexta senectus à. 49. vsque ad. 60. Septima & vltima à. 60. vsque ad finem vitæ, quę decrepita vocatur. In istis ergo ætatibus diuersis, oportet intelligere aliam, & aliam esse dispositionem & proportionem qualitatum: & non est vna in omnibus: imò in eadem ætate in omnibus membris, vel partibus non est eadem complexio. Patet: quia cor est calidum, & siccum: cerebrum frigidum, & humidum: & sic e opposito sunt contrariæ cõplexiones, & oppositum temperamentũ in corde, & cerebro. Septẽ ætateshominis. Infancia. Pueritia. Adolescentia. Iuuẽtus. Ætas virilis. Senectus. Decrepita.

9. Cõclusi. ¶Nona conclusio. Dabile est mixtũ tẽperatum ad iustitiam. Istam cõcedũt medici,

Ratio. & philosophi. Patet: quia potest dari distẽperatum phlegmaticum, vel cholericum: ergo poterit dari temperatum.

10. Cõclu. ¶Decima conclusio. Sicut mixtum per naturã determinat sibi certam: & congruã cõplexionem intrinsecam, & essentialem, sic etiam determinat sibi cõgruã. Volumus hic asserere, q̃ aliqui mixtus in tali loco scilicet cœlo viuunt, & durant, q̃ si essent in alio loco. Hoc cõstat experientia: quia videmus quendam hominem in vno loco esse infirmum, & in alio bene habere, solùm ratione loci.

11. Cõclu. ¶Vndecima concl. Mixtum temperatum vtrũque modo, & exteriùs, & interiùs nõ

Ratio. potest diu manere in eodem temperamento. Patet: quia continuè agit calor naturalis in humidum radicale, cõsumendo: & restauratio fit per humidum nutrimentale, quod minium deficit à bona qualitate: & ob id sequeretur aliqualis iactura: & quamque facta, iam est distemperatio: & sequitur corruptio: ergo nõ diu permanebit. Licet enim ad breue tempus posit, non tamen poterit se perpetuari.

Opin. dicẽtiũ nõ dari tẽperatũ ad iustitiam. ¶Aliqui tamen putant probabile, non esse posibile dari hominem temperatũ ad iustitiam per naturam: quia si posset esse, esset per aliquod tempus, vel per instans: non per tempus, quocunque instanti temporis dato, est alia, & alia actio. Neque per instans dicitur quod per instans est, non dicitur propriè esse.

¶Hæc sunt breuiter dicta de materia, quæ magis ad medicos, quàm ad philosophum naturalem spectat. Tamen vtrique conueniat de ea disputare.

Ad argum. ¶Ex dictis patet solutio argumentorum.

¶SPECVLATIO. VII.

Vtrũ omne ens corruptibile habeat determinatam periodum suæ durationis.

Idetur quòd nõ. Aliàs sequeretur quòd vita humana non posset prolõgari: sed hoc est contra medicos dicentes, quòd propter aliquas medicinas potest esse prolongatio. 1. Argumẽ.

¶Secũdò. Ignis in sua sphera existẽs corruptibilis est: tñ non habet certã periodum. Quòd sit corruptibilis patet: qa corrũpitur, & vertitur in aerẽ. Et q̃ non habeat periodum determinatam, patet: quia quanto diutiùs durat, potest diutiùs durare. 2

¶Tertiò. Si qdlibet haberet suam certã periodũ, sequeretur, q̃ esset dabile vltimũ tẽpus, per qd aliquid posset durare, sed hoc non datur. Patet: quia si daretur, iã res permanẽs definiret esse per vltimum sui esse. qd est contra Arist. vt suprà probauimus. 3

¶In contrarium est Aristo. hic, tex. 57. & 2. de anima tex. 41. In cõtrariũ

¶Pro solutione est notandũ, q̃ entia corruptibilia sunt in duplici differẽtia: quædam sunt simplicia: vt sunt elemẽta: alia sunt cõposita: vt mixta. Atque mixta quædã sunt eterogenea, quæ partes habẽt diuersarum rationum: & alia sunt homogenea, quorũ partes sunt eiusdem rationis. Notan. 1.

¶Supponẽdum etiam est, quòd post illam complexionem: quę est temperata ad iustiam, sunt quatuor declinaptes. s. cholerica: sanguinea. &c. Et istæ. 4. non æqualiter durant: nam sanguineus regulariter magis viuet. Quòd si contingat eum non tantũ durare proueniet aliunde ex malo scilicet, regimine: si tamen cętera sint paria diutiùs durat sanguineus. Vtcũque ijs notatis, ponitur prima conclusio. Notan. 2.

¶Impossibile est per artem, simul & per naturam, omni secluso miraculo, vitam hominis modò perpetuari. Patet: quia materia hominis aliam naturaliter formam appetit: ergo illam aliquando habebit: sed habere non potest, nisi per corruptionẽ ipsius hominis: ergo homo per naturam nõ durabit perpetuo. 1. Cõclusi. Ratio. 1.

¶Præterea. Semper calor naturalis agens in humidum radicale consumit ipsum: sed humidum hoc infinitum non est: ergo tandem consumetur: & sic non poterit perpetuari. Ratio. 2.

¶Tertio. Si posset per naturam perpetuari, maximè ob restaurationem humidi nutrimen Tertia ró.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trimentalis:sed hoc non sufficit: quia dato sit restauratio æqua quo ad quantitatem, deficit quo ad qualitatem:vnde necessario sequetur mors.

Quarta ró. ¶Neq; pōt fieri per artē medicinæ: quia quacunque data, erit ad tollendum superfluum, & deperditum restaurandū:sed quāuis tollatur superfluum, manet intrinseca ratio deficiendi. Neque sufficit si de perditum restaurett quia nunquàm erit in qualitate tale quod acquiritur:ergo non erit sufficiens restauratio.

2. Cōclusi. ¶Secunda conclusio. Potest per artem medicinæ homo diutius viuere, quàm exigat
ratio. sua complexio. Patet. Potest peritus medicus mutare complexionem: ergo poterit facere quòd ille qui ob suam complexionem viueret naturaliter per.60.annos, mutata complexione, viuat per.70. quod experientia docet.

3. Cōclusi. ¶Tertia conclusio. Medicus potest vitam humanam præseruare à multis corruptio
nibus, & passionibus occurrentibus circa
ratio. periodum totius vitæ. Patet: quia cùm corruptiones, & passiones invitā eueniant ex aliquo superfluo, vel aliquo intemperamento, citra periodum vitæ poterit per medicinam expelli superfluum, & fieri restauratio. * Imò etiam senem, imò decrepitum posset in sanitatem, & virtutem adolescentis reducere, si credimus illis quæ ab *Alexo Piamontes*, in libro suorum secretorum: adducitur cap. 1. sicut de esu ligni vitę in statu innocentię dicitur ibi.

4. Cōclusi. ¶Quarta conclusio. Non est dare maximū tempus per quod homo durare potest. Pa
Prima ratio tet, Sit quia nunc viuit, & immediatè post hoc non viuet. Probo quòd non possit stare. Nunc viuit in isto instanti vltimo: ergo virtus cōseruatiua excedit corruptiuā: sed hic excessus non est indiuisibilis: ergò diuisibilis. Si diuisibilis, & debet perdi: non potest esse in instanti: sequitur ergo quod illud nunc non erit terminus vitæ: & sic vlteriùs poterit viuere. Quapropter non datur vltimum tempus per quod potest homo viuere.

5. Cōclusi. ¶Quinta conclu. Non est dabile minimum tempus per quod homo potest durare. Pa
Prima ratio tet. Si esset dabile, per illud posset, & per nullum minus: sed hoc est falsum: quia per eius medietatem potest durare: ergo non datur minimum tempus.

6. Cōclusio ¶Sexta cōclusio. Non est eadem periodus in omnibus indiuiduis speciei humanæ. Pa Prima ró.
tet: quia cùm non sit eadem complexio, neque sit idem viuendi modus, non poterit esse eadem periodus.

¶Septima conclusio. Nulla est species corruptibilium, & generabilium, quæ non habeat suam certam periodum. Patet: quia 7. Cōclusio
Prima ratio cùm materia in qualibet specie, sub quocūque sit indiuiduo, habeat naturalem appetitum ad aliam formam: & simul non possit habere duas, oportet aliquando sit sub alia forma: quod non esset, nisi periodum haberet.

¶Probatur adhuc: quia quælibet species Secunda ró
corruptibiliū ex elemētis cōstat, & in se cōtinet virtute ipsa elementa qualitates actiuas: sed vbi sunt tales qualitates, naturaliter corruptio erit: ergo periodus datur.

¶Octaua conclusio. Quia species nulla reperitur, nisi contracta in suis indiuiduis: & nō Octaua cōclusio.
omnium indiuiduorum, etiam in vna specie, est eadem periodus, ob aliam, & aliam commensurationem qualitatū primarum, sequitur quòd etiam in eadem specie non est certa periodus, sed habet latitudinem in suis indiuiduis. Hæc est conclusio clara ex suprà dictis: si quidem cùm indiuidua aliam, & aliam habeant qualitatum commēsurationem, non habebunt idem tempus durationis.

¶Nona conclusio. Quanuis species ob successionem suorum indiuiduorum dicatur Nona cōcl.
habere perpetuitatem, physicè tamen loquendo, certam videtur habere periodum, vt tandem habere posit finem. probatur. Certum est periodum vitę humanę à prin Prima ratio
cipio mundi in idiuiduis fuisse multo lōgiorem: quia tunc viuebant homines ad mille annos: alij ad octingētos: & paulatim videtur esse breuior effecta periodus: sic vt vix homo ad.90. perueniat annum. Iuius est naturalis ratio: quia id quod restauratur de humido radicali ob humidum nutrimentale, non est tantæ virtutis, neque tam purū sicut olim: quia omnia declinauerunt in senectam, & inutilia facta sunt: & herbæ non habent puritatem illam, neq; fructus, neque carnes, ex quibus nutrimentum capiunt homines.

¶Item: quia tantò quantò in cibum adhibentur varia, ob aliam, & aliam ipsarum re Secūda ró
rum proprietatē, efficitur nutrimentū impurius, & tāto minus sufficit ad restaurādum deperditū, & tanto periodus breuior est. Si

est. Si ergo spatio.6000.annorum tāta variatio facta est: tantum posset mundus durare, vt videretur abbreuiata periodus. Et hoc in specie humana maxime tenet locū, ob uariā illa ex quibus nutritur.

¶Non tamen intelligamus quod daretur sic minimum tempus, in quo posset: quia quocunque dato (vt in conclusione quinta dicebamus) in minori viuere posset: sed dicitur esse terminus in ipsa specie, per hoc quòd possit ad infimum tempus periodi deuenire, in sensu suprà dicto: vt iam prope interitū videretur esse species, etiā multiplicatis indiuiduis.

10. Cōclu. Rato. ¶Decima cōclusio. Omnia accidentia corporalia habent certam suam periodum. Patet. Illa quę habent certum tempus sui durationis, certam habent periodum: sed accidentia corporalia sunt huiusmodi. Patet: quia deficiunt, vel à contrario, vel ob corruptionem subiecti, vel ex defectu conseruantis. Istis tribus modis potest esse defectus in eis: & sic habent certam periodum. Calitas deficere potest à suo contrario. Lumē deficere potest ob absentiam luminosi. Albedo tandem finem habet corrupto subiecto: omnia ergo finem habent.

11. Cōclu. ¶Vndecima conclusio. Quodlibet homo geneum simplex corpus (vt sunt elementa) nisi haberet contrarium, habet rationē
Paul. Ves. 2. de gene. lex. 18. perpetui. Patet: quia ratio periodi est propter aliam, & aliam proportionem qualitatum: sed in simplicibus (vt sunt elementa) non est talis ratio: ob id habent rationem perpetuitatis: sed quia cōtrarium habent, corrumpūtur secundum partes, licet sint secundum se tota.

¶Dicimus quod in elementis non sit illa proportio qualitatum primarū: quia non sunt ex aliis elementis, ex q̄libet solū sibi duas vendicantes qualitates, quarum vna non agit in aliam ad corruptionem, sed potius mutuò se conseruāt vt suprà dictum est.

12. Cō. ¶Vltima conclusio. Generaliter, omne ex contrariis compositum, corruptibile est, & certam habet suam periodum durationem. Patet: quia aliàs posset in æternum durare: & si in æternum durat, corruptibile nō est: sed incorruptibile potius.

Ad argum. ¶Ad argumēta facilis est ex dictis solutio. Non enim possunt medicinæ, siue simplices, siue compositæ se extēdere vt possint vitam perpetuare, licet possint prologare vt dictum est.

¶Atque dicta ita sunt vt diuinus Plato in. 8. de republica, etiam in ipsis politijs periodum posuerit certam: vt quæ bona est, in ambiciosam & popularē, & tandem in tyrannidem cōuertatur. Vbi ait, difficile quidem est, ciuitatem in. L. optima politia cōstitutam de suo statu dimoueri. Verum cū omne quod genitū est, corruptioni sit obnoxium: talis etiam constitutio semper manere non potest, sed soluetur: solutio verò hæc est, non solùm circa plantas sed circa terrena animalia, fertilitas, sterilitas animę corporumq; cōtingit, quādo reuolutiones, singulis circulorum coniunxerint ambitum, his quidem quę breuis sunt æui, breuiores ambitus: illis verò quæ longioris sunt æui, longiores. Est autem ei quod diuinitus generandum est, circuitus quem numerus cōtinet perfectus: vniuersus autem iste numerus talem autoritatem habens ad poiorem deteriorem q; generationē vim habet. &c. hæc ex Platone, vt periodū omnia intelligamus certam habere: licet obscurè sit loquutus sub numero, quem Iambicus, & Chalcidius interpretari sunt conati: sed tamen non sunt assequuti: vt testis est Iabelus in Politica Platonis tractatu. 5. cap. 6.

¶SPECVLACIO. VIII. Vtrùm homo in statu innocentiæ perpetuari posset.

EXplicato vt cunq; quæ later naturaliter omnia habeant certam periodum durationis, necesse est tractare, vtrùm homo potuerit perpetuari saltim in illo innocētiæ statu, si durasset.

¶Videtur q̄ sic. Illud dicitur naturale, q̄d 1. Argum.
conuenit homini à principio suæ natuitatis, & generatiōis: sed à principio natuitatis, & suæ formationis conuenit homini q̄ Gene. 3.
posit se perpetuare: ergo hoc est illi naturale. Patet. A principio Adā habuit esum ligni vitæ, quo poterat se perpetuare: ergo fuit ei naturale. Patet. Habuit lignum vitæ: quia datum est illi in cibum. Sed quòd

poterat

Universidad de Deusto Biblioteca

poterat perpetuare patet: quia eiectus est de paradiso, & angelus custos est positus, ne mitteret manũ, & comederet, & viueret in æternum: ergo si comederet, in æternum viueret: & sic naturaliter potuit se cõseruare.

a ¶ Præterea. Enoch, & Helias ibidem nunc seruantur per esum illius ligni: ergo in perpetuum: quia eadem est ratio, quod vsque ad istud tempus per tot millia annorum ibi sint cõseruati, sicut quòd in æternum: quia si id non est naturale, absque miraculo non posset: sed non est necessarium ponere, dando quòd esu ligni vitæ perseuerent incolumes: ergo naturaliter potest homo duarare in æternum.

b Tertiò. Homo in illo statu non poterat pati aliquid læsiuum secundum corpus: ergo poterat durare in perpetuũ. Patet. Nõ poterat pati ab extrinseco: quia tunc nil poterat homini nocere, sed omnia erant ei subiecta. Neque ab intrinseco. Patet: nam illud esset pœna: sed nulla poterat esse pœna ante culpam: ergo nullo modo morere tur. Et hoc probat Paulus, quando ait. Per peccatum mors: ergo si peccatũ non esset, neque mors esset.

Ad Rom. 5.

In cõtrariũ ¶ In contrarium est: quia compositum ex contrarijs corrumpetur.

¶ Pro solut. notandum, quòd naturale dicitur primo modo, & proprie id, quod est de essentia rei: vel eius proprium, fluens ab essentia: sicut naturale est, hominem esse rationalem: & risibilem.

Notan. 1. Naturale dicitur multis modis.

S. Th. 3. p. q. 2. art. 12.

¶ Secũdo modo vocatur naturale, pro eo quòd cõuenit alicui à natiuitate: vt homo nascatur cum. 6. digitis, dicitur naturale: quà à principio suæ natiuitatis habuit. Tertio mõ potest aliqd dici naturale, præsupposito aliquo gratuito: vt in proposito, non erat homini naturale non pati sitim, famem &c. Tamen præsuppolito illo statu innocẽtiæ, inquo Deus hominẽ creauit, erat naturale. Non erat naturale homini: quoniã omnia essent ei subdita, & obedirent ad nutum: tamen præsuppositá diuina miseratione, qua creauit hominem, erat naturale: nã si modo Deus hominem creasset in puris naturalibus pateretur famem, & non obedirent ei animalia ad nutum.

S. Tho. 3. p. q. 97. ar. 12.

S. Th. p. p. q. 96. per tota.

Notand. 2. ¶ Notandum præterea, quòd naturaliter homo duos habet defectus, ex quibus causatur mors: vnus est, deperditio humidi radicalis per actionẽ cõtinuã caloris naturalis. Alter est (vt ait Arist. in isto primo) extraneum adiunctum naturali: nam diminuit virtutem naturalis: vt si humidum cibale adiungatur humido radicali, reddit humidum naturale impurum: si vtsi aquã vino misceas, paulatim fortitudo perit vini, & tandem deficit.

Defect. 1.

Defect. 2.

S. Th. p. p. q. 97. art. 4.

¶ In isto statu naturæ corruptæ remediũ datum est contra primum defectum, per cibum, nam per eum restauratur quod deperditum est: sed quia non potest secundus defectus vitari, eo quòd semper debilitatur virtus, & ex commixtione fit impurum humidum, venit mors: quia calor naturalis suffocatur ab impuro, & tãtum debilitatur, vt etiam alimentum non posit in substantiam cõuertere, & quo non potest perpetuari homo. Sed in statu innocentiæ datum est, pro secundo remedium esus ligni vitæ, quo fieret restauratio secundum qualitatem, etiam illius deperditi. Habebat enim ille cibus hanc virtutem, vt quando comederetur, sequerẽtur renouatio iuuẽtutis in vigore primo, quando creatus est Adam. Tandem istis relictis, quia alibi latiùs, fit. 1. conclu.

Vide Aegl. quolibet. 1 quæst. 16.

¶ Naturale accipiendo proprie, vt à principijs intrinsecis est, aut de essentia, neque Adam in illo statu innocentiæ, neque aliquis hominum potest in vita perpetuari naturaliter. Probatur. Illud dicitur naturale, quod est de essentia rei, vel proprium eius: sed quod est tale, oportet inueniatur in omni specie: at non solum non inuenitur, sed neque in aliquo individuo fuit inuentum. Quis est homo qui non gustabit mortem?

1. Conclus.

1. Ratio.

Psalm. 88

¶ Præterea. Est ei naturale mori, & proprium eius, quod consequitur peccatum: ergo non erat naturale non mori. Consequentia est bona. Antecedens est clarum: quia naturaliter homo moritur, & vt aqua dilabitur. Mors enim naturalis est: aliàs quando homo moritur, fieret miraculum: contra naturam enim esset.

2. Ratio.

1. Reg. 14.

¶ Secunda conclusio. Si naturale capiatur vt à natiuitate, Adam in illo statu habuit quod potuit viuere perpetuò. Probatur. Id dicitur naturale, quod à principio est: sed statim à principio habuit Adam quomodo viueret in æternũ. Patet: quia contra duos defectus, ex quibus mors, habuit duo remedia. Primum fuit cibus aliorum ciborum: qui datus, & concessus est, vt fieret restau-

2. Conclus.

Ratio.

restauratio humidi radicalis deperditi. Contra alium defectum ex debilitate virtutis, & commixtione extranei, fuit datum remedium, esus ligni vitæ: qui habuit hanc virtutẽ, vt quoties sumeret, in integritate primæua restauraret, & poneret ipsum Adã. Sic sentit Marsi. in. 2. q. 12. ar. 3. & Gabriel. in. 2. d. 18. q. 2. & Ocam in. 4. q. 10. Maio. in 2. d. 19. q. vnica.

Marsil. Gabri. Maio. Ocam.

¶ Tertia conclusio. Supposito aliquo gratuito, naturale fuit in illo statu, quod Adã posset perpetuò viuere. Patet. Supposito illo statu fuit concessus esus ligni vitæ: & ille habebat virtutem naturalem perpetuãdi hominem: ergo naturaliter posset non mori. Quòd ille cibus habuerit virtutem naturalem, patet. Omnia quæ tunc Deo sunt conformia secundum naturas suas constituta fuerunt eundem statum nunc seruant naturaliter, vt possint restaurare deperditum, & nunc habent. Etiam illius cibi fuit virtus naturalis, vt posset fieri restauratio secundum qualitatem. &c. quia non est potior ratio quare de alijs dicatur, quàm de isto: & sic videtur quod posito illo statu in nocẽtiæ gratuito, fuerit naturale posse perpetuari: quapropter tenet Marsil. quod virtus illius ligni erat naturalis: aliàs non erat ratio quare post peccatum esset esus indictus, quia si habebat per miraculum, euã si comederet, non viueret in æternum, Deo non operante id quod erat contra naturã. (Et si graues aliàs autho. dicunt fuisse virtutem supernaturalẽ: quia (vt dicunt ipsi) aliàs alia animantia possent præseruari de morte.) Bona venia ipsorum, ratio est debilis: quia non pro iumentis, sed pro homine fuit ex natura, & conditione hominis potuit esse, quod ipse conseruaretur, & non alia animantia, maximè quia alijs herbæ datæ sunt in cibum non poma.

3. Conclus.

Ratio.

Marsil. 2. q. 12. art. 3.

S. Tho. p. p. q. 97. 4.

Bona. in. 2. d. 19. q. 5. & Gabr. ibi & Tarantasia.

4. Conclus. ¶ Quarta conclusio. Ad hoc quod ille cibus naturaliter præseruasset hominem, non sufficeret semel comedere, sed iteratis vicibus oportebat fieri. Ille cibus erat creatura: ergo habebat virtutem finitam, & nõ infinitam: ergo si poterat restaurare, esset ad certum tempus, & non oportebat semel comedere: & sic faceret Adam, si ille durasset status, vt quando vidisset necessarium, vel per annum, vel per plures annos, semel fuisset vsus. Sic doctor. S. p. p. q. 77. art. 4.

Ratio.

S. Thom. vt suprà.

S. Thom.

5. Conclus. ¶ Quinta conclusio. Probabile est quod si post peccatum homo de illo ligno vitæ comedisset, posset durare in perpetuũ. Patet ex illo Genes. 3. Ne forte mittat manum, & viuat in æternum. Et probatur ratione. Ille cibus habebat illam virtutem naturalẽ restituendi in illam pristinam virtutem, & per peccatum hominis non perdidit lignũ illam virtutem: ergo illam haberet.

Genes. 3.

Ratio.

Confirma.

¶ Et confirmatur. Nunc habet eam, vt dicunt doctores in Helia, & Enoch, qui sunt centenaria annorum sustentati ex illo esu. Et si est verum de Ioanne Euãgelista quod sit etiã ibi: ergo durasset homo in æternũ.

¶ Neque obstat illud psalm. Quis est homo qui non videbit mortem? &: Statum est hominibus semel mori: &: In quacunque hora comederis morte morieris: quoniam omnia ista ita dicta sunt, quia sic factum est, q̃ moriantur: quia non est talis cibus, & mortem peccati gustauerunt in hora, qua comederunt de ligno vetito.

¶ Scio tamen doctores exponere illam authoritatem citatam: Et viuat in æternum, id est, in longum tempus, vt S. Tho. sed nostra sententia est probabilis, & ad literam habet autoritatem scripturæ: & habet illã fuisse virtutem naturalem cibi. Et si in illo statu naturaliter viueret in æternum (vt etiam S. Thom. ibidem insinuat) etiam si cõcessus esset cibus, & nunc durasset, quantũ ad illud quod se tenet ex parte corruptionis ex admixtione extranei alimenti: quia si de morte, quæ ab extrinseco euenit, fiet sermo, certũ est nõ posset perpetuò viuere.

S. Tho. 1. d. 19. q. 1. a. 4.

¶ Contra hanc conclusionem, militat ratio docto. sub. qui negat etiam in illo statu posse hominem perpetuari: quia omne agens repatitur: & Adam conuertendo cibum ligni vitæ in substantiam suam, repatiebatur, & debilitabatur: & non posset perpetuari. A fortiori ergo post peccatum, etiam si esset esus ligni, non posset perpetuari.

Argu. doct. sub. in. 1. d. 19.

¶ Qui tenere vellet hanc probabilem sententiam, quia qui tenent illius arboris fuisse virtutem naturalem, oportet & teneant, possent respondere, argumentum non cõcludere: nam dato esset repassio, & debilitatio, posset illius fieri restauratio per iteratam comestionem. Illi debilitati posset etiã subueniri per esum aliorum ciborum: quia comestio illius ligni erat medicinalis: ob id non quotidiana. Quapropter poterat esse remedium omni defectui, qui contingeret ab intrinseco ex actione, & reactione calotis naturalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Manet ergo ex dictis probatum, naturale nunc esse homini mori, quandoquidem ex contrarijs compositus est: & sic continua est actio, & reactio, & debilitatio: & nō est vnde fiat restauratio. Et si ille status durasset, non fuisset supernaturale perpetuò viuere, & se conseruare ob esum ligni vitæ, cui talis virtus data est.

Ad argum.

¶ Ad argumenta non est necessarium respondere, cum ipsa probent quæ nos interrespondendum asseruimus: & videtur tenēdum, stando semper in virtute illius cibi. Et homo, durante illo statu, esset translatus in paradisum sine mortis gustatione. Et quanuis naturale esset homini in illo statu mori, si non esset ille cibus, sicut & modò est natural ratione compositionis ex contrarijs, non tollitur quominus naturale dicatur, si ille status durasset. Posset quē non mori ob cibum datum, qui habebat illam virtutem naturalem. Et si post peccatum esset etiam permissus ille cibus, diceretur naturale, se præseruare: quocirca ex diuersis considerationibus in isto, & in illo statu mori est naturale: & similiter nō mori in isto, & in illo: quia ad illud respicientes quod de hominis essentia est, & intrinsecum, ei mors est naturalis. Ad extrinsecam verò virtutem naturalem concessam respiciendo, naturale erat perpetuò permanere. Quia ergo in pœnam ille cibus corporeus ablatus est, contēdamus alium quærere cibum, quem qui gustauerit, non videbit mortē: quia perpetuò viuet. Atque quis cibus hoc poterit præstare, nisi panis ille viuus qui de cœlo descendit? Qui enim manducauerit ex hoc, viuet in æternū, ait Chrs. Viuet in æternū, qm̄ licet corpore moriat, viuet in æternū, hic pgram, & in futuro per clarā dei visionem. Ioan. 6.

¶ * Hic quærisolet, an idem numero possit bis generari super verba vltima Philo. quomodo detur circularis generatio adducisolet & à theologis in. 4. sen. vbi de resurrectione futura, in die judicij sermo est: & quidē physicè loquendo nullum agens naturale potest idem minus corruptum secundum substantiā regenerare: quia remota forma à materia: nulla remanet amplius potentia ad recipiendum illam formam: quia quando materia recepit formā rei corruptæ, vel recepit secundum totam potentiam quam habuit ad illam formam: vel secundum partem tantum. Non secundum partem tantū quia sic ostendi non posset quæ potentia reduceretur ad actum, & quæ non: Item quia sequeretur quod pro alia parte secundum quam non habet, adhuc desiderat formam illam, quod est sine ratione dictum: ergo dicendum est quod secundum se totam recepit: ergo nullo modo manet in materia potentia, ad recipiendum amplius illam formam, quam per corruptionem perdidit: & sic per nullum agens naturale, idem numero redire potest: dixi per agens naturale, quia per diuinam potentiam id fieri potest vt alias suo loco.

Finis secundi Libri de Generatione.

PHYSICAE SPECVLATIONES IN METEORORVM libros Aristotelis, Admodum. R. P. F. Alphonsi à Vera Cruce, Sacri Eremitarum ordinis sancti Augustini. bonarum artium, & sacræ Theologiæ Magistri: moderatoris primarij olim in Mexicana academia, in noua Hispania, nunc tertia hac editione multo locupletiores.

PRIMI LIBRI METEOrorum, id est, de mixtis imperfectis. Argumentum.

Consummato sermone iam ab Aristotel. de generatione, atq; corruptiōe, vbi egit de mixtis perfectis, quomodo fiunt per alterationem præuiā: nutriuntur, & augētur: & quopacto ex ipsorum elementorū mutua adinuicem actione, & repassione contingit: & quòd 4. ponūtur elementa: corpora quidē, sed simplicia, quorum quod libet habeas ex primis qualitatib' sibi vēdicet: & ipsa ad mixti cōstitutionem, & generationem concurrant, vt in eo solùm virtute, & non formaliter maneāt: consequenter tractat de mixtis imperfectis, quorum consistentia est breuis valde: vt sunt impressiones meteorologicæ, scilicet, pluuia: nix: grando: ros: pruina, & nonnulla alia quæ fiunt: vt cometes. Disputat de his omnibus, & causam dat naturalem, de eorū generatione. Materia est clara, sed dignascitu. Et ad physicum spectat ista non solùm leuiter, sed intus cognoscere, vt causam petenti reddere valeat. Multa enim vulgus supra naturam existimat, quorum physicus causam cognoscens naturalia dicit: vt si quis videns tres apparere soles, vel cometem in cœlo, prodigium supra omnem naturam à solo Deo putat: at catholicus philosophus certò sciens à Deo id miraculose fieri posse, vt in Christi natiuitate euenisse legimus, per naturam tamen posse contingere manifestat ex nube proxima corpori solis, & cometam ex diuersa exhalatione eleuata, ibi inflammata. De quibus omnibus in istis meteororum libris disserendum erit, & (prout par est) disputandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ SPECVLATIO. I.

Circa verba prima Aristot. qui fatetur mundũ istum ubernari à lationibus superiorib s (quẽ de influentia loqui dubium nõ est) speculatur, vtrũ sit ita, quòd cœlum, & astra in uant in istis inferioribus.

Argum. 1. Videtur quòd non. Si cœlum hęc gubernat inferiora, influętia, sequitur quòd omnia in istis inferioribꝰ ex necessitate euenirent: cõsequens est falsum: ergo illud ex quo sequ'tur. Probatur sequela. Cœlum causa est naturalis: si ergo agit, naturaliter agit: sed quæ natur er fiunt, vt in plurimum eueniunt: imò vt semper: sequitur ergo non esse talem gubernationem in superioribus. Et quòd sit consequens falsum, patet: quia sit tollerentur actiones liberæ hominum, nec esset ratio virtutis, neque vitij: meriti, vel demeriti: at hæc omnia non solùm contra fidem sunt, sed contra illa quæ in lumine naturali cognoscuntur: ergo non est ponenda talis influentia.

Vide Durã. 2. sen. q. 2. S. Tho. p. p. q. 77. a. 3. ad. 2.

Argumẽ. 2. ¶ Præterea. Nullo modo potest esse actio alicuius agentis in passum, nisi in debita sit approximatione, & communicent in materia: sed cœlum, & ista inferiora non solum debitè approximata non sunt, sed in iminẽ sum distant à cœlo, maximè à firmamento, vbi varietas tanta astror u, à quibus propter diuersum influxũ, est varietas in istis inferioribus. Neque est in materia communicatio, etiam si debita esset approximatio: quia nõ est eadẽ materia cœlorũ, & istorũ: inferiorũ quippe cum cœlorũ corpora sint incorruptibilia, & inalterabilia: at hæc inferiora sic obnoxia corruptioni, & variationi sunt, vt per instãs in eodem statu nõ possint permanere.

Argum. 3. ¶ Vltimò. Si cœlũ influeret, maximè lumine: quòd calefactiuum est: sed nõ influit lumine: quia vbi propinquius, magis calefaceret lumine, cũ omne agens fortius in propinquum quàm in distans agat: sed hoc est falsum, cum media regio aeris sit frigida, & infima sit calida, cùm soli illa media sit propinquior: ergo cœlum non influit.

Aristo. 1. de gen. tex. 78.

¶ In contrarium est Arist. statim in principio, cùm ait. Necesse est, &c. — Incontra.

¶ Pro decisione notandum, quod mu niter ponitur in cœlis motus, lumen, & influentia. Et per ista tria dicũt superiora agere in istis inferioribus. Motus quidem satis cognitus est, cum ad sensum pateat. Per motum enim diurnum, dies, & noctes sunt, & per alium motũ distinctum gen tiones & corruptiones fiunt: vt per motum circuli obliqui, id est, zodiaci. Quia sol à nobis e longat: vel approximat, modò ad ustrũ, modò ad Aquilonẽ: hyems: & ver: æstas: & autumnus con ungunt uolibet anno. — Notand. 1. Motus. Lumen. Influentia.

¶ Etiam de lumine nulli dubi . Sol, luna, & astr t constat) illumin men de influentia non sic. Quapropter um est, an ipsa sit p enda vltra motum, & men astrorum. Quod si ponenda est, an fu ualitas sensibilis, an insensibilis, dubitatur.

¶ Picus Mirandulanus vir acutissimus, & doctissimus philosophus, in suo cõtra al logos tractatu negat huiusmodi influentiã & solùm motum, & lumen admittit. Et quidem illius ratio potissima esse posset: quia frustrà est ponenda, cum motus, & lumen sufficiant: & quia non est vnde possit on stare quæ sit res hæc, quæ influentia at. — 1. Opinio. Miran. lib. 3. c. 4. & 9.

¶ Alij ponunt influentiã à motu, & lumine distinctam: tamen eam qualitatem insensibilem dicunt, vt Paul. Venetus, 1. cap. suæ summæ, in isto loco, conclu. 3. Idem Timõ in isto loco. q. 1. conclu. 2. — Opinio. Venetus. Timon.

¶ Alij putant hanc influentiam esse sensibilem, eo quòd omnis qualitas dispositiua ad m mam substantialem sensi ponit: & cum influentia sit (vt tet in metallis) quæ dispon ad u stan lem formam, dicitur esse sensiol od disponat patet: qa in locis sub ter la generantur, quæ non à lu ed disponuntur, cùm ad talem locum non perueni sed ab influentia. — 3. Opinio. Spinosa de cœ. dub. 5.

¶ Quæ fiunt sti ioribus sunt in dupl differentia: quædam sunt quæ per aturam sunt ordi vt semper eodem modo se habeant, contingat aliunde aliquod impeditiuum in causa; alia sunt quæ contingenter eueniunt, vt in rebus humanis appar . Et hæc quæ fiunt contingenter (cùm non sint necessario) ere fiunt per libertatem arbitrij. His dicis respondẽ- — Notand. 2.

detur.

Conclus. 1. ¶ Influentia ponenda est, qualitas quædã distincta à motu, & lumine in corporibus cœlestibus. Hæc conclusio est communis omnium philosophorũ. Probatur. Aliqui sunt ectus in istis inferioribus, quorum causa dari non potest, nisi influentia: ergo influentia debet poni quid distinctum. Probatur antecedens: quia in terræ visceribus generantur metalla, vt constat: & in certa parte, & determinata vnum, & in alia aliud oporte ergo cœlum (cùm sit causa vniuersalis) influẽtia causet in huiusmodi metallis, & nõ u: quia sic, cùm motu suo omnia peragat, & circuat, in omni parte terræ deberet generari m allum: go alia est causa: & nõ lumẽ. Pa t: quia ad locũ m profundu bscursum lumẽ non ũ astrorũ, sed is luminis scilicet, ipsius solis potest peruenire, impedi e opacitate ter ergo sequitur q influẽtia est ponẽda. — Communis opin. Ratio.

Metalla quæ dantur planetis. ¶ Et quod in huiusmodi metalla, habeant causalitatem, affirmant omne : nam lunæ argentum solidum, & mercurio argẽtum viuum: sol supra aurum constituitur, & mars supra ferrum: iupiter supra plumbum, & saturnus super stannum habet dominum.

¶ Et quòd sit differentia inter influentiam, & lu en constat ex istis, cùm lumen obiecto aliquo opaco impediatur in transitu, non influentia. Penetrat enim (vt patet in terra) vsque ad metalla.

Aristo. 3. de partibus animal. ¶ Secundum discrimen est, quòd lumen solum à sole causatur, & alijs astris, siue sit acceptum à sole, siue non; tamen influentia causatur ab alijs partibus cœli, in quibus non est.

¶ m. it Aristo. quòd crescente luna, c cunt cerebr animalium: & decrescente, de m: quod nõ potest esse nisi per int m.

2. Conclus. Influentia insensibilis qualitasẽ. ¶ Secunda conclu. Ista qualitas (quæ influẽtia dicitur) sensibilis nõ est. Probatur. Sensibile i ud est, liquo sensu percipi potest: sed talis in nu sensu potest percipi, vt patet: ergo non est sensi is.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Si esse sibilis, maximè qui est disponens ad forma substantialem in ipsis mixtis, sicut in metallis: sed hoc nõ sufficit: quia sensibile non dicit relationem ad ormam substantialem, sed ad f um: ergo dato, & non concesso quòd disponeret, nõ sequ tur quòd esset sensibilis, quanto magis quòd dispositio ad formam substantialem immediatè, non per influentiã, sed per alterationem qualitatum sensibilium est, vt supra dixi s.

¶ Tertia conclusio. Cœlestia corpora in istis in ioribus agunt, non solùm influentia, sed etiam motu, & lumine. Probatur quod motu agant: quia videmus quod per accessu , vel recessum solis in zodiaco fiunt generationes, & corruptiones: nam arbores fructificant in vere: quia sol ad nos conuertitur à tropico Capricornij, accedẽs ad tropicum Cancri: & in vere omnia germinant. Et corruptiones fiunt, per hoc quòd recedit rursus. Etiam influxu maris constat, per motum lunæ fi illas maris mirabiles elationes quotidie, quæ à motu lunæ proueniunt: ergo per motum luũt. Et ratione luminis etiam constat, cùm lunæ lumen sit sufficiens membra aliqua reddere paralytica ob frigiditatem, & humiditatem quam causat. Ex quo etiam argumẽtum sumitu , quòd sit influentia aliquid à lumine distinctum. Etiam patet: quia per lunæ motum oculi catorum crescunt in pupillæ albedine, & diminuu tur decrescente luna: ergo per motum aliquid causat. Similiter in arboribus, quòd sint plures, vel paucæ humiditates, à motu eiusdem lunæ prouenit. Similiter de diebus criticis medici loquuntur. Et patet: quia ob lumen solis per radios directos videmus aliqua generari, quæ non generantur, vbi solis lumen non est: vt patet de animalibus, & de arboribus. De oculis catorum etiam dicitur, quòd sufficiant niuem liquefacere, ob calorem quẽ emittunt, ratione luminis recepti: quod non possunt aliorum animalium oculi facere: quia non sun susceptiui tanti luminis: ergo etiam ratione luminis: cœlestia corpora influunt. — Conclus. 3. — Ratio. 2. — Ratio. 3. p.

¶ Quarta conclusio. Ista omnia inferiora à cœlestibus corporibus sic afficì motu lumine, vel influentia, est mundum à superioribus lationibus gubernari, ad quod contiguitas corporum requisita est. Ista conclusio ponitur ad declarandum dictum Aristotel. in principio huius: ob quod speculatio præsens mota est. Probatur quod mundus dicatur gubernari à lationibus superioribꝰ. Nullus alius modus in cœlestibus corporibus reperitur causandi in ista inferiora, nisi motu, aut lumine, aut influentia: ergo sequitur q̃ isto modo inferiora à superioribꝰ gu- — Conclus. 4. — Ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

bernantur. Non quidem quod ratione diri gantur à cœlestibus, cum cœlum non sit ra tionale: imò neq; viuens: vt suprà diximus: sed solũ eò quòd ad omnia qu in istis infe rioribus contingunt, dicatur con urrere, vt causa vniuersalis, sub ipso Deo om iũ vniuersalissima, & prima. Et quia certissimè o mnia per motum, & lumen, & influ tiam diriguntur ad suas competentes operationes, gubernari dicũtur à cœlo, quasi nil alie num videatur à causalitate eius, & concursu, in istis quæ contingunt naturaliter.

suprà. 2. phy. Spe. 1.

¶ Alia pars, quòd ob id oportet nõ dari va cuum, & cõtigua esse corpora omnia: quia non possent peruenire ad ista inferiora influxus cœlo m, cùm non esset contactus virtutis, qui est necessarius (vt suprà diximus) ter agens, & passum.

Conclu. 5.

¶ Quinta conclusio. Circa actus humanos cœlum habere dicitur influxum, inquantũ in corpore humano sunt impresiones quę dam, & influxus, ratione quorum ad aliqua magis videatur homo inclinat s: quam ad alia. Probatur experientia. Videmus ex pe culiari constellatione aliquem hominem inclinatum ad furtum: alium ad venerea: a lium ad gulam, & alium ad furtum. Videmus etiam ex influẽtia cœlesti aliquos ad hanc: alios ad illam virtutem magis propen sos: quia in tali, vel tali signo, sub tali, vel ta li astrorum coniunctione sunt nati: sequitur ergo cœlestia corpora habere aliquam gubernationem in actibus humanis, iuxta quam periti astrologi multa diuinare possunt de huiusmodi inclinatione nati.

Ratio.

Conclu. 6.

¶ Sexta conclusio. Actus liberi arbitrij exẽpti sunt absolutè à cœlorum gubernatione, & totaliter in nostra potestate constitu ti. Patet: quia liberè fiunt actus humani, & non necessariò: ergo non pendent à constellatione cœlesti: nam illa quę sic pendẽt, naturalia sunt: inuariabilia; & immutabilia: sed actus nostri, qui sunt hominis inquantum homo, possunt per liberum arbitrium mutari: ergo non pendent sic à corporum cœlestium gubernatione.

Prior ratio.

S. Tho. p. p. q. 115.

¶ Secundo. Si penderent, maximè esset ra tione inclinationis, vel propensionis ad vi tia, vel virtutes: quæ potest esse maior, vel minor per influxum cœlorũ: vt dicit quin ta conclusio: sed non ob id: quia quacunq; data inclinatione, possumus exequi, vel nõ exequi, cum non cogatur voluntas: sequitur ergo quòd actus humani non gubernã tur à cœlorum motibus, vel influentia. Et hoc probat illud Ptolemæi: Sapiens domi nabitur astris: quod est dicere: Quanuis influentia cœlestis causet in corpore homi nis aliquam inclinationem ad malum, tamen quia non cogit, & in eo est ratio, pote rit sic dominari, vt contrarium agat illius, ad quod inclinabatur ex astrorum influen tia. In alijs tamen omnibus corporibus (cũ ratione careant) astra dominãtur, & guber nant: quoniam infallibiliter sequitur in effectu secundùm causalitatem causæ. Simili ter in homine esset, nisi per rationem ei ob uietur De quo alibi latiùs.

Ratio.

Ptolemęus.

¶ Ex quo sequitur, astrologos istos diuinos qui iudicia , vocantur, malè, & cum er rore iudicare de aliquo nato, cùm dicunt: ta lis, vel ta s erit, in illis quæ pendent ex actibus humanis: vt quod talis e k o, & suspendetur: ta s erit adulter: quia ista nõ cadunt sub astrorum gubernatione: ni isti excusationem habeant in suo prænosti co, quòd cognoscentes complexionem, & inclinationem ex astrorum aspectu, iudice t de exequutione secundùm eam: quia caro homines contranituntur, sed vt in plurimũ (cùm stultorum numerus sit infinitus) sequãtur, vt brutum animal cœlorum influẽ tiam, & constellationes.

Corolla.

Ecclesi. 1.

¶ Ad primum, solutio patet ex istis quæ in vltima conclusione dicuntur.

Ad ar m.

¶ Ad secundum dicitur, quod cœlum influit in inferioribus, & omnia inferiora dicuntur cœlo esse approximata: quia omnia sunt contigua, & intra spheram suæ actiuitatis posita. Et quòd agens non agat, nisi communicet in materia; si poneremus v nan. esse materiam cœlorum, & istorum n feriorum, nihil contra nos: sed tenentes (vt tenemus) aliam esse materiam cœlorum, n telligitur necessaria communicatio n materia, ad hoc quod agens repatiat , v in causis particularibus: in vniuersalibus verò non vniuocis hoc non est requisitum.

Ad. 2.

Communicatio in materia in causis æquiuocis nõ requiritur. In lib. de cœlo. specul. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quando cætera sunt p ia, agens ...agis in propinquum, quam in remotum agit, & tamen quòd media aeris regi non sit calida tantum, quantum ista ..ima, quæ nos circundat, est ex alia causa: ppter antiparistasin, & quia radij reflexi non perueniunt vsque ad eam. D quo disputatio erit in hoc libro specul. 4.

Ad. 3.

Arist. 1. de ge. t. 78.

¶ Inferunt omnes ex suprà dictis de influen-

Corolla.

fluentia cœlorum, causalitate eorum, & gubernatione, quòd si Deus subtraheret omnes influentias cœlorum ab istis, infra orbem lunæ nihil fieret: imò destruerent ur omn & deficerent: & nisi per miraculum, non ossent stare: quia subtractis influentijs, tollerentur & primæ qualitates. Ipsisque substractis, nulla esset alteratio: nam cessaret omnis actio. Neque essent formæ substantiales, cùm non possint esse sine suis qualit uis dispositionibus: imò neque esset materia, cùm nunquam posit esse sine forma: si ergo nulla esset forma, non esset mate imò nihil esset infra concauum lunæ: & dicũt quod neque ipsa elementa quę corrumperent on ab qua causa positiua, sed à c lo privatiue propter defectum conser ergo secundùm ista consideratio ndusiste inf or dependet essentialiter à corporibus co estibus, sicut lum à corpore luminoso. Ista dicunt com muniter philosophi, etiam ca holici, sed de mõstrari non possunt. Quapropter licèt di us mundum gubernari ab influẽtia cœlorum, & motu eo quòd sic habeat rerum ordo à Deo præfixus, & illa ordinatio perseueret, tamen non est necessarium dicere quòd si cesset motus cœli, & influxus, omnia corruerent, & annihilarentur. Neque possum mihi persuadere quod affirmant omnes fere, quòd si cessasset motus cœli (vt in die iudicij cessabit) & applicaretur stupa igni, non combureret eam. Mirum est hoc. Nec nego quin potuit Deus talem posuisse legem à principio, sed non constat. Cessante tandem motu, cessabunt quidem omnia: quia finis erit mundi.

Si cœlorum causalitas auferat nihil er vi sibilium.

Theo. in. 4. d. 49

* ¶ H tamen considerandum est aliquo r uiss nem, & Henrrico gandẽsi tr uitur quod cœlum in his inferioribus non efficienter, & producendo per vir nfluxã: sed tantum determinando agentia particularia, ad actiones suas: & sic mixtum non generaretur si cœlum per motu non d naret agens proximũ ad talem actionem. Hoc p cãt esse de mẽte Commen. 7. meta. commẽ. 31. vb. quodo contra Auicenn de illo datore formarum dicit, quòd corpora cœlestia dant istis inferioribus, &c. sed tamen tenendum est, quod sit causarum ordo & vltima & proxima, non agit nisi causante prima & sicut à motu cord in animali, pendent motus aliarum partium, & eo deficiente immobilitãtur aliæ partes: sic defficiente motu primi mobilis, sic Deo disponẽte causæ inferiores non agerent. & ob hoc Arist. 8. physic. dixit quo imus mot est vita, id est, fons & vniuersalis principium in natura existentibus. cnẽdum ergo est quod cœlum motum n solum determinat agentia inferiora ac oprios effectus: sed agit & influit in quocunq effectu inferiori, sicut causa prima influit in omnem effectum causæ secũdæ: & sic habet rerum ordo.

¶ De quo in. 4. nostrarum Resolutionum Theologicarum dicemus, Deo aspirante.

¶ SPECVLATIO. II. De terræ magnitudine, d qua Aristoteles hic, in ordine ad elementa alia, & ad astra. Vtrùm elementum terræ sit minor, quam alia elementa, & astra.

Apparet quòd nõ: quia sol, & omne aliud astrum nobis minor apparet quam terra: & sol est minor quam apparet: ergo terra non est minor sole. Maior experientia patet. Minor probatur, quod sit minor quàm apparet: quia nos sumus in medio densiori, quàm sit sol: ergo radij solis venientes ad nos, disperguntur in occursu m edij densioris, ocrem ostendunt maiorẽ, quàm sit: ob quod denarium in aqua apparet maius quàm sit: ergo etiam sol minor erit terra.

1. Argumẽ.

¶ Secundò. Elementa omnia sunt æqualia: ergo vnum n on est alio maius. Patet. Si nõ sunt æqualia: ergo vnum aliud excedit: ergo in materia, vel in forma: non in multitudine materiæ: quia ex vno pugillo aquæ fiunt decem aeris: nam sub vno aquæ tantum est materiæ propter densitatem, quantum sub decem aeris: ergo multitudo materiæ eadem est. Neque est inæqualitas in formis: quoniam non potest hæc signari.

Argumẽ. 2.

¶ Tertiò. Illud cuius quantitas sciri non potest, nec maior, neque minor dici debet: sed

Argumẽ. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

terra est huiusmodi. Patet: quia variè Ptolemæus, Alfagranus, & sphęræ author loquũtur de stadijs, quæ correspondent vni gradui in cœlo: ergo non est certitudo.

Incontra.

Notand. 1.

¶ In contrarium est veritas.

¶ Primo est notandum, quod quando aliquod opacum opponitur luminoso, vmbram causat: sedli sit opacum maius quam luminosum, nunquam datur conus vmbræ, sed tanto quanto protenditur vmbra, tantò magis radij distant. Et si sit æquale, æqualiter lineæ quæ terminant vmbram, etiam æqualiter distant, & nunquã cõcurrunt. Si verò luminosum est maius opaco, concurrunt lineæ: & vmbra facit conum post opacum. Hæc constant experientia ad oculũ.

Ex perspectiua.

¶ Hic ergo quæritur de terræ magnitudine, & aliorum elementorum, & in qua proportione se habeant elementa adinuicẽ & similiter terra ipsa in ordine ad astra: q̃ solet tradi in libris de cœlo, & etiam in sphera: vbi Ioannes de sacro Bosco ponit quantitatem terræ, & comparationem ad astra.

Notand. 2.

¶ Etiam notandum, q̃ ambitus totius terræ velut punctum est in comparatione totius vniuersi: ita quod si oculus esset in firmamento, nõ videret eam ob paruitatem.

Horontius.

Et probatur: quia dicitur communiter, q̃ vbicunque sit homo in terra positus, medietatem videt cœli, & medietatem aliam non videt: q̃ non esset verũ, nisi paruæ quãtitatis terra esset in cõparatione vniuersi: quia est ac si nullius esset quantitatis.

Notand. 3.

¶ Tertiò notandum, quod modus quo potuit sciri quantitas terræ hic est, suppolita cœli diuisione, quam diuidunt astrologi in 360. gradus, & cuilibet eorum in terra correspondent. 700. stadia. Quod fuit inuentũ isto modo: si quis ponatur in eleuatione aliqua poli. 10. (verbi gratia) gradus: tendat ad polum versus Aquilonem, vsque dum alio gradu magis sit eleuatus polus: si numeret stadia via recta progrediendo, quæ per terram ambulando absoluit, sunt septingenta: & sic inuentum est, quod cuilibet gradui in cœlo correspondent in terra. 700. stadia: quæ si multiplicentur per. 360. hic numerus stadiorum erit repertus totius ambitus terræ. 252000. Quod si quis vlterius velit scire numerum leucarum totius terræ, sic inueniet: Octo stadia vnum faciunt milliare, & 2. milliaria, leucam: & sic. 16. stadia leucam faciunt.

* ¶ * Aliqui tamen tria milliaria ponunt in leuca, & alij quatuor: sed si duo, ponitur hic modus.

¶ Diuidantur ergo ducenta, & quinquaginta duo millia stadiorum per. 16. & resultabit numerus leucarum, qui erit. 15750.

¶ Sub silentio tamen transeundum non erit, diuersas esse opiniones in huiusmodi quantitate terræ computanda: nam Ptolemæus cuilibet gradui solùm dat. 500. stadia, & non 700. vt præcedens opinio: & sic totus ambitus est. 180000. & sunt minus quàm autor sphęræ posuit. 72000.

Diuersæ opiniones.

Ptolemæus. 7. lib. summæ geografi. 5. ca.

¶ Alphagranus dicit, quod cuilibet gradui in æquinoctiali correspondent in terra solum. 453. stadia, & tertium vnius. De quo dicit sumptum fuisse experimentum tempore Almeonis, in præsentia multorum sapientum. Secundùm istam opinionem ambitus totius terræ est. 163200. stadiorum, qui est minor quantitas, quàm posuit opinio prima per. 88800. stadia, & quàm Ptolemæi. 16800.

Alphagranus differentia. 8.

¶ Neoterici autem sequuti sunt aliam rationem: vt cuilibet gradui dent. 560. stadi. Secundum istos habet terra in ambitu. 2016000. stadia.

Opinio. 3. Neoteri.

¶ Causa tantę variationis potuit esse, quia experientiam sumpserũt vel non via recta, vel si via recta, non per planiciẽ, sed per decliuia montiũ, & alij per rectam, & per planum: sicque potuit esse quod non omnes conuenerint. Sequentes opinionem Ptolemæi, quæ videtur in medio posita, & quia viri peritissimi, sit conclusio responsiua.

¶ Totius terręambitus est, centum & octoginta millia stadiorum: & sic cuilibet gradui correspondent, 500. stadia. Habetque totus terræ ambitus. 22500. milliaria & cuilibet leucæ dando duo, sunt. 11250. leucæ. Terræ verò diameter habet. 1790. leucas, & vsque ad centrum eius, vbi semidiameter sunt. 895. leucæ. Hæc omnia nec cõstant nobis aliter, quàm fidem dando peritissimis, qui curiose experti sunt, quid cuilibet gradui correspondeat in terra.

Cõclusio.

¶ * Hæc sunt quæ in libris legimus & antiquorum & neotericorum, qui de hac materia loquuti sunt: sed tamen quam fuerint deficientes, nonus nouiter inuentus orbis manifestat: qui in lõgitudine à loco qui dicitur Cabo Raso in eleuatione. 48. graduum ad septentrionem que es azia los Bacallaos vsque ad fretũ que se dize estrecho de Magallanes ay por tierra mas de mil

mil leguas, vt dictum est. Vnde apparet falsum dicere ambitum terræ cõtinere. 5625. leguas. Et quid de terra illa, quæ vltra fretum Magallanicum videtur, (que corre al Oriente, y nauios derotados de Portugueses azia el cabo de buena esperança la han visto.) Et quid dicendum de la nueua Guinea ab hinc. 25. annis à nostris inuẽta quæ incipit post lineam æquinoctialem ad austrum & extenditur ad fretum Magallanicum: & fortè cõtinuatur cum ea terra quæ ibi à nostris visa est in eleuatione. 52. graduum cum dimidio. (Y dizen auer corrido la costa desta nueua Guinea per trecentas leucas:) non inuenietes finem, nec ausi sunt enaui egredi ob multitudinem habitatorum, qui sunt nigerrimi & feroces: & de certo ambitu per loca maritima suprà latè dictum e

¶ Et quantum ad illud de terræ diametro, constat per regulam geometrię. Data peripheria circuli cuiuslibet, si circulus diuidatur in. 22. partes æquales, & auferatur vna illarum, remanentis tertia pars est diameter totius circuli: & sic totus circulus ad diametrum se habet in proportione tripla sex quiseptima, parum amplius: quia non est præcise: ob quod ab Euclide nõ est tradita talis regula: sed quia parum distat, hinc est quod mensuratores, & ędificatores hac regula vtantur: sicque inuenta totius diametri quantitate, medietas etiam inuenitur. Sed ob causam dictam de mensura, & proportione diametri, & circunferentiæ, quia præcisa non est, dixit Aristoteles, nõ inuentam scientiam de quadratura circuli: ob hoc nec Archimedes, neque Brabardinu neque Cantuarienfis, nec Nicolaus de cau[illegible] inuenerunt præcisse, quanuis ipsi putent se inuenisse scientiam: imò etiam Boëtius fatetur esse scientiam. Reuertentes [illegible] nde digressi sum?, sit cõclusio. 2.

De circuli quadratura non inuẽta est scientia præcise.

Conclu. 2.

¶ Secunda conclusio. Quanuis quantum ad materiam, & formam elementa omnia habeant æqualitatem quoad magnitudinem, quodlibet [illegible] sibi proximè sequens se habet in decupla proportione, secundùm Aristotelis regulam: vt aqua in decuplo sit maior terra: & aër aqua, &c. Probatur quoad primam partem. Si ignis conuerteretur in aërem, totus in totum, non esset amplius de aere, quam nunc est: & si totus aër in aquam, eandem quam nunc habet aqua quantitatem haberet, & eundem occuparet locum. Sic Aristoteles dicit: Ex vno pugillo terræ fiunt decem aquæ, & ex vno aquæ fiunt decem aeris, & ex vno aeris fiunt decem ignis. Ecce quomodo sunt æqualia in materia, & consequenter in forma: quoniam tantum continetur in vno pugillo terræ, ob densitatem, quantum in decem aquæ. Et si aqua condensaretur ad terræ densitatem, decem eius pugilli vnus esset terræ. Et sic in quantitate habet aer supra aquam decuplam proportionem. Dixi, secundùm Aristotelem, nam secundùm istam Aristotelis opinionem, semidiameter ignis excedit semidiametrum terræ in millesima proportione: quia ex vno pugillo terræ mille fiunt ignis, & centum aeris, & decem aquæ. Verùm secundùm sententiam Ptolemei in Almagesto, & Alfagrani in suo de aggregationibus stellarum differentia. 21. à terra vsq; ad concauum Lunæ solùm distantia est tricesies ter, & dimidium, & vna vigesima semidiametri totius terræ: & hic ponitur distantia à centro terræ vsq; ad concauum lunæ. 109037. stadiorum, quàm opinionem sequitur etiã Iacobus Faber, sequens Alfagranũ, quem etiam sequuntur moderni, & doctor Ciruelo in fine primi libri sphęræ. De quo sit conclusio tertia.

Aristote. 2. de gen. & in hoc.

109037.

Faber. lib. 1 cap. 6. suæ sphęræ.

¶ Semidiameter ignis continet semidiametrum terræ trigesies ter, & semis, cum parte. 20. & semidiameter lunæ continet semidiametrum terræ sexagesies quater, cum. 6. parte: & semidiameter Mercurij continet semidiametrum terræ centies sexagesies septies: & semidiameter veneris continet terræ semidiametrum millies centies vicesies: & solis, mille ducenties vicesies: & marti est octies millies octingentesies septuagesies septies: & Iouis est, decies quater millies, quadrigentesies quinquies: & Saturni semidiameter est, vicesies millies centies, & decies: & 8. sphęræ est duplũ. s. 40220. Ecce istis patet quomodo se habeat terra in quantitate in ordine ad alia elemẽta & ad copora cœlestia.

Conclus. 3.

64

167.

1120.

1120.

8877.

14405.

20110.

40220.

Luminosũ.

¶ Quarta cõclusi. Sol maior est terra, similiter, Mars, Iupiter, & Saturn?: sed terra maior est Luna, Mercurio, & Venere. Hęc conclusio quo ad primã partẽ de sole quomodo sit maior ipa terra, patet: quia oppositiõe facta ipsius terręinter Solẽ & Lunã, vmbra habet finem: ita vt stellæ non eclypsentur: cuius est argumẽtum apertissimum, quod terra

Universidad de Deusto Biblioteca

terra sit sole minor:aliàs ex suppositis,vmbra nunquam conueniret ad modum pyramidis,sed quanto progrederetur,tãto latius disiungerentur lineæ vmbram terminantes:vt apparet in ista figura, quòd luna sit minor terra, patet: quia vmbra terræ obumbrat totam lunam, vt patet quando est eclypsis: quod non posset esse, si terra esset minor luna.

¶De excessu dicunt astrologi,quòd sol cõtinet terram centies sexagelies septies, & insuper tres octauas. 167.

¶Mars continet terram semel, & dimidiũ, & decimam tertiam fermè. 95.

¶Iupiter cõtinet terrã nonagies quinquies. & deest paucis minus vna quadragesima.

¶Saturnus continet terram nonagies,& semel, vnam octauam.

93 ¶ Terra continet lunam tricesies nouies, paulò plus.

Terra continet Mercuriũ viciesſemel milies nongies quinquagies,& bis. 21952.

21952.

¶ Terra continet venerem tricesies septies: & sic Venus est tricesima septima pars terræ.

37.

Cõclusio. 5 ¶Quinta conclusio. Terra non solùm minor sole est,sed etiam qualibet stellarũ,quę alicuius magnitudinis in firmamento posita est, tam primæ, quàm secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, & sextæ magnitudinis.

Ratio. Probatur ab astrologis,& non est hic opus adducere: quia nõ sunt ad propositum. Et ita dicunt, quod si terra stella esset, & poneretur in firmamento, ob paruitatem quantitatis,visum nõ terminaret:sicut sunt plures stellæ ibidem in firmamento, quæ non

Faber. videntur ob hoc. De quo vide Fabrum in quarto libro suæ spheræ. Et dicit vnũ Pau-

Venetus. lus Venetus hic cap. secundo. conclusio. secunda. quòd sol licet sit maior terra, est tamen minor omni stella visibili, quæ est in firmamento: quia si sol esset in firmamento,vel non videretur, vel sub minori angulo videretur.Hoc alijs non placet.

Ad argum. ¶Ad primum,dicendum quòd quãdo oculus est in medio rariori,& res in densiori,vt dedenario in aqua contingit,res maior apparet:sed nos nõ sumus in medio rariori: sed dato,nihil probat.Solùm potest probare, quòd appareat maior,quã appareret, si nõ esset medij variatio in densitate,vel raritate:sed ex hoc non probatur quòd illam solùm habeat quantitatem, secundùm quòd apparet. Et ratio est, distantia magna quæ est à nobis, vsque ad cœlum solis. Sũt enim milliaria.3640000. Tres centos,sexcientas, y quarenta mil leguas. Et hoc solùm vsque ad concauum cœli solis: quia vsque ad conuexum eius sunt milliaria.3965000. Non ergo mirum quod ad tantam distantiam res quæ tam magna est, tam paruæ quantitatis appareat.

¶Ad secundum dictum est,quòd in quantitate vnum elementum aliud excedit (si Aristo.credimus) in decupla proportione. Adsecũdũ.

¶Ad tertiũ,dicimus ita esse,varias opiniones esse inter Astrologos de quantitate astrorum cœlorum,& terræ, neque mirũ, cùm sit difficile: tamen non obstare oportet reijcere, sed quod magis rationi colonum apparet accepta. Et tamen omnes conueniunt solem esse multo maiorem terra, & lunam minorem ea. Ad tertium Aristot. hic c.8. cani.tex. 159 & de somnis.cap.1.

¶SPECVLATIO III. De tribus regionibus aeris, scilicet, suprema, media, & hac infima.

NAër cõuenienter diuidatur in tres regiones,sic quòd media debeat esse frigida semper. Quia Aristoteles tractat de illis quæ contingunt in aëre in infima,secunda, & tertia regione, necessarium est disputare priùs, vtrum aër diuidatur,vt media regio debeat esse semper frigida.

¶Arguitur quod non detur media regio aeris. Elementum aeris est homogeneum, sibi determinans calidi[illegible] & humiditatem secundùm omnem suam [illegible]em: sequitur ergo quòd non diuidatur in regiones.Patet:quia id quod diuiditur in partes, oportet sit secundùm [illegible] diffe[illegible]tiam partium:sed [illegible] nõ potest assignari in aëre. Argumẽ. 1.

¶Confirmatur:quia eadem ratione poneretur in omnibus alijs elementis,cùm non sit potior ratio de vno, quàm de alio, sed non ponitur in alijs elementis:ergo neq; in aër. Confirmat.

¶ Secundò. Etiam si detur illa tertia regio aeris, quæ mediat inter extrema, non erit frigida: Argumẽ. 2.

frigida:nam si esset frigida,vel esset per naturam suam,vel ex aliqua causa extrinseca. Non à natura,cùm aer sit calidus, & humidus. Et si à natura,etiam haberet prima, & vltima regio.Neq; ab aliqua exteriori causa:quia vel esset ab aqua circunstante, quæ

Aristote. 1. de gen.tex. 78. frigida est. Et ab ea non:quia cùm omne agens fortius agat in propinquum, quàm in distãs, hæc regio in qua nos habitamus,esset magis frigida:quia contingua est aquæ. Neque frigiditas illa prouenit ab igne: quia ignis non frigefacit,sed calefacit potiùs.Neque prouenit à sole:quia sol est fons luminis,& caloris:ob id ab ipso non posset emanare frigiditas.

Argum. 3. ¶Tertiò.Omne quod mouetur regulariter calidum est:quia motus est causa caloris:sed media aeris regio mouetur cõtinuè

Aristotel. hic.c.4. circularitèr. Maior est nota,& minor asseritur cõmuniter,quòd aer qui est vltra perisphæriam tangentem mõtes,mouetur circulariter, eo modo quo & ignis mouetur: sed illa regio media (si danda est) est supra montes altos:ergo nõ est frigida,sed calida: imò magis calida,quàm infima,cùm accrescat causa alia caloris,quæ in infima nõ est.

In contra. ¶In contrarium est authori. Aristo.in isto loco,& philosophorum omnium.

1. Notãdũ. ¶Est notandum pro solutione,cùm aer sit tantæ quantitatis, vt in decuplo sit supra aquam,& in centuplo ad terram, diuiditur secũdùm imaginationẽ tota machina eius,

Triplex regio aeris. & sphera in tres partes, vt illa quæ tangit nos, infima dicatur regio: & post istam sit media,quæ tenet locum medium corporis eius,vel grossitiei: & supra mediam ponitur suprema,quæ ignem tãgit.Hæc distinctio secundùm imaginationem est, vt non detur certitudo in quantitate:quia(vt infrà declarabitur)aliquando maior, aliquando minor media regio est.Et cõsequẽter oportet de alijs regionibus dicere.In tãtum hoc

Albert. Magnus. est verum,quòd Albertus Magnus in suo de passionibus aeris ipsam totam regionẽ in quatuor diuidat, ex media faciens duas, eò quòd in vna parte magis frigida est, & in alia minùs.

Notãdũ. 2. ¶Secũdò notandũ,quòd caliditas, quã frigiditas duplicẽ potest habere causam: vnã

Aristo. directã:aliam indirectam.Directa causa caliditatis,radij solares erũt.Cùm enim sol sit non solùm causa,sed fons luminis vbi radij attingunt,oportet(nisi aliud obstet) calorẽ causent.Potest similiter ex ipsis radijs alio modo causari caliditas:nõ per radios directos,sed per reflexos:vt à deſiori medio reflexi agant fortius,& calor intẽdatur: sicut videmus fieri in reuerberatione alicuius parietis,vel quando ex speculo reflectuntur: vt in angulo incidẽtiæ ignem causent,stuppam apposita incẽdendo. Contingit aliquando causari calorem, non à radijs solis directis,aut reflexis,sed à contrario frigore circunstante,propter antiparistasin: vt dicũt philosophi:vt cõtingit in fornace,quãdo faber ferrarius aquam mittit, ob quam intenditur ignis:quia fugiens contrarium, virtus fortificatur,& vnitur magis.

¶Isto eodẽ modo frigus potest causari & à frigido in frigidante, & à cõtrario approximato,ratione cuius frigus intenditur, & fortiùs redditur.His dictis,respondetur.

¶Prima aeris regio,quæ nos cõtingit,semper calida est,licet vno tẽpore magis quàm alio. Probatur. Posita causa, ponitur effectus,vbi non est impedimentum:sed in infima aeris regione est causa caloris:ergo calor erit.Primo.Est causa:quia ipse aer est calidus,licet non in summo. Conclus. 1. Ratio. 1. p.

¶ Secundò. Sunt causa radij directi ipsius solis calefaciẽtes aerem. Est & alia causa,radij,scilicet,reflexi: nam à medio opaco, & denso(quale terra est)reflectũtur radij, qui simul cùm ipsis directis commixti fortiùs agũt in aeris istam partem infimam,quàm efficiunt calidam.Itaque tres causę sunt caloris:vna,natura aeris:alia radij directi:tertia,radij reflexi. Ratio. 2.

¶Quòd in vno tẽpore magis sit calida hæc regio,quàm in alio,experiẽtia ostendit ex elongatione solis maiori, vel minori:ex directione etiam radiorum maiori,vel minori:nam quando radij solares magis directi perueniunt ad nos (quod contingit in æstate)calidiores sunt:quàm in hyeme. Quãdo verò minus directi sunt,minus calefaciunt. Ex quo prouenit aquas fontiũ calidas esse in hyeme, & in vere, & æstate frigidiores. Cuius inferius dabitur ratio. Ratio. 2. p.

¶Secũda cõclu.Aeris regio media (quę nõ solùm in tropicis,sed etiã sub torrida zona ponẽda est)semper frigida manet, quanuis nõ ęqualem habeat latitudinem in omni tẽpore,neq; æqualem frigiditatem.Quòd sit in hac regione media frigiditas,patet: quia vbi absentia calefactiui, oportet ibi intelligere frigiditatẽ:sed in illa media regione est absentia quantũ ad hoc, q̃ dato radij directi solis Conclus. 2. Ratio. 1.p.

Universidad de Deusto Biblioteca

cti solis pertranseant, tamen illi qui reflectuntur à terra, non illò perueniunt, sed solum sparguntur per hanc infimam, & non deueniunt ad illam mediam.

Alia ratio. ¶Alia ratio, & potissima est: quia cùm nõ abundet calor: & humiditas sit in summo, habet aliquid de frigiditate: & hæc fit intensior ob contrarium circunstãs, qui modus est per antiparistasin: nam infima regio est calida, & nimis calida, propter varias causas caloris ibidem concurrẽtes, vt dicit prima conclusio. Ob id frigiditas mediæ regionis intenditur contrarium fugiens. Et ex suprema parte etiam habet calorem, vt dicemus in sequenti conclusione: sequitur quòd regio aëris media frigida est. At quia ista non concludunt tantum, quãtum ipsa expostulat ratio, non solùm Physicè, sed Theologicè loquentes, diuinam ordinationẽ, & eius prouidentiam adducamus: quippe quæ omnia ordinatè ad suos fines certos dirigit. Cũ in illa media aëris regione deberent generari (vt infrà dicemus) meteorologica multa: grando, nix, pluuia, & alia quæ natura frigida sunt, ab authore Deo est constitutum, vt illa aëris regio media frigida esset: vt ex vaporibus eleuatis per virtutem solis, pluuiæ generarẽtur, & niues necessariæ ad terram fœcundandam, & humectandã, ad fructus producendos: aliàs in puluerem cõuersa terra, non posset germinare, & deficerent alimenta ipsis animantibus, & maximè homini, ꝓpter quẽ omnia ista inferiora sunt constituta: siquidem quòd radij reflexi ad eam non perueniant, posset facere eã non tam calidam, sicut hæc infima est: sed esse tam frigidam, non videtur nisi & diuinam prouidentiam adiungamus: sicut solet dici de fœminis, quare nascantur, & generentur, & non viri: quia scilicet, semen recipitur in sinistra patre matricis, vel ex alijs causis, vt dicunt medici. Sed obsecro an ista sufficiens esset, quòd istud tam casuale, velut in equilibrio esset, quòd tot fœminæ generentur, sicut viri, nisi huic adiungamus (qđ potissimum est) diuinam prouidẽtiam, quę cum attingat à fine vsq; ad finem, disponit omnia suauiter? Et quia si soli viri, vel solæ fœminæ, nõ esset generis humani multiplicatio, est diuina ordinitio, vt viri, & fœminæ procreentur. Sic in proposito placet dicere de illa aëre regione media: quia rationes quæ adducuntur non satisfaciunt, nisi diuinam intelligamus prouidẽtiam simul.

Ex diuina prouidentia est ꝙ fœminæ generẽtur, & nõ à casu.

Sapient. 8.

¶Dixerim in conclusione, quòd hæc media aëris regio non solum sit habitantibus in tropicis, sed etiam illis qui habitant sub torrida zona: propter Ludouicum Coronel. qui in 7. Physicorum dixit, sub torrida zona non dari hanc mediam aëris regionẽ: quoniam (dicit ipse) si deberet poni, esset frigida: & causa esset: quia radij reflexi non perueniunt ad illum locum: sed (dicit ipse) sub torrida zona, quia sol dirigit in directũ radios, & reflectuntur directe non ad angulos incidentiæ: & sic eam calidam reddit: nam quòd radij (quando directè reflectuntur) illò perueniant, patet: quia tantũ possunt reflecti, quantum in directum possent extendi, si terra non obstaret: sed si terra nõ obstaret, peruenirent ad concauum lunæ: imò perueniunt vsq; ad firmamentum: quod quando sol directè respicit lunam in plenilunio apertissimè monstratur: ergo reflecti possent vsque ad mediam regionem, & ibi de facto reflectuntur: sed in tropicis nunquàm sic sol in directum radiat, & radij reflectuntur, sed per angulos incidentiæ diffunduntur, & dilatantur: sed non perueniũt vsque ad illum locum. Hæc Coronel. Salua reuerentia eius, valdè est deceptus in hoc. Neque hic sit opus declarare quæ sit terra correspondens tropico Cãcri, vbi Europa sita est: neq; tropico Capricorni, quã doquidem in libro de cœlo satis manifestũ reddidimus.

Contra Coronel.

¶Contra eũ est argumentum, quòd media regio aeris debeat dari sub torrida zona. Si ibi non esset danda, sequeretur quòd neq; fierent impressiones meteorologicæ, scilicet grando, nix, pluuia, & alia quæ ibi fiũt. De quibus inferius erit sermo: sed hoc est falsissimum. Patet. Nos hîc in noua Hispania sumus sub torrida zona: & hæc ciuitas Mexicana per quatuor gradus intra est in ea: tamen fiunt grãdines: procellæ magnæ: fit pluuia: & (quod mirandum est) per quinque menses ferè quot annis quotidię pluit: quod in alijs Europæ partibus nunquam visum est. Niues etiam generantur: fulgura horrenda, & frequentissimè, & non rarò: ergo sequitur quòd media regio aëris danda est etiã sub torrida zona. Et in illis qui sub æquinoctiali habitãt, & qui ex alia parte ad tropicum Capricorni degunt, vt in Peru & alijs multis nunc de nouo inuentis gentibus ad austrũ, fiunt, & contingunt huiusmodi meteorologicæ impressiones: ergo oportet dare

Argumẽ. cõtra Coron.

Noua Hispania sub torrida zona.

Aeris media regio sub equinoctiali.

tet dare aëris mediam regionem in illis partibus, sicut in illis qui habitãt sub tropicis.

¶Ex istis nos sumamus nostræ rationis cõfirmationem, frigiditatem huius regionis magis debere poni ex diuina prouidentia, quàm ex ratione naturali. Quod si id diceret Ludouicus Coronel, assensum ei daremus: verùm cùm absolutè negat, solùm illa ratione fragili deceptus est, vt omnibus est compertissimũ: & est deceptus, sicut & illi (aliàs docti) qui dixerunt, torridam zonam esse inhabitabilem propter nimium æstũ, cùm tamen sit omnium totius vniuersi partium incolarum frequentissima.

Decepti sunt qui dixerunt torridam zonam inhabitabilem.

3. Cõclusio ¶Tertia conclusio. Illa aëris regio media, quæ continuè frigida ponitur, valde differens est ab extremis in densitate: quia ipsa spissa est. Volo hic dicere, illam regionẽ mediam oportet imaginari esse densiorem alijs, & esse difformiter profundã: quia ibidem commiscentur vapores eleuati. De quibus inferius erit sermo: qui eleuãtur ad. 52. milliaria sursum, vt tradit Vitilion in sua perspectiua, in. 8. lib. conclu. 58. Ibidem in comment. Alacem dicit, quòd propter grossitiem, & spissitudinem aëris illius mediæ regionis causantur ante ortum solis, & post occasum duo crepuscula, matutinum; & vespertinum: quia in illa parte spissa refrangitur lumen.

Vitilion.

Alacem.

Ratio. Ratio pro conclusione potest sic formari: illa pars est spissior cæteris, in qua magis admiscẽtur vapores extranei: sed media est huiusmodi, vt apparet ex illis quæ ibi generantur: ergo ipsa est spissior.

4. Cõclusio ¶Quarta cõclus. Suprema aëris regio, quæ concauum ignis tãgit, calida est semper & vehementer calida. Probatur ista sicut prima: quia vbi causa caloris magis viget, ibi oportet ponere & magis effectum eius: sed in suprema aëris regione est huiusmodi: quia non est causa natura eiusdem aëris, qui calidus est. Est causa radius solaris, & propinquitas ad fontem caloris. Ponitur & alia approximatio ad ignem. Ponitur & coniunctio cum ipsa media regione, quæ frigida est propter fugam contrarij motus: qui caloris causa est: nã tantò quantò pars aëris igni proxima est, tantò amplius mouetur circulariter ad motũ ignis: qui mouetur ad motum lunæ circulariter. Ecce quomodo cõcurrũt multa in suprema regione aëris, vnde calida sit: ista etiam nõ semper habet eandem latitudinem: quia sicut media cre-

Motus est caloris cã. Aristot. hic cap. 4.

Non est eadem latitudo regionũ in oĩ tpe.

scit, & decrescit, sic ista. Si enim crescit in frigiditate media, oportet ista decrescat pro illa parte, qua extenditur media, & si media non tantum habeat latitudinem, oportet suprema extendatur magis: & in diuersis partibus anni in omnibus istis tribus signatis regionibus non eadem latitudo signanda est: sed augetur, & diminuitur, vt declaratum est.

¶Et in tãtum est verum hoc, quòd media regio (de qua dicimus) non ponenda est in medio, vt æqualiter distent extrema: quia multo magis relinquitur de aere secũdùm quantitatẽ in suprema aeris regione, quàm sit in media: & media magis habet, quàm infima regio videatur habere: quia dicunt aliqui, quòd infima regio non extenditur vltra montes altissimo: imò quòd ibi sit media: vt in ciuitate Mexicana mõs ille altissimus quem Vulcan vocant, qui certis horis quotidie fumum spissum emittit ad modũ densissimæ nubis positus, ponitur esse vltra infimam, in media regiõe aeris. Ob id istas tres regiones nullus putet diuidi per æquales partes spatij totius sphæræ aereæ: sed sat est quòd tres dentur regiones, ob diuersam dispositionem in frigiditate, & caliditate, non curantes de quantitate certa: ob id dixi non esse eandem latitudinem semper in ipsis signatis regionibus.

¶Ad primum dicim⁹, licèt ita sit, quòd aer sit homogeneum, diuiditur tamen in has regiones propter varietatem contingentem ex vaporibus admixtis, & ex radiorum reflexione, & ex approximatione, vel elõgatione à terra, vel à sole. Ad argum.

¶Et non est eadem ratio in alijs elementis, vt dicitur in confirmatione: quia neque in aqua, neque in igne rationes inueniuntur, quales dantur in aere. Ad confir.

¶Ad secundum, dicitur illam mediam regionem esse frigidã, atq; prouenire per antiparistasin ex extremis regionibus, suprema, scilicet & infima calidis: quapropter ipsa media condensatur, & fortior efficitur per fugam cõtrarij: de quo erit specialis speculatio sequens: quomodo contingat antiparistasis. Pro nunc sufficiat dixisse hanc esse causam, scilicet, contrarij fugam. Ad secũdũ.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ motus est causa caloris, nisi aliquid obstet: & si nõ esset aliud in illa media regione nisi motus, potiùs eã calidã, quàm frigidam diceremus: sed quia sunt aliæ rationes quæ magis faciunt ad

Ad tertium Posterior solutio.

frigidita

Universidad de Deusto
Biblioteca

frigiditatem, quàm motus ad calorem, non est calida: sicut aquæ fluuiorũ, quæ semper mouẽtur, nõ sunt tam calidæ, sicut stagnales, quæ stant immobiles. Ratio est: quia in fluentibus nõ imprimitur, radius solis, & nõ potest reddi calida, in stãtibus tamẽ imprimitur, & operatur. Vel dicendum, q̃ motus aëris in regione media non est tã vehemẽs, & talis, vt possit causare calorem.

Posterior solutio.

¶SPECVLATIO. IIII.

De antiparistasi, quæ est potissimũ quod in ista materia cõsideratur. Vtrùm in veritate detur talis actio per antiparistasin.

1. Argumẽ. Videtur quòd non. Si daretur, maximè esset à suo cõtrario: sed hoc non: quia contrariũ contrarium suũ corrumpit: & non fortificat, vt docet Aristo.

Aristo. 1. & 2. de generatio.

¶Et confirmatur. Quinto &. 9. Metaphy. dicit, &. 2. perihermẽ. virtutes naturales nõ sunt ad opposita: sed ad opposita essent, si fortior fieret per antiparistasin per positionem sui contrarij.

Confirma.

2 ¶Præterea. Si per antiparistasin esset fortificatio ex contrario, eo esset, q̃ fuga cõtrarij est: sed vbi fuga cõtrarij, est inferioritas in vno, & superioritas in alio: ergo quod est maioris virtutis destruet aliud, & sic nõ erit fortificatio contrarij, sed potiùs eius destructio.

3 ¶Postremò. Non potest intelligi talis fortificatio, nisi vel per hoc quòd cõtrariũ agit, aut per hoc quod id quòd confortatur, agit in seipsum: si primo modo: si quod confortatur est frigidum, & contrariũ calidũ agit, non erit ad intendendum frigus, sed ad destruendum: quia calidũ solum producet calorem: ergo erit per hoc quod frigidum fugiens calidum, agit in seipsum, & hoc non potest stare: quia nihil agit in seipsum: quia omne q̃d mouetur ab alio mouetur.

Aristo. 7. & 8. physi.

¶In contrarium est veritas.

In contra.

¶Notandum, tres esse opiniones circa modum quo contingit per antiparistasin aliquod agens confortari. Primus modus est Pauli Veneti, qui in isto. 1. c. 3. ait, fieri per reflexionem specierũ in se, ita vt frigidũ, circunstãte calido, agat in seipsum, per hoc q̃ species frigidi exeuntes in obuiã cõtrarij. f. calidi, reflectuntur, & causant frigus intensius: & dicit hanc esse causam q̃ purus sit calidior in hyeme, & frigidior in vere: quia à puteo exeũt species calidæ, & frigidæ, & in hyeme quæ sunt calidæ, cũ obuiẽt cõtrariũ frigus, quod viget ratione tẽporis reflectũtur in puteũ, & efficiũt aquã calidã: ẽcõtra in æstate, species frigidæ egrediẽtes reuertuntur à calido circunstãte obuio, & fit aqua frigidior. Istũ modũ etiam tenet in libro de generatione. Eũdem tenet Iacobus de Forliuio, in prima Aphorismorũ. Idem Georgius Bruxellens. primo meteoro.

Notandum.

1. Opi. Pau. Veneti.

Iacobus de Forliuio.

Bruxellens.

¶Alia opinio est Hugonis Senensis, qui dicit quòd mixtum quod per intiparistasin vigoratur, vel est vniforme, vel difforme: si vniforme: non vigoratur per intensionem, sed quia instrumentum quo operatur est ei magis proportionatum, pro operãdo, & resistendo: quia partes sunt magis coniunctæ, & ordinatæ: sicut stomachus plures partes conseruat calidas se vniendo, & congregãdo, præsente frigido, magis quàm calido. Et probat quòd non sit per maiorem intensionem: quia aliàs in senectute homo esset calidior, quàm in ætate iuuentutis. Patet. Fiat quis senex, per primũ instans esse, & illud sit in hyeme, sequitur quòd ex vigoratione contrarij calor fit intensior, quod est intentum.

2. Opi. Hugo. Senẽsis.

1. Ratio.

¶Secundò. Probatur ex Auicenna, qui. 4. 1. cap. 20. iubet dari in hyeme pharmacias fortiores, atq; phlebotomias cũ maiori foramine venæ: & dat causam: quia humores sunt frigidiores, viscosiores, & grossiores: quod non eueniret, si per intiparistasin esset calor intensior. Dicit etiã quod si sit difforme, si intenditur, est parum. Hoc dicit de mixto, quia de elementis (si sint in sua naturali dispositione, cùm sint in summo) nunquam vigorantur.

2. Ratio. Auicẽna.

¶Tertia opinio est Coronel in. 7. Physicorum quæ ferè concidit cum ista secunda, qui impugnat latè modum primæ opinio. quæ Pauli est & dicit ipse in sententia (nam nimis diffusè, & confusè procedit) quòd in antiparistasi euenit vigoratio cõtrarij non penes emissionem specierũ, aut penes intensionem, sed ex conseruatione plurium partium, quibus resistat suo contrario: & insinuat alium modum, dicendo

3. Opi. Coronel.

cendo quòd vigoratio contingat per hoc quòd superius agẽs magis influit: sicut qui bene gubernat duobus contendentibus, opem fert debiliori, dando aliquam qualitatem resistiuã. Neque sequitur ex hoc quòd nunquàm esset actio maioris cõtra inferiorẽ: quia hoc non intelligitur nisi quãdo æqua potentia, vel saltim vnum contrarium parum excedit aliud.

2. Notãdũ. Quæ sunt requisita ad antiparistasin.

¶Etiam considerandum est, ad antiparistasin requiri, q̃ illa contraria non sint in summo: nam si aliquod frigidum sit in summo, etiam si contrarium apponatur, non fiet actio: nãs daretur gradus supra summum, quod repugnat.

2. Differẽt.

¶Requiritur etiam quòd ipsa cõtraria sint æquipollentia, vel quasi: quia si vnum excedit multum aliud non confortabitur per contrarium, sed destruetur totaliter.

3. Differẽ.

¶Requiritur insuper, q̃ ipsa contraria sint actiua, & passiua: aliàs non fiet intẽsior per contrarij appositionem: vt per hoc q̃ quis iuxta albedinem ponat nigredinem, non fiet albedo intensior, vel econtra: quia albedo non agit.

4. Differẽt.

¶Aliqui addũt. 4. scilicet quòd sint formaliter contraria: nam si solum virtute, non sufficit: quia dato fons pipere circundetur, non fiet frigidior: quia piper, & si calidum sit, non tamen formaliter, quãuis huius detur exceptio.

1. Cõclusio Ratio.

¶Prima cõclusio. Non potest negari, quin vigoratio per antiparistasin fit. Patet multis experientijs. De aqua missa in fornace, quæ reddit ignem fortiorem. Item. Nubes eliquatæ primo vere sunt frigidiores. Et aurora est frigidior, quã alia pars die propter accidentum lucis. Melones expositi lumini, sunt frigidiores quã in vmbra positi. Et habitantes in terris frigidis (vt Septentrionales) sunt animosiores, & robustiores, quàm habitantes in partibus calidis, vt Aristo. 14. sectione problematũ. Putei, & fontes hyeme calidiores, vt dicitur. 7. Polit. Candela in hyeme minus durat, quàm in vere. Ambulãtes per aquas citiùs rigerũt, & fameseũt. Omnia ista per antiparistasin fiunt obfugam contrarij.

Aristote.

2. Cõclusio Contra Coronel. Ratio.

¶Secunda conclusio. Maior fortificatio, & vigoratio per antiparistasin, non fit per influentiam causæ superioris adiuuantis. Hic volo dicere, q̃ ille modus insinuatus à Ludouico Coronelo non habet probabilitatẽ. Patet. Nam si esset verũ, q̃ causa superior magis influit quando apponitur contrariũ quàm antè, quæro quæ sit ista causa. Vel Deus, vel alia quæ non liberè agit. Si Deus. Est voluntariè dictum, quòd Deus tunc cõcurrat specialiter cum agente, dando maiorem virtutem ad resistendum: quia si nõ habet hoc ex natura, iam miraculum esset, q̃ istud agens nunc fiat fortius per aliquam influentiam, quæ antè non erat. Neque est tale pactum diminum: quia si ex pacto (siue esset cõtrarium æquè fortè, vel fortissimũ) esset talis peculiaris influẽtia, nunquã vnũ contrarium præualeret contra aliud: quod esset rerum naturam mutare, quod non videtur dicendum.

¶Neq; est influentia à cœlo, vel aliqua alia causa vniuersali citra Deũ: quia cùm talis causa (quæcunq; sit illa) naturaliter, & nõ libere influat, semper influeret applicato contrario vel nõ applicato: sed modus iste dicit quòd tunc solùm vigoratur, quando contrarium apponitur, & eo non polito, nõ est talis fortificatio: sequitur ergo q̃ iste modus non est probabilis.

¶Tertia conclusio. Vigoratio alicuius agẽtis naturalis per antiparistasin ex circunstãtia cõtrarij apparet esse ex partiũ coadunatione: quia magis vnitæ, fortius possunt resistere, & habet plures partes ad resistendũ, q̃ haberet, si non esset appositũ contrariũ. Hæc conclusio experientia patet. Si enim fit aliquod agens virtutis vt. 4. & sit ipsa virtus extensa etiam vt. 4. si contingat per aduentum contrarij q̃ partes magis condensentur, & melius vniantur, fortiùs agẽt, & fortiùs resistent. Virtus enim vnita fortior est seipsa dispersa. Itẽ: quia naturaliter tũc pars se exponit pro toto, & defendit: sicut manus se exponit pro capite. Hac ratione vigoratio intelligitur, & fortificatio. Et in isto sensu opi. Hugonis Senẽsis & Ludouici Coro. habet probabilitatem, & est clarus modus fortificationis. Et hęc fit habere plures partes ad sui cõseruationẽ. Et hoc ita in elemẽtis, sicut i mixtis intelligi põt, in quo discedimus ab Hugone Senẽsi: nam partes aëris, vel alicui alterius elemẽti possunt cõiungi, & coadunari ex approximatione cõtrarij sicut in mixto cõtingit. Neq; tũc obstaret q̃ haberet in summo qualitatẽ: quia istam fortificationem, & vigorationem nõ intelligimus per productionem intensioris qualitatis: sed quia fortius est in resistendo contrario, & cõsistẽdo in sui cõseruationẽ.

3. Cõclus. Ex coadunatione partium antiparistasin.

Aristote.

S. Tho. 1. 2. q. 65. art. 1. ad primum

¶Quarta

Universidad de Deusto Biblioteca

4. Cõclusio Opi. Veneti ꝓbabilis. ¶ Quarta conclusio. Fortificatio contingere potest etiam ex reflexione specierũ, quæ obuiantes contrario, reuertentes maiorem reddunt virtutem agenti. Hæc conclusio est Pauli Veneti, & Iacobi de Forliuio, & Georgij Bruxellensis. Probatur: quia eò fontes in hyeme, & putei sunt calidiores, & econtra in æstate.

Ratio. ¶ Probatur. Si non esset iste modus antiparistasis dabilis, maximè quia illa reflexio specierum non potest dari: cùm aliàs non esset ponenda media regio aëris frigida, vt argumẽtatur Coronel in. 7. & Spino. in. q. de antiparistasi: sed non ob hoc: quia posita illa progressione specierum, adhuc datur media regio aëris frigida. Patet: quia si nõ daretur, maximè quia radij solares qui à terra reflectuntur, peruenirent vsque ad mediam regionem: & sicut specierum reflexio est causa quare frigidũ sit frigidius, & reflexio radiorum efficeret quòd aëris media regio, quæ habet aliqualem calorẽ propter radios transeuntes, haberet intensiorem calorem propter eosdem à terra reflexos, vsq; ad ipsum locum: sed hoc non obstat: quia dato esset illa reflexio radiorum, est tamen dabilis virtus eorum propter distantiam à loco reflexionis vsq; ad mediã regionem aëris, qui non possunt fortificare: imò impediuntur à frigore illius regionis, vt non valeãt efficire: quod tamen efficiunt prope terrã propter proximitatem: ob id posita reflexione specierum, non tollitur quo minus sit etiã media aëris regio: ergò fortificatio per antiparistasin potest esse per reflexionem specierum.

¶ Verum est tamen, quòd nõ semper quãdo est fortificatio per antiparistasin, est per species emissas, & reflexas obuiando cõtrario: quia poterit esse solùm per partiũ coadunationem: tamen nõ sequitur quòd iste modus non sit possibilis: imò est satis probabilis, cùm radiorum reflexionem nõ possimus negare: & quòd quælibet res fugiat naturaliter suum corrumpens similiter. Et quanuis species de se non habeant contrarium, sufficit quòd realis sit contrarietas in ipsis, quæ emittũt huiusmodi species: & ꝓ species illæ non possint in contrario recipi, quin sequatur statim eorum corruptio, vt naturaliter reflecti possint, tantùm quãtum in directum possent extẽdi, si nullum esset impedimẽtum per contrarium appositum. Manet ergo de antiparistasi dictum pro quanto necessarium videtur ad intelligentiam dictorum: nam non contingeret meteorologica generari (de quibus dicemus) nisi esset talis vigoratio, & fortificatio per antiparistasin.

¶ Ad primum, dicimus quòd contrariũ destruit suum contrarium, si fortius sit, & prẽualeat supra resistentiam passi: sed quando cõtingit quòd sunt pene eiusdẽ virtutis, ita vt sit eadem proportio virtutis vnius, & resistentiæ alterius, contingit ex applicatione contrarij illud agens quod erat fortè in resistendo, fiat fortius agendo, & resistẽdo per partium vnionem, vel per species reflexionem. Et illa vigoratio non debet intelligi emanare à contrario secundùm se, cùm de per se & directè vna virtus non sit ad cõtrarios effectus, sed contingit de accidens: sicut sæpe euenire solet: quia contrariatur, & quodammodo in fugã conuertit, quòd maior sit virtus contrarij, de per accidens tamen. Ad argum.

¶ Ad secũdum dicẽdũ, ꝓ quando est contrariũ circunstans aliud contrariũ refugit, & hoc non quia superius est, sed quia contrarium: sed non sequitur quòd dato sit superius, statim aliud destruat, sed potest esse quòd sit superius in agendo, & inferius in resistendo: quapropter non poterit prouale re: vel etiam si superior sit in agẽdo, ocre sistendo: tamen ꝓ excessus sit paruus, & non possit esse actio, antequàm contrarium fortius reddatur, naturaliter intendendo suam conseruationem præualet fortificãdo se. Ad secũdũ.

¶ Ad tertium. Dicendum, ꝓ fortificatio intelligitur per hoc quòd aliquid agit in se ipsum si fortificari agere est: nã calor productus à calido conseruat seipsum. & fortiatur resistendo corrumpenti & non solùm non repugnat, sed est secundum conditionem rerum: & in præsentia cõtrarij, quòd frigus propter circunstantem calorẽ cõfortat seipsum, & agit in seipsum, nõ destruendo, sed potius cõseruando: & fortitio est vocãda; aggregatio illa species reflexas in seipsum in potetia maiorem vigorationem: vel agit in seipsum, quãdo pars ad aliã partem se mouet, vt fiat maior vnio: & id quod est in actu, agit in id quod in potẽtia est: quia pars est sibi optime vnita, & agit in id quod est in potentia: vt partes omnes habeat vnitas. Esset tamẽ incõueniẽs quòd secundùm eandem rationem ꝓsagat, & patiatur. Ad tertium

¶ SPE-

SPECVL. V. VTRVM omnium meteorologicarũ impresionum materia, vapor, & exhalatio sit.

1. Argum. ARguitur quo dnõ: quia si materia esset vapor, & exhalatio, vel esset quia ibi sunt vbi ista generantur secundùm naturam ipsius mediæ regionis, vel quia (cum non sint) ad illum peruenient locum. Non primo modo: quia aër non sui determinat talem vaporum, & exhalationum commixtionem, sed potius econtra, claritatem, diaphanitatem, puritatem, & impermixtionem. Neque est. 2. modo: quia venire ad illum locum, vel esset per naturam, vel à sole. Non per naturam: quia de ratione, & natura grauis est descendere, & nõ ascendere: & cum vapor sit grauis, non posset ascendere. Neque per virtutem solis: quia sol si mouet, vel agit, non mutat rerum naturas, sed saluat: at de ratione vaporis est, vt non ascẽdat: ergo sol non eleuat.

2. ¶ Præterea. Si talis vapor, vel calidꝰ est, vel frigidus. Si frigidus, non solum sol non eleuaret, manente tali frigido, sed statim consumeret ob ingentem ipsius solis calorem. Si esset vapor calidus, fieret intẽsior calor, & nil maneret de frigiditate in eo: sed manet in vapore, quandoquidem ex eo fiunt pluuiæ, & grandines: ergo sequitur quòd non est dabilis talis vapor.

3. ¶ Tertiò. Secluso tali vapore, adhuc cõtingere ..t tales meteorologicæ impresiones: ergo non debet poni. Patet. Ex aëris condẽsatione fiunt pluuiæ: vt patet in visceribus terræ, vnde fluxuriunt fontes: ergo & in isto aëre posset fieri condensatio. Et ex quo fit pluuia, & generatur nix, & grando, & pruina, & rosi.. non est necessarium ponere vaporẽ materiam istorum. Eodẽ modo de exhalatione potest fieri argumentũ: quandoquidem aër conuertitur in ignẽ, poterit & incẽdi pars aëris, & essent capræ saltantes, vel candelæ accensæ, aut cometes.

In contra. Opi. Platonis quòd nullum elemẽtũ purũ sit. ¶ In contrarium est quod Aristot. dicit.

¶ Pro solutione notandum, Platonis fuisse opinionem, nullum dari elementum purũ, sed omnia esse permixta, & impura, & commixta. Non possumus dicere aliquid esse ignem, sed igneum, neque terram, sed terreũ, neque aquam, sed aqueum: non aërem, sed aëreum. Et dicit ꝓ terra quæ apud nos propter animalia, & plantas, est permixta: quia aliàs non posset nutrire, cùm purum elementum nutrire non possit. De quo supra diximus. Et ponit diuersas species terræ in Thimeo: sicut & Seneca tripartitam ponit terram: vt vna sit apud nos, quæ mixta est cum aqua fluuiorũm, & fontium, alia est profundior, quæ est permixta cum exhalationibus calidis, & siccis: & ex istis fiũt mineralia in terra, & metalla: vt sulphur. &c. alia pars est versus centrum: & hæc pura est. De aqua dicebat similiter. Suprà. 2. de ge. Spe. 3. Seneca.

¶ Secundo notandum, quòd in terra sunt cõcauitates, & pori, per quos exeunt ad modum fumi, aliqui vapores per solis virtutẽ, & calorem operantem intùs in ipsa terra. Hoc patet ad oculum: nam cùm sol, & astra habeant virtutem calefaciendi terram, calefaciunt, maximè sol: & per calorem resoluit aliquas partes ipsius terræ: quæ resolutio causat exhalationes fumosas, calidas, & siccas, & per poros aliquando egrediuntur. Interdum ob constrictionem pororum non valent egredi omnes, & manent in terra inclusæ, & congregari solent multæ huiusmodi: vnde causari solet aliquando vt terram ipsam moueant, exitum pententes, neque valentes exire: & fiunt terræ motus, sicut contigit anno præsenti. 1557. in nocte resurrectionis Domini. 17. die Aprilis, hora ferè. 8. post meridiem, qui fuit magnus valde. 2. Notãdũ. Nota.

¶ Etiam notandum, inter vaporem, & exhalationem hanc esse cõuenientiam: quòd per virtutem solis eleuatur vapor, & exhalatio: ita vt fiat euaporatio, ad modum quo solet ex aqua bulliente fieri. Et hic vapor, & exhalatio tam à terra, quàm ab aqua, licet à terra magis exhalatio causetur, & vaporum, magis aqua præbeat materiã. Quãuis quidam solùm dicant exhalationem à terra, & vaporem ab aqua eleuari. 3. Notãdũ.

¶ Differentia tamen est in hoc, quòd exhalatio est corpusculum subtilius aëre: calidum, & siccum: de natura ignea: ita vt quàm facilè possit incendi, & inflammari: sicut est videre in fumo candelæ qui quàm citissimè inflammatur: ex quo (vt dicemus) contingunt omnes accensiones quæ apparent in aëre fieri. In quo differt vapor, & exhalatio

¶ Vapor tamen est corpusculum grossius

V minus

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus quàm subtile: calidum quidem tamē humidum, & naturam aëris sequitur: cui deputatur caliditas cum humiditate. H vapor licet ratiōe humidi & quia grossus est, habeat quòd non ascendat: tamen per virtutem solis ratione calidi ascendit, & eleuatur: ex quo fiunt pluuiæ, nives, & grando, vt dicemus.

Vapor & exhalatio spē differunt à terra, & aqua.

¶ Vapor ab aqua, & exhalatio à terra specie differunt, quicquid Marsilius dicat: nam tanta raritas (quanta in exhalatione est) nō posset esse cum natura, vel specie terræ, cum quælibet species suam certam, sibi determinet: vt in primo Physicorum in fine diximus: & tanta raritas, & subtilitas (qualis in vapore est) non sufficeret ad aquæ naturam conseruandam. Modo ergo sit sufficiens dixisse tam exhalationem, quàm vaporem ponendam, & quòd vapor, & exhalatio sunt calidæ naturæ. In quo cōueniūt, & in quo suæ correspondēt causæ, quæ sol est, & retinent communicatam calorem, & à sole mutuatum, cuius virtute à terra, & aqua eleuantur. Differunt tamen, quia exhalatio siccitatem retinet cum calore, & vapor humiditatem: ita vt vapor ad naturam aëris, & exhalatio naturam ignis respiciat: & sicut vtrunque cōtingit eleuari per solis virtutem, vtrunq; contingit includi in terræ visceribus, & ibidē in poris, & cauernis permanere: ex quo nonnulla eueniunt per naturam, quæ non euenirent, si talis materia vaporis, & exhalationis ibi inclusa non esset. Et hæc optimè ab autore naturæ disposita, & ordinata: vt non temerè, & absque ordine excogitemus contingere. Et dato exhalatio ad ignis accedat naturam (vt dicebamus) tamen terrea vocatur: quia terreum quid (quanquam subtile) retinet. Et ex eadem terra generari uapor, & exhalatio potest: sed exhalatio ex parte terræ siccæ, quæ non humiditatem habet, & vapor ex parte quæ humida est. Iam itaque respōdeamus oportet: & pri. cōclu. assignamus.

1. Conclu. Ratio.

¶ Omnium meteorologicarum impressionum vapor, & exhalatio materia est. Probatur. Nulla contingit impressio, nullumque mixtum imperfectum (de quibus Aristotel. in præsenti loquitur) fit nisi ex vapore, vel ex exhalatione: ergo materia istorum mixtorum imperfectorum est. Huius conclusionis sufficientia non aliunde probatur, quam experientia: nam ista vere fiūt quia sunt grandines: niues: nubes: pruina: pluuiæ, & cometes, & alia: ergo materia istorum debet signari, quandoquidem non de nihilo, sed de aliquo fiunt naturaliter: ergo vel ex elementis ipsis puris, vel de alia materia fiunt. Non ex ipsis elementis: quia elementum aëris non potest conseruari in tali densitate, in qua pluuia, neque nix: & multo minus elementum ignis: ergo non fiunt ex elemento.

¶ Item. Si ex ipso elemēto essent, ergo corruptio fit elementi, quoties ista generātur. Quæro à quo fit talis corruptio. Non à se: quia nihil seipsum corrumpit: ergo ab alio. Ergo vel ab igne, vel ab aqua. Non ab igne: quia si illa generatione media, vbi ista fiunt, ignis non est. Non ab aqua: quia aqua non ascendit ad illum locum. Ergo, quod à nullo elementorum fit illa corruptio, oportet ergo intelligere aliquam materiam ibi admixtam ipsi aëri, ex qua ista fieri possunt, sine corruptione ipsorum elementorum. Hanc materiam vaporem, & exhalationem vocamus: quia non videtur quid aliud ibidem posit poni.

Ratio. 1.

¶ Secunda conclusio. Regulariter, ita mixta imperfecta quæ fiunt ex vapore, nunquā ex exhalatione fiunt, neq; ecōtra, quæ ex exhalatione fiunt ex vapore. Hic volumus dicere, quod sicut in mixtis perfectis cōtingit, quod nō quodlibet cōuertitur in quodlibet propinquè, sed determinatum in determinatum: & non quælibet dispositio materiæ ad quamlibet formam: sed certa materiæ dispositio ad certam formam sufficit, & agit, quòd ad aliam minimè, nisi multæ precedant dispositiones, & mutationes: sic sub materia disposita ad formam substantialē lapidis non erit forma animalis. Sunt quodo in istis ex vapore fiunt quædam mixta imperfecta, quæ ex exhalatione minimè fierent. Et ex exhalatione fiunt aliqua, quæ non fierent ex vapore.

2. Conclus.

¶ Probatur. Ex vapore (cum sit humidus) grādo fit, pluuia, & nix, vt infra dicemus. Ista tamen exhalatione non possent fieri: quia materia rarior, non apta ad grandinem, quia sicca, quæ non ad pluuiæ generationem, quæ humiditatem sibi vendicat. Ex exhalatione fit nella cadens, quę tamen nō sufficeret ad pruinam.

Ratio.

¶ Tertia conclusio. Exhalationes obliquitatem, & siccitatem ascendunt vsque ad supremam aëris regionem, ad quem locū vapores nō possunt peruenire, sed manēt in media.

3. Conclus.

dia. Ista conclusio insinuat differentiam aliam inter vaporem, & exhalationem: nam licet largè cāpiendo (vt dicit Paulus Venetus) exhalatio sit vapor, & econtra, posita tamen differentia (vt solet poni) est vera conclusio authoritate Aristotel. & omniū philosophorum, qui de hac loquuntur materia: quia si vapor vsque ad supremum aëris locum peruenirent, cum ibi non sit locus vnde per antiparistasin fiat grādo, eo quod illa regio calida est, nunquàm fieret grando ex vapore: neque fieret pluuia ibi: cum ergo ex vapore ista fiant, oportet intellegere non ascendere vsque ad supremam regionem. Et de exhalatione patet: quia si exhalatio non illò perueniret, sed maneret in media regione quæ frigida est, non fierent inflammationes quæ contingunt in exhalatione: sed contingunt: vt sunt capræ saltantes, & alia: oportet ergo dicere quòd vsque ad supremam deueniat exhalatio: vbi facilis est accensio propter calorem illius regionis. Et de alijs omnibus ignis, quæ ibi fiunt, idem.

Venetus.

Arist.

Regulariter, vapor solū ad mediam ascendit, & exhalatio ad suprem

¶ Non negamus tamen quin aliquādo exhalatio in infima regione aeris accendatur, antequam ad supremam deueniat, sicut & de vapore contingit, quod ex eo aliquid fiat in infima, antequā ad mediā deueniat, sed regulariter ita est, quòd exhalatio ascendit ad supremam, & vapor solùm vsque ad mediam regionem.

4. Cōclusio

¶ Quarta conclusio. Sicut exhalatio, similiter & vapor intus in terræ visceribus inuenitur, ex quibus varia ibi fiunt. Hic volo dicere, quod sol non semper exhalationem, q̄ suo calore causat in terra, eleuat, vel ob defectum caloris, qui non semper eodem modo propter reflectionem radiorum, vel incidentiam, sed aliquando manet exhalatio ibi in poris terræ inclusa, vel quia dato posset eleuare sol, tamen sunt pori constricti, ob quod exhalatio manet inclusa, vt exire non possit. Eodem modo cōtingit de vapore, quia per vnum solis calorem in terra causatus, non habet vnde exeat, & intra in cauernis manet, ad modum quo fumus ex igne, si non habeat fumarium quo exeat, includitur intra domum. Huius ratio est. Ibi in visceribus terræ fiunt multa naturaliter: tamen non possunt causari absque vapore, & exhalatione: ergo vel exhalatio, & vapor descendunt in terram, & includuntur quoties ista fiunt, vel oportet intelligere ibi dem vaporem, & exhalationem: sed non descendunt: ergo ibi manent inclusa.

Rō ad conclusionem.

¶ Ad primum dicendum quod aër non sibi determinales exhalationes, aut vapores, sed ibi commiscentur, per continuā eleuationem ipsorum à sole. Et quidem de exhalatione, cum sit rara, sicca, & calida, non est mirum ascendant, cum sit de natura leuium ascendere: nam quamvis terrestris sit, ob aliquam eius terrestreitatem, tamen est tam subtilis, vt naturaliter ascendat. De vapore est magis difficile intellegere: sed patet etiam: quia vapor licet ratione humidi, & grossi habeat aliqualem grauitatem, preponderat calor, ratione cuius leuabilis est à sole, & ascendit. Et super omnia ista est diuina ordinatio: quia ille vapor est vt debent pluuiæ, & alia ad terræ fœcunditatem generari: & non possunt, nisi in illo loco, scilicet in media regione aeris: ob id vsque ad illum locum ascendit vapor: nam si ad tollendum vacuum (quia hoc ad vniuersale bonum spectat) graue ascendit, quare nō & vapor ascendet etiam naturaliter, vt ibi pluuiæ generentur, quæ tā necessariæ sunt in mundo?

Ad argum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in illo vapore oportet intelligere etiam esse calidita tem inclusam simul cum humiditate. Et cū per virtutem solis eleuetur, ascendit in loco illo supremæ regionis, & frigidum obuians causat per antiparistasin, quod ille vapor nimium condensetur: & dato quòd condēsetur, præualet frigidum illius regionis: & deuicto calido vaporis fiunt pluuiæ, grando, & nix, vt dicemus statim.

Ad. 2.

¶ Ad tertium dicendum, dato ita sit, quod intus in terræ visceribus fontes generētur, eo quòd ibi inclusus aer in aquam vertitur: quia est ibi extra locum suum naturalē ad replendum vacuum, non tamen aer existēs in sua dispositione naturali, & in proprio suo loco naturali posset ministrare materiam pluuiæ tantæ: imò neque paruæ: quia non est intelligibile à quo in media regione ipsius aeris fieret ista corruptio elementi, conuertendo immediatè in aliud elemētum: & ob id dicimus, quod si vapor non esset, qui materiam præbet istis accomodatissimam, non fieret ista. Necessarium est ergo ponere exhalationem, simul & vaporem ad saluandum illa quæ contingunt.

Ad. 3.

¶ Et dato aëris aliqua pars incēderetur, nō

Universidad de Deusto Biblioteca

fierent illa quæ ex exhalatione eueniunt: quia aër non habet materiam terrestrem inflammabilem, quam habet exhalatio, & nõ incenditur: & si incenditur, non durat ob defectum materiæ fouentis. Istam exhalationem, simul & vaporem oportet intelligas esse mixtum quoddam, ad quod concurrunt elementa: imperfectum tamen. Concurrunt (inquam) elementa, virtualiter, & tam in exhalatione, quàm in vapore quodammodo intelliguntur omnes. 4. qualitates, eo modo quo & mixtum imperfectũ: nec oportet requirere perfectè, sicut in perfectis mixtis reperiuntur. Et quando ex vapore generatur grando, est corruptio vni mixti imperfecti, & generatio alterius: & forma substantialis vaporis deperditur, & est alia scilicet grandinis, vel niuis, licèt quãdo ex vapore caligo, vel nubes fiunt, non corrumpitur forma substantialis vaporis: quia solùm accidentaliter differunt: sicut non corrumpitur in generatione venti: corrumpitur tamen quando generatur cometa, vel coruscatio.

Vapor, & exhalatio sunt mixta imperfecta.

¶ SPECVLATIO. VI.
Vtrùm verè mixta imperfecta generentur in aëre.

1. Argumẽ. PRobat quòd nullo modo ista possint fieri, etiam posita exhalatione, & dato vapore. Si ista fiant in aëre, sequeretur penetratio corporum: sed hæc non datur: ergo neque ista fiunt. Patet: quia si exhalatio inflammetur, penetratiue se haberet cum aëre: quia maiorem occupat locũ, quàm ante inflammationem. Si ex vapore fiat grando, cùm minorem occupet, quàm antesequitur vacuum, quod refugit natura ergo nullo modo ista fiunt.

Aristot.

Notand. 1. ¶ Vitantes prolixitatem, hic modum generationis istorum exponemus. Primo de illis quæ ex vapore fiunt. Si vapor eleuatur usque ad mediam regionem aëris (quam suprà exposuimus frigidam esse) ibi existens, condensatur ob frigidum illius regionis. Et ille vapor condensatus ratione frigidi in nubem conuertitur. Et contingit quod illud calidum vaporis, frigido præualente, deperditur: & humido cum frigido relicto condensatio fit, & per virtutem solis nubes resoluta descendit guttatim in terra. Quòd si guttæ sint non in magna quantitate, imber vocatur, si autem sint magnæ guttæ & rariores, labrocera dicitur. Et quanuis communiter locꝰ generationis pluuiæ aëris media regio sit, cõtingit interdum (licet rarò) in infima fieri: & tunc non eueniet à frigido illius regionis, cùm hanc infimam calidam esse in superioribus probatum sit: erit ergo causa calidũ illius regionis, quod causa est, vt frigidũ vaporis per antiparistasin intendatur, & condensetur, & vapor in aquam conuertatur: quia (vt diximus in precedenti speculatione) cum vapor sit mixtum, quanuis imperfectum, virtute continet. 4. elementa, & in se aliquid frigidi est, licet magis de calido. Ecce quomodo in infima, & media regione pluuia generatur: sed nõ eadẽ ratione: quia in media frigus in causa est, & in infima calor. In suprema autem calor ipsius vaporis facit vt congeletur, & in infima frigiditas ibi existens est causa.

Suprà. p. Met. spe. 3.

Pluuia aliquãdo in infima regione generat.

¶ Etiam considerandum, quòd pluuia aliquando fit in media regione, & non ex vapore, licet rarò: & hoc fit, per hoc quòd aër illius mediæ regionis ob frigiditatem est spissus, & condensatur in nubem, quæ pòst in aquam conuersa, pluuia est. Neque mirum, cùm quodlibet elementum in sibi proximum ratione symboli conuerti possit, vt suprà dixi.

Notand. 2.

Aliquando aër in pluuiam cõuertitur.

¶ Neque omnis nubis pluuiã causat: quia aliquæ sunt nubes, quæ steriles dicuntur, quæ ob defectum humiditatis, non pluuiã subministrant, sed conuertuntur in aërem: no enim semper quòd est nubis, erit & pluuia, vt experientia testatur. Et ol quidem sua virtute dissoluit, si humiditas non magna sit, quanuis non incendatur ob humiditatem quam habebat nubis, et [illegible] ad pluuiam sufficiens non esset.

Suprà. 2. de ge. spe. 3. Nubis steriles.

¶ Pluuiæ differunt in coloribus, ita vt dicatur pluere sanguinem: & [illegible] naturale, absq; miraculo: vt in Ægypto contingit, quòd exortari adustione solis quando vapor est eleuatus, ex mixtione terrestris adusti. Et aliquando pluit ad modum lactis: quod fit, quando terrestre est nimis grossum, non bene adustum. Et aliquando pluuia est salsa, eo quòd vapores eleuati sunt nimium terrestres: qui adusti, salsedinem causant, vt in mari contingit.

Pluuia sanguinea.

¶ Ari-

Duplex causa pluuiæ.

¶ Aristotel. dat pluuiæ duplicem causam: vnam, motum solis in circulo obliquo: aliã, frigiditatem regionis mediæ: nam sol eleuat sua virtute. Et in æstate magis eleuat, & non [illegible]nt tam frequentes pluuiæ: quia sicut h[illegible] virtutem eleuandi propter nimiũ calorem qui tunc est, dispergit, & dissoluit facilè. Sed tempore hyemis est sufficiens sol eleuare vapores: propter recessum à nobis, & quia non directè radiat, non valet dispergere: vnde frequentes sunt pluuiæ in hyeme.

¶ Ex hoc potest dari ratio naturalis, quare in Ægy[illegible] non fiant pluuiæ: quia rarò fiũt nubes propter paruitatẽ materiæ. Et quia sol nimium viget [illegible]spergit [illegible]ateriam eleuatam. Et in terra [illegible]omissionis (vt dicunt histori[illegible]) non pluit à princi[illegible] Martij, vsqu[illegible] Septembri. Si quis velit pro causa dare terræ dispositi[illegible]em, bene quid[illegible], sed adhuc alia secreta latet nos: aspectus, scilicet, cœlorum.

¶ In noua Hispania pluuiæ co[illegible]tinuæ per [illegible]nses quotannis à principio Maij, vsq; ad finem Septembris, ita vt consuetudinẽ terræ promissionis in illis temporibus in quibus ibi pluuia non contigit, hic sit certissimè quotidie. Si demus causam solis virtutem sufficiens ẽsse eleuare tot vapores, qui [illegible]uertantur in pluuiam talem, tam frequentem, & vehementem, sicut contigit [illegible] anno. 1555. in quo tam fuerunt frequen[illegible] quæ, vt tota ciuitas Mexicana in periculo subuersionis fuerit posita, & modò non caret: eo quòd lacus iuxta ciuitatem tam sit redundans, vt paulo momento ipsam totam inundet ciuitatem.

Quare in noua Hispania tam frequẽs pluuia in æstate.

* ¶ [illegible] proximè preterito. 1567. [illegible] fu[illegible] [illegible]dantes aquæ vt non absque pe[illegible] [illegible]pani.

¶ Fate[illegible] [illegible]id esse causam, ꝙ eleuent vapor[illegible] [illegible]are nõ erit causa & ipsius solis ad nos accessus. quare eleuati vapores dispergantur, & pluuia tãfrequen[illegible] non generetur [illegible] causa [illegible]da est, ad terræ, & cœli dispositionem [illegible]rendu[illegible] erit. Ex cœlo nanque potest euenire quòd in tali tempore aliquarum stell[illegible]um sit occulta coniunctio, quæ sit sufficiens causa tantæ variationis, & frequentiæ pluuiarum. Et ex terra potest euenire: quia ipsa tũc tẽporis à sole calefacta, habeat suppeditare [illegible]ateriam tantam plu[illegible]e, vt necessario tam frequentes sint aqu[illegible] [illegible]t si semel incipiãt, velut i circulo iterũ ex ipsa humectata vapores rursus eleuentur, vsque dum sol post æquinoctium hyemale non habeat virtutem eleuãdi. Qui aliam [illegible]abet causam, adducat: libentissimè ac[illegible]bimus. Et in prouincia Peru in plan[illegible] nunquàm pluit, cùm in montibus frequenter sint niues.

¶ * H[illegible]amen explosam volo penitus opinionem Gu[illegible]lmi parisiensis, in prima. p. de vniuerso, & Petri de Aliaco super gene. super illa verba catharactę cœli apertę sunt: & in libro de astronomiæ & theologiæ concordantia: quia iunt illam inundationem aquarum factam, in vniuersali diluuio tempore Noe, fuisse naturaliter ex coniunctione astrorum: quæ natura sun[illegible]quatica, vt Cancer, Pisces, Pelliades, Orion, Ma[illegible] & Venus, &c. Hæc prorsus à fide aliena [illegible]detur, vt probat quidam author modernus Hieronymus Armellinus, in libro edito aduersus quẽdam nostri temporis philosophum, qui contendebat probare contrarium: nam et [illegible] ex constellatione aquarum abundantia euenire possit tam grandis inũdatio & generalis per totum vniuersum, nõ nisi per potentiam diuinam peculiariter id euenire asserendum est.

¶ Etiam cum pluuia aliquando cadunt animalia: vt ranæ, vel vermes: & hoc ne prodigiosum existimemus, ad naturam referamus, vel quia simul cum vapore fuerunt eleuata, vel (quod vero similius) ex putrefactione cùm fiant, ex vapore terrestre ita teadmixta, cum solis calore, applicatis actiuis ipsis passiuis, potest contingere: ob id tempore pluuiæ, maximè in æstate, multitudo ranarum apparet: vt cũ qualibet gutta videatur animal descendere, & in descensu potuit genera[illegible] vel statim cum primò terram tangit: quia tunc potest esse vltima dispositio ad animal generandum.

Cũ pluuia ranæ descendunt.

¶ Vt omnia etiam adducamus, signa pluuiæ poni solent, Mergorum è flumine volatus celer. Rubedo matutina. Sideraque cadentia. Paleæ, & frondes eleuatæ volitantes. Grues in aere fugam agitantes. Vacca captans naribus auram in cœlum suspiciens, & hirundines circum lacum volitantes, & ranæ querulæ. Cœlestis arcus apparitio, & agmen coruorum è pastu rediens, & quando aues fluuiales prata quærunt: & nonnulla alia quæ communiter ponuntur.

Signa pluuiæ.

¶ Ros generatur per hoc quòd vapor hu-

 midus,

Universidad de Deusto Biblioteca

Ros in infima regione aeris generatur.

midus, & calidus propter debilem calorem non potuit pertingere ad mediam aeris regionẽ. Eleuatus ergo, & suspensus in hac infima, in nocte à frigiditate eiusdem in aquã conuertitur, præualente frigore aduersus debilem calorem, qui conuersus ob grauitatem descendit ad guttarum similitudinẽ: & fit in crepusculo matutino: quia tunc magis frigus vigere solet, quod sufficit ad vaporem conuertendum in guttas. Et hoc in tempore veris, quando sol sufficit ad eleuandum: sed quia non multùm feruet, non tantum subleuat.

¶ Roris exemplum datur in vase distillatorio, quod Alquitara vocatur. Ob ignem suppositum ascendit vapor, qui cùm tangit frigidum metallum, in guttulas conuersus, cadit per foramen distillando: sic etiam vapor eleuatus tangens frigus noctis, conuersus in gutullas cadit.

Ros nocet ouibus.

¶ Ros nocet ouibus, quando herbas rore perfusas comedunt manè, antequàm decidat. Cuius ratio hæc est: quia habet humidum aereum viscosum, & dulce, & in solis aduentu aquosum dissoluitur, & manet dulce viscosum, ad modum farinæ; quam dulcedinem degustantes præ solito voraces, replentur, tantum vt fel superabundet, intantum vt vas rumpatur. Huius experimentum (ait Albertus) se vidisse: imò & ibi de passionibus aeris aliam dat causam. Vide ibi.

Albertus.

¶ Quòd non nimium à terra eleuatus ros generetur, argumentũ subministrat, quod neque in turri aliquantulum alta: imo neque in tectis domorum videatur. Et rarò cadit in capite hominis deambulantis, sed bene ad pedes. Non apparet supra petram, aut puluerem: quia à siccitate consumitur, & non percipitur.

¶ Ros non contingit nebuloso tempore: quia sol non tantum calefacit, vt eleuare possit materiam aptam rori. Neque fit tempore ventoso: quia vapor eleuatus dispergitur facile. Signumque serenitatis futuræ ponitur, eo quod quando ros generatur sunt vapores subtiliores, & non valentes pluuiam generare.

¶ An ros, & pluuia specie differant, opinio est varia. Paulus Venetus dicit quòd sic: alij putant contrarium. Vtrunque defendi potest.

Paulus Venetus.

Pruina in infima aeris regione.

¶ Pruina etiam contingit ex vapore: & in infima regione aeris, quando antequàm vapor in aquam conuertatur, gelatur, & hoc in hyeme frequenter: siquidem ad eius generationem frigus intensum requisitum est. Et tandem in eodem loco, & ex eadem materia contingit ros, & pruina, licet in diuersis temporibus. Et vtrunque tempore sereno efficitur, licet ros futuræ serenitatis sit signum: pruina verò non. Item: quia cùm dissoluatur, & in vaporem conuertatur, & sol propter debilitatem ratione qua à nobis recedit non potest consumere illũ vaporem, & generantur nubes, & fiunt pluuiæ.

¶ Pruina in locis humilibus maiorem impressionem facit, quàm in altis: quoniam vapor non nimium à terra eleuatur, & quia sursum ex tali vapore à vento solet aliquid dispergi. In loco tamen humili non tantum flat ventus, & ob id non dispergitur materia, & videtur magis de pruina, quàm in locis eminentibus. Quapropter Aristoteles ait. Ros, & pruina in altis montibus non fiunt: quia vapor ex quo gignitur, densus est, & parum caloris habens, vnde possit in montium verticem sustolli, sed prope terram demittitur. Secundò. Quia si montium vertices vento agitantur, non consisteret vapor, vnde illic ros, atque pruina fieret. Hæc Aristotel.

Arist.

Nix in media regione fit.

¶ Nix generatur quando nubes priusquã in humorem stillent, congelantur à frigiditate mediæ regionis, vbi nix fit. Cum ergo vapor multus fuerit eleuatus ad aeris mediã regionem, cõdensatur, & propter frigiditatem congelatur, antequàm pluuia fit. Itaq; vapor in nubem conuersus, est materia ad niuem, & ad pluuiã: sed fit nix, quando antequã in pluuia versus congelatur. Et volunt aliqui dicere, quod nubes primus in niuẽ conuertitur, & temporibus frigidis nix descẽdit vsq; ad loca infima, sed in temporibus calidis propter caliditatẽ aeris descensu liquefit, & est pluuia. Et huius argumentũ est: quia in altissimis montibus nix cadit, & inferius est pluuia: in noua hispania est compertissimũ, quod cùm frequenter in locis infimis pluat, semper tamen nix est in mõtibus quibusdã altis, vt in loco prope Vulcanum, la sierra neuada. Et in alio loco in mõte, vbi mineralia de Cultepec: quod potest euenire ex loci dispositione: & quia prope mediam aeris regionem sunt illa eleuata loca, vt vapor eleuatus in niuẽ conuertatur.

Nix.

¶ Nix habet album colorẽ, quia ex materia transparenti diaphana fit, ad lucem disposita: & lux in tali materiã incorporata, facit eã albã. Secũda causa est, quia frigiditas intensa in vaporem humidum agit, cuius natura albefacere est. Frigiditas enim mater albedinis dicitur: sicut caliditas nigredinis. Qua de causa ad Septẽtrionẽ multa sũt albi coloris animalia, & ibidem homines albiores, quàm qui ad Austrum positi. Etiam differunt figura: quia pluuia cadit in figura spherica vt resistat corrumpenti, sed nix sub florum figura: quod ab speciali cœli influentia euenire putandum est.

¶ Nix frigida actualiter est, & sicca. Pluuia autem frigida, & humida. Solet casus pluuiæ continuari, vt vna cadente, rursus alia cadat. Non sic de niue: quia per eam pori terræ constringuntur: ita vt non possint vapores eleuari: ob id non sic descensus iterum niuis statim in proximo.

Albertus.

¶ Albertus magnus in suo de passionibus aëris dicit, quod nix ideo cadit mollis: quia calor egrediens aliquantulum resoluit id quod debiliter congelatũ est: ideo nix cadit mollis, facilè comprehensibilis, quod non esset, si esset omninò glacies, sicut grando.

Grando.

¶ Grando (iuxta sente. Arist.) in infima aëris regione generatur: dicit quod in altis locis non fit grando: sed probabilior sentẽtia illorum est, quæ tenet grandinẽ fieri in sublimiori loco, in media aëris regione, in parte altiori, quàm fiat pluuia. Modus quo fit iste est. Vapor eleuatus sursum, & propter calorẽ rarus est, & vndiq; locũ præstãs frigori, vt subintret, & statim cõgelatur: ita vt nubes iã in aquam conuersa, cõgeletur, & cadat grãdo. Cuius signũ est, quod aliquãdo simul cũ grandine decidunt guttæ grossæ: quia non poterant congelari ad speciem grandinis tã cito, ex defectu frigoris. Quòd si in infima aëris regione cõtingat (vt placet Aristo) id erit, quia vapor ille habens in se frigiditatem propter calorẽ regionis huius infimæ cõdẽsatur valde, & congelatur, & fit grando per antiparistasin, & non prope terrã: quia eleuatur vapor ob calorẽ aliquantulum, quousq; deficiat calor, & frigus remanens contrariũ fugiens. Si tamen grando fiat in media regione (vt fieri solet) non est per antiparistasin propriè: quia vapor ille deueniens ad illam regionem mediã (quæ frigida est) valde infrigidatur, & cõgelatur fortissimè, eo quod calidus fuit: sicut de aqua, quæ calida reducit se ad frigiditatẽ, & fortius cõgelatur: ob id nõ est immediatè per antiparistasin, sed mediatè: quia vapor ille calidus fuerat.

Grando in media regione.

Arist. dixit grandinem in infima aeris regione fieri.

¶ Grando non contingit in tempore nimis calido: quia tanto vapor eleuetur, dissolui potest à nimio calore, sed contingit (vt in plurimum) tempore veris, & in autumno, & in noua hispania maximè tẽpore veris, à principio quando incipiunt pluuiæ.

¶ Grando diuersas habet figuras: aliquando rotundam: aliquando angularem: Generatur aliquando simul cũ grandine aliquid pruinæ, vel niuis, quod fuit ex vapore obuio congelato in descensu grandinis.

¶ Interdum cadunt lapides cum grandine: non quia sursum lapides fuerint geniti, sed quia lapis de natura ignis cum vapore contingit eleuari & post congelatus vapor simul cum lapide cadit.

¶ Et quod diuersa aliquando in gradine figura appareat, ad constellationem oportet referre, si animalis, vel aliam habeat figuram.

¶ Hæc de illis quæ ex vapore contingunt, tam in infima, quàm in media aëris regione dixisse sufficiat. Vbique sunt obuia, & clara, & sufficit semel audisse, vel legisse.

¶ *QVAE fiunt ex exhalatione.*

EX exhalatione in suprema aëris regione eleuata, si ibi accendatur, & non si æqualiter subtilis, sed grossa inferior, & subtilis superior, cãdela ardens vocatur. Si pars grossa parua sit, ad modum lanceæ videtur ardere: & lancea ardens dicitur. Si verò contingat talem exhalationem æquè raram esse, & non incendi simul secundùm omnes partes, sed ad modum scintillarum, scintillæ dicuntur. Si verò exhalatio sit multa, & cõpacta, & æqualiter inflammetur, vocatur candela accensa, cũ prima sit dicta ardens.

Lancea ardens.

Scintillæ.

Candela accensa.

¶ In infima regiõe aeris cõtingit exhalationem debiliter calidã multam esse, & dispersam, & per frigus noctis fortificari, & inflãmari: & pars inflãmata sursum saliens videtur, & capræ saltãtes dicitur. Si verò talis exhalatio nõ sit multa, tamen continua, accensa in nocte, ad instar stellæ decidit: sicut sæpissimè videmus. Et videtur aliquãdo post se vestigiũ relinquere: & dicitur stella cadẽs. Si verò exhalatio fuerit multa, & optimè cõiuncta in aere accensa stat, & hæc hominem

Capræ saltãtes.

Stella cadẽs.

Universidad de Deusto Biblioteca

transeuntem, aeremque impellentem, aut sequitur, aut præcedit, & ignis fatuus dicitur: quod euenire solet circa patibula, cemēteria, & coquinam: quia in illis locis multa est viscositas, ex quibus ista generantur. Si vero exhalatio hæc in æqualis fuerit in subtilitate, & in vtroque extremo, quod subtilius est accensō, quod est grossius in medio ad similitudinem ventus apparet, cuius vnū extremorum cauda, aliud caput iudicatur: & hæc draco volans appellatur.

Iguis fatuus.

Draco volans.

¶ Hæ tamen impresiones licet variæ assignatæ sint, in varijs regionibus aeris generari, non sic est certum, quin contingat aliquas quas posuimus in prima regione, & in suprema fori. ari, & econtra: sicuti Aristotel. ait. Hæc aliquando in suprema aeris parte fiunt: vt cùm materia calidior, siccior, & rarior, & magis ardoris natura immutata fuerit, & aliquando infima: vt quando densior fuerit, & humidior.

¶ Etiam Atistotel. insinuat modum, & causam phantasmatum: vt hiatuum, & voraginum: nam sicut ex exhalatione incensa cōtingūt quæ dicta sunt, hiatus, & vorago ex sola illuminatione exhalationis contingūt. Si enim non incendatur propter defectum viscositatis, illuminatur in partibus extrinsecis propter earum raritatem. Et quia medium ob opacitatem non illuminatur, videtur in medio velut quædam profunditas, sicut in putei ore videtur, quæ si magna fuerit, vorago dicitur. Si non ita magna, hiatus dicitur: quia colores varijn aere apparent: ait Aristot. nunc punicici, nunc purpurei: nunc clariores: vt quirariore caligne suscipiuntur: nūc suboscuri, vt qui crassiori. Album enim in nigro multas facit varietates. Et ij colores in summa di non ita apparēt: quia illos luminis abundantia impedit: neque in summa nocte: quia hos videre impedit noctis nigredo. Et non multo tempore perdurant: quia eorū materia euanida est, & citò segregata disparet, & hæc phantasmata dicuntur: quia nō sunt quod apparēt.

Vorago.

¶ SPECVLATIO. VII.

Vtrùm cometa sit de natura cœlesti, & sit prænosticum mortis principum, bellorum, & sterilitatis.

ARguitur quòd nullo modo sit exhalatio. Nulla exhallatio, vel aliqua impressio meteorologica diu durat: sed cometa diu durat: quia visus est aliquā do per 6. menses durare, vt author est Seneca. 1. Argumē.

¶ Præterea. Omnis impressio meteorologica ignita, sursum, vel deorsum mouetur: sed cometa mouetur circulariter vt docet Aristot. & experientia constat. 2.

¶ Tertiò. Quod non significet siccitatem, patet. Significat inundationem, vt ait Aristotel. in litera: ergo non significat siccitatem, cùm vnum non possit contrariorum esse signum. 3.

¶ Vltimò. Probo quòd non significet mortem fut. cam principum. Nō nus habet cōuenientiæ exhalatio ex qua come. ad principes, quā ad cæteros homines, cùm æqualiter omnes aerem participent, & resp. iret: sed non est signum mortis aliorum hominum: ergo neque principum. 4.

¶ In contrarium est Aristo. hic in litera, Ptolemeus. in. 2. p. quadripartiti. c. 3. & 13. qui dicit, cometam significare ventos: siccitates: mortem principum, & bella. In contra. Aristot. Ptolemeo.

¶ Pro solutione notandum, quod cometa causatur ex exhalatione sicca, & calida. quæ ratione leuitatis, & maximè caloris eleuata ad supremam regionem aeris ibi inflammatur ob rationem caliditatis illius regionis: & apparet ibi. Et secundùm diuersitatē exhalationis tam quantum ad densitatem, vel raritatem, quàm vnctuositatem: vel siccitatem materiæ ad vniformitatem in densitate, vel raritate est diuersitas in cometa: & sic apparet multis modis, vt Aristot. docet, & omnes philosophantes. Notand. 1.

¶ Causa cùm multipliciter dicatur (vt patet ex secundo physicorum) quæ. m est causa directa, quod ea posita, pon. ur effectus: alia est causa, qua posita non semper ponitur, sed frequenter. Et quod non semper ponatur est, quia d. pen. et effectus ex concursu aliarum causarum, quæ solet impedirī, rarò tamen. 2. Notand.

¶ Est etiam aduertendum, de cometa variā fuisse antiquorum opinio. Democritus dixit, quod cometa esset naturæ cœlestis: quia erat coniunctio planetarum. 3. Notand. Variæ opinio.

¶ Pythagoras dixit, quod ex erraticis stellis esset vna, rarò apparens extra radios solis, & ideo rarò videtur. Opinio. 2.

¶ Se-

Opinio. 3. ¶ Seneca dixit, quòd cometa esset vna stella nō ex fixis, neque de planetis, sed alium varium habens motum.

Opinio. 4. ¶ Hippocrates, & sequaces dixerunt, quòd stella comata esset de natura cœlesti, sed coma erat de natura elemētari. De quo sit prima conclusio.

1. Conclus. ¶ Cometa secundùm suam substantiā non est de natura cœlesti, neque est aliqua stellarum fixarum, aut errantium. Hæc conclusio est Aristo. Contra omnes supra dictas opinio. probatur facilè. Quæ sunt in cœlo, sunt immutabilia, & incorruptibilia, sicut & ipsum cœlum: sed cometa variatur, generatur, & corrumpitur, vt notum est: ergo non est stella aliqua, neque de cœli natura. Si esset enim aliqua stellarum, non posset esse, qui saltim quolibet anno appareret, & forte per maiorem partē anni in qualibet nocte. Ratio.

2. Cōclusio Ratio. ¶ Cometa est de natura elemētari, scilicet, exhalatio ignita. Patet. Cometa est aliquid corporale, sensibile sensu visus: & nō est de natura cœli, neque stellarum: oportet ergo sit aliquid ex meteorologicis causatis in regione aeris, & non ex vaporibus: vt suprà dictum est. Manet ergo quòd sit exhalatio ignita in supremaregione aeris. Et patet ex Aristo. in litera. Et potest probari, quòd sit exhalatio ignita: quia vel est ignis in sphera sua, vel aer, vel vapor, vel exhalatio. Nō est ignis: quia ignis semper est, & cometa semper deberet esse. Neque aer similiter. Neque vapor: quia non tantum ascendit: relinquitur ergo quòd sit exhalatio ignita.

3. Conclus. ¶ Tertia conclusio. Secundùm differentiā materiæ ex qua cometa, contingit varius aspectus eius: vt aliquando vt sol, vel luna. Cometa interdum habet comam: aliquando caudam: aliquādo infimè apud nos est: aliquando nimium altè, & aliquando mouetur ad occidentem: aliquando ad Septentrionem. Et cometa qui visus est, & cœpit videri in principio mēsis Martij anni. 1556. in nocte Hispania ad Septentrionem declinabat, & mouebatur ab Oriente, & durauit vsque ad. 18. diem eiusdem mensis. Solet aliquando per. 7. dies, vt in pluribus, & vt in paucioribus per. 80. dies, & vt rarò per sex menses: vt ait Seneca. Et est differentia in coloribus. Omnia ista patent ex Aristo. Ratio differentiæ ex ipsa exhalatione sumitur, vt dicebamus. Et ratio quare duret est, quia habet fomentum ex alia, & alia continua exhalatione, quę eleuatur: ob quod potest tantum durare: sicut in lampade ardente contingit per continuum fomentum alicuius vnctuosi humidi.

¶ Quarta conclusio. Omnis cometa significat aliquod malum futurum: aliquando siccitatem, & ventositatem: interdū terræmotum: aliquādo maris inundationem: aliquādo significat destructionem fructuum: aliquando immutationem regum: translationem regnorum: aliquando mortem principū: significat bella, & lites. Omnia ista patent ex litera Aristote. 4. Conclus.

Quòd significet aliquod futurum malum, patet ex historijs: nam vix visus est cometa, quin eueniat aliquod malum, & vt in plurimum. Ratio. p. p.

¶ Quòd siccitatē, & ventositatem, el. quia cùm eleuantur exhalationes, ex quibus cometa, tunc est caliditas nimis intensa, & aliquæ partes illius exhalationis remanent in aere, ex quibus venti generātur: & cùm sint venti, & caliditas, siccitas etiam erit. Ratio. 2. p.

¶ Quòd terræmotum, sic Aristotel. Seneca similiter dicit, quòd post apparitionem cuiusdam cometæ fuerunt duæ insulæ per terræmotum submersæ. Et est ratio: quia quando ex visceribus terræ eleuatur exhalatio, contingit quòd propter frigus extrinsecum ex parte alicuius influentiæ pori clauduntur in superficie terræ: quibus clausis, petentes exitum, fugientes frigidum terræ, concutiunt ipsam terram, & est terræmotus. Itaque terræmotus est non ab exhalatione, quæ in cometa est, sed ab illa quæ tunc in terra manet. Ratio. 3. p. Terræmotus quomodo fiunt.

¶ Quòd maris inundationem significet, patet ex Aristo. & accidit, quia cùm contingit terræmotus, aperitur terra, ita vt montes subuertantur, & proijciantur in mari, & ex illa parte fit fluxus maris. Ratio. 4. p.

¶ Quòd fructuum destructionem, patet ex siccitate quæ tunc est. Ratio. 5. p.

¶ Quòd regum, & regnorum immutationem. Patet. Immutātur, & accenduntur corda principū, & fiunt cholerici, & maximè ipsi principes: quia quantò delicatiores, magis aeris turbatio ex siccitate eos penetrat, & malè disponit: & quia in iram commoti, sunt bella, & dissensiones, quales (proh dolor) experimur nunc, neque opus erat nunc videre cometam vt presagiū bellorum, cùm inter principes Christianos Ratio. 6. p.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam sint sanguinolenta prelia, & inimicitię capitales: & ex alia parte pesimus, & perfidus Mahometus infestet Christianos. Prope finem sumus, cùm t[illegible]nt signa.

¶Cometa est signum mort[illegible]um: quia cum sint bella, & in bellis ipsi sol[illegible]nt esse, præcipuè continget quod interficiuntur in bello. Item: quia cùm ipsi viuan[illegible]delicatè, ex aëris in dispositione citiùs infirmantur, & maius nocumentum recipiũt, quàm alij non delicati. Et de præsagio isto patet per Aristo. in litera. Hæc in suma dicta sint de illis malis, quæ solet cometa', quando apparet, significare.

5. Cóclusio ¶Quinta conclusio. Sic cometa ista significat supradi[illegible], quòd ex multis alijs causis impediri potest euentus præfiguratus. Probatu[illegible] primò: quia cometa non est causa di-
Ratio. recta istorum, sed indirecta.
Ratio. 2. Secundò: quia ad hoc oportet concurrant aliæ causæ secũdæ, aliæq; influentiæ: & si non concurrant, non sequitur effectus: vt ad hoc quòd sit ventus, requiritur multa ex[illegible]latio sit eleuata: vt fiat terremotus, requiritur sit frigus cõstringens terræ poros: ad hoc quòd sit inundatio, est requisitus terręmotus: ad hoc quòd sint bella, requiritur quòd quis sequatur commotionem, & passionem, & non rationem: & quod sint pecuniæ ad sustentandum bellum, quòd sint bellatores. Ad hoc q̃ sequatur morsregum, vel principum, requiritur quòd tam sint deliciose nutriti, quòd commoueantur, intantum vt ad mortem infirmentur: & quòd sint in illa parte, vbi talis exhalatio in tanta abundantia est: tandem multa alia requiruntur.

¶Sufficiat ergo ex istis intelligere cometam esse quid naturale, & non esse miraculosum: & esse prodigiu[illegible]u prænosticum futurorum, tamen incertum, debile, & inconstans: quia eius euentus multis modis impediri potest. Quapropter quicunque sapit, nolit viso cometa, futura prædicere, ne falsus inueniatur propheta. Quæ futura sunt, soli Deo in se cognita sunt. Quòd si vt in causis à peritis philosophis, vel astrologis iudicantur, sic prædicentur futura, vt in causa solùm cognita, cuius effectus potest impediri.

Ad argum. ¶Ad argumentum, ex dictis patet solutio, quare ista magis euenire soleant, quando est cometa aliquis, quàm in alijs temporibus.

¶SPECVLATIO. VIII. Vtrùm aquæ fluuiales, & fontium generentur in concauitatibus terræ.

Robatur q̃ non: quia omnis aqua tã fluuialis, quàm fontalis emanat à mari, e[illegible]o nõ generatur in concauitatibus teræ. Cõsequentia est bona: & [illegible]cedens Argumẽ. 1.
probatur authori. omnium antiquorum, vt hic Aristo. [illegible] litera t[illegible]lit.

¶Secu[illegible]dò. Si in terra aqua fo[illegible]tium generatur, [illegible] est ex aere, vel ex [illegible] vapore eleuato à sol[illegible] sed nullo istorum modoru. 2
Non ex aëre, qui aer, ibi in visceribus terræ inclusus, cùm sit extra suum locum [illegible]turalem, nõ est [illegible]antus, vt posit materiam dare fontibus, & fluminibus, cùm ex vno pugilloaquæ fiant decem aëris: vt suprà dic[illegible]m est. Neque fit ex vapore: quia simili ra[illegible]ione non posset esse tãtus vapor.

¶Item: quia si ex aere, vel vapore, oporteret quòd in omni loco essent fontes, cùm in omni terra habitabili vapores causet & in omni parte terræ sunt pori vbi aer e[illegible] inclusus.

¶Præterea. Si flumina, & fontes in terra generarentur, sequeretur quòd non scaturirent, & ascenderent, vt ascendunt. Patet: quia omne graue descendit, & non ascendit, sed aqua greue est: ergo potiùs deberet [illegible]d infimum alium locum, scilicet, [illegible] terræ centrum descendere, quàm [illegible] [illegible]d superficiem terræ. 3

¶In contrarium est quod Aristote. in [illegible]ra dicit. Contra.

¶Hic primò supponendum, a[illegible]rum varias admodum fuisse opi[illegible]ones de fontium gen[illegible]tione: quibusdam dicentibus quòd ex in[illegible] fluere[illegible] [illegible]alijs quòd ex tartaro sub terra i[illegible]alijs quòd ex cauernis, vbi aqua detinetur inclusa, quæ postea fluit: alijs q̃ ex [illegible]uis pluuialibus euenit. De quibus omnibus Aristote. mentionem fecit. 1. Conside. Variæ sentẽtiæ de generatione fontium.

¶Oporet secundò in memoriam reuo[illegible]re, quòd suprà dictũ est, in terra esse poros, & concauitates, & voragine[illegible]on paucas, & maiores, & minores, secundùm aliam, & aliam In hoc. p. meteoro. specu. 5.

4. Physico. Specul. 3. 1. de gene. Specul. 6. & allam terræ dispositionem: quæ foramina (cùm vacuum non detur per naturam) oportet sint plena aliquo corpore: & ob id sicut in libr. de generatione dicebamus, quod in corpore animalis dãtur partes porosæ p' [illegible]næ aëre, ratione quarum nutritio, & augmentum fiat, sic etiam oportet quòd in terra illæ partes sint porosæ. Et maximè ad hoc deseruiens est aër: quia est corpus subtile subintrans, & penetrans omnia. Et similiter illa loca possunt esse plena vaporibus eleu[illegible]is à sole penetrãte viscera terræ: qui vapores non tam sunt calidi, vt ascendant, vel quia non semper datur locus exeũdi, eo quòd foramina, vel viæ exitus, claudatur.

Conclus. 1. ¶Prima conclusi[illegible]. Aquæ fontium, & fluuiorum no[illegible] descendunt ex mari, [illegible]eq; ex tartaro, [illegible]eq; [illegible] ex pluuia, neque ex niue.
Ratio. Hæc est Aristo. in litera. Pro[illegible]atur. Omnia flum[illegible]na intrant mare, & descendunt: ergo sequitur quòd non habent originem à mari: & similiter fontes eò tendut[illegible].

¶Neque ex tartaro originem habent: quia cùm aquæ sint in superficie terræ, & tartarus in centro eiusdem (vt ponebat Plato) non possent indè emanare.

¶Item, quia alias indifferenter essent fontes, in montibus, & in planicie: in ista, vel in illa [illegible]rra: sed videmus quòd non indifferen[illegible]ter, sed magis in montibus, quàm in planicie, & magis in vna, quàm in alia terra: oportet ergo aliam causam dare fontium, & fluuiorum, quàm sit mare vel tartarus.

¶Neque ex aqua pluuiali, aut niuium. Patet: quia fontes durant, quando pluuiæ nõ sunt, neque niues, vt experientia constat: [illegible]go non generantur fontes ex ipsis. [illegible]t Se[illegible] a hoc probat in suo de naturalibus quę [illegible]ibus.

Conclu. 2. ¶Secunda cõclusio. Fontes generantur ex aër in [illegible]so in foraminibus, & cauernis terræ. Patet. Ibi est aër inclusus, & ratione frigiditatis ter[illegible]e condensatur in guttas, quæ paulatim des[illegible]ẽdendo fontem causant: & il[illegible]lis exeuntibus, r[illegible]us ob v[illegible]uum vitãdum aër sub intrat, ita v[illegible] perpetuus v'deatu modus generationis fontis, & duret aqu[illegible]. Ratio. 1.
Quòd aër ratiõe frigid'tatis in guttas aquæ conuertatur, videmus per experientiam in antris, & alijs spelũcis, & subterraneis locis, vbi cõtin[illegible]ua stillatio est ob aërem inclusum tangẽtem frigidum loci, aut terræ. Et quod sit facilis [illegible]anitus ab aëre in aquã, eo quòd habeant symbolum, superius dictum est: nam frigido vincente calidum ipsius aëris, manente humido, ex aere fit aqua. Sup. 1. dge specula. 5.

¶Præterea. I[illegible]tra terræ viscera verè aqua fluit, & non [illegible] mari, neque ex tartaro, neque ex pluuia, neque ex niue: ergo est quia ibi generatur: sed si generatur, vel erit ex terra, vel aere, vel ex vapore. Non ex terra: quia si terra cõsummaretur per continuũ aquæ fluxũ. Neq; ex vapore: tum quia nõ in omni loco est vapor eleuatus: tũ quia nõ sufficeret ad tantam aquæ magnitudinem: ergo fit ex aere. 1. Ratio.

¶Confirmatur: quia videmus maximè fontes esse, & fluere à locis magis expositis aeri, & porosis, in quibus concauitatibus ibi inclusus est: & in alijs locis planis, & vbi terra magis cõdensa, minus reperiuntur [illegible]que. Et causa est, quia deficit in illis locis materia ex qua fontes generãtur, & in alijs abũdat. Confirm.

¶Tertia conclusio. Fontes, & flumina non ex solo aere incluso in cauernis terræ generantur, sed e[illegible]iam ex vapore. Volumus declarare non solùm aerem materiam esse aquarum, & fontium, per hoc quòd circunstante frigido terræ cõdẽsatur in guttulas, sed etiam q̃ contingat ex vapore: aliquãdo quidem ex solo vapore: aliquãdo ex vapore, & aere simul: aliquando ex solo aere: aliquando ex aere, & vapore simul: quia vtrunque materia est idonea, & apta generationi fontiũ, vt sine multis transmutationibus facilis sit trãsitus. Patet. In cauernis, & illis porosis partibus vapor eleuatus est à sole: quia sol exhalationem, & vaporem intus in terræ visceribus causat: vt dictum est: sed non semper exit: ergo manet ibi inclusus. Vaporque ille ob frigiditatem terre condensatur, & in guttas cõuersus, efficitur aqua, & fonti præbet originem, quę necessario exijt, & ipso vapore consumpto, succedit alius vapor: quia continuè sol eleuat: & q̃ cõtingat ob frigiditatem terræ patet. Vapor eleuatus ad mediam aeris regionẽ, ob frigiditatem illius regionis conuertitur in aquam: ergo inclusus vapor in cauernis terræ ob frigiditatem poterit in aquam cõuerti. Et hoc patet in Alambico vase adaptato ad aquam rosaceam extrahendam: nam vapor eleuatus tangens frigidum in parte superiori, congelatus in guttas, stillat per orificium alambici. Patet etiam similitudo in homine: nam vapores qui eleuantur, maximè ex stomacho, ascendentes ad Conclus. 1. Ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

tes ad cerebrum, cùm sit natura frigidum, condēsantur, & guttatim decidūt per oculos, & nares: ergo à simili etiam vapor ibi inclusus victus à frigido circumstante, poterit materiam aquæ subministrare.

Ratio. ¶ Argumentum ergo est, quia in quibusdam terræ locis aquæ oriuntur, & non videtur vnde, nisi quia ibi generantur: sed nō semper ex aëre: ergo oportet sit ex vapore, quem ibi inclusum esse nullus inficias ibit.

Confirmat. ¶ Simili argumento confirmatur, vt in præcedenti: quia in illis locis sunt maximè fontes, in quibus solo operatur secundùm terræ dispositionē ad vapores eleuandos: & quia soli sunt mōtes expositi, sicut & aëri, in eis maximè contingit.

¶ Et huius etiam dari potest experientia, quæ est validum argumētum: nam in hyeme fontes sunt maiores, quàm in æstate, & non alia ratione, nisi quia in terra inclusi sunt vapores multi, quod non fit in æstate. Nā cum in hyeme ob frigus circunstans exhalationes calidæ, & vapores non exeāt à terra, manēt inclusi, & efficiunt calidiorē, & magis eleuantur, & sunt in ipsis terræ cōcauitatibus, & poris. Quapropter magis de materia subministratur ex vaporibus ad fontiū generationem in hyeme: sed in æstate non est tantus calor inclusus in terra. Et vapores qui eleuantur: quia non sunt pori terræ constricti, exeunt, & nō tot manent inclusi in terra. Quapropter aqua non in tanta abundantia generatur. Ecce quomodo apparet vapores esse materiam aquarum.

4. Cōclusio ¶ Quarta conclusio. A qua ad orificia fontium non ascendit violenter, neq; per compressionem terræ, sed ascendit naturaliter in altitudinem suæ originis, quia cùm nullum violentum sit perpetuum, & non duraret, sed durat: ergo oportet dicere non esse violentum. Neque fit per compressionem terræ: quia terra esset aliquod fluxibile, vel totaliter submersa: cuius contrarium videmus. Item: quia terra diminueretur. Manet ergo quòd naturaliter ascendat: quia experientia constat, quod fit absq; aliqua violētia, cùm non sit vltra originem: & cùm duret, oportet ei conueniat secundùm naturam: & si altiùs quàm origo, erit ob vitandū vacuum: quòd etiam naturale erit, inquantum ad bonum vniuersi hoc spectat: vt dictum est. Et quòd aliquando videatur aqua ascendere: posito panno lineo pro medietate in vase semipleno, & alia medietate suspenso, erit ex natura sua: quia habet hoc, quando aliquod multū passibile, vel dispositum est, vt sic agat, etiam ascendendo: vt contingit in igne, quòd descendat posito combustibili: vt in candela contingit, & pane superposito scipho pleno vino, quando humectatur. Suprà. 4. Phy. spec. 3.

¶ Sed contra ista quæ dicta sunt in quarta cōclusione, posset quis obijcere, quòd fontes scaturiunt in plano, & emittuntur quodammodo aqua impellitur: vt in arena bulliente apparet: vnde videtur quòd ipsa aqua ascendat, & sic vltra originem. Hoc dubiè apparet interdum: quapropter licet istorū quæ videntur secundùm naturam fieri, ratio naturalis à philosophis assignetur, non tamen tam exacta est in quibusdam, vt intellectum quietum reddāt: ob quod reputarēdum videtur ad diuinam dispositionem, & prouidentiam, vt de media regione aëris dicebamus: quod frigida esset, potiùs ad diuinam spectare prouidentiam: quia ibi nuiæ, & cætera, quæ necessaria erant ad fecundandā terram. Eadem ratione, cum fontes, & flumina ex terræ cauernis emanent, & ibidem generentur, non tantùm ad aërē inclusum, & vaporem eleuatum virtute solis, quàm ad ordinationem diuinam referendum est, cùm non posset vita humana sine fontibus esse. Nam sicut homo indiget cibo, & necessarius est potus. Atque posito hoc, oportebat q̄ ipsi fontes fluerent, vt se præberent vsibus hominū potabiles. Quapropter à natura videtur quòd fontes scaturiant, etiam si videantur ascendere: nam si naturale est, vt aqua ascendat ad vacuum vitandum, quanto magis naturale erit, quòd aqua tantùm ascendat deseruiens sit homini, propter quem non solùm aqua, sed omnia alia visibilia sunt esse creata? Et soluitur non solùm obiectio hæc, sed quæcunq; aliæ in materia videantur esse: vt quando ratio naturalis nō inueniatur, tunc maximè secundùm naturam esse considerēmus, contemplantes ex auctore naturæ id prouenire. Nam qui naturale esse fecit quòd Sol ab Oriente in Occidētem vertatur quotidie, rursus veniens ad punctum Orientis, quare & non naturale erit, quòd fons etiam si in centro terræ haberet originem, scaturiat, & ascēdat, vt præbeat se potabilem, & homini sit deseruiens? Obiectio. Dilutio obiectionis. Sup. 1. meteo. spec. 3.

¶ Ad

¶ Ad primum. Negamus verum esse, quòd aliqui ex antiquis opinati sunt, aquas omnes à mari originem ducere, sed naturaliter fiunt ex aëre, & ex vapore incluso in terræ visceribus, & sufficienter materiam continuè aquæ possunt dare, per hoc quòd aëre in aquam conuerso, statim suo intrat, ne vacuum detur: & è conuerso, rursus alius intrat. Et de vapore similiter: vt eleuato, & in aquam conuerso, vel succedat alius qui eleuatur, vel aër subintrans. Et sic soluitur, 2. argumentum.

¶ Ad tertiū. Etiam solutio ex dictis patet. Non enim contra naturam eiusdem aquæ considerandum est esse, quòd genita in terra appareat, & exeat: quia est secundùm diuinam dispositionem, vt quæ propter homines sunt seruiant homini.

Finis primi libri Meteororum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SPECVLATIONES

SECVNDI LIBRI METEORORVM.

SECVNDI LIBRI Meteororum Argumentũ.

IN secundo meteororum Arist. tractat de fluxu, & refluxu maris, & eius salsedines atq; de ventis, vnde causentur: de terræmotu, de tonitruis, Typhone, & Fulmine.

¶SPECVLATIO Prima. Vtrùm fluxus, & refluxus maris sit naturalis, vel violentus.

Argumẽ. 1. APPARET quòd talis motus sit violẽtus. Omne quod est ab extrinseco contra naturã rei, dicitur esse violentum: sed maris fluxus, & refluxꝰ est huiusmodi: quia est à luna, vel constellatione cœlesti, & contra naturam aquæ: quia graue debet descendere: sed talis fluxus nõ est ascẽsus: ergo non est naturalis, sed violentus.

Argumẽ. 2. ¶Secundò. Illa quæ sunt secundùm naturam, in specie inueniuntur: sicut quia ratiocinari est secundùm naturam homini, reperitur in omnibus hominibus: ergo si fluxus ille, & refluxus est naturalis, erit in omni aqua: sed non reperitur in fontibus, neq; in fluminibus, sed in mari: ergo nõ est ille motus naturalis.

Argumẽ. 3. ¶Tertiò. Illa quę sunt secundùm naturam, in omnibus reperiuntur eodem modo, & absq; variatiõe, sed fluxus, & refluxus maris non eodem modo est in mari, quod vocamus poli arctici, & in illo quod antarctici est, vt cõstat experiẽtia, quia in vno mari fluxus, & reflux⁹ absq; tumore vndarũ fit in alio nõ sine magna inflatione, & fluctuũ impetu contingit: ergo non est naturalis.

In contrar. ¶In contrariũ est. Nullũ enim violentũ est perpetuũ: sed fluxus, & refluxus est perpetuus: ergo non est violentus, sed naturalis.

Notand. 1. ¶Pro solutione notandum, quòd mare est generabile, & corruptibile cum omne compositum ex materia & forma huius conditionis, & constat experientia cũ sole eleuet vapores ex aliquibus partibus maris, ita vt maneat pars sicca, & sicut pro parte corrumpitur, intelligitur secundum se corruptibile esse & generabile similiter, siue ex fontibus, siue ex fluuijs constet.

Notand. 2. ¶Est præterea aduertendum, q̃ in mari intelliguntur varij motus: nam est ab aquilone ad austrum: qui cõtingit eò q̃ natura sit aquæ ad locum decliuiorem, & humiliorẽ fluere: & quia ad austrum ob solis virtutem maiorem sunt magis euaporatæ aquę quã sint ad aquilonem ob frigiditatem, ex aquilone ad austrum moueri potest mare. De isto motu non est nunc speculatio.

¶Secundo modo contingit moueri mare, ratione aẽris inclusi in aquis, vel exhalationis ascẽdẽtis è terra per ipsum, ratiõe cuius aqua quodãmodo inflatur, & mouetur ad omnem differẽtiam positionis. Nec de isto motu est speculatio præsens.

¶Tertiò modo contingit motus maris sicut contingit in aquis fluuialibus: vt fluant semper in decliui: at hic nõ est fluxus neq; refluxus.

¶Quarto modo cõtingit motus, qualis in die bis cõtingit, & bis in nocte quotidie, ad motũ ipsius lunæ: & hic fluxus, & refluxus dicitur. De isto fluxu, & refluxu est speculatio, vtrũ sit naturalis talis motus maris.

1. Opinio. Liconien. ¶Est tertium aduertendũ, varias fuisse opiniones philosophorum de causa huius fluxus, & refluxus: quidam putant in causam esse lunã: quia quando ascendit super oriz̃tem, mittit radios suos super mare suppositum: & ad occursum densi medij frangunturꝛ & partes maris rarefiũt, & intumescit, & fit fluxus maris. Et quãto magis luna eleuatur, tanto radij fortiores, & vehemẽtior fluxus: at quia non potest tales partes rare facta iterius rarefacere, à frigiditate aquę comprimuntur, & refluit mare: etiam contingit in nocte, quando luna in alio hemispherio deambulat. Sic Liconiensis.

2. Opinio. ¶Alij tribuunt soli, qui semper inter duos tropicos ambulans, suppositum mare respiciat & die, & nocte. Die in isto nostro hemispherio, & nocte in alio: & ratiõe eius aqua ebullit. & eo declinãte, cessat. Et sic fluxus est & refluxus. Thimon hæc.

Thimon. 2. met e. q. 2.

3. Opinio. ¶Alij dicũt id euenire à virtute attractiua lunæ, vt in duabus quartis, quando ascẽdit attrahat, & fit fluxus, & in alijs duabus nõ attrahat, & fit refluxus. Coronel. hæc.

Coronel. 7. physic.

4. Opinio. Mirand. In 3. contra astrologos. cap. 15. ¶Picus Mirandulanus dicit, fluxũ, & refluxum maris esse à quadã proprietate occulta ipsius lunæ attrahentis ad se. Et quando ascendit in Oriente attrahit mare, & fit fluxus: & quãdo est in alia quarta, attrahit ex alia parte, & est refluxus: & similiter in nocte. Itaq; semper tam influxu, quàm in refluxu est attractio aquarum à luna.

5. Opinio. ¶Sunt & alij qui hũc motum tribuant nõ solùm lunæ, sed alijs quibusdam constellationibus cœlorũ: quia à sola luna non posset hoc contingere. Ad veritatem ergo opinionum, sit prima conclusio.

Conclus. 1. ¶Fluxus, & refluxus maris à luna est, ratione luminis, & ratione influẽtiæ. Conclusio est Aristo. & cõmunis philosophorũ. Patet

Ratio. 1. p. experiẽtia: quia ascẽdẽte luna super ôrizõtem, est fluxus: & ea descẽdẽte ad occidẽs, fit refluxus: similiter in nocte ea ascendẽte ad angulum mediæ noctis fluit mare, & decliante ab illo: ergo à luna est iste fluxus, & refluxus. Nam illud causa dicitur, qua posita ponitur effectus, & nõ posita, nõ ponitur. Sed posito motu lunę: est talis motus in mari fluxus & refluxus: ergo ab ea causat.

Ratio. 2. p. ¶Quòd hoc fit & à lumine, & influẽtia patet: nam ratione luminis habet quòd possit calefacere, & rarefacere aquæ, & possunt intumescere. Sed q̃ ab influentia, quę est virtus occulta ipsius lunæ, quam habet supra humida, apparet: quia non solum à lumine ob missionẽ radiorũ, in cõiunctione, cum non emittat radios, nõ esset talis fluxus, & refluxus: vel esset nimiũ debilis: sed hic est talis fluxus, & refluxus, & fortior, quam in alijs quartis: ergo oportet dare causam nõ solũ lumen, sed occultam influentiã, quam habet. Hoc probant: quia crescẽte luna in animantibus, solent crescere medullæ ossium, & sanguis, & in arboribus crescunt humiditates: & decrescente, decrescunt: vnde occultam videtur habere virtutem, & influentiam supra ipsa humida, & sic fluxus, & refluxus maris est.

Conclu. 2. ¶Secuda cõclusio. Hic fluxus, & refluxus maris sic à luna causatur, vt impediri possit ex alia, & alia aquarũ dispositione, & conditione. In hac conclusione volumus insinuare, in luna esse talem influẽtiam, & proprietatem cõmouendi mare, vt posset impediri: nam cũ omnis actio à proportione maioris inæqualitatis contingat, potest esse talis resistentia in aqua ob grossitiem, q̃ sit impedimentum & lumini, & influentiæ lunæ, vt non possit agere: vel si agat, nõ tam celeriter: nã nõ sufficit sit virtus in agẽte, si passum dispositum non sit ad actionẽ suscipiẽdam. Hęc est clara. Ex quo euenit, q̃ aliqua maria nunq̃ fluãt, & refluãt: & alia solùm in mense: & aliud semel tantum in spatio. 24. horarum: sed nunq̃ in die, sed in nocte: vt refert Albertus Magnus. Nam quãdo mare nunquã fluit, erit eò quod nõ possit lumen rarefacere: neq; influentia mouere. Et quãdo in mẽse semel, eueniet eò q̃ cũ luna successiuè agat, q̃d non potest in vna die, præstat in mense. Et quòd in nocte possit fluere, & in die non possit (vt Persicum est) cõtingit ob minorẽ subtilitatẽ. Et eadẽ ratione vbi fluxus, & refluxus continuus (vt in mari Oceano) non sunt æquales in omnibus diebꝰ lunæ, sed in quartis sunt maiores, quod potest euenire à maiori virtute agentis, & meliore dispositione ipsius patientis.

Suprd. 7. Physico. Albertus.

Conclus. 3. ¶Sicut fluxum, & refluxum, maiorẽ, vel minorem, rarum, vel frequentem ex lunæ virtute, & ex varia dispositione maris consideramus, sic etiam ex influentia, vel constellatione stellarum cõcurrente simul potest attendi. Volo dicere, quòd luna dum fuerit in propria domo, in proprio signo: vt in Cancro, vigorosius exercet suam virtutem: & quando aliqua stella quæ habet virtutem etiã ipsius lunæ, similiter: & eadẽ ratione si cõstellatio concurrat, quæ habet cõtrariam influẽtiam ad influentiã lunæ, poterit fluxus, aut refluxus impediri, in toto, vel in parte. Hæc patet ex concursu causarum mutuo se iuuãtium ad eundem effectum: quia quanto magis excidit virtus supra passum,

Universidad de Deusto Biblioteca

pra passum, fortior continget effectus: & quando se mutuò impediunt causæ, minor est excessus virtutis, & debilior erit actio. Ista constant experientia.

Cóclusio. 4 ¶Quarta cõclusio. Et si fluxus, & refluxus maris à sole non causetur, eius tamen salsedo ex solis efficientia est, per admixtionem sicci terrestris à sole eleuati, cum humido aqueo. Hic cõtendo duo asserere. Primum, quòd ille modus quem ponit Thimon, fluxus, & refluxus, causetur ex eo quòd sol facit aquã ebullire: & sic fluxus ab ortu vsq; ad Meridiem, non est causa fluxus, & refluxus: quia nõ sequitur motum solis fluxus, & refluxus, cùm videamus quòd sequatur motum lunæ: ergo non videtur quòd à sole. Adde quòd si à sole esset, etiam in fluuijs oporteret quòd esset talis fluxus, & refluxus, & in paludibus.

Thimon in isto. 2. q. 2.

Ratio. 2. p. ¶Secundum est, quòd maris salsedo causetur. Patet: quia aquæ maris sunt salsæ, & hoc non videtur esse per naturã: quia sunt creatæ à Deo dulces: quia si natura aquarũ esset saltedo, omnes aquæ essent salsę: ergo huius oportet dare aliquam causam, & nõ videtur quæ alia, nisi alicuius terrestris adusti commixti cum humido, sicut in cineribus apparet, & in vrina: sed terrestre illud adustũ, quod aquæ miscetur, per solam solis virtutem eleuatur: sicut de exhalatione dictum est in præcedenti libro: ergo salsedinis causa sol est.

¶Et constat experientia: nam si vas terreũ, vel cereum in mari proijciatur, clausum vndiq;, vt maris aqua non possit per foramen intrare, paulatim per poros subintrabit aqua, & implebitur vas dulci aqua: quia partes terrestres commixtæ non intrant: quia grossæ, cùm tamen subtiles intrent: & ablata tali mixtione, non est salsedo: ergo ex cõmixtione illarũ partium terrestrium causata erat salsedo.

Quare salsedo in mari, & non in fluuijs. ¶Ex hoc enenit quod aqua maris potest nauigari cõmode: quia nauis non submergitur quãuis onusta, ob grossitatem aquæ, quæ impedit, & substinet. Et si esset aqua dulcis (vt est fluuiorũ) non ita nauigio posset nauigari: quia facilius submergitur, ratione ponderis, ob subtilitatem aquæ: quia non est terrestris commixtio.

¶Et salsedo in mari reperitur, & non in fluuijs: quia ob eius latitudinem ex pluribus partibus eleuantur exhalationes calidæ, & siccæ, quæ admiscentur. Item: quia continuè sol in vasta illa latitudine agit, resoluendo ex aqua maris quod subtile est, remanẽ te grosso, quod adiuuat ad salsedinem, & nõ potest in fluuijs: tum, quia continuè aquæ mouentur, & non potest fieri talis admixtio: tum quia nõ exhalat sol, & subtilizat fluuiorum aquas propter angustiam fluuiorum.

Conclus. 5. ¶Quinta cõclusio. Non solùm causatur salsedo per admixtionem exhalationis eleuatæ à fundo maris cõmixtæ ipsis aquis, sed etiam ex commixtione eiusdem cũ vapore in aere, quæ rursus cadens in mari, facit aquam salsam. Hic volo dicere, quòd salsedo cùm causetur ratione cõmixtionis exhalationis cum humido, dupliciter fit: vno modo, quando eleuatur exhalatio: & in eleuatione, & ascensu miscetur aqueo: secundo modo, eo quòd exhalatio eleuata, siue à terra discooperta aquis, siue à profundo maris cum vapore, qui humidus est, eleuatus ab aquis, cõmiscentur in aere vapor, & exhalatio, & cadunt rursus in mari, & fit salsedo. Et quia tam patẽs mare est, inde fit salsum ex tali commixtione, & non est in fluuijs.

Dubium. ¶An mare fuerit creatum salsum, vt aliqui putãt, vel dulce à principio, vt videtur probabilius, parum refert: quia si tunc aliquam habuit salsedinem, maiorẽ habet nunc propter solis operationem, quæ sufficit ad causandum talem amaritudinem, ob eleuationem exhalationis siccæ, & calidæ. Sed probabilius videtur quòd tunc dulce fuerit: quia aquarum natura in se hæc est: & ex extraneo admixto euenit quod amara sit aqua maris. Et dicere oportet quod à principio mundi nõ esset mare nauigabile, ob imperfectionem, & subtilem aquæ naturã, quæ non substineret nauem, & post temporis successu factũ est nauigabile, & tantò quãtò magis in futuro, erit aptius nauigatione, eo quòd maior erit permixtio terrestris adusti.

Creatũ est mare dulce

¶Et non solùm mare salsum est, sed etiam sunt lacus, & aliæ aquæ non potabiles: quod euenire potest vel eo quòd in eis possit esse ratio illius permixtionis terrestris, & humidi: sicut in mari, vt in lacubus apparet, vbi aquæ stant, & non fluunt: vel si sit aqua, quę fluit, eueniat à loco per quem trãsitus aquæ est: nam aquam contrahere ex locis per quæ est transitus naturam, est competentissimum. Sunt enim loca in terra salsa: ita vt mineralia salis inueniãtur: & sulphuris, & metallorum aliorum, ex quo aqua ipsa salsa

Plinius. salsa erit. De quo latè Plinius.

Ad argum. ¶Ad primum dicendum, fluxum, & refluxum maris non esse violentum, sed esse motum secundùm naturam, ad modum quo ascensus ferri attracti à magnete (vt supra diximus) naturalis est: qa est à virtute naturali ipsius magnetis attrahentis. Et cum luna habeat talem influentiam, & virtutem occultam, siue ipsa sola, siue simul cum alia constellatione, vt mare ad se attrahat, sequitur esse secundum naturam talem motum, qui sequitur ad virtutem naturæ, non ipsius aquæ, sed lunæ.

¶Et si theologizantes, hoc fluere, & refluere maris diceremus esse, quia Deus concluserit eum vectibus quibusdam, & terminũ posuerit ipsis aquis, vt vltra non ascendant operiendam: & quòd mare hanc conclusionem per fluxum ostendat, velut volens secredi, & à vinculis liberari, & per refluxum ostendatur quod vltra terminum positum non sit progrediendum, & in suum reuertatur locum. Oportet etiam secundũ naturã esse hoc intelligere: quia quæ à Deo ordinata sunt à principio, secundùm naturam sunt. De hac conclusione Iob inquit.

Iob. 38. ¶Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens? Circundedi eum terminis, & posui vectem, & ostia, & dixi. Vsque huc venies, & nõ procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Vnde Chryso. multa ad propositum

Chrysos. in lib. de prouidentia. loquutus est. Satis ergo per naturam, & secundùm naturam erit talis fluxus, & refluxus, cùm sit ordinatione diuina (quæ perseuerat semper) factum.

Ad. 2. ¶Ad. 2. dicendum, quòd id quod naturale est, consequitur essentiã, seu quidditatem rei, in omnibus autem indiuiduis: sicut risibilitas, quæ ex hominis quidditate emanat: tamen si sit aliquid propriũ ratione indiuidui, vel ex virtute alicuius exterioris, nõ est necessariũ quòd sit in omni specie, vt de crispitudine diximus in predicabilibus, quando de proprio agebamus, & hac nostra speculatione tetigimus. Ergo magis aqua potest habere per naturam hunc fluxum, & refluxum quod consequitur non naturã speciei: quia aqua sit, sed indiuidui: quia talis aqua: & qa virtus lunæ respicit hanc aquam vt possit habere talem effectum, quem in alijs aquis nõ potest ob aliquod impedimẽtum.

Ad. 3. ¶Ad. 3. dicendum, quòd eo quòd fluxus, & refluxus maris non sequitur quidditatem, seu essentiam aquæ, sed rationẽ indiuidui (prout ab aliqua extrinseca virtute est) poterit esse varius in ratione, & alia parte maris: imò ex alia, & alia positione maris (vt diximus) contingit vel quòd nullus sit fluxus, vel refluxus, vel quòd rarò: & in mari quod Sur dicitur cum inflatione vndarum contingit ex aquæ dispositione, maximè ex aëris inclusione, ratione cuius contingunt maris elationes. Et in mari, en tierra firme, contingit quòd fluat, & refluat per duo milliaria, cùm tamen (vt in plurimum) in mari Oceano ad Aquilonem, respectu huius nouæ Hispaniæ, ad iactũ lapidis, vel ballistæ ad summum se extendat. Ista variatio non tollit motum esse naturalem, & manifestat ab aliquo extrinseco enenire.

¶ * Licet in Panama in mari Australi sit refluxus per distantiam ad leucam ferè, ita vt in portu naues tempore refluxus in sico appareant: vt referunt testes oculati, & in palude de Chiriala dicta circa prouintiã nouę Compostelę factus est fluxus & refluxus sicut in mari. *

SPECVL. II. VTRVM ventus sit exhalatio, an aer commotus.

Idetur quòd non sit exhalatio: quia cũ exhalatio sit calida, & sicca, quãdo flant venti, & quanto magis flãt, magis deberet esse de siccitate, & calore: sed videmus contrarium: quia tunc (vt in plurimum) magis de frigiditate, & de humiditate, saltim de frigiditate constat. Argumẽ. 1.

¶Item. Omnis exhalatio ratione calidi ascendit, ex quo contingit multa in suprema regione aëris generari, vt in præcedenti libro diximus: sed ventus non ascendit, sed ad omnem differentiam positionis mouetur: ergo ventus non est exhalatio. Argumẽ. 2.

¶Tertiò. Ventus aliquando in terræ visceribus auditur, & vehemens: sed ibi non est exhalatio, sed aer inclusus, ergo ventus nõ est exhalatio. Minor probatur: quia exhalatio per virtutem solis eleuatur super terram, vt sæpè dictum est. Argumẽ. 3.

¶In contrarium est Aristotel. in isto. 2. qui dicit ventum esse exhalationem calidam, & siccam. In contra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd cùm sit verum, solem eleuare exhalationes calidas, & siccas, tamen exhalationes tales nõ sunt semper eodem modo dispositæ in siccitate, & in caliditate: ex quo euenit, quod variæ contingãt inflammationes: & quod breui durent: vel ad tempus aliquod (sicut in generatione cometæ fecimus manifestum) euenit: quia tales exhalationes non ascendunt æqualiter: nam in quibus magis de calore, qui facit ad subtiliandum, & ad ascensum, magis ascendunt: vt ad supremam aeris regionem eleuentur. Et quæ non tantũ habent caloris, non tantum eleuantur, sed perueniunt vsque ad principium mediæ regionis, quæ ex obuia frigidi illius mediæ regionis refrãguntur.

¶ Secundo notandum, quòd ventus si ratione suæ materiæ consideretur, & causæ, calidus est, & siccus: quia est exhalatio, quæ calida, & sicca est, & causata à sole, cuius natura calida est. Si tamen ventus consideretur ratione loci à quo eleuatur, quia à terra habet quod sit frigidus, & siccus: sicut & natura terræ est. Et si ad locum ipsa per quẽ transitus est, & commotio venti, est alia, & alia natura. Orientalis, qui subsolanus, est calidus, & siccus, & qui occidentalis, qui chorus dicitur est frigidus, & humidus: & aliquando humidus, & calidus, vt auster, & aliquando frigidus, & siccus, vt boreas, qui sunt quatuor venti cardinales, seu principales, qui à 4. mundi partibus intelliguntur flare. Ab oriente, occidente, & austro, & aquilone. Et iuxta dispositionem variam harum partium terræ in abundantia, vel defectu. 4. qualitatum primarum ventus ipse dicetur calidus, vel frigidus. humidus, vel siccus, cùm tamen in veritate vna sit materia omnium, exhalatio, scilicet, calida, & sicca: & vna sit causa, ipse sol, qui calefacit. Isti quatuor principales vẽti, habent alios duos sibi collaterales: ita vt duodecim sint in vniuersum venti considerati, & denominati ex ipsis principalibus. 4. De cuius ratione multa apud nautas peritos. Et quilibet qui nauigat intelligit hanc ventorum differentiam ratione locorum, vel partium terræ diuersarum. Quorum nomina, & descriptio in sequẽti figura ostenditur.



¶ Prima conclu. Vẽtus, exhalatio est mota, & nõ aer, neq; vapor. Probatur ex A. s. Conclus. 1.
Ratio est: quia quanto magis de exhalatiõe eleuatur à sole, tanto ventus magis viget: ergo signum est quòd ventus exhalatio sit. Ratio. 1.
¶ Præterea. Vẽtꝰ oportet sit vel vapor, aër, aut exhalatio: sed nõ est vapor neq; aër: ergo erit exhalatio. Quòd nõ sit vapor, patet: quia vẽtus est siccus, & calidus: & vapor est humidus. Item: quia ex vapore pluuiæ generantur: sed per ventos nõ solùm pluuiæ nõ generantur, sed nubes aptæ, & dispositæ ad pluuiã disperguntur flante vento: sequitur ergo quòd ventus non est vapor: aliàs non haberent talem oppositionem. Ratio. 2. Supr. 2. mete. speciul. 5.
¶ Neq; ventus est aër: quia, cùm omnia plena sint aëre, oporteret semper esse vẽtus. Itẽ Cùm aër sit humidus, & calidus, omnis ventus esset humidus, cùm sit siccus. Item, quia videretur talis motio aëris tã vehemẽs, nimiũ violenta, & nullo impellente non posset aliquo pacto intelligi. Manet ergo q̃ ventus sit exhalatio calida, & sicca, quæ cùm ascẽdat, pertingens ad mediam regionem aëris, à frigido illius repercussa, reuertitur, & hac atq; illac mouetur. & ventus causatur. Et secũdum maiorem, vel minorem repercussionẽ à contrario, cõtingit maiorem, vel minorem concitationẽ & motum, esse eiusdem exhalationis, & vehemẽtiam maiorem, vel minorem in vento: vnde solet esse tã vehemens fuga contrarij, vt concitatio sit talis, vt ar-

vt arbores non solum corruere faciat, sed radicitus euellat.

2. Cõclusio ¶ Secunda conclusio. Sicut ventus dissipare solet nubes, & pluuiam cessare facit, & pluuias ventos minuit, & penitus dispergit. Ratio. 1. Hæc conclusio etiam est philosophi, & cõstat experientia: nam omne contrarium sui contrarij est destructiuum, sed vapor ex quo pluuia, & exhalatio, ex qua vẽtus, sunt huiusmodi: ergo vnum aliud in fugam conuertit. Maior est nota. Minor probatur, quia siccum humido contrariatur: sed exhalatio sicca, & vapor humidus est: ergo vnum aliud cessare facit.

Ratio. 2. ¶ Itẽ. Vigor vnius contrarij & robur alterius diminutio est: sed exhalatio respectu vapor. est huiusmodi: quia ob siccitatem desiccat humidũ, q̃ ad pluuiam erat ãdaptatum, & ècontra: pluuia existente, præualet humido contra siccum: ergo destruet huiusmodi exhalationes, & ventus non erit.

Conclus. 3. ¶ Tertia conclusio. Sol cum causa sit q̃ venti moueantur, & est causa quare cesset ventus. Patet. Sol excitãdo exhalationes è terra, & non consumendo, causa vẽtorum est: quia suppeditat materiam ventis, eleuando tales exhalationes, & non consumendo: sicut in hyeme contingit, quando sol, eo q̃ nõ directè mittat radios, potest eleuare exhalationes, & non potest consumere: vnde fiunt venti, & maximè vigent. Ratio. 3. p.

Ratio. 1. p. ¶ Sed quod sol cessare faciat, patet. Sol quãdo directè irradiat, exhalationes eleuatas cõsumit: sed ipsis consumptis, iam non amplij venti sunt materia: ergo sol cessare facit vẽtos. Et formatur ratio. Omne illud quod dispergit, & tollit exhalationem, ventum tollit. seu cessare facit: sed sol est huiusmodi per suum calorem, quando viget nimium, vt est in æstate: sequitur ergo quòd sol facit cessare ventos.

Corolla. ¶ Ex hoc sequitur ratio naturalis illorum quæ in nouo orbe videmus, vt tẽpore quo sol quando ab æquinoctio hyemali, in signo libræ, vsque ad æquinoctium æstiuale in ariete, sint venti, & durent, & vehementes sint ferè quotidie: quia sol habet quod exhalationes possit eleuare, sed non potest consumere, & ventorum est materia abundans: & maximè à parte australi: at ventus quia sol in parte australi deambulat, & quãdo iam sol à nos approximat in ariete, incipiunt cessare venti, & fiunt pluuiæ: quia potest sol exhalationes consumere, quas eleuat. Et item vapores eleuati ob calorem abundant, & etiam exhalationẽ diminuũt, & consumunt, & pluuia abundat, & ventos cessare faciunt: sicut & exhalatio vigens pluuiam tollit. Et in noua Hispania in media parte anni ventus absque pluuia, & in alia parte pluuia sine vento (vt in plurimum) experimur. Non tamen sic est semper, sed sufficit quod frequenter: quia aliquando, (raro tamen) contingit, & quod sit pluuia illo tempore, quo sol à libra in signis ambulat vsq; ad arietem, sicut & contingit q̃ sit ventorum concitatio tẽpore pluuiæ, quando sol ab ariete ad libram mouetur: quia nũquàm sol cessat ab eleuatione exhalatiõis, vel vaporis: & continuè ista simul sociant, & contingit vnum totaliter præualere contra aliud, & aliquando simul agunt, & resistunt, & simul apparet ventus, & pluuia, & vtrunque vehementissimè.

¶ Quarta conclusio. Terræmotus sicut & ventus ab exhalatione inclusa in terræ visceribus petente exitum contingit. Probatur. Terræmotus contingit, ergo ab aliquo ibi in poris, seu terræ cauernis incluso, q̃ ibidem circunfertur: ergo vel ab aëre, aut vapore, aut exhalatione: quia nihil aliud ibi potest intelligi: sed non ab aëre: quia ibi inclusus aër ob terræ frigiditatem ratione humidi in aquam conuertitur: vt in generatione fontium diximus: ergo nõ est talis cõcitatio, & motus terræ ab aëre. Neq; est à vapore, eadẽ ratione: cùm subministret naturaliter materiam fontium, & fluuiorũ, ergo erit ab exhalatione, quæ ibidẽ inclusa, cum fuerit à sole eleuata, & exitũ petens, & non inueniens: quia pori ipsius terræ sunt cõstricti, vel à frigore circunstãte, vel à pluuia occludente meatus ipsius terræ fugiendo ipsam terræ frigiditatem; cũ non possit talis exhalatio, quia calida, cõuerti in terræ naturam, neq; possit ob siccitatem in aquã transire, sequit q̃ violẽter ibi hac, & illac mouetur, & cõmotionẽ faciat, exitũ petens, quo adusq; inueniat: & est terræmotus, & non cessat, vsq; dũ vel totaliter cõsummat exhalatio ibi inclusa, vel exeat. Qua ratiõe in exitu solent colles in planum esse, & fiunt terræ aperturæ vehementes: ita vt etiam contingat fontes, vel flumina inde oriri. Conclus. 4. Ratio.

¶ Ex ista conclusione apparet, quare isti terremotus vt in plurimũ in partib⁹ Indiarũ cõtingant tempore hyemali, quãdo exterius viget ventus: quia exhalatio potest à sole

Universidad de Deusto Biblioteca

sole eleuari in terra in poris, & ob frigidita
tē tēporis terrę, pori sunt oclusi & nō patet
exitus exhalationi, & causatur terræmotus.
¶ Sequitur etiam quare vehementiores cō
tingant in vna parte, quàm in alia, & frequē
tiores: quia scilicet ipsa terræ dispositio est
talis, vt cùm sit apta ad hoc quòd [illegible] dem
exhalationes sint multæ: quia intus porosa
nimis, habeat tamen in superficie dispositio
nem, vt non possint tales exhalationes exi
re: & ob id euenit quòd ad austrum loca po
sita ad mare, quod australe est, multum pa
tiantur, ob terræmotus frequentes, & vehe
mentes: ita vt ædificia ex calce constructa
fuerint dirupta: quia ibi maior est resisten
tia in exitu, & ob id maior cōmotio. Quòd
si ædificia sint ex lateribus non coctis: qa
minor est resistentia, non corruūt ob terræ
motum. Qua ratione Aristot. docet, quòd
in locis insularibus non fiat terræmotus, ob
nimiam frigiditatem aquæ, neque in Ægy
pto: quia terra est nimis compacta: neque
fit in locis nimis calidis, neq; nimis frigidis,
sed pluries fit in locis ventosis, & habentib?
Plinius. multos hiatus. Ob id Plinius in ædificijs eri
gendis ad vitandum terræmotum in funda
mentis ipsis relinquere certa foramina do
cet, per quæ exhalatio petens exitum, abs
que commotione ædificij posit exire.
¶ Signa quæ prænuncia sunt terræmotus,
ponuntur multa: at quia sunt facilia, & ob-
Thimon. 2. uia in libris, non opponuntur. Thimon po
mete. q. 8. nit. 10.
Ad argum. ¶ Ad primum. Ita est, quod vbi magis flat
uētus, si non esset ex alia parte obstaculū,
magis siccitas, & caliditas deberet abunda
re: sed tamen contingit quod caliditas ex
halationis vincitur à frigiditate mediæ regio
nis, vel à frigiditate ipsius aeris, quam habet
ex aliquo alio, quam sit secundum suam na
turam. Et non sequitur, quòd dato quando
ventus nimius est, non sentiamus caliditā
tem, quòd ventus non sit exhalatio.
Ad. 2. ¶ Ad secundum dicendum, quòd exhala
tio ex qua ventus, non est illa ex qua inflā
mationes, sed est illa quæ reuertitur ob ob
uiam frigidi regionis mediæ, & fugiens con
trarium, mouetur huc, & illuc.
Ad. 3. ¶ Ad tertium in vltima conclusione patet
solutio, quomodo terræmotus ex exhala
tione in visceribus terræ inclusa causatur,
quæ petens exitum, & non inueniens, com
mouet terram.

¶ SPECVLATIO. III.
Vtrùm Typhon, & Ecnephias ex exhalatione fiant.

Argumē. 1. ARguitur q̄ non. Exhalatio calida, & sicca est: sed Typhon, & Ecnephias frigida sūt: ergo nō sunt exhalatio. Cō sequentia est bona, & maior est notum ex superioribus. Minor probat. Typhō indigidat, vt experiētia cōstat: ergo frigidum est: qa sicut calidū à calido, frigidum à frigido emanat.
Argumē. 2. ¶ Præterea. Omnis exhalatio ascendit, vt dictū est, vt inflammetur: si à frigida media regionis repercutiatur, fit ventus: sed Typhon non est exhalatio incensa, neque repercusa, quæ fit ventus, sed potiùs aliquid nubis, vel fumosum in nube, vt experientia constat: ergo non est exhalatio calida.
Argumē. 3. ¶ Vltimò. Omnis exhalatio oportet moueatur, vel directe ascendendo, vel ad modum ventorum flando: sed Typhon non mouetur sic, sed motu circulari, vt videmus quando contingit in vertigine commotionem fieri: ergo Typhon non est exhalatio.
In contra. ¶ In contrarium est Arist. in fine huius. qui dicit, Typhonem, & Ecnephiam exhalationem esse.
Notandum. ¶ Oportet notare, quòd Typhon est ventus de nube descendens, qui obuium habet ventum, cui miscetur, & non potentes sese sei[illegible]gere, circulariter mouentur, & eleuant stramina, & puluerem de terra [illegible] & [illegible]mos, & arbores. Et vulgo [illegible] amus [illegible] molino) Voce sumpta ex rota m[illegible]ndini, quæ voluitur circulariter: quia [illegible] motio ibi ventorum.
¶ Iste ventus, qui descende[illegible] alium habet obuium, g[illegible]neratur sic: vt nube [illegible]ca ad pluuiam inc[illegible] fit ex[illegible]tio subtilis, & calida, [illegible] æ intus in n[illegible]e ob fugam contrarij fortificata, & petit ex[illegible]um, & rumpendo partem debiliore[illegible] nubis exit, & mouetur versus tetram, & circulariter, contendens se in figu[illegible]a rotunda contrahere: vt melius se conser[illegible]t. Vel hoc fit in obuia vento [illegible] qui ad miscentur.
¶ Huiusmodi exhalatio quæ [illegible] nube fuit inclusa, si in exitu inflammaretur, esset fulmen

men: vt dicemus in sequenti specu. sed si nō inflammatur, Typhon dicitur.
¶ Ecnephias est magnus ventus, cum magno impetu à nube descendens, deuastans: & differt à Typhone, quia Typhon est ex subtiliori materia, & mouetur circulariter, sed Ecnephias mouetur motu recto.
¶ Secunda differentia est, quia Typhon raro in hyeme contingit, & pluries in æstate, sed Ecnephias è contrario.
Cōclusio. 1 ¶ Prima Conclusio. Typhon est ventus circunrotatus, ex exhalatione causatus. Probatur ex Arist. hic in fine.
Ratio. 1. ¶ Ratio est. Typhon tunc est, quando circūrotatio contingit: sed illud non est aer: quia aer non mouetur sic, neque est vapor, cùm vapor non soleat isto modo [illegible]ueri: oportet ergo ut exhalatio sicca, & calida.
Ratio. 2. ¶ Secundo. Tunc est Typhon, quando à nube ascendit aliquid, quod in gyrum circulariter mouetur: sed non est vapor, neq; aer: quia ista non fugiunt naturam nubis: ergo oportet sit exhalatio ob contrarietatē: & contingit in descensu, quando alia exhalatio sit obuia: & exhalatio exhalationi cōmixta Typhonem causat.
Ratio. 3. ¶ Tertiò. Illud videtur esse ex exhalatione, quod solet inflammari: quia exhalatio maximè ad hoc disponitur: sed contingit aliquando huiusmodi ventum, motu incendi, ita vt combarat villas, & ciuitates: sequitur ergo quod Typhon exhalatio sit.
Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio. Ecnephias ventus va
Ratio. 1. lidus exhalatio à nube fugiens est. Ecnephias tunc est, quando motus deorsum in directum à nube descendit: sed vel erit aer, vel vapor: sed non est aër: quia non talis motus aeris, neque est vapor: quia non est qua resistiret nubem tanquam contrarium, cùm nullus sit vapor condensatus: sequitur ergo quòd [illegible]t exhalatio.
Ratio. 2. ¶ Secundò. Omnis ventus (vt ex præcedenti speculatione patet) exhalatio est: sed Ecnephias ventus [illegible]: ergo est exhalatio.
Ad argum. ¶ Ad. 1. dicēdū, q̄ ta Typhon, q̄ Ecnephias ratione materiæ ex qua habet calefacere: quia exhalatio calida [illegible] sicca est: sed ad modum quo cōtingit ventum (cùm aliâs sit exhalatio) frigefacere ex aliquo alio extrinseco concurrente, etiam Typhon.
Ad secūdū. ¶ Ad. 2. dicendum, quod Typhon non est aliquid nubis sed est exhalatio, quæ inclusa fuit in nube, & rupta nube egreditur, & mouetur circulariter ratione suprà dicta.
Et quanuis in materia conueniat Typhon cum vento: quia ex exhalatione fit, non est ventus: quia exhalatio illa ascenderat cum vapore, & tunc inclusa in nube. Et sic soluitur. 3. argumentum.

¶ SPECVLATIO. IIII.
Vtrùm fulmen sit ignis descendens de nube.

Argumē. 1. VIdetur quòd non, quia si esset ignis, nunquam fulmen aliquid tangeret, quin adureret: sed contingit multa fulmine percuti, quando tamen non aduruntur: ergo fulmen non est ignis.
Argumē. 2. ¶ Præterea. Si fulmē esset ignis, vel esset ibi genitus vel aliundè delatus: sed non est ibi genitus: quia nubes frigida non potest contrarium sibi generare, sed potiùs corrumpere: neque aliunde delatus est ignis, quia non videtur à quo loco fuerit eleuatus.
Argumē. 3. ¶ Tertio. Fulmen est exhalatio: ergo non est ignis. Consequentia est bona. Et probatur antecedens: quia fulmen est aliquid eleuatum per virtutem solis ad mediam regionem aeris: sed ibi eleuatum, vel est vapor, vel exhalatio: sed fulmē non est vapor, quia vapor non est siccus: ergo oportet sit exhalatio, & sic non est ignis.
In contra. ¶ In contrarium est Aristotel. hic in litera.
Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd sol virtute sua cùm eleuet vapores, & exhalationes, interdum contingit ista duo misceri, vt simul eleuentur, & commisceantur: tamen cùm differant in hoc, quòd exhalatio sit sicca, pariter & calida, & vapor sit humidus, simul & calidus: vapor non est exhalatio: quia humidus, & calidus: neque exhalatio est vapor: quia calida, & sicca: sicut aër non est ignis. Atque cùm vapor denseturin nubem ratione humidi, vt fiat aptus ad pluuiam, contingit exhalationem ibi includi intus in nube, quæ cùm sit calida, & sicca, ob nubem quæ iam frigida est, cùm vapor perdiderit, iam in nubem condensatus, calorē, & obtinuerit frigiditatem, sequitur quòd ratione contrarij ipsa exhalatio inclusa sit fortior, & per antiparistasin sit intensior. Virtus enim vnita fortior est se ipsa dispersa. Atque exhalatio fortificata non continuata

Universidad de Deusto Biblioteca

nuata cum nube, quærit exitum, & concutit latera nubis variè: & ex hoc causatur tonitruum. Et secundùm diuersitatem ipsius exhalationis, & secundùm [illegible]am & aliam dispositionem nubis, & motum eiusdem exhalationis inclusæ contingit tonitruum alio, & alio modo fieri, vel [illegible]è sonare, vel fortiter, & nimium vehementer: ita vt aliquando ex vehementi sono lædatur sensus auditus: nam excedens sensibile corrumpit sensum. Et ita solet fieri commotio aëris ex tali sono tonitrui, vt corruat homo timore, & toties quoties tangat nubis latera exhalatio inclusa causatur tonitruum.

Aristo. 2. de anima. text. 343.

¶ In tali percussione contingit nubem rũpi: & si non incendatur, erit Typhon, vel Ecnephias: vt in præcedenti speculatione dictum est: at si incenditur in tali exitu, & ruptura nubis, exhalatio: vel mouetur, & dispergitur in latus, & vocatur fulgur: sicut sæpissimè contingit, quãdo [illegible]nt tonitrua. Et quanto tonitrua frequentia, & varia, & fulgurationes. Et aliquando propter fortẽ impetum, & fugam contrarij venit igniendo vsque ad terram, & tandem euanescit, & nulli nocet, & sunt fulgurationes, & tam vehementes, vt videatur cœlum rumpi, cũ tamen illa ruptura quæ apparet in fulgure sit non in cœlo, sed in ipsa nube. Et quia non semper quòd exhalatio in nube inclusa mouetur, nubis rumpitur: sequitur quòd non semper quando est tonitruum, sit fulgur: vel coruscatio, licèt coruscatio, aut fulgur (de quo sermo est) non contingat sine tonitruo.

¶ Si tamen exhalatio in nube inclusa, & fortificata in exitu, & nubis ruptura, incendatur, vt ad terram descendat, & non euanescat: vt fulgur, seu coruscatio, est fulmen.

Notand. 2.

¶ Tonitruum quippe secundum Aristo. in hoc. 2. definitiue est sonus in nube expercussione violẽta exhalationis calidæ, & siccæ, citò inflammabilis, intra nubem continentem, vbi sonus loco generis, cùm omne tonitruum sonus sit, & non è contra, omnis sonus tonitruum. Fit in nube: nam & si alibi sonus audiretur, quàm in nube, nullus tonitruum esse affirmabit. Percussio insuper violenta ad illud est requisita, cũ sit ex percussione ad latera nubis (vt in prima conclu. dicemus) cõtra inclinationẽ tam laterũ, q̃ formæ substãtialis percutiẽtis. Materia eius dicit q̃ sit exhalatio calida, & sicca: nã ad hoc quod tonitruum fiat, prerequiritur talis exhalatio inclusa in nubis corpulentia: semper enim vna materia inflammata in tonitruo apparet, cuius nomen coruscatio est. Et dicitur citò inflammabilis ea propter, quia vẽtosa exhalatio non causat tonitruum, cum non sit citò inflammabilis, non obstante q̃ sit in nube. Et tandem dicitur, intra nubes continentes: eò quod si aliqua sit exhalatio habens omnes conditiones, hac vltima excepta, non causabit tonitruum. Pro solutione, ponamus. 1. conclusio.

1. Conclus. Ratio.

¶ Exhalatio in nube inclusa percutiens latera eius, tonitruum causat. Probatur. Verè causatur tonitruum in nube: ergo ex aliquorum percussione: quia sonus nunquam fit sine percussione corporum: ergo vel causatur ex collisione vaporis cum nube, vel aëris cum nube, vel exhalationis: sed non causatur ex percussione vaporis ad nubẽ: nam cum nubes sit ipse vapor cõdensatus, non est vna talis fiat collisio. Neque est aëris collisio cum nube: quia non inclusus est aer in nube, qui si includeretur, in nubem posset condensari: vt pluuia fieret: sicut contingit intra viscera terræ, & non fieret talis collisio. Manet ergo quod sit ex exhalatione, quæ ibi inclusa intra nubem petat exitum, & non inueniens, fiat tonitruum.

2. Conclu.

¶ Secunda cõclusio. Exhalatio eadem quæ inclusa in nube suo motu causat tonitruum, si rumpatur nubes, & in exitu incendatur, & citò dispareat, fulgur est, seu fulgurationem efficit. Probatur. Verè fulgur, seu coruscatio contingit post tonitruum: ergo ibi aliquid est incẽsum: & nõ vapor, aut nubes cum semper maneat: neq; aër: quia nõ [illegible] inflãmabilis: ergo erit exhalatio [illegible]æ fa[illegible] in naturã ignis transit obsi[illegible]n, & [illegible]ditatẽ. In nube enim non potest al[illegible]d excogitari, nisi vapor, aut aer, aut ex[illegible]

Ratio.

¶ Dixi, si dispareat citò, & nõ maneat: quia si manet, non erit coruscatio, aut fulgur, sed fulmen: pro quo sit tertia conclusio.

3. Conclus.

¶ Exhalatio incensa ruptura nubis durans, fulmen est, cuius variæ sunt species. Patet ex Aristotel. Fulmen videmus esse aliquid igneum, & incensum: ergo vel est vapor, aut aer, aut exhalatio: sed non est vapor: quia ex vapore fit aqua, & cætera alia meteorologica, quæ frigida sunt: neque est aer incensus: ergo est exhalatio, quæ ad modum quo contingit in [illegible] ex percussione alterius lapidis, vel chalybis, quòd ignis

Ratio.

ignis excutiatur, sic etiam ex percussione illa quæ contingit in ruptura nubis, ex tactu eiusdem exhalationis causatur ignis ex incensione eiusdem exhalationis. Et talis accensa exhalatio aliquando directè descẽdit fugiens cõtrarium, interdum mouetur lateraliter ex obuia alicuius contrarij, vt cõstat experientia.

¶ Quòd sint variæ species, duas ponit Aristot. Quòd vnum fulmen sit subtile penetrans, aliud sit grossius adurens. Et hoc contingit secundùm diuersam exhalationis dispositionem: nam sicut in illis quæ apparẽt ex exhalatione incensa, & in cometis quantum ad figurã, & durationẽ, & ex materiæ diuersitate, eo modo oportet intelligere in fulminibus, vt secundum aliam, & aliam dispositionem eiusdem exhalationis contingat fulmẽ variari quãtũ ad durationem, & quantũ ad illa quæ operatur: & tanta est, vt antiqui non attingentes ad effectus varios à fulmine prouenientes, quomodo per naturam cõtingerẽt, putauerint fulmẽ fuisse virtutẽ diuinam, & nõ aliquam exhalationem incensam. Miranda haud dubiè de fulminũ conditione & efficiẽtia leguntur experta, quæ statim in fine apponentur: si non omnia, aliqua tamen notatu digna.

Antiqui putauerũt fulmen esse virtutẽ diuinã.

¶ Hæc quod dixi de fulmine in nubis rupturã, causato ex exhalatione in exitu incensa, etiam debet intelligi fieri posse in terra: nam in visceribus terræ etiam exhalatio includitur, ex qua terræ motus, qui velut in nube tonitruum est: & cùm exeat, si inflametur, & duret, fulmen erit, sicut coruscatio, & fulgur: si statim dispergatur, & euanescat ob paruitatem materiæ: & potest durare ad horam. Et poterit esse dispositio talis: terra, & nodum quo perpetuò fontes generantur ex aëre incluso, & vapore in pori terræ eleuato, vt emisso vno, alter ingrediatur, vel eleuetur, & fontes cõtinuẽtur, etiam perpetuò ignis emanet è monte: sicut in monte Ethna apud Siculos, & in alijs multis locis, & in Vulcano contingit, qui mõs est prope ciuitatem Mexicam, distãs ad. 14. leucas, qui quotidiè ferè emittit fumum spissum valde: sicut de fornace exire solet. Naturaliter (inquam) potest euenire ex exhalatione à sole ibidem in terra continuè eleuata, quæ & incenditur, & emittit fumum, vt solet ignis accensus. Potest enim esse continua exhalationis eleuatio, vel generatio ex continua solis operatione. Et fulmen est ibi in terra: quia est exhalatio incensa durans.

Ignis terra manans vt aqua ex fonte.

¶ Fulminis effectus varij, & experientia cognitus sunt.

¶ Quando fulmen est subtile penetratiuũ, vbi maior resistentia, magis operatur. Et cõtingit ossa animantis comminui à fulmine, manente carne illæsa: sicut & ensem liquefieri, manente vagina sine læsione. Primus effectus fulminis.

¶ Solet non adurere, sed dissipare, & maximè illud quod magis resistit. 2

¶ Comburit, & adurit, & deuastat omnia, siue multum, siue parum resistant. 3

¶ Contingit dolium frangi vino plenum: vt maneat vinum illæsum & per tres dies: quod contingit: quia vini viscositatem ad exteriora pellens, facit ad modum pelliculæ, vt contineatur intra pelliculam vinum, sicut continebatur in vase: est tamen vinũ venenosum. 4

¶ Animalia venenosa percussa à fulmine, etiam si non noriantur, perdunt venenum, & non venenosa tactæ, venenosa fiunt. 5

¶ Contingit hominem, quantunuis in extrema parte digiti percussum à fulmine, ob venenum contractum infici, & mori, sicut ex morsu canis rabidi, vel viperæ. 6

¶ Raro est, animal percussum à fulmine euadere, præter hominẽ, qui aliquando euadit, vt fumus experti: quod fieri potest, vel quia homo habeat remedium contra fulmen, vel ab aliqua alia occulta proprietate. 7

¶ Si dormiens percutiatur à fulmine, inuenietur mortuus, oculis apertis, & si vigilans habebit clausos. 8

¶ Omnia percussa à fulmine faciem vertunt contra locum à quo venit, tanquam si à natura sit inditum à nocẽte se defendere. 9

¶ Fœtus in ventre matris perit ob fulmen, matre seruata absque læsione. 10

¶ Contingit fulmen aliquando in sereno die cadere, & nocere, pro quanto eleuata exhalatione sine nube ad mediam regionẽ aeris reuertitur, & incenditur vt fulmen. 11

¶ Sua subtili natura de pariete in parietẽ, de cubili in cubile, de superiori ad inferiorem, & de inferiori ad superiorem potest transire: aliquando lateraliter: interdum circulariter, & alijs multis modis. Et videtur transire de extremo ad extremum relicto medio id est, sine aliqua operatione in medio. 12.

¶ Interdum euenit vt duobus percussis à fulmine simul, vnus moriatur, alius non. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego enim noui hominē, cui contigit, cùm simul esset cum alio deambulās, socius exhalauit animam & ipse sine læsione mansit.

14 ¶ Fulmen aliquando veste pannū illæsa, hominis tunicam lineam adurit: audiui quidē ab homine cui contigit.

¶ Remedia contra fulmina dicunt esse loca subterranea, ad quæ non pertingit. Dicunt etiā Laurū arborem, & similiter oriū vitulī marini. Et Seneca dicit Imperatores habuisse in vsu tentoria in exercitu de pellibus vitulorum marinorum: vt essent tuti à fulminibus. Tiberius Cæsar vtebatur Laurea corona ob remidium, & tutamen contra fulmina.

Ad arg. ¶ Ad primum dicendum, contingere quod fulmen penetret, & cōminuat, vel sine læsione penetret, & aliquādo ꝙ penetrādo adurat: sed hoc euenit ex diuersa cōditione fulminis: nam dato sit ignis accensus, tanta tamen potest esse raritas illius exhalationis, vt ob paruitatē materiæ fiat transitus sine læsione, sicut etiam contingit in flamma: tamen si quis tangeret ferrum ignitum aduretur. Apparet etiā in stuppa incensa, quæ ob raritatem non lædit tangentē. Non ergo tollitur quin sit ignis accensus tale fulmen.

¶ Ad secundum dicendum, esse ignem ibi genitum ex exhalatione ibidem existente incensa in ruptura ipsius nubis: sicut intelligitur excuti ignis ex percussione silicis. Ad. 2.

¶ Ad tertium dicimus, fulmen esse exhalationem, sed non quōcunque, sed incensam, & incensa, ignis est, in materia tali sicut ignis est in carbonibus, & ignis est in ligno: nam ista incensa ignem causant: ita exhalatio calida, & sicca antequam incendatur, nō habet quod sit ignis: tamen accensa durit, & effectus exercet ignis: ad modum quo aqua si incendatur desinit esse aer, & fit ignis: & exhalatio, quæ durabit vsquē dum materia eius consummatur. Ad. 3.

Finis libri secundi meteororum.

TERTIVS LIBER METEORORVM.

ARGVMENT. TERTII libri Meteororum.

IN isto tertio Aristotel. tractat de Halo, quomodo causetur. De Iride, & diuersitate colorum, atque de virgis, & parahelijs, & de metallis.

¶ SPECVL. I. VTRVM Halo per refractionem radiorum contingat.

Argumē. 1. VIdetur quòd non. Fit per reflexionem radiorum: ergo non per refractionem. Consequētia est bona, cùm non sit idē radius reflexus, & radius refractus. Antecedens probatur ex Aristotele, qui dicit hic. Ad intelligendum quomodo sit Halo, oportet intelligere continua specula: sed contingit quod per speculum videtur, est per radium reflexum, & non refractum: ergo non est Halo.

2. Argumē. ¶ Secundò. Si Halo fieret per radios refractos videretur ad perpendiculum, vel à perpendiculo: sed nullo istorum modorum cōtingit. Non ad perpendiculare: nam sit radius a.b. perpendicularis, & a.c. radius refractus: tunc quæro, vtrum inter radium a.b. & a.c. sint alij radij refracti, vel non? si nō, hoc est contra experientiam: quia vbicunque ponatur oculus, videtur Halo: ergo oportet sit per aliquem radium. Si sint alij radij medij, sequitur quòd non magis dicitur radius refractus ad c. quàm ad aliam differentiam extra a.b. & sic ita fit refractio ad ad perpendicularem, sicut à perpēdiculari.

In contra. ¶ In contrarium est: quia Halo apparet, & videtur: & non est per reflexionem radiorum: quia sic non oporteret semper dum videtur quòd esset vapor, vel nubis inter oculū, & astrum, quod est contra Arist. ergo est per rarefactionem radiorum.

¶ Pro solutione oportet notare, quòd Halo est quidam circulus apparens circa solē, vel lunam sub obscurus: imò & circa candelam solet esse, maximè quando aliquis à somno surgit. Et Halo aliquando apparet secundùm circulum integrum: aliquando secundùm portionem circuli: & frequentiùs apparet circa lunam, quàm circa solē: eò quòd luna non habeat tantam virtutem resoluendi vapores, ratione quorum Halo causatur, & rariùs circa solem: quia potens est dispergere, & consumere vapores. Halo, & Corona sumuntur pro eodem vt inquit Vitelio in. 10. suæ perspectiuæ: & putat hoc esse de mente Aristotelis. Notand. 1. Vitello.

¶ De Halo, vel Corona sumunt naturales prænosticum ad serenitatem, aut pluuiam, aut ventum: nam si Halo qui apparuit marcessit, est signum consumptionis vaporis: & sic est serenitas: si condensetur, est signum pluuiæ: quia iam nubis condensatur: si tamen ex vna parte incipit deficere, & non ex alia, ventum futurum declarat: & contingit in supremo aeris, infimæ regionis.

¶ Secundò notandum, differentiam esse inter radium directum, reflexū, & refractum. Radius directus est ille, qui à luminoso in directum tendit. Reflexus, qui in occursu opaci reflectitur: vt in speculo contingit, ad modum quo pila resilijt à pauimento, & sicut dicimus radios solares in occursu terræ reflecti, & calidam reddunt hanc infimam regionē aeris. Refractus dicitur radius, quādo radius emissus à luminoso in occursu alterius medij, vel densioris, vel rarioris refrāgitur: vt non in directum procedat: sicut emanabat à luminoso: vt si quis existens in aere videat aliquid in aqua: itaq; radij emissi à visibili existenti in aqua, procedentes per aquam, quando veniunt ad aerem, qui est medium rarius, dispergantur, & refrangantur: vel è contra, si sit oculus in aqua, & visibi- Notand. 2. Scot. in. 2. d. 13. art. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

visibile in aëre, cùm radij per aërem directi deueniunt ad aquam, quæ est medium dẽsius refrangantur. Et quod sit radiorum refractio, constat: quia aliqua sunt quæ videri non possunt per radios directos, & contingit videri per radium refractum: si nũmum argenteum ponat quis in scutella aqua plena, & ponatur in loco in quo non posit ob latera scutellæ videre nummum, si non sit ibi aqua, non videbitur: quia radij procedentes non refranguntur, cum medium vnum sit, & sine mutatione loci. Si scutellã a qua impleas, videtur nummus: quia radij procedentes per aquam in occursu alterius medij, scilicet aëris, refranguntur, & perueniunt ad oculum, & videt nũmum ibi in fundo, quem ante nõ poterat videre per radium directum. Hoc constat experiẽtia: ob id necessariò ponen da est radiorum refractio: vt probant perspectiui.

Notand. 3. ¶ Est etiam considerandum, quòd cùm in occursu medij diuersi, fiat radiorum refratio, si ex rariori ad densius, in densiori fit refractio ad perpendiculum: & è contra, si ex densiori ad rarius, in rariori fit refractio à perpẽdiculo. Ad perpendiculũ dicitur, quãdo radius qui refrangitur tendit in rectum ad modum perpendiculi: & à perpendiculo est, quando in refractione recedit à perpendiculo: sicut in exemplo de nummo posito in vase, seu scutella: quia emittit quando est in aqua, radios per aquam, quando ad aërẽ deueniunt, refranguntur à perpendiculo: quia recedunt à progressu in directum: eo modo quo per aquam, & inde est quòd videtur nummus, cum tamen non videretur, nisi radij refrangerentur à perpendiculo. E contra, aliquis existens in aqua, non videt aliquam rem existentem in aere, quam videret si non esset aqua: quia radij perueniẽtes ad oculum directi, quando occurrit medium densius, accedunt ad perpendiculũ, & non pertinget ad oculum radius: qua de causa non videbitur visibile.

1. Conclus. Ratio. ¶ Prima conclusio. Halo fit per refractionem radiorum visualium. Probatur. Halo causatur per hoc quòd radij procedentes ab astro obuiant medio dẽsiori: sed hoc est refractionem esse radiorum: ergo ob id Halo causatur. Probatur. Si non sit aliquod medium aliud inter visum, & astrum, vt est vapor, vel nubes, non videtur Halo, aut Corona, & posito medio densiori, quàm sit aër, apparet: ergo sequitur quòd causetur Halo ex occursu medij alterius rationis: sed hoc est radios refrangi, vt dictum est in nobilibus: sequitur ergo quod Halo ex refractione causatur radiorum: nam aliàs si non esset talis refractio: semper deberet Halo sub astro apparere: sed non semper apparet, ergo signum est, quia non semper radij refranguntur ex eo: quia non semper est medium alterius rationis, per quod radij visuales perueniunt ad oculum.

¶ Et conclusio probatur authoritate Vitulonis, qui dicit. Corona, quod est idẽ quod Halo fit ex refractione radiorum solis, vel lunæ, vel aliarum stellarum primæ magnitudinis in vapore circulariter ad visum. Quam conclusionem ibi demonstrat. Vitulon. in 10. suæ perspec. conclusio. 27.

¶ Secunda conclusio. Halo non causatur ex reflexione sola radiorum sed per medium absorptum. In hac volo dicere, quòd reflexio radiorum in nube, vel vapore non causat, si solùm ipsa consideretur. Hæc conclusio est contra nonnullos, qui putant esse de mente Aristotelis Halo causari, sicut in speculis, ex reflexione radiorum ad oculum. Patet: si esset verum, maximè: quia illi radij reflexi ad tantam distantiam possent causare visionem solis, vel lunæ: sed hoc nõ potest esse. Patet: cùm aqua sit superficies specularis, & radium solis reflectat, & solus videat solem, potest tantum elongari ab aqua, vt non videat solem: ita vt neque lucem solis, neque figuram eius videat, etiamsi aqua sit superposita, vbi reflectuntur radij: ergo cùm Halo sit in maiori distantia, non poterit causare visionem solis, vel lunæ, vel astri per talem reflexionem radiorum: vel si potest, quare non in reflexione in aqua contingit? 2. Conclu. Ratio.

¶ Et secundò probatur quod non fiat per solam reflectionem: quia si sic, esset quia ad tantam distantiam lumen reflexum deferri potest: sed hoc non potest stare: quia aliàs radij reflexi à terra calefacerent mediam aeris regionem: quia ad eam perueniunt: sed non perueniunt ob distantiam, vt dictum est: ergo neque ob reflexionem contingit. 2. Ratio.

¶ Dixi, solam: quia forte potest esse, quod simul cum refractione sit reflexio: sed radiorum reflexio sola non videtur sufficere ad Halo, seu Coronam.

¶ Pro alia parte, quòd non fiat per radium absorptũ, notandũ, quòd vltra duo directum, & reflexum, & refractum, quidam ponunt quartum, quem vocant radium absorptum, & est, quando radius incorporatur in ipso medio illuminato, quãdo fit vndiq; ad omnem differẽtiam positionis: ob id aliqui dixerũt Halo fieri, vt videatur per talem radium incorporatum, seu absorptũ, & nõ per reflexum, neq; refractum. Nos dicimus non fieri isto modo: quia tunc non posset dari causa quare circulariter apparet Halo: quia si vndequaq; radius multiplicaretur, tota vapor appareret: sicut nubes lucida à sole, vel luna, illuminata: sed non apparet, vt cõstat: ergo oportet fit ratione refractionis solorum radiorum, qui sic ad nos perueniũt, ad sensum declaratum in prima conclusione, & non per reflexionem: nisi sumat quis reflexionẽ large, p omni multiplicatione vel luminis in medio aphano: nã tũc refractio esset reflexio radiorũ. Radius absorptus.

Ad argum. ¶ Ad primum, dicimus non valere: fit per reflexionem radiorum: ergo non per refractionem: quia potest esse quòd Halo causetur, & appareat ob reflexionem, & refractionem. Bene tamen valeret argumẽtum: fit ob solam reflexionem, &c.

¶ Ad Aristot. Dicẽdum, posuisse exemplũ loquendo de Halo in speculis: non quòd eo modo contingat per solam reflexionem, sicut in speculis. Vel per specula intellexit, corpora, quæ paruam lucem, vel lumen recentum diffundunt, siue fit per reflexionẽ, siue per refractionem radiorum: & tũc est speculatio de speculis ad intelligẽdum Halo. Si tamen Aristotel. intelligeret specula polita, & tersa in superficie, nõ possent causare Halo, vt probatum est.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum. Concedendum est fieri refractionem radiorum ad perpẽdiculũ: quia occursus medij densioris, quale est vapor sub astro, et quando probas, non posse stare: quia refrangitur ad punctum perpẽdiculi, sed contra, & sic multis modis: quapropter non ad perpendiculũ, dicimus ita esse, quòd non ad perpẽdiculum, vt attingat: & ob id multis modis contingit sed vocatur refractio ad perpendiculum, quòd quotiẽs cõtingit in medio dẽsiori refractio, fit per accessum ad perpendiculum, licẽt non attingat: siue hoc fiat (vt aliqui putant) quia radius intendit se conseruare, & perpendiculum melius. Quapropter in ingressu medij densioris ad perpendiculum declinant omnes. Et quando per medium rarius: quia facilius est conseruatio declinat, sicue sit (vt puto verum) ex natura radij: vt in medio densiori ad perpendiculum, oportet dicere quòd in veritate est refractio radiorum ad perpendiculum.

¶ An radius directus, & reflexus distinguãtur specie eiusdem luminosi, & refractus, & reflexus, ad perspectiuam spectat. Et variæ sunt opiniones. Videtur satis probabile quod directus, & reflexus specie differant, etiam si sint eiusdem luminosi: sicut & directi diuersorum luminosorum differunt: nã si reflexus, & directus radius essent eiusdẽ speciei, cùm reflexus sit causatus à directo, sequeretur quòd lumen esset qualitas actiua: sed tamen refractus, & directus videtur esse eiusdem speciei, si sint eiusdem luminosi: sicut radius directus & absorptus similiter: nam quòd radius ad perpendiculum declinet, vel à perpẽdiculo, vel quòd maneat incorporatus in diaphano, vel procedat via recta, non videtur quòd speciem variet. De quibus in propria materia videndũ. Et quãtum ad directum, & reflexum quòd specie distinguantur, sic tenet Cantuariẽn. in prima parte suæ perspectiuæ, & idem Georg. Bruxellensis. Dubium. Contra Coronel. in. 3. physi. super 9. argumẽt. principale. Cãtuariẽn.

¶ SPECVLATIO. II.

Vtrùm Iris sit aliquid realiter impressum in nube, vel sit solùm secundum formã imaginariam.

ARguitur q̃ non sit verè, & realiter: quia aliàs sequeretur q̃ in vno, & eodem, simul & semel essent diuersi colores: rubedo, & albedo. Et simul, & semel aliquid esset albũ, & rubeũ: sed hoc nõ videt: ergo non est verè realiter Iris, vt apparet. 1. Argumẽ.

¶ Secundo. Color est qualitas secũda resultans ex qualitatibus primis in corporibus mixtis: vt docet Arist. in lib. de coloribus: sed Iridis colores nõ sunt ex tali cõtẽperamẽto qualitatum, sed fiũt ex reflexione, vel refractione radiorũ astri in nube rorida: ergo sequitur q̃ nõ sunt veri colores: & ob id non est realis res Iris, sed fictitia.

¶ Vltimò. Id dicitur esse fictitium, & non reale, quod non est, vbi apparet esse: sed 3

Universidad de Deusto Biblioteca

Iris est huiusmodi: quia vbi apparet nõ est: quia cũ fiat per reflexionem radiorum solis super nubem roridam, apparet esse remotius, quàm sit.

In contrà. ¶ In contrariũ est, quia id est realiter, quod verè, & realiter operatur: sed Iris est huiusmodi, cùm immutet medium vsq; dum ad oculum videntis veniat.

Notand. 1. ¶ Est primò notandum, quòd Iris sicut & Halo ex radijs luminosi tangentibus vaporem contingit: tamen est magna differentia inter Halo, & Iridem: quia Halo, vel Corona generatur vapore supposito astro, & medio inter oculum videntis, & astrum, sed Iris causatur in nube, non astro supposito, sed potiùs ex diametro opposito. Itaque si contingat quòd in solis oppositam partem ad quam de directo radios mittit, sit nubis rorida, apta ad pluuiam, reflectuntur radij ad oculum, ad modum quo in speculo contingit: & in ipsa nube exprimitur quodam modo figura solis: & quia non plene fit, solùm rei colorem repræsentat.

¶ Oportet ergo intelligere, quòd quando Iris videtur, est eò quòd oculus noster est velut medius inter solem, & nubem vbi apparet Iris: & radij directè respicientes nubem aquosam, & roridam, pertingunt ad eam: sed quia non possunt penetrare, & vincere ipsam nubem, reflectuntur ab ipsa nube ad visum nostrum. Et radij solis, vel lunæ, aliqui ibi refranguntur, & absorbentur in nube. Et lumẽ ibi receptũ supplet colorẽ albi: & quãto magis de lumine magis ad album accedit, & est puniceus color. Dẽsitas nubis supplet vicem coloris nigri, & vbi minùs de lumine in nube dẽsa, ibi magis de nigro, & manet quidã color qui viridis videtur: & tandẽ ob diuersitatem nubis quo ad raritatẽ & dẽsitatem apparet varius color.

Notand. 2. ¶ Etiam est considerandum, quòd color duplex esse habet: vnum materiale, aliud formale. Materiale coloris pendet ex primis qualitatibus, scilicet ex debita proportione earum: sed formale coloris est lumen receptum in perspicuo. Primo modo, colores non sunt in Iride: quia ibi non est qualitatum primarum contemperamentum, sed sunt formaliter: quia verè ibi est lumen receptum in corpore illo perspicuo.

Materiale coloris. Formale coloris.

1. Cõclusio ¶ Prima conclusio. Iris causatur ex radiorum rarefactione, & reflectione in nube opposita soli, vel lunæ. Probatur ex Arist.

Ratio. in isto loco. Et experiencia ostenditur: siquidem videmus quòd Iris apparet, & nunquàm apparet, nisi ex oppositione ad solem, vel lunam: nam si Iris causatur à sole ex oppositione est: vt sole existente in Oriente, sit Iris in Occidente, & econtra: sole dechinante ad occasum, appareat in parte opposita Orientis Iris. Et tantum quantum eleuatur de sole, est depressum sub orizonte de centro Iridis. Sed quod id fiat ex radijs refractis, & reflexijs, patet. Verè causatur, vt constat: & non videtur vnde, nisi ex diuersa radiorum receptione, & reflectione: ergo ex hoc causatur. Et quòd sit in nube rorida, & apta ad pluuiam, patet: quia aliàs quotidie appareret Iris, etiã in sereno tempore: sed videmus quòd non semper apparet, sed quando sunt nubes. Neque semper quòd sunt nubes, sed quando sunt in oppositione. Neq; semper quod sunt in oppositione, sed quando nubes, vel vapor in tali dispositione est ad pluuiam densata, ita vt non possint penetrare radij.

¶ Secunda conclusio. Colores varij in Iride ex diuersa commixtiõe radiorum cum nuba contigunt. Patet. Ibi apparent diuersi colores in Iride, & formaliter sunt: ergo ex aliquo causantur: & nõ videtur ex quo, nisi ex varia commixtione lucis, cum nube: ergo ex eo euenit: nam ex mixtione lucis fortis, cũ multo opaco fit rubedo: & ex cõmixtione fortis lucis cũ opaco tenui, generatur albedo: & ex mixtione debilis lucis cum opaco, generatur nigredo: & ex mixtione debilis lucis cum tenui opaco causatur alius color medius, sequitur ergo illam colorum varietatem euenire ex aliqua, & alia permixtione lucis & nubis: nam cùm nubis non sit æquè densa, & disposita secundùm omnem partem sui, aliter recipiuntur radij, & reflectuntur, & refrangũtur, & absorbentur, & incorporantur. Et necessariò alius, & alius apparet color: nam quanto radius fortius, minùs reflectitur: & quanto recedit à perpendiculo, debilior est, & magis reflectitur, & varius apparet color.

2. Conclus. Albe. Magn. li. de sensu. & sensa.

¶ Tertia conclusio. Quia nubes in qua Iris, est imago quædam solis, licet imperfecta, in circulo perfecto, videtur mundi medietatẽ repræsentare, quam semper sol illuminat. Volumus dicere, quòd cùm Iris apparet, semper videt portio circuli apud nos, quæ manifestat

3. Cõclusio

manifestat tantum circulum eius extendi, quantum est mundi medietas illuminata à sole, quia sole existente in orizonte in Oriente si appareat Iris in Occidente, medietas circuli erit visa à nobis, & alia medietas est infra: quia cẽtrum Iridis in orizõte est. Et quanto sol eleuatur, tantò minus quàm semicirculus apparet, & maior portio circuli deprimitur. Intantum eleuari potest sol, vt si peruenieat ad zenith capitis, nil appareat de Iride. Ecce quomodo dato nubes sit parua repræsentat mundi mediam partem: quia tantùm sol illuminat.

¶. Cõclusio ¶ Quarta conclusio. Non solùm Iris solis imago, aut lunæ est, sed etiam alterius Iridis, vt aliam repræsentet, & duæ appareant Irides. Hæc conclusio etiam experientia manifestatur: quia ad modum quo duo specula adinuicem opposita mutuò se repræsentant, & vnum alterius videtur esse imago: contingit Iride existẽte ab ea radij emittuntur ad nubem suppositam & dispositã. Et debiliores erũt colores: quia radij etiam debiliores: & illa quæ debiliores habet colores, erit idolum, & imago illius quæ fortiores. Et si tres appareant, etiam debiliùs repræsentabitur in tertia, quàm in secũda, & colores erunt, tamen nõ eodem ordine positi: si in prima Iride primus erat puniceus, & secundus viridis, & purpureus: in 2. Iride primus sit purpureus, & vltimus puniceus: quod apparet. Si quis capiat ensem in manu, & manubrium versus cœlum, & cuspidem versus aquam in aqua apparebit è contra, manubrium in infimo loco, & cuspis in supremo. Ita si homo habeat aquam suppositam, & videat se in aqua, erit imago hominis in aqua: vt pedes in aqua cum pedibus conuersis, & caput sit in infimo loco aquæ: & necessariò euenit, vt sit conueniẽs repræsentatio: etiam quando plures apparent Irides vna alterius imago est.

¶ De Iride multa dicuntur tam à perspectiuis, quàm à physicis: esset enim prolixum nimis hic adducere, & nescio an operæpretiũ. Qui voluerit latè videre, legat Thimon in isto. 3. per. 13. quæst. ab. 11. vsq; ad. 25. vbi spatiatur satis circa argumentum hoc: & Albertum Magn. in isto. 3. à. c. 6. vsq; ad 26. in tractatu. 4. & Paul. Venet. in summa, libris meteororũ à. c. 22. vsq; ad. 26. qui etiã plura notatu digna adducit. Sufficiat ergo intelligere Iridem naturaliter causari ex oppositione nubis roridæ ad solem: vel lunam, & imaginem quandam ipsius luminosi esse, atque varios esse colores ob variũ concursum luminum in alia, & alia parte nubis.

Thimon. Albertus. Venetus.

¶ Ad primum argumentum, dicendum verè, & realiter ibidem esse colores secundùm esse formale: & quia realiter sunt, & nõ imaginariè, verè mouent visiuam potentiam, & realiter videntur. Neque sequitur inconueniens: nam illi varij colores non sunt in eadem parte medij: quoniã vbi puniceus, non est rubeus, neque è contra: sed ex varia commixtione, & concursu luminis cum opaco contingit talis varietas in colore: & non secundùm eãdem partem vaporis est, seu nubis: sicut neque inconuenit, dato aliquo diaphano, non esse secundùm omnem sui partem æquè lucidũ, neque habere eundem colorem: & in Iride similiter. Ad argum.

¶ Ad secundum, ita esse fatemur varios colores secundùm suum esse materiale, causari ex diuersò contemperamento qualitatũ actiuarum, primarum, quale ibi non est, sed tamen pro formali colores sunt, & habent esse ex commixtione lucis, & opaci: vt ait Albertus Magnus libr. de sensu, & sensato. Et secũdùm diuersitatem, est diuersitas in coloribus. Et hoc formale in Iride est. Quapropter verè colores sunt in isto sensu. Quòd si aliquis neget colores: vt sunt qui negant vere ibi esse, sed solùm secundũ apparentiam, vt adducit Thimõ quæst. 11. oportet intelligere in hoc sensu: quia non sunt quoad materiale: quia non ex qualitatum primarum contemperamento: cõmixtionem tamen radiorum cum nube nõ est qui neget, ex qua varius est color. Nolo tamen dicere quòd color solùm sit in extremitate: quia etiam in centro rei est: sed solùm de Iride loquẽtes ad saluandum veros colores, id ex permixtione dicimus esse. Ad secũdũ.

¶ Ad tertium dicendum, Iridem esse verã, & realem formam: quia verè est imago solis, & verè, & realiter recipiuntur radij astri in nube. Et quòd appareat remotior, vel propiùs, quàm sit, non tollit quominus verè, & realiter sit: nam piscis visus in aqua apparet propinquiùs, quàm sit: quia fit oculus in medio rariori, & visibile in densiori contingit: & è contra: si oculus sit in densiori, & visibile in rariori: quia radij in densiori ad perpendiculum refrangũtur, & in rariori à perpendiculo, vt dictum est. Ad tertium

¶ SPECV-

Universidad de Deusto Biblioteca

¶SPECVLATIO. III.
Vtrùm virgæ, & parahelij fiant ex refractione radiorum, sicut Halo, & Iris.

Argumẽ. 1. ARguitur q̃ non: quia si sic, apparerent circulariter, sicut Halo, & Iris: sed non apparent, vt experientia constat saltim de virgis: ergo non fiũt per refractionem, vt Halo. Et maior probatur: quia vbi eadem causa est, oportet & sit idẽ effectus.

In contra. ¶In contrarium est Aristo. in isto libro.

Notand. 1. ¶Pro solutione notandum, quòd sicut cõtingit nubem, vel vaporem aliquem suppositum soli, vel lunæ esse: vt quando generatur Halo, vel Corona contingit opponi etiam ex diametro: vt quando Iris fit, sic etiam euenit quòd nubes, vel vapor sit ad latus ipsi⁹ astri solis, vel lunæ: & si eueniat, contingit esse virgas, & parahelos: nam radij solis incidẽtes super foramina nubium super vapores, vel aerem vaporosum, partim refranguntur, & partim reflectuntur, qui ad visum nostrum perueniunt, & ex diuersa dispositione vaporis ex radiorum refractione apparent colores varij: sicut in Iride, qui ostenduntur ad modũ columnarum rectarum, & aliquando tortuosæ parum.

¶Parahelus (qui iuxta solem interpretari potest) cõingit eò quòd nubes sit ad latus solis, & radij plus solisibi refracti, & reflexi quodammodo, velut in speculo, solem repræsentant, & est ibi alius apparẽs sol, qui fit velut solis imago. Quòd si contingat ex vtroque latere solis nubem esse dispositam ad recipiendum radios, erunt duo soles ex vtroque latere. Vnus, & tres apparebunt. Vnus verus, & duo alij qui sunt imagines veri solis, ratione supradicta.

¶Et contingit maximè in ortu solis, & occasu: quia in ortu ex frigiditate noctis poterit esse vapor condensatus in nube, dispositus ad recipiendum radios solis: & apparebit parahelus: & in occasu: quia recedente sole vapores eleuantur: sed non consumuntur, & infrigidantur facilè, & condensantur: non tamen in meridie: quia ex virtute solis si sit vapor, facilè dissoluitur.

¶Contingit parahelus à latere, vt dixi, & non supra, neque infra solem: quia si infrà, iam esset Halo, seu Corona. Et suprà nõ potest esse: quia non est vapor supra solem. Est ergo ad latus eius, vbi potest esse dispositio vaporis sufficiens, & radij refrangi, & reflecti possunt: quod sequentibus conclusionibus patefiet.

¶Tam virgæ, quàm parahelij contingunt ex refractione, & reflexione radiorum solis. Patet: Contingit tales virgas iuxta solẽ apparere: similiter, & apparet parahelus, seu alius sol ad latus solis: imò aliquando duo soles apparent. ergo eius causa redden da est naturalis, & non videtur alia, nisi refractio, & reflexio radiorum: sicut Halo, & & Iris fiunt: ergo verè sic in parahelis. Et probatur authoritate Aristo. ad arcentis. 1. Conclus. Ratio.

¶Ex hoc sequitur, quòd si quando in ortu, vel occasu solis appareat alter sol, vel duo, non statim mirandum tanquàm miraculũ in natura, cùm id possit secundùm naturã esse: sicut aliquãdo audiuimus visum in partibus, indiarum, & in Hispania antiqua, cũ essemus Salmanticę. Non tamen negamus quin interdum prætẽr ordinem naturæ apparere contingat ex diuina dispensatione: sicut in Christi Redemptoris nostri natiuitate contigisse legimus, qui verus est sol iustitiæ. Cum enim non esset tunc causa naturalis parahelorũ, per miraculo habitũ est. Corolla.

¶Secunda conclusio. Et si parahelij non inueniantur ab aliquo astro, seu planeta causari extra solem, à luna tamen ob lumen quod habet in abundantia, oportet cõcedere fieri posse. Hoc probatur experientia. Et Plinius refert tres lunas fuisse visas, Gn. Domitio, & L. Antoni consulibus. 2. Conclu. Plinius.

¶Ratio est: quia parahelus contingit ex refractione, & reflexione radiorum ad vaporem, seu nubem existentem in latere solis: sed potest contingere esse dispositum vaporem iuxta lunam, sicut iuxta solem: & luna emittit radios tantæ virtutis, qui possint refrangi & reflecti, & ad oculum nostrum peruenire: ergo poterit esse vnus, & duo parahelij iuxta lunam, sicut & prope solem: similiter & virgæ. Ratio.

¶Et confirmari potest: quia Halo, & Corona contingit sub luna, sicut sub sole, & hoc ex refractione radiorum lunæ est, ergo eadem ratione poterit esse parahelus circa lunam, sicut circa solem. Non tamen datur alijs astris: quia non habent tãtum lumen, vt posint Confirmat.

vt posint hoc efficere. De quo vide Albertum Magnum in isto. 3. tractatu. 4. capit. 28. & 29. Albertus Magnus.

Epiloga. ¶Ecce quæ dicenda erant in isto tertio libro quæ tractantur ab Aristotel. circa illa quæ apparent in Sole, & Luna, scilicet quãdo Halo, seu Corona, & quando Iris, & quando virgæ, & parahelij: nam conueniunt ista in subiecto, & in causa. In causa, quia à Sole & Luna. In subiecto: quia omnia in nube, vel vapore condensato fiũt. Etiam est conuenientia quantum ad modum: quia ex reflexione, & refractione radiorum euenit.

¶Differentia tamen est in loco vbi vapor, vel nubes: quia in Halo, vel Corona suppositus astro, & in Iride in oppositione est ex diametro: astro existente in Oriẽte oportet sit nubis oppositio in occasu, & in parahelijs, & virgis neque supponitur, neque opponitur, sed ad latus apponitur vapor.

Ad argum. ¶Ad argumentum patet solutio: nam virgæ non apparent secundùm figuram sphericam ob diuersam dispositionem vaporis, in quo refranguntur radij.

* ¶ * De Galaxia aliquid dicere placet pro complemento. De Galaxia, quæ in veritate 8. sphera, est via quedã visui sese offerens proueniens ex multitudine stellarum stellarum, quarũ nonnullę adeò parue sunt, vt visum non terminent: alię quia maiores, terminant visum: & sunt adeò propinquę, vt appareant se tangere: quæ cum sint lucide radios emittunt? Et ad se inuicem refrãgbntur: ex qua refractione, causatur circulibus, &c. sic sentit Albertus Magnus in primo libro meteororum tractatu. 2. cap. 6. Ideò tenẽdum contra authorem perspectiuæ libri 3. propositione vltima, qui putat, Galaxia esse in purissima ignis regione cœlum faceret passibile. Sed tamen nõ est passibile ob id cœlum. Et notabis quod lumen recipi in cœlo potest esse primo vt in medio deferente, sicut species rerum visibilium recipiuntur in medio diaphano, sicut infrà in libris de anima. Et hoc modo lumen Solis, in sphera Veneris recipitur: & Mercurij & in elemẽtis &c. Et isto modo nõ recipitur lumen Galaxię, in 8. sphera, quia lumen receptum in medio, vt in deferente nõ reflectitur: Galaxia autem est lumen reflexum. Secundò recipitur lumen in corpore cœlesti, vt in vase vel in speculo, à quo obdensitatem reflexio est: vt lumen Solis, in Luna recipitur: hoc modo partes illę octacta sphęræ vbi tãta stellarũ multitudo est, recipiunt lumen: & quia partes sicut densę, fit reflexio radiorum, & apparet illa pars lucida: sic contingit Galaxia. Et notabis quod in cœlo videtur esse duplex Galaxia, vna de est qua diximus cõtinuata & protẽsa à signo Geminis vsq; ad Sagitariũ, & immediate alia cœli, à Sagitario vsque ad Geminos. Alia est Galaxia non continua: sed velut plures nubes sparsæ, non adinuicem continuè, & est versus Aquilonem locatio supra prima galaxia. Et certa huius sunt plurimę stellæ: quasi se contingentes pro aliqua parte octauę sperę: & ibi apparet & efficitur, vt via in pluribus partibus, intercisa.

¶SPECVLATIO. IIII.
Vtrùm metalla fiant, & per naturam generẽtur, & lapides similiter.

PROBATVR quòd non. Quod est per naturam, & secundum naturam, non potest fieri per artem: quia licèt ars imitetur naturam, non tamen facit opus naturæ: sed metalla fiunt per artem: vt patet de alchimistis, qui faciũt verum aurum, & argentum: ergo sequitur quòd ista non sunt naturalia, sed artificialia. Vel si naturalia sunt, nullo modo per artem fiunt. 1. Argumẽ. Aristotel. 2. phy. tex. 22 & 79. & 4. Meta. te. 28

¶In contrariũ est veritas: nam constat metalla generari: & per naturam esse diuersos lapides: vt Aristot. in fine huius. 3. asserit. In contrar.

¶In hac speculatione est in animo nonnulla de genoratione lapidum, & metallorum adducere, atq; de conditione metallorum pauca afferre, & de arte alchimistarum tangere, an vera sit ars, & efficiat quod apparet. Qui voluerit videre de istis prolixè loquentem, legat Albertum Magnum, qui fecit tractatũ de mineralibus per quatuor libros distinctum. Inueniet inter opera appositum libris Meteororum. Albe. Mag.

¶Inprimis

Universidad de Deusto Biblioteca

Variæ opiniones. ¶ Imprimis de lapidum causa generatiua variæ philosophorum sunt opiniones Hermes enim dixit vnam esse virtutem formatiuam: quam marti tribuit. Sed alios esse lapides dicebat, etiam si vna virtus secundùm diuersitatem passiuorum: sicut sol vnus est omnia generans, varius tamen secundùm diuersitatem illorum in quibus operatur.

Hermes.

Empedocl. ¶ Empedocles causam dixit calidum vstiuum, ex antiqua fabula de Pyrrha, & Deucalione, in qua lapides magnæ matris ossa dicuntur.

Democrit. ¶ Democritus dixit animam esse in lapidibus, sicut in semine ad generandum.

Alchimistæ ¶ Alij (vt Alchimistæ) dicunt, lapides solùm per accidens generari: quia in quocunque loco calidum igneum inuenerit materiam aptam assando lapidem causat: & dicunt lapides non habere formas secũdùm species, sed solùm quasdam passiones materiæ: vt duritiem, quàm pro forma habẽt.

Albertus. Istis opinionibus impugnatis, dicit Albertus capit. 5. quòd sicut in semine animalis, quod est superfluum nutrimenti descendit à vasis seminarijs vis formatiua animalis, quæ format, & efficit animal, & est in semine, ad modum quo artifex in artificiato, quod partem facit: sic est in materia aptata lapidibus virtus formans, & efficiens lapides, & producens ad formam lapidis huius, vel illius. Et infrà dicit quòd hæc virtus habet duo instrumenta: vnum est calidum, humidi extractiuum, digestiuum, inducẽs coagulationem ad formam lapidis in terrestri, quod passum est ab humido vnctuoso. Alterum instrumentum est in materia humidi aquei, quod passum est à sicco terrestri: & hoc est frigidum humidi, non tamen constrictiuum: vt in metallis fit, sed quòd sit etiam humidi expressiuum. Hoc enim indurat, & coagulat. Et quia humidum exprimit, in tantũ, quòd non remaneat in materia, nisi ad solam continuationem, tales lapides nullo callido sicco, possunt liquari.

¶ Lapides habent suas formas substantiales, per quas in specie certa constituuntur, & non sunt animæ: vt quidam ex antiquis dixerunt, nam in eis non est aliquod opus vitæ, neque nutritio: quia si esset, oporteret habere poros, & vias ad recipiendum alimentum, vt suprà diximus. Et durities lapidis ostendit tales vias non esse. Item. Instrumenta ad attrahendum alimentum: vt radices, & os, deberent poni in lapidibus, quod constat non dari. Neque valet dicere animam oppressam à terrestreitate: vt non posset exercere opera: quia natura deficeret in necessarijs, quod constat esse falsum: quia dando naturam, dat necessaria, & congruentia illi naturæ. Si ergo lapides augeãtur, non est proprie augmentum: vt in viuẽtibus, sed improprie, per additionem, vel cõuersionem alicuius coniunctũ naturam lapidis.

Suprà. 1. de generatio. Specula. 6.

Aristo. 3. de aĩa tex. 45.

¶ Loca in quibus lapides generantur (vt in plurimum) ripæ aquarum sunt. Non tamen omnes aquæ generant: quia corruptæ, & paludosæ non generant.

¶ In locis eminentibus, & montuosis inueniuntur frequenter, ex quo apparet montes esse loca pro lapidibus apta.

¶ Et quidem de quibusdã aquis legitur talem habere naturam, vt ligna in lapides conuertant, etiam retẽta figura lignorum. Et est lapis corallus, qui absque dubio de lignis, & plantis generatur. Et Albertus cap. 7. dicit, suo tempore in mari Danico iuxta ciuitatem Lubicẽsem inuentum ramum arboris, in quo nidus auium, & aues ipsæ in nido conuersæ in lapides: quòd aliter non potuit esse, nisi quia procellis ramus cecidit in aquis. Est & fons in Gothia, in quo omnia quæ merguntur in lapidem conuertit: cuius rei Imperator Federicus experimentum habuit: & in nubibus generantur, & in animalium corporibus.

Albertus.

¶ Sicut in animalibus qui ex putrefactione infunditur virtus viuificatiua ex stellis: sic in lapidum materia infunditur virtus formatiua lapidum. Et in vna terra non est locus aptus ad formandos lapides, & in alia sic: maximè vbi terra vnctuosa per vaporem in se reflexum commixtum terræ vires naturam appræhendunt aquæ, & trahunt ad siccitatem, & incorporant, ibi lapides generantur: maximè vbi terra non est porosa, & superficies solida est, ex qua vapor per virtutem solis intus causatus exire non potest.

¶ In lapidibus sunt mirabiles virtutes. Asbeston coloris ferrei, qui in Arabia inuenitur, semel accensus, vix vnquàm extinguitur, eo quod habeat naturam lanuginis, quæ pluma Salamandræ vocatur, cum modico humido vnctuoso pingui inseparabili

Virtus est in lapidib.

bili ab ipso, & illud fouet ignem.

¶ Adamas durissimus, neque igne, neq; ferro mollescit, sed solùm sanguine hircino. Si supponatur magneti, sic ligat ipsum, vt nõ possit trahere ferrũ ligatum in brachio. Valet contra hostes, & insaniam, & contra venena, & incursus phantasmatum, & ineuborum.

¶ Magnes est lapis coloris ferruginei, qui ferrum attrahit, & dat ferro virtutem attrahendi ferrum aliud. Vnctus oleo non attrahit: sicut si Adamas supponatur. Narrat Albertus Magnus inuentum magnetem, qui ab vno angulo trahebat ferrum, & ab alio fugabat. Et dicunt Federicum Imperatorem habuisse magnetem, qui nõ trahebat ferrum, sed ẽcontra, ferrum trahebat magnetem. Dicunt hunc lapidem capi in mulieris dormientis superpositum, statim mouere eam ad amplexum mariti, si sit casta; & si adultera, præ nimio timore phãtasmatum cadit delecto. Et si fures domum suam ingressi, in quatuor angulis domus super carbones lapidem contritum mittant, ita dormientes terrentur phantasmatibus: vt domum fugiant, & solam derelinquant: vt fures rapiant omnia.

Albertus.

Mirabile.

¶ Multi alij ponũtur lapides pretiosi, & admirandæ virtutis ab Alberto in secundo lib. de mineralibus per ordinem alphabeti, quam virtutem habere lapides non est dubitãdum à proprietate occulta, quam Albertus & doctor. S. putant esse formã substantialem lapidis, & Commenta. in quinto collige. capit. 21. putat proprietatem occultam esse mixtionem qualitatum primarum. Tamen contrarium tenet Conciliator differẽtia. 7. & Iacobus de Forliuio quæstione. 51. super 1en. primam primi. Virtus enim occulta non potest esse forma substãtialis: quia ab solum inueniretur in specie illa virtus: sed magnes attrahit ferrũ, & ferrum similiter attrahit magnetem. Et multo minus erit qualitatum primarum contemperamentum: quia vbi non est vnum cõtemperamentũ, non reperitur vna virtus: est igitur virtus occulta qualitas quædam, aliquando de secunda specie, quæ nõ est intensibilis, neque remissibilis, neq; sensibilis: vt est illa qua magnes ferrum attrahit: vt dicit Mesue qui attrahit, non quia frigidum, non quia calidum, non quia leue, non quia graue, sed quia tale. Aliquãdo est virtus de tertia specie: vt color rubeus, qui habet proprietatem trahẽdi sanguinem ad extrà.

Albertus. Sãct. Tho. Commẽta.

Conciliat. Iaco. de Forliuio.

¶ Non tamen est negandum, quin in aliquibus virtus occulta sit forma substãtialis, vel proprietas eius.

¶ Metallorum materia sulphur, & argentum viuum est: vt Albertus Magnus docet: ita vt sulphur se habeat vt viri semen, & argentum viuũ, vt mẽstruum muliebre in fœtu: ex quo sequitur varia metallorũ generũ ratio: nam si sulphur sit valde subtile, argento viuo maximè miscetur: & si argentum viuum sit citrinum, & maximè constãs, generatur aurũ. Si verò sulphur dominetur, & argentum viuum sit depuratum, generatur argentum. Et tãdem ex varia commixtione istorum causatur aliud & aliud metallum. Neque excludendus est vapor humidus: sicut docet Aristotel. ex quo cum sulphur, & argento viuo metalla generantur. Calidum ergo causa generationis metallorum est, & materia est humidum quod in se habet terreum, subtile, digestum, sed cũ hoc est virtus formatiua in materia, & stellis, & cælo, quæ ad speciem dirigit. Neque vna species metallorum omnium existimãda est: vt Calisthenes putauit, quem impugnat Albertus libro tertio. capitulo. 7. sed sunt septem species, quæ septem planetis tribui solent. Saturno dantes plumbum: Ioui stannum, Marti ferrum, Soli aurum, Veneri æs: Mercurio argentum viuum: & Lunæ argentum.

¶ De argento viuo, cùm sit metallorũ omnium materia, dicunt physici duas esse substantias: vnam terream, aliam aqueam, & virtute sulphuris dirigentis, & adurentis, omne metallum generatur: & quoddam argentum viuum, extrahitur de mincra sua sic viuum, & quoddam extrahitur de lapide in quo generatum est per adustionem: sicut extrahitur aurum, & argentum ex lapide vbi generatur. Est frigidum, & humidum in secũdo gradu. Soluit neruos: sibi incorporat metallum cui permiscetur, maximè argentum: atque id per naturam habet, sibi attrahens argentum, quod perfectius est: vt perfectionem cõtrahat quodammodo, ex mixtione superioris, & perfectioris: sicut nunc est frequens vsus in mineralibus in noua Hispania.

¶ * Vidi enim quo pacto argẽtum viuum attrahat ad se argentum. *

¶ De

Universidad de Deusto Biblioteca

¶DE PLVMBO.

IN compositione plumbi multum de argento viuo, & parum de sulphure est, & argentum viuum in plũbo est aquosum, & lutulentum: ideo in igne de facili euaporatur aquositas, & remanet puluis terrestris: sicut cinis relictus ex plumbea terrestri substantia.

¶ In effectu plumbum est frigidum constrictiuum, & specialem habet virtutem contra insultus venereos, & pollutiones nocturnas, si ex ipso fiat circulus latitudinis duorum digitorum, & ponatur circa renes: sed cauendum est, quia sua frigiditate potest paralysin membrorum inducere: ob id non videtur tutum tali vti remedio ad venerea mitiganda.

¶ Plumbum protegit alia metalla ab igne, ne consumãtur: quia habet multam aquositatem, & paruam mixturam. Plumbum argentum purificat, non de per se: sed de per accidens: quia calor de per se: sed cùm argentum sit humidum, & ignis siccus, refugeret ab argento, nisi per aliquid vniretur eidem, & hoc est plumbum, quod calefactum in suo humido quasi elixando digerit, & depurat argentum.

✱ ¶ ✱ Et hoc frequentissime in fornacibus fit.

¶DE STANNO.

STannum parum differt à plumbo: nisi quòd stannũ albius est, & purius. Quia minus habet de sulphure, habet magis sonoritatis, quàm plumbum. Inuenitur duplex stãnum: durius, & siccius, quod est in Anglia: & mollius aliquãtum, quod in Germania abundantiùs inuenitur.

¶ Argentum quo aliquo modo conuenire videtur cum præcedentibus metallis, differt tamen ab eis, cùm habeat admixtam aliam materiam. Purificatur in igne cum plumbo: vt exhalet plumbum, & in fumũ conuertatur: & sordes ab argento separantur. Quòd si lapidi incorporatũ argentum inueniatur (vt in nouo orbe, vt in plurimum reperitur) oportet prius comminui & conteri in molendino, vt faciliùs purum, ab impuro separetur. Albertus.

¶ In aliquibus partibus (vt in Theutonia, vt Albertus refert) inuentum est velut depuratum, & ad modum columnæ sub terra stans, & aliquando extensum per terram. Causa autẽ huius terræ diuersitas est. Narrent multa quæ in depuratione contingũt, qui præsunt furnis: vbi examinatur argentum, & depuratur.

¶ ✱ Etiam in noua Hispania aliquando inventum est seorsum per se non mixtum lapidibus.

¶ De alijs metallis etiam adducuntur nonnulla notatu digna: & sicut in animalibus triplex humiditas est: vnctuosa, pinguis, quæ est causa inflãmationis: secũda aquea, resistẽs inflammationi: tertia vaporalis partium cõtinuatiua: ita in metallis est triplex humiditas: quædam vnctuosa, inflammabilis, & quædam aquea, resistens, & tertia cõtinuatiua partium mixti: & secũdùm quòd magis, vel minus de prima, & secunda, magis, vel minus liquabile metallum est.

¶ Vtrùm ergo per artem possit esse metallum, sicut per naturam ex varia constellatione, & terræ dispositiõe fit: inter Philosophos dubitatum est. Ad quod sit prima cõclusio.

¶ Sicut est verum per artem non fieri aliquod viuens, illorum quæ per generationẽ contingunt, sic non videtur dubitandum quin possit per artem aliquod viuens esse, illorũ quæ per putrefactionem contingũt. 1. Conclus.

Prima pars constat: quia eo deficit ars à natura, vt solùm esse accidentale det, & non possit formã substantialem educere de potentia materiæ, & nunquàm per artem fiet viuens homo, equus, aut aliud animal. Ratio. 1. pⁿ

¶ Secunda pars patet. Nam ex putrefactione solent nonnulla fieri: vt vermes, mures, & alia imperfecta viuẽtia: sed hoc nunquàm fit per applicationem actiuorum passiuis. Tũc est ratio. Vbicunq; contingat debita applicatio actiuorum passiuis, sequitur animal, quòd solet sic gigni: sed per artem potest fieri applicatio actiuorũ passiuis, sicut per naturã cõtingit: ergo sic potest fieri per artem fieri aliquod viuẽs. Quis dubitabit quin per humanam, vel virtutem angelicã, quãdo in aëre ranæ procreantur: si fieret applicatio illorũ ex quibus fit, ꝓ ita animal esset, sicut quando per naturam? Et in libris physicorum tetigimus quantum valeat ars ad hoc. Ratio. 2. pⁿ

¶ Sic ait Comenta. 12. Metaphysic. quòd ex vi-

Commẽta. ex visceribus bouis, vel vaccæ putrefactis fiunt apes: & ex visceribus equi fiunt vespæ: & eodem modo de alijs animalibus quæ ex putrefactione contingunt.

✱ ¶ ✱ Et illa esse eiusdem speciei quæ per putrefactionem, & quæ per generationem cõtingunt, supra diximus.

2. Cõclusio Ratio. ¶ Secunda conclusio. Metallum potest fieri per artem. Probatur. Metallum cõtingit ex commixtione sulphuris cum argento viuo, vt dictum est. Applicando enim actiua passiuis fit: sed non repugnat per artem posse fieri huiusmodi applicationem, & tollit omnem impeditiuum: ergo facta ea posset generari metallum, & vere esset metallum: quia nõ est ratio quare si per artem fiat applicatio & commixtio quæ per naturam fieret, non fiat metallum: sicut fieret per naturam. Hæc est opinio Alberti magni. Alber. lib. 3. de minera. cap. 9. Idem tenet Tymõ in vltima quæstione. 3. Meteororum. Est etiam doctoris. S. qui dicit, per artem alchimisticam fieri posse aurum verum, quòd verè in auri specie fit: si modò per artem applicentur illa, & commisceantur ex quibus constat aurum: sicut per naturam contingit. Sed intelligenda est conclusio, vt possit ars ad hoc, interueniente opere naturæ: ob id dixi applicando actiua passiuis, quod est velut materiale: sed ars solùm ad hoc se extendit: pòst natura operatur: nam si præscidamus opus naturæ, nunquàm potest ars vnam speciẽ in aliam mutare. Quod probat Sãctus Thomas in multis locis, tamen non repugnat verum aurum fieri operante natura cum arte. Et quanuis Sanctus Thom. in secundo distinct. 8. quæstione. 3. articul. 1. quæstiuncula 1. dixit quòd dæmones possunt facere verum effectum corporalem: sicut magi Pharaonis virtute dæmonum, videatur dicere de auro, quod fit ab alchimistis, quòd fit sophisticum, non negat veram posse fieri per artem auri speciem: sed quòd non habebit omnes illas proprietates, quas haberet, si fieret per naturam. Et Magister Petrus de Bergon concordat dicto Sãcti Thomæ. Neque inconuenit dicere esse veram speciem auri, etiam si non sint omnes proprietates: quia ablatis aliquibus proprietatibus, quæ sequuntur naturam rei: imò & omnibus, intelligitur verè quidditas, & essentia rei: sicut si quis ab homine separet risibilitatem, intelliget essentiam. Et à magnete virtutem attrahendi ferrum si separes, erit essentia magnetis. S. Vho. 2. 2. q. 87. art. 2. ad. 1. & 3. p. q. 66. articul. 4. Bergolo.

¶ Tertia conclusio. Quia hoc possibile difficile est, videtur quod nullum metallum per artem alchimisticam fiat, quod sit verum, sed est fucatum, & apparens. Quòd sit possibile, probatum est, interueniente opere naturæ, vt declarauimus: sed quòd sit difficile, nullus est qui dubitet: quia natura, & cœlorum influentia occultè operatur, & insensibiliter: & suo tempore certo, & determinato disponit actiua passiuis: sed nulla est creatura, quæ possit scire talem influẽtiam, talem proportionem, talem dispositionem, ergo difficile est, nisi Deus reuelet: nam quanuis applicatio actiuorum passiuis fiat per artem, quis est qui sciat esse tempus conueniens ad actionem? Ideo quanuis sulphur sit applicatum argento viuo, ex quibus in terra in visceribus metalla generantur, quis valebit cognoscere quando erit apta commixtio? ob id, quia ista habent difficultatem, meritò possibile quod diximus, videtur quòd nunquàm fiat. Sicut & Aristot. dixit de circuli quadratura, quòd esset scibile, & tamen nunquàm fuerit scientia inuenta: etiam est scibile vt aurum fiat per artem: sicut contingit per naturam applicando actiua passiuis, tamen nunquàm est scitum, & nunquàm factum: ideoque huiusmodi artifices vitandi sunt vt impostores. 3. Conclus. Ægid. quolibet. 3. q. 9 ad argumẽta.

¶ Et potest confirmari, eò quòd non solùm in metallorum generatione sulphur, & viuum argentum intelligendum est, sed etiam vapor calidus, & humidus: sicut exhalatio sicca facit ad lapidum generationem, vt ex Aristotel. in isto loco constat: sed hunc inuenire vaporem aptum, quis poterit? & applicare quis valebit? Et sunt qui dicant metallorum generationem esse ex exhalatione terrestri, & vaporosa in visceribus terræ, quæ petens exitũ, & non habens, condensatur à frigiditate terræ: & ex tali materia, virtute astrorum, generantur metella, corrupta forma exhalationis. Et isti dicunt lapides fieri ex vapore humido virtute solis. Confirma.

¶ Et dubitandum non est, quin metalla, & lapides primò, & principaliter ex istis fiãt, scilicet, ex exhalatione, & vapore, concurrente constellatione cœlorum. Non enim est verisimile in omni generatione metalli concurrere

Universidad de Deusto
Biblioteca

concurrere argentum viuũ, & sulphurem, licèt in aliquibus locis id eueniat. Ista sint dicta, quicquid adducat Ioannes August. Pantheus Venetus in sua arte, & Theoria transmutationis mitalesi.

Pantheus.

* ¶ * Qui voluerit de metallis multa subtilia curiosa scitu digna legat Georgium Agricolam de metallis: & aliud opus de re terraneis, inueniet multa noua, & ad instrumenta formanda pro metallis de purandis, & liquandis.

¶ Et hîc Meteororum finis. Stoicus idem quæ in quarto libro vbi de putrefactione, digestione, & speciebus eius, elixatione, & alijs, sicut non necessaria, ita sunt curata: vt oleum, & operam perdere de ipsis differere iudicemus. Videat qui voluerit apud Aristotelem.

Finis tertij libri Meteororum.

PHYSICAE SPECVLATIONES IN LIBROS OMNES

Aristotelis de Anima: editæ à Reuerendo P. F. Alphonso à Vera Cruce, bonarum artium, & Sacræ Theologiæ Magistro, pfecto primario in Academia Mexicana in noua Hispania, in partibus Indiarum maris Oceani, Sacri ordinis Erimitarum Diui Aurelij Augustini. Nunc ab eodẽ auctore editę & locupletatæ, additis specula tionibus integris.

ARGVMENTVM SVPER libros de anima Aristot.

CVM Aristot. in præcedẽtibus d̃ mixtis egit, tam perfectis, quàm imperfectis, nũc peculiariter agit de viuentibus in istis libris qui de Anima intitulantur, vbi disputat de triplici viuente, scilicet, de viuẽte secundùm Animam vegetatiuã solùm: vt planta. De viuente secundùm Animã sensitiuam, & vegetatiuã simul: sicut brutũ: & tertiò, de viuente secundum Animam vegetatiuam, sensitiuam, & rationalẽ: vt est homo. Ab institutione igitur nos recedẽtes, quæ necessaria erunt, in disputationem adducemus.

¶ SPECVLA. 1. VTRVM ad physicum spectet tractatus hic de anima, an potius Metaphysici.

PROBO quòd nõ sit physici. Hic de intellectu agitur, & præcipuè de eo: sed de intellectu cognoscere excedit philosophi naturalis terminos: tum quia intellectus incorruptibilis est: tum quia per generationem non habetur, sed per creationem à solo Deo, & non dependet à corpore. 1. Argumẽ.

¶ Præterea. Ad naturalem philosophum spectat tractare de ente mobili: quia hoc est subiectum eius: sed anima rationalis nõ est ens mobile: ergo eius consideratio ad superiorem spectabit scientiam. Maior est manifesta. Minor probatur: nam nulla specie motus anima rationalis mouetur: ergo non est ens mobile. Patet. Non augmentatur, neque diminuitur. Non generatur, neque corrũpitur. Nõ alteratur: quia nõ recipit qualitates primas, secundũ quas est alteratio. Neq; mouet localiter: qã illud mouetur localiter, cui cõuenit esse in loco: sed animæ rationali nõ cõuenit loc⁹, Boëtio testãte, esse aiæ cõceptionẽ, incorporalia nõ esse in loco: sed aia rõalis est incorporea. 2. Boetⁿ in li. de hebdo.

¶ Vltimò. Ad philosophum naturalẽ solũ spectat agere de illis quæ constant ex elemẽtis tanquàm ex principijs primis: sed anima rationalis nõ cõponitur ex elementis: qã omne tale corruptibile est, & anima rõalis est immortalis: ergo nullo mõ spectat ad naturalem de anima cõsiderare, saltim ꝓ ea parte qua de anima rationali est. 3.

¶ In contrariũ est: quia Arist. ponit tracta

Universidad de Deusto Biblioteca

tum de anima inter illa de quibus philoso phus naturalis considerat.

Notand. 1. ¶ Notãdũ ꝙ anima tripliciter sumitur, cũ sit id quod animat, & actus sit viuẽtis, secũ dũ quod tripliciter aliquid viuit. vno modo secundũ esse vegetatiuum tantũ, quod plantarum est: secundo modo, secundum sensitiuum, quod est brutorum. Tertio secundũ esse rationale, quod est hominis.

Notand. 2. ¶ Est etiam considerandum, sicut suprà dictum est, maximè in. 1. physico. & in. 2. quod tam vegetatiua anima, quam sensitiua educitur de potentia materiæ: quia nõ per se potest stare, & sola anima rationalis

S. Tho. p. p. q. vltima. non educitur de potentia materiæ: & à solo Deo creatur in subiecto disposito, & organizato.

Variæ opi. prima opin. ¶ De hac speculatione fuerunt diuersæ opin. Quidam dixerunt, quod anima humana absolutè est de consideratione Metaphysici, & non philosophi naturalis, sed secundum quid consideratio pertinet ad naturalem: vt de intelligentijs, motricibus, absolutè ad metaphysicum spectat, sed secundum quid, inquantum mouent cœlũ, ad physicum attinet.

Opin. 2. Cõmenta. ¶ Alij dixerunt, quod absolutè, & secundum quid, de anima humana cõsideratio, ad philosophum naturalem spectet. Et ij mouentur: quia anima hominis est de numero entium naturalium: vt dicit Auerro. 3. de anima. Commen. 17.

¶ Secundò: quia differentia quidditatiua inuestigatur in. 3. de anima.

¶ Tertio: quia aliàs Arist. esset defectuosus in sua metaphysica, nõ faciẽdo mẽtionem de ea, si ad ipsam spectasset tractat°.

Opinio. 3. Themist. ¶ Themistius in paraphrasi super libros de anima dicit, quod liber de anima est medius inter naturalẽ, & metaphysicam sciẽtiam: & sic est mathematicus.

Opinio. 4. Philopon. ¶ Ioannes Philoponus dicit hunc librum esse metaphysicum: & sic tractatus hic de anima non ad physicam, sed ad metaphysicam.

Opinio. 5. Alexand. ¶ Alexand. Aphrodisæus putat esse de scientia naturali.

Opinio. 6. Nimphi. ¶ Augu. Nimphus egregius philoso. dubitat, vtrum sit conumerandus philosophiæ naturali, an metaphysicæ. Hanc quęst. mouet Arist. 1. lib. de partibus animalium. c. 3 Pro cuius veritate sit prima conclusio.

1. Conclu. ¶ Scientia de anima, seu tractatus de ea non spectat propriè, & directe ad metaphysicam scientiam. Probatur. Ad scientiam metaphysicam solum spectat tractare de substantijs separatis immaterialibus, quæ per se stant, & non sunt formæ corporum: sed anima rationalis non est huiusmodi: ergo ad metaphysicam non spectat. Maior patet: quia solum de illis tractat metaphysicus. Minor probatur: quia dato anima rationalis sit immaterialis, & separata posit stare per se, est tamen forma corporis, & nõ fuit à Deo creata, nisi in corpore, & vt forma corporis: sed hoc tractare non est proprium metaphysici: ergo sequitur ꝙ non spectat propriè ad eum.

¶ Secũda conclusio. Tractatus de anima rationali inquantum est immaterialis, & immortalis, & nõ educitur de potentia materiæ, per se potest stare, ad metaphysicum spectat. Patet. Ad eum spectat de intelligentijs, & perpetuis, quæ materiã non habent: sed anima rationalis est huiusmodi: ergo ad eam spectat tractare. 2. Cõclusio Ratio.

¶ Tertia conclusio. Consideratio animæ rationalis inquãtũ forma est corporis physici organici ad naturalẽ philosophiam pertinet directè. Patet. Quicquid cõstituit rẽ naturalem, spectat ad physicam disciplinã: sed anima rationalis cũ corpore constituit rem naturalem: quia homo res naturalis est, constans ex naturis: sequitur ergo ꝙ consideratio eius ad physicam spectat. 3. Cõclusi. Ratio.

¶ Quarta conclusio. Absolutè considerando dicendum est, tractatum de anima ad physicam, & nõ ad metaphysicam, aut mathematicam pertinere. Probatur. Ad illam spectabit scientiam, cuius esse in ordine ad corpus est secundũ se: sed anima rationalis est huiusmodi: ergo quia forma corporis: tum quia intelligere eius est per phantasmata. Hoc enim naturalissimũ est ei. Quod si non per phantasmata intelligat, quando separata est, hoc euenit ex quadam participatione substantiarum separatarum: sed quod de se habet hoc est, quod per phantasmata intelligat: & sic absolutè scientia naturalis de ea est: ob idque Aristot. inter libros philosophiæ naturalis posuit tractatum de anima. Sic Cõmen. & Caie. in libris de anima, & S. Thom. 4. Cõclusi. ratio. Arist. 3. de anima. S. Tomas. Comment. Caietan.

¶ Quinta conclusio. Quòd tractatus de anima vegetatiua, & sensitiua ad naturalẽ spectet propriè, & directè, dubitandum non est. Hæc conclusio est apertissima: quia neque simpliciter, neq; secundum quid ad meta 5. Cõclusio Ratio.

metaphysi. spectat talis consideratio: cùm tam vegetatiua, quàm sensitiua, sint materiales formæ, & corruptibiles, & per se nõ possint stare, & educantur de potentia materiæ.

Cõcordia op. ptinere. ¶ Existis conclusionibus elicitur concordantia opinionum: vt illi qui dicunt ad metaphysicã, intelligãt solùm, quia est forma immaterialis, & immortalis: sed hoc non est simpliciter: quia est forma corporis. Et qui dicunt spectare ad naturalem absolutè (vt S. Th. & alij) satis rationabiliter affirmant: quia non est eadem ratio in anima rationali, & in substãtijs separatis: quia anima rationalis verè forma est corporis, & nũq; habuit esse nisi in corpore infunderetur, & constituit rem naturalem cũ corpore: ex est actus corporis physici organici, in potentia vitam habentis.

Ad argum. ¶ Ad primum respondetur, quod de intellectu absolutè, vt intellectus est separatus, ad philosophum naturalem non spectat, sed ad metaphysicum: tamẽ de intellectu, seu de anima intellectiua inquantum forma est corporis, & non creatur, nisi in corpore, & cum corpore constituit rem naturalem, physici est consideratio: & quia anima rationalis est huiusmodi, meritò Aristot. tractatum de anima cõiunxit alijs qui de ente naturali.

Ad. 2. ¶ Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ ad animã rationalem spectat ratio motus: nam motus alterationis inquantum non introducitur, nisi in corpore disposito, & organizato, neque perseuerat nisi in debita sit dispositione, & debito contemperamento, ad eã spectat: & motus augmentationis, pro quanto homo quem animat, verè augetur, & propriè augetur. Et dato ipsa anima nõ augeatur, tamen de nouo animat partem auctã: & diminutio posset ad eã pertinere: sicut pertinet ad eam generatio: quia dato non educatur de potentia materiæ, sed à Deo creatur, tamen verè homo generatur, etiã si Marsil. neget. Et in nonte animat actio agentis naturalis ad animam rationalem, terminatur ad introductionem. Pertinet quoque ad eam motus localis, pro quanto est in loco, scilicet, in corpore definitiuè, & mouetur ad motum corporis: quia motis nobis, mouentur quæ sunt in nobis. Marsil. Arist. 2. Topico. ca. 3.

¶ Ad tertium. Imò ad physicum naturalẽ spectat tractare de materia, quæ nõ est ex elemẽtis, & de forma similiter, quę nõ constat ex eis: sic & de anima rationali, inquãtum forma est corporis, & constituit cum corpore rem naturalem. Ad. 3.

SPECVL. II: VTRVM anima sit actus primus substantialis corporis physici, organici, in potentia vitam habentis.

ARguitur quod non: quia si anima est actus corporis, vel esset corporis de genere quantitatis, vel corporis de genere substantiæ: sed neque huius, neq; illius. Non de genere quantitatis: quia accidens est: & anima de qua nunc sermo, non est forma accidẽtalis. Neq; corporis, vt est ꝑ prędicamento substãtię est: quia corpus de prædicamento substantiæ est compositum: per se subsistens: habens suam formam substantialẽ: aliàs hæc non esset quiditatiua prædicatio: Animal est corpus: sed anima non animat corpus compositum: ergo non potest dici actus corporis: & sic definitio est mala. 1. Argumẽ.

¶ Vlteriùs. Id quod est corpus, non est actus corporis: sed anima est corpus: ergo non est actus corporis. Consequentia est bona. Maior est manifesta: quia sic corporis esset corpus: & daretur processus in infinitum. Minor probat. Anima est motor corporis, & nõ est mouẽs nõ motũ: ergo est mouens motũ: sed omne mouens motũ est corpus: ergo anima corpus est. Probo quòd nõ sit mouens non motum: quia mouens non motum causat motum sempiternum: anima verò non causat talem motum. 2. Arist. 8. Physic.

¶ Probo vltimo, quòd non sit actus corporis physici, organici. Vegetatiuũ actu, est per animam: tamen non est actus corporis physici organici: quia planta non habet organa. 3

¶ Confirmatur de animalibus imperfectis, vt est Ostreæ, quæ non habet corpus organicum: & tamen anima est actus eorum ergo definitio male posita est. Confirmat.

¶ In contrarium est Aristot. hic. In cõtrariũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

1. Notand. ¶ Est notandum, quod quando quæritur, vtrùm definitio animæ sit bene posita, nō fit peculiariter specukde anim rationali, vel de anima sensitiua aut vegetatiua, sed generaliter de anima.

2. Notandū S. Tho. 1. 2. q. 3. art. 2. ¶ Est etiā aduertendū, q actus dup x est: actus primus, & actus. 2. Actus prim s est, actus quo res actu constituitur in su esse. Actus secundus vocatur oper o rei iam existentis in actu: vt si corpus habeat per animam esse, dicitur esse in actu primo, sed post quam est in actu, & incipit operari, dicitur esse in actu secundo. Itaq; cum sit res in actu primo, potest esse in potentia respectu actus secundi, sicut habens habitū scientiæ, est sicut in potentia considerans, cum tam per habitū scientiæ sit in actu sciēs: vt ait in secundo de anima Aristo. Ad quæstionem itaque sit prima conclusio.

1. Cōclusio. Bona est definitio animæ. ¶ Anima optimè definitur sic. Est actus primus corporis physici. Probatur. Tunc res optimè definitur, quando natura eius bene declaratur, & aliquid in definitione ponitur loco generis, & aliquid loco differentiæ: sed in definitione proposita hoc contingit: nam actus primus generis locū tenet: omnis nanque anima actus primus est: non è contra: omnis actus primus anima est: quoniā esse angeli est actus prim?, tamen anima non est. Dicitur actus, ad differentiam materiæ, quæ non est actus. Dicitur primus, ad differentiam actuum vitalium, qui non sunt anima, eò quòd sunt actus secundi. Dicitur corporis physici organici. Physici, ad differentiam actus primi corporis non physici, sed artificiati: vt si statua habeat formam, talis forma nō dicitur esse anima: nam licet esset actus primus: quia dat primò esse statuæ, non tamē corporis physici: non enim est corpus physicum, seu naturale, corpus statuæ. Non liquor de ligno, vel metallo ex quo statua, sed de esse corporis statuæ. Dicitur organici, quia forma lapidis non dicitur anima, licèt sit actus primus corporis physici: non tamen organici, id est, diuersimodè dispositi: vt sunt viuentium corpora. Sic planta dicitur corpus organicum: quia habet folia, corticem, radices, truncum, ramos, & medullam intus, quæ non sunt eiusdem rationis. Et in animalibus constat quomodo corpora sint organica. Vel organica, id est instrumentalia: vt exponit de Aliaco: quia membra animata sunt instrumenta operationum. Vel organici, id est, manifestatiui: quia opera animæ maximè manifestantur in organis. Sequitur, in potentia vitā habentis. Ista particula diuersimodè exponitur. Primo modo, vt sit sensus, quod anima est sic actus corporis, quod ipsa circumscripta, solùm corpus in potentia esset viuēs. Secundo modo, vt sit actus corporis, quod corpus actu iam per animam, est in potentia ad vitam, id est, ad operationes vitales: vt iam viuens vegetatiuum, est in potentia ad nutritionem: & viuens sensitiuum, in potentia ad sentiendum: nam opera emanantia à viuente dicuntur vita secundū sicut vita prima est viuere per animam. Vita secunda potest dici opera exercere secundū illam vitam.

Aliaco.

¶ Ecce quomodo natura animæ declarata est per hanc definitionem: quia, scilicet, est actus primus. Non intelligas primum absolute: quia solus Deus est, sed primus vocatur respectu huius viuentis. Neque est necessarium intelligatur sic primus ad istū sensum, q omnes qualitatiuæ dispositiones præcedentes animā corrūpant necessario, & ipsa introducta producāt aliæ de nouo: sicut aliqui intelligūt, sed dato manerēt illæ quæ disponunt, & corpus dicatur actu per tales dispositiones, tamē non dicitur esse in actu primo, in ratione viuentis: quia dispositiones sunt vt via, non vt terminus: ob id nō diceretur actus primus, sed cū primū anima est, tūc diceretur actus primus: sed an tales dispositiones de nouo producantur in formæ introductione alibi latius dicemente. S. Tho. dictū est.

¶ Conclu. 2. Nulla anima cū sit actus corporis, est corpus. Probatur: omne corpus aut est de prædicamento substātiæ aut de prædicamento quantitatis: sed anima neque est corpus de prædicamēto quātitatis, neque de prædicamento substātiæ: ergo nullo modo est corpus. Nō de prædicamēto substātiæ: quia corpus tale est compositū ex materia & forma substantiali, & anima actuatum, & non actuans, vel actus: ergo nō est anima, quæ est actus corporis.

2. Cōclusio Anima non est corpus. Ratio. 1.

¶ Item. Anima est forma corporis, & altera pars compositi, & non compositum: ergo non est corpus, quod est de prædicamēto substantiæ, quod compositum est, & non altera pars compositi. Adde, quia nec anima se ipsa haberet subsistentiam, & non esset vt esse in alio, & nunquam posset actuare vt

Ratio. 2.

re vt forma, quin perderet suam propriam subsistentiā, quæ est esse subsistens inquātum corpus subsistens. Neq; est de prædicamento quantitatis: quia cum tale corpus sit accidēs, anima esset accidēs & non substātia: sed hoc nō pōt esse: quia si esset accidēs, ergo solū daret esse accidētis, & nō substantiæ, & cōstitutum per animam nō esset substantia per se subsistens, magis quam constitutum per albedinem.

Ratio.

¶ Præterea: quia cū anima sit principiū mouēdi, & cognoscēdi, corpus esset principiū mouēdi, & cognoscēdi: sed hoc corpori nō pōt conuenire: quia sic omne corpus haberet, q est falsum: ergo anima nō est corp?.

Corollari. Error antiquorum.

¶ Ex hoc sequitur antiquos errasse, dicentes animam esse corpus. Et si aliquando apud Theologos reperiat animam rationalē esse corpus (vt habetur in libro de ecclesiastici dogmatibus) solū Deū esse incorporeū c. 11. & 12. & q omnis creatura corporea est, & similia intelligi habēt in sano sensu: nā sic etiam angeli corporei essent, q est falsum, cum sint spiritus: vt latè in nostris Theologicis resolutioibus dicem?, si Deus dederit: sed sunt ista interpretāda eo modo quo, creaturā creatori si compares, non esset aliquid: sed nihil esse dices, & potiùs nō esse, q̄ esse, si ad Dei esse oculū habeas. Sic si ratio incorporeitatis consideratur vt in Deo est, & ad incorporeā creaturā cōparetur, quæcunq; sit illa etiam angelus, & anima, corporea dicenda erit natura. Solus Deus ergo est incorporeus: quia solus ipse spiritus purè, & purus, & primus actus est: cum hoc verò angelus, & anima est actus: & incorporei dicuntur, sed sub Deo.

* ¶ * In quo sensu Hilarius cano. 5. super illa verba Matth. 5. nōne anima pluris est q̄ esca: & Cassianus collatione. 7. c. 13. & Tertullian in lib. de aia. c. 2. intelligēdus: aliàs si aliter, vt iacet, intelligantur, error est vt bene Claudianus Viennensis episco. lib. 2. de statu animæ cōtra Hillariū: nam citati authores om..e creatū corpus eū affirmāt & idē. B. Aug. in li. de ecclesia. dogma. c. 11.

Ad argum. 1. Solutio.

¶ Ad primū dicēdū, q anima est actus corporis de prædicamento substātiæ: nō q adueniat corpori iam actuato, sed quia ipsa est actus, quo, est corpus substantialiter: dat enim esse corpori substantialiter.

2. Solutio.

¶ Secūdo pōt dici, q est actus corporis de prædicamēto quātitatis, p quanto actuat materiā dispositā ad esse viuētis, quæ iā habet quantitatē, & alia accidētia requisita ad introductionē: quia tale corpus est in potētia ad vitā: & actu viuēs est per animā: quapropter actus corporis, de prædicamēto quātitatis potest dici. Neq; eo sequitur q det esse accidentale: nā cū adueniat corpori quod non habet esse substantiale viuentis, per ipsam animam consequitur: & adueniendo corpori de prædicamēto quātitatis, facit transire in corpus de prædicamento substātiæ: quia dat esse substātiale.

Ad. 2.

¶ Ad secundū dicendum, quod anima est mouens motū, non per se, sed per accidens & potest dici mouens non motū: quia nō mouetur de per se: sed tamen solus Deus dicitur mouens immobile, ac per se, & de per accidēs, & hoc Arist. probat. 8. physi. Si ergo anima mouendo esset mouens motū de per se, & de per accidens, argumentum probaret eam esse corpus: quia corpus sic mouet, q mouetur de per se, & de per accidēs: at quia anima sic mouet, q non mouetur de per se, sed de per accidens ad motū corporis, sequitur q sit mouens non motum, non tamen eo modo quo primū immobile, neq; sequitur quod sit corpus.

S. Tho. p. p. q. 75. art. 1.

Ad. 3.

¶ Ad tertiū dicendū, q tam plāta, quā animalia imperfecta, corpus habēt organicū, q est idē q instrumētū ad opera vitæ exercēda. Vel organicū, id est, manifestatiuū vitę. Plāta enim per ramos, & per radices manifestat vitam, & exercet opera vitæ. Item Ostra quando dilatatur, & constringitur, ostendit opera vitæ: & corpus habet organicum.

¶ SPECVLATIO III. *
Vtrùm anima verè sit numerus se mouens vt opinatur Plato.

Hic libet in vna specula absque argumētis adducere quid Plato senserit de anima: q̄ aliqui armoniā, interdū numerū, & se mouētē & ex numeris cōpositā facit.

¶ In Timeo quidem vbi de anima loquitur secundum principales expositores, de anima cœli loquitur: quia posuit cœlum animatum, tāquām quoddam animal immortale: de quo suprà tetigimus & dixit animā

Universidad de Deusto Biblioteca

illam intellectiuam, & collocatur à Platone in.4.gradu entium intellectualium.

Apuleius. 6. Gradus intellectualiũ ¶ Pro cuius debita intelligentia notandũ quod vt dicit Apuleius in libro de Deo Socratis Plato posuit. 6. gradus intellectualium.

Primus. ¶ In primo ponitur Deus benedictus & gloriosus: quem nominat per se bonum, & per se vnum: cuius bonitas, & vnitas, non dependet ab alia & vocat hunc, primum Deum & patrem deorum.

2. ¶ In secundo gradu ponit deos secundos, quos vocat secũdas bonitates, & vnitates, immediatè participantes primam: & eiap proximãtes nũq à summo & primo. &c.

¶ In tertio gradu ponũtur intellectus separati qui non vniuntur corporibus, & sine eis existunt: & hos alij philosophantes intelligentias vocant: & sacri doctores & theologi angelos esse affirmant.

4. ¶ In quarto gradu ponuntur cœlorũ animæ: quæ & si intellectuales sint secundum naturam, tamen corporibus cœlorũ sunt vnitę & colligatæ: & quia inter corpora, gradum supremum, corpora cœlestia obtinent, ac sunt perpetua ex Dei voluntate, ideo animæ cœlorũ, sunt nobilissimę apud Platonem, inter omnes animas.

5. ¶ Quintum gradum constitũt animarũ dæmones: quos animas intellectiuas vocat, & colligatas corporibus aëreis: vnde opinatur Plato, ꝙ dæmones sunt animantia, habentia corpus aëreum: animam verò esse intellectiuam: sic testatur Apuleius in libro de Deo Socratis.

Apuleius.

6. ¶ Vltimũ &.6. gradũ obtinẽt humanę aię: quæ licet intellectiuę, sed tamẽ ignobiliores, & infimæ sunt respectu superiorum: & signum est quia vniuntur corpori ignobiliori, & infimo: quia corpus humanum est terrestre, opacũ, fœculẽtũ & corruptibile.

Quædã ob incuriam typographorũ fuerunt omissa ex mente eiusdẽ Platonis necessaria ad intelligentiã quæ in fine tertij de anima sunt apposita, & priũ fũt legenda, & consequenter Quinto sequitur vsque ad finẽ.

5. ¶ Quinto reperitur in prædictis numeris reflexio, quasi circularis: quia possimus procedere à paribus, ad impares: & ecõtrario, vt si sumatur vnitas & binario addat, fit impar, scilicet ternarius, deinde addatur quaternario, fiet impar, scilicet, quinarius: inde addatur octonario, fiet impar, scilicet. 9. ex parte imparij, si addat vnitas fiet ad paria processus: vt vnitas ternario addita, fit quaternari?: & si addatur nouenario, fit denari?: & si addat vigessimo septenario, fit. 28. ecce quomodo fit processus à paribus, ad imparia, & ecõtra: & hec in figura psẽti patẽt.

Reflexio.

Vide Iabelũ in epitome de anima qui hæc docte tradit.



Cõsonantia

¶ Oportet nũc ostẽdere quomodo quinq; suprà dictæ proprietates reperiantur in numeris inueniãt in corporib? cœlestibus: primo reperitur ibi cõsonãtia & proportio, respectu motuũ: nã vel ex motu cœlorũ causatur soni cõsonãtes vt tenẽt pithagorici, & Platonici, vel saltẽ iuxta doctrinã philo. & astrologorũ sunt mot? proportionales: pro quãto omnes spheræ mouẽtur motu regulari, & continuo, vt dictũ est suprà: & planetæ varijs tẽporibus cõplent motũ proprium: vt sol vno anno, luna in mẽse, mars duobus annis: de quibus suo loco ex istis intelligitur ad miranda in cœlo proportio.

Aspectus rectus.

¶ Secundo est in eis aspectus rectus: nam propter polos mũdi, imaginantur astronomi ꝙ quędam linea recta (q̃ axin appellant) p transeat per cẽtrũ terræ, cuius extremitates, vsq; ad primum mobile extenduntur, & illa duo pũcta, adquę perueniunt, seu illa duo extrema, vocant polum arcticum, & antarcticũ: super quos polos primum mobile mouetur ab oriente in occidentẽ: & secum rapit omnes inferiores sphęras: propter hanc axem vocatur aspectus rectus, nempe vnius poli, ad alter.

Duplex coordinatio.

¶ Tertio: est in cœlo duplex coordinatio propter polos qui alio & alio modo coordinãt in cœlo: nam primi mobilis arcticus & antarcticus sunt super quos primũ mobile mouet, & oẽs alij planetæ, motũ rapt? spatio 24. horarũ: poli verò planetarũ, sup quos mouentur sub Zodiaco motu, proprio & opposito, distãt à primis polis, per. 23. gradus & amplius, & hæc est secunda ordinatio.

Identitas & diuersitas.

¶ Quarto: in cœlo identitas, & diuersitas: identitas, quidem propter primum mobile quodmouetur velocissimè vnico motu

motu & regulari: & est diuersitas propter planetas, qui diuersis motibus mouentur, & non regulariter, scilicet, motu proprio quia nõ omnes planetę in eodem tẽpore.

Reflexio circularis.

¶ Quintò est in eis reflexio circularis: imò vera circulatio: probat enim philoso. 8. physico. & astronomi, quod cœlum mouetur solo motu circulari qui est ab eodem ad idem, non per lineã rectã, nec per arcũ, sed per duos semicirculos, superiorem, & inferiorem: de quibus latè in superioribus.

¶ Restat ostendere quomodo in anima intellectiua hæc inueniãt, quæ in anima cœli, (iuxta Platonis intelligẽtiã) inuẽta sunt.

Consonantia.

¶ Primo in anima nostra est consonantia, & proportio, respectu suarũ operationũ: quaõẽs animæ potetiæ, naturaliter ferũt in actus suos: secũdum cõsonãtiã: proportionẽt: quia ex defectu, & excessu est offensio in potentia: vt potẽtia visiua, ex tenebris, & ex intenso luce: sed in temperato lumine & colore, delectatur: de tactu similiter, & in omnibus alijs sensibus, vt infra erit notum, & experientia constat.

Aspectus rectus.

¶ Est in anima aspectus rect?, respectu cognoscibiliũ quæ sunt extra animam: quia ea cognoscit directe, per hoc ꝙ causãt species, quæ veniũt ad potẽtiã: per quas directe, res quarum sunt cognoscunt: vt infra erit manifestũ: est etiã reflexio, in anima respectu sui ipsius: nã anima, nõ intelligit se ipsam directe quia hic est mod?, vt pri?, directe cognoscat obiecta, secũdũ act? suos. Tertio potentias. 4. essentiã, ipsiusmet animæ: quia ergo hæc intellectio incipit ab anima, & post ad se ipsam reuersio est, reflexio intelligitur: & quasi circularis.

reflexio.

Ordinatio duplex.

¶ Reperitur ordinatio duplex, iuxta duos modos cognoscendi: quia est modus sentiẽdi & modus intelligẽdi, qui sunt distincti: quia hic, à potẽtia nõ organica: & ille, nõ nisi per organicã cõtingit: & hic, circa vniuersalia, ille proprie de singularibus est.

Identitas & diuersitas.

¶ Reperitur etiã in anima idẽ & diuersum, quia in intellectiuis potẽtijs, cũ sint simplices, & immateriales, est identitas: sed in potẽtijs vegetatiuis, sensitiuis, & appetitiuis, motiuis, executiuis, diuersitatẽ, quis poterit dinumerare?

¶ Et quidẽ (secundũ Platonẽ) animæ operationes, similãtur motibus cœlorũ: nã est motus primi mobilis, & est motus planetarũ diuersus, vt dictũ est, anima primo intelligit substãtias separatas, seu entia diuina: & hæc operatio assimilãt motui primi mobilis. 2. operatio est, quà intelligit corporea quæ sunt ignobiliora, substãtijs separatis: & diuidit in. 7. intellectiones, sicut motus Planetarũ in. 7. motus: in primo gradu sunt plemẽta: in. 2. vapores: in. 3. cõposita ex elemẽtis in animata: in. 4. vegetabilia: in 5. sensitiua immobilia quæ vocãt imperfecta animalia: in. 6. sunt sensitiua mouẽtia secũdũ locũ: in. 7. rationalia: vt homo: circa ista. 7. negociat anima. Hæc ex Platone vt intelligũt Iãbic? & Marsili? Ficinus, & alij: & quidẽ Plato animã cõparat ad corp?, nõ vt forma dans esse ipsi corpori, sed vt mouẽs ipsum corpus, & mouet vt est cõnexa, & applicata corpori sicut nanus baculũ mouet: ex quo vt ipse Plato testat. in Alcibiade. Hõ nõ cõstat ex anima & corpore, sicut ex forma & materia, vt docet Arist. sed ipsa anima est tot? hõ essentialiter: corp? verò, est instrumẽtũ in quo operat, vel quo: vnde secundũ Platonem homo sic diffinitur: est anima vtẽs corpore. Sed tã hęc opinio falsa est vt latè probatur inferius: nam ꝙ est hõ, põt operari p se operationes hominis: sed anima nõ põt sic, quia nõ põt sentire sola cũ organo corporeo cõpleat, neq; põt nutrire neque appetere bonũ, per sensum apprehẽsum: appetitus sensitiuus eẽ est in corde vt in suo organo: cùm ergo anima nõ habeat aliq̃ opationẽ repertã in homine propriã, nisi itelligere: seqt ꝙ hõ nõ sit aia, sed poti? cõpositum ex aia & corpore.

Iambicus Ficinus.

Homo diffinitur à Platone.

Contra Platonem.

Homo non est anima.

SPECVL. IIII. VTRVM quinq; sint ponẽda genera potentiarum animæ, scilicet, Vegetatiuun., Sensitiuum, Appetitiuũ, secundum locũ motiuum, & intellectiuum.

Argumẽ. 1.

Idetur quòd nõ. Anima principiũ vitæ est: sed ipsa dicitur principiũ vegetandi, sentiendi, secundũ locũ mouendi, & intelligẽdi: vt patet per Arist. qui sic definit animam: & ista sunt. 4. genera potentiarum: ergo non sunt quinque.

Argumẽ. 2.

¶ Secũdo. Anima est qua viuens viuit: sed solum sunt tria genera viuentium: ergo nõ sunt ponenda. 5. Patet. Solùm est vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuũ, ergo ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

le ponuntur.5.

Argumē.3. ¶ Vltimò. Cùm potentiæ emanent ab essentia, sicut accidens proprium, si quinque sint ponendæ potentiæ viuentium distinctæ, &. 5. erunt illa à quibus emanant: & sic alia erit anima appetitiua, & alia quæ secundùm locum mouentur, & tunc quinque erunt animæ, & non solùm tres.

In cōtrariū. ¶ In contrarium est Aristote. 2. de anima, qui ponit illa quinque.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum est, quòd aliud est quærere quot sunt animæ, & aliud quot sunt potentiæ viuentium, & aliud quot sunt modi viuendi: quia distinctio animarum sumitur penes diuersitatem, secundū quam operatio animæ supergreditur operationem naturæ corporalis: & potentiarum distinctio, penes obiecta sumitur: & diuersitas modi viuēdi, secūdùm diuersum gradum viuentiū. Ad istū modū vltimum

Aristote. 2. de anima. respiciens Aristo. animam definit dicens. Anima est principium vegetandi, sentiēdi secundùm locum mouendi, & intelligēdi. In quo declarauit diuersos gradus viuentium secundùm diuersum modum viuēdi: siquidem planta viuit: & ea ratione anima in planta principium vegetandi est, in quo includitur generatio, nutritio, augmentatio: sicut infrà declarauimus. Est etiā principium sentiendi: nam conchilia animalia quædam quæ sunt lapidibus infixa, immobilia manentia, saltim secūdùm se tota sentiunt quidem, & principiū sentiēdi in eis, anima est. Si enim eā secludas, nō magis q̄ in lapide sensus erit. Item. In brutis in quibus est motus localis, ad quærendum cibū & potū, & alia sibi cōuenientia, vel ad fugiēdum nocua, est anima in eis non solū principium sentiendi, vt in alijs imperfectis, sed etiam principium mouendi, quia si animā tollas, nō erit motus. Vltra. In homine est intelligere, quod in nullo alio viuētiū reperitur. Principium huius anima est: nā si ab homine animā auferas, & maneat corpus mortuum, non intelliget magis quàm lapis. Istis ergo patet quàm optimè anima sit definita formaliter, per ea illa quæ causat, scilicet, vegetare: sentire, mouere, & intelligere. Nunc ergo conclusionibus fiat satis quæsito. Et sit prima.

Conclu. 1. Solùm sunt animæ. Ratio. ¶ Animæ solùm sunt tres: Vegetatiua, sensitiua, & intellectiua. Prima sola in plantis. Secunda cum prima, in brutis. Tertia cum secunda, & prima, in homine. Probatur. Distinctio animarū sumi debet penes differentiam in modo operandi supra naturam in corpoream: sed hæc solùm triplex est secundum tres supradictas animas: ergo solùm tres animæ sunt ponendæ. Maior manifesta est: quia non est vnde viuētia à nō viuentibus distinguantur, nisi penes modū operandi. Minor probat: Prima operatio aiæ. Est quædam operatio viuētis, quæ non solùm excedit naturam corporalem in operando, vt aliquid fiat, quod non fit à corporea natura: sed ipsam operationem non exercet per organum corporeum, sed sine: vt est anima rationalis cuius est vitæ operatio intelligere corpus excedens loquendo secundùm naturam eius: dato pro isto naturam intelligēdū vt sine adminiculo organi potest. Aristo. 5. de anima. t. 39 quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu: & necesse est intelligentē phantasmata speculari: tū intellectio verè perficitur, cō summatur sine aliquo organo corporis.

¶ Est alia operatio animæ infra istam, quæ Opatio. 2. excedit quidem corpoream naturam, sitamen per organum corporale, licet non per aliquam corpoream qualitatem: vt est operatio animæ sensitiuæ: nam anima sensitiua videt per oculum, & audit per aurē. Ista sunt organa corporea: sed hoc non per qualitatem aliquam corpoream, scilicet, calidum, frigidum, vel siccum: quia dato istæ qualitates requirantur ad debitam dispositionem organi oculorū, & aurium, non tamen requiruntur ad ipsam operationem exercendam: & secundùm hoc ponitur anima alia inferior ad rationalem, quæ sensitiua dicitur.

¶ Est alia operatio, quæ excedit corpoream naturam, quæ conuenit organo corporeo, virtute etiam corporeæ qualitatis, in quo deficit à præcedenti: & est vegetatiua. Excedit quidem corpoream naturam: quia motiones corporeæ sunt ab exterior principio: sed istæ sunt ab intrinseco: quia intrinsecò planta mouetur, dilatatur, & producit fructus. Et hoc cōmune est omnibus viuentibus: quia omne viuens quodammodo mouet seipsum. Ab hac anima procedit digestio: quę cōplet per calorē, vt dicit Arist. Procedit generatio, Aristot. 2. de anima. augmentatio, & nutritio, quæ non fiunt per ipsis qualitatibus corporalibus primis: & sic sunt solū tres animę, vt dicit Aristo. Nulla alia datur differentia operādi suprà corpo-

corpoream naturam: & per consequens nulla alia anima est.

¶ Dixi, q̄ in sensitiuo continetur vegetatiuum, & in intellectiuo vegetatiuum, & sensitiuum: quia semper imperfectum, & inferius, in perfecto, & superiori, continetur, vt infrà declarabitur in. 3. de anima. specu. 1.

Cōclusi. 2. ¶ Secunda conclu. Quinq; sunt genera potentiarum animæ solùm, & non pauciora, neque plura, scilicet, Vegetatiuum, Sensitiuum, Appetitiuum, secūdùm locum motiuum, & intellectiuum. Probatur. Potentiæ

Ratiō. distinguūtur penes obiecta: quot sunt ergo differentiæ obiectorum, erunt & potentiarum: sed solùm sunt quinque differentiæ obiectorum potentiarum animæ, solū ergo sunt quinque potentiæ. Maior est manifesta. Minor probatur. Quoddam obiectum est corpus animatum vnitum: & hoc est

Vegetatiuū vegetatiuum. Non enim vegetatiua potentia agit nisi in corpus, cui anima vnitur: nā planta non agit extra se, sed agit in humorem, vel in aliud quod ei coniungitur.

¶ Et aliud genus potētiæ animæ, quod respicit vniuersalius obiectum, scilicet, omne corpus sensibile, etiam si non sit animę cōiunctum, sed separatum: & sic ponitur sen

Sensitiuum sitiuum, quia potest exercere operationē in hoc modo, & in alia etiam extrà.

¶ Praeter hoc potentiæ genus, est & aliud, quod respicit vniuersalius obiectum: vt nō solùm ad sensibile se extendat, sed ad omne ens quod est intelligibile, etiam si non sit sensibile: sic ponitur intellectiuum.

Intellectiuum. ¶ Sed cùm operans oporteat coniungatur suo obiecto in quo operatur, vel circa quod operatur, necessarium est rem extrinsecam, quę est obiectū est, ad animam comparari. Vnomodo quantum animæ coniungitur, ex ea per similitudinem: & quantum ad sufficiunt sensitiuum, & intellectiuum, quia vtrunque animæ coniungitur, per suam speciem: vnde sensibile dicitur esse in sensu, & intelligibile in intellectu.

¶ Adhuc est alius modus conuenientionis obiecti cum anima, inquantum ipsa anima tendit in rem exteriorem: & secundùm hanc considerationem sunt alij duo genera potentiarum animæ. Vnum quatenus anima fertur in rem extrinsecā tanquā in finem, et primò in intentione est: & ponitur appetitiuū. Aliud inquantum anima fertur

Appetitū. tanquam in terminum motus, ea ratione qua anima mouetur ad consequēdū desiderata: & ponitur secundùm locum motiuum. Cum ergo non sit alia differentia obiecti potentiarum animæ, solùm ponētur. 5. genera.

Motiuū secundùm locum.

¶ * Hic per appetitiuū, intelligimus non quomodounq; acceptū: quia hic in omnibus viuentibus inuenitur: & nō ponitur potētia distincta: sed sumitur, vt appetituū cō sequitur fortè cognitaū: siue sensu, sine intellectu, quod in plātis non inuenitur: nā & si in plantis appetitus inueniatur eo modo est, quo in rebus inanimatis: & ille appetitus est, vt natura est, & non vt anima est.

Ratio cōcl. ¶ Potest itaque ratio conclusionis sic formari. Vel anima agit in coniunctum, vel in separatum. Si in coniunctum, solùm ponitur vegetatiuum. Si in separatum, vel istud est vt coniungatur ei per similitudinem: vel vt ipsa anima fertur. Si vt coniungitur, vel est sensibile solùm: & sic ponitur sensitiuū. Vel est intelligibile, etiam si non sit sensibile, & ponitur intellectiuū. Si est cōiunctio animæ ad ipsum, pro quāto anima fertur velut in finem: & sic appetitiuum. Vel vt in terminum motus: & sic est secundùm locum motiuum. Quare sufficienter manent quinque genera potentiarum viuentium. Et hoc est quod in secundo huius dicit Aristo.

Conclus. 3. ¶ Tertia conclusio. Quatuor solùm sunt modi viuendi, & nō minus, neque amplius. Probatur. Modus in viuentibus sumitur secundùm gradus viuentiū: ergo solùm sunt 4. gradus viuentium: ergo solùm sunt. 4. modi viuendi. Maior patet: quia non est vnde modus viuendi sumatur, nisi ex gradibus perfectionis viuentium. Minor probatur: nam quædam sunt viuentia, in quibus solùm vegetatiuum est: vt in plantis, in

Vegetatiuū quibus neq; intellectus, neq; sensus: & hic primus modus est vegetatiuum. Alia sunt viuentia, in quibus cū vegetatiuo est etiam sensitiuum, sed tamen non secundùm locū motiuum, qualia sunt quędam animalia immobilia: vt cōchilia, quæ sunt affixa lapidibus. Secundus modus viuentium est, sensi-

Sensitiuum nō motiuū. tiuum non motiuum.

¶ Alia sunt viuentia, quæ habent vegetatiuum, & sensitiuum, & secundùm locum motiuum: quia mouentur ad quærendum victum, quæ sunt perfecta animalia multis indigentia, & non possunt habere iuxta se, nisi mouentur etiam minimum distan

Sensitiuum motiuum. ter: vt ouis, bos, leo, & alia huiusmodi: & sic

Universidad de Deusto Biblioteca

& sic ponitur tertius modus, sensitiuũ motiuum.

¶Sunt præterea viuẽtia in gradu superiori, in quibus non solùm vegetatiuum, & nõ solùm sensitiuum, sed etiam motiuũ: & nõ solùm hoc, sed etiã intellectiuum: vt in homine contingit: & sic quartus modus ponitur, intellectiuũ. Ecce quomodo ex graduũ diuersitate in viuentibus sumitur & modus viuendi. Quatuor enim sunt gradus diuersi in perfectione: ponũtur ergo & quatuor modi viuendi: & non reperitur alius gradus viuentium extra quatuor: non sunt ergo nisi solùm quatuor modi viuendi.

Aristo. 2. de anima. tex. 17. ¶Neque ponitur modus alius, appetitiuũ: quoniam hoc est commune omni animali, etiam imperfecto. Reperitur in eis appetitus naturalis: & ob id non ponit in numerũ faciendo distinctum modum: quia non facit distinctum gradum in ipsis viuentibus.

Cóclusio. 4 ¶Quarta cõclu. Et si planta viuat anima vegetatiua, quæ anima dicitur, non tamen vocatur planta animal. Probatur quantum ad illam partem, quòd vegetatiua anima dicatur, contra Stoicos, qui dixerunt, formam vegetatiuam non esse animã: vt author est

Theodori. Theodoritus lib. 5. de curatione Græcarũ affectionum. Hæc est Aristo. q̃ forma plantæ anima dicatur, & vita viuere planta dicitur, & exercere opera vitæ, nutrire, & generare: quod non esset, si anima non esset,

Ratio. p. p. quæ dat esse viuenti. Ratio. Illud quod dat esset viuentis, & est principium operũ vitalium anima est: sed forma plantę habet hoc, vt compertissimum est: ergo est ani-

D. Augusti. ma. Quapropter quando in D. August. (vt patet super gene. ad literam. c. 16. & 17.) legatur, q̃ anima vegetatiua plantarum non est anima: quia in scriptura sacra anima viuens pro sensitiua sumitur, oportet intelligatur, quòd non est anima, sicut sensitiua est, quia plantæ non sentiunt: sed non potest negari vegetatiuã esse animam, cùm sit principiũ vitæ, & exercendi opera viuẽtiũ.

Contra Platonem. ¶Alia pars, quòd plantæ non dicantur animalia, est contra Platonem, qui non solùm dixit plantas viuere, sed animalia vocauit: vt author est idem citatus author Theodo

Ratio. 1. ritus. Probatur. Solũ illud dicitur animal, quod sentit: at planta non sentit quando scinditur: ergo non est animal.

Ratio. 2. ¶Item. Omne animal quando deficit, dicitur mori: ergo & planta diceretur mori: sed nullus est qui sic loquatur, (proprietatem eloquij seruans) planta moritur: cùm tamẽ dicatur brutũ moritur, homo moritur: sequitur ergo vegetatibilia, si habeant animã vegetatiuã, nõ dici animalia: quia vltra animam, seu vitam requiritur quòd sentiant, quæ sensatio in plantis non est.

¶Ad primum. Concedimus quòd Aristo. Ad argum. definiuit animam, quòd sit principium vegetandi, sentiendi, &c. Non quidem secundum differentiam potentiarum, sed secundùm gradum viuentium: & solùm quatuor posuit, qui sunt quatuor modi viuendi in viuentibus: sicut in tertia cõclusio. dictum est. Aliud est tamẽ dicere esse quatuor modos viuentium quod affirmamus, & aliud quatuor solùm esse potentiarũ genera viuẽtium, quod negamus: quia sunt. 5. Cuius sufficientia aliter sumitur: vt dicet. 2. cõclu. Ad secũdũ.

¶Secundum argumentum probat solùm esse tres animas: quia tria sunt quę viuunt: Vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuũ. Cuius sufficientia sumitur ab excellẽtia in operando supra corpoream naturam. Et quia non est nisi triplex modus, scilicet, extrà, & sine organo corporeo: & extrà, sed non sine organo, absque qualitate tamen actiua corporea: & intrà, cùm qualitate corporea, solùm sunt tres animæ: sed aliud est de potentijs considerare, quarum differentia ab obiecto sumenda venit: sicut in habitibus.

¶Ad tertium. Concedimus (vt inferiùs innotescet) quòd potentiæ emanent ab anima tanquam ab essentia: vt accidens proprium ab essentia sui subiecti: sed non inde Ad tertium sequitur, quòd si solùm sint tres animæ, solùm sint tres potentiæ: nam ab vna essentia possunt plura propria fluere: vt ab anima rationali prouenit memoratiuum, intellectiuum, admiratiuum, & volitiuum: cùm tamen solùm sit vna anima rationalis. Sic etiam possunt esse. 5. potentiæ viuentium, & quòd sint propria viuentium, etiam si solùm sint tres animæ, quia à sensitiua emanat appetitiuum, secundùm locum motiuum & sensitiuum.

¶SPECVLATIO. V.

Vtrùm cõuenienter animæ vegetatiuæ partes assignentur nutritiuum, augmentatiuũ, & generatiuum.

ET

Argumẽ. 1. ET videtur quòd non. Ad animam vegetatiuam spectat digestio, & attractio cibi, & retentio: quia si non digerat, non poterit esse nutrimentum: neque poterit digerere, nisi cibum attrahat: neq; poterit digerere, nisi cibum attractum retineat: ergo sequitur quòd non sufficienter enumerantur nutritiuum, augmẽtatiuum, & generatiuum.

Argumẽ. 2. ¶Præterea. Id quod est commune viuentibus, & non viuentibus, non debet vt proprium viuentis poni: sed esse generatiuum, etiam non viuentibus conuenit, & naturaliter, cùm quodlibet sibi simile producat: & ignis ignem generat, cùm non sit viuens: ergo non sufficienter positæ sunt.

Argumẽ. 3. ¶Postremò. Idem est nutritiuum, & generatiuum: ergo insufficienter ponitur distinctum vnum ab alio. Patet. Per generatiuũ quodlibet viuens conseruat suum esse: sed hoc facit nutritiuum: ergo nõ distinguitur vnum ab alio.

In contra. ¶In contrarium est Aristo. in. 2. de anima.

Notand. 1. ¶Pro solutione notandum, quòd in viuente nõ est vnum opus vitæ, sed multa, & variatur quo (vt in libris de generatione dictũ est) propriè inuenitur augmentum: atque nunquã erit augmentum, nisi fit nutritio: quia eo est augmentum, pro quanto deperditum (vt ibidem dicebamus) restauratur ex cibo sumpto, & conuersio in substãtiam aliti. Et quando est cõuersio alicuius in maiori quantitate, quã fuerat deperditum, est augmentum: aliàs solùm nutritio dicitur.

Notand. 2. ¶Præterea considerandum, quòd quilibet res naturaliter appetit suam conseruationem, & perpetuitatem in quantum potest: & quia nõ potest se perpetuare in indiuiduo, intendit se perpetuare in specie, producendo alterum se, id est, sibi simile in eadem specie: & fit ei naturalis generatio. Et certum est, quòd sicut in indiuiduo non posset se conseruare absque nutritione, per hoc quòd continuè agit calor naturalis cõsumendo humidũ radicale, quòd est fomentũ eius, nec posset se in specie perpetuare, nisi sibi simile generando: & prouida nimis natura dando viuenti animam, dedit & consequenter illa quæ sunt necessaria conformiter ad talem naturam. Deditq; vegetatiuo quòd posset esse nutritio. Et quia nõ solùm intendit natura, viuens: sed perfectum, eiusdem viuẽtis: dedit vt posset esse augmẽtum. Et quia intendit conseruationem indiuidui, quod fieri non potest perpetuò: quia ex contrarijs componitur: & omne tale necesse est corrumpi: dedit vt possit sibi simile generare: & sic est generatiuum. His suppositis, est prior conclusio.

¶Animæ vegetatiuæ, potentiæ distinctæ Cóclusio. 1 sunt, nutritiuum, & augumentatiuum. Pro Ratio. 1. p. batur, In omni viuẽte requiritur, nutritio, & augmentatio: sed vegetatiuũ est viuens: ergo ibi requisita est nutritio, & augmẽtatio: nutritio autem, & augmentatio non possunt esse sine nutritiuo, & augmentatiuo, potentijs: ergo tales potentiæ sunt ponẽdæ. Maior est nota: quia requisitum est, quòd viuum saluet se in esse, & conseruet, quòd sine nutritione nõ contingit. Similiter est requisitum ad perfectam peruenire quantitatem paulatim, successiue, quod non potest esse sine augmento: ergo istæ duæ operationes sunt requisitæ: nutritio, scilicet, & augmentatio: ergo & potentias per quas debent fieri oportet ponere: aliàs non esset sufficienter prouisum viuenti, si essent istę operationes requisitæ, & nõ daretur ei potentia, per quam fieret.

¶Probo quòd distinguantur nutritiuum, Ratio. p. p. & augmentatiuum. Potentiæ distinguũtur penes obiecta, vt in præcedenti specul. probatum est: sed aliud est obiectũ nutritiuæ, quàm sit augmẽtatiuę: ergo sequitur quod sunt potẽtiæ diuersæ. Patet minor: quia obiectum nutritiuæ solùm est restauratio deperditi: sed augmentatiuæ non est hoc, sed maior quantitas, vt non solùm sit restauratio deperditi, sed cum hoc, vt augmentum fiat. Hoc sit contra Durand. qui dicit in Cõtra Dur. in. p. d. 3. q. 2. vegetatiuo solùm esse vnam potentiam.

¶* Et in generatiuo est superfluum nutrimenti ad id reseruatum.

¶* Et istę tres potentiæ distinguuntur realiter licẽt vnum sit obiectum materiale, scilicẽt nutrimentum: nam potentię distinguuntur per actus, & actus per obiecta: vbi ergo alia, & alia ratio formalis obiecti, alia & alia potentia ponenda est: & quãdo Arist. eandem potentiam vocat nutrititiuam, augmentatiuam, & generatiuam, intelligit, pro quanto in vno obiecto materiali conueniunt: sic intelligit Ægidius in exposi. 2. de anima. tex. 42. vel est intelligendum esse vnam radicaliter: quia in vegetatiua radicãtur, vel

Universidad de Deusto Biblioteca

tur, vel ordinabilitate: quia vna ad aliam ordinatur.

Conclus. 2. ¶Secunda conclusio. Vltrà huiusmodi potentias duas, necessarium est ponere vires alias deseruientes istis, scilicet, digestiuam, attractiuam, retentiuam, & expulsiuā. Probatur. Non potest esse nutritio, nisi que augmentatio sine illis: ergo necessariæ sunt.

Ratio 1. Patet si alimenti non fit digestio in parte per naturam deputata, nunquam erit conuersio in propriam substantiam: nam alimentū à principio est dissimile, & post per digestionem fit simile.

Ratio. 2. ¶Item. Ad digestionem requiritur sit virtus attractiua alimenti, vt videmus in plantis quæ trahunt per radices ad se alimentū ex terra: vt nutriantur. Item. Si non sit retentiua, digestiua frustrà erit: quia digestio non continget in instanti, sed necessarium est tempus. Et quidem fit fit digestio, per quam purum ab impuro separatur, si illius fœculenti, & impuri non fiat expulsio, statim peribit viuens, & non erit nutritio: ergo necessaria est virtus expulsiua, quæ expellat superfluum digestionis. Experientia compertum est, quod si quis diu detineat istud superfluum separatum in digestiua, non fit vita. Eccequomodo omnes sunt vires necessariæ, & deseruientes nutritiuę. Et quia nutritio necessario requisita est ad augmentatiuā, sequitur q̃ oēs vires signatæ subministrēt augmētatiuæ: & tātò quantò fuerit defect⁹ in aliqua virtū p̃nominatarū, erit & defect⁹ in nutritiua, & augmētatiua.

Vide Vigu. in suis institu. Theolo. cap. 1. §. 2. ver. 3.

Cōclusio. 3 ¶Tertia cōclu. Licèt semper quādiu viuēs habet vitā, nutritiua sit necessaria, nō tamē semp augmētatiua. Patet: quia semper est necessariū fiat restauratio deperditi per calorem naturalē ex humido nutrimētali: nā si nō fit, sequit defectus vitæ. Hoc videmus in plantis insensitiuis, & in hoie, quo pacto in omni tēpore vitę cōtinuò indigeat nutrimēto: & eo deficiēte, deficiat. Sed q̃ nō sic augmētū patet: quia augmentū est, ad hoc q̃ viuens veniat ad perfectū: sed hic gradus finē habet: nā omnia entia naturalia determinata sunt per maximum q̃ sic: vt in fine primi physicorum explicauimus. Nō ergo semper est augmentū. Item. Nō est augmētum, nisi quādo virtus est tāta caloris, vt nō solùm cōuertat de alimēto id qd deperditū est, sed vltrà ad augmentū: sed nō semper in viuente tanta est virtus, cùm paulatim deficiat: ergo non semper erit augmentatio.

Vigue. vbi supra.

Cōclusi. 4. ¶Posterior cōcl. Vltra nutritiuū, & augmētatiuū necessariū est generatiuū, qd præstātius est. Prima pars, q̃ generatiuū sit ponēdū, patet. Necessaria est in viuēte operatio ad hoc q̃ viuēs sit: sed viuens nō est, nisi per generationē: ergo generatiuū est requisitū.

S. Tho. p. p. q. 78. art. 2. Ratio. p. p.

¶Secundò. Id est necessariū, & requisitū viuenti, per q̃ se conseruat, & perpetuat quodammodo: sed per generatiuum sibi similis in specie, se ipsum perpetuat, & conseruat: ergo generatiuum est ponendum.

Ratio. 2.

¶Altera pars q̃ sit magis principale, patet. Illa potentia erit præstātior, quæ operationem excellētiorē producit: sed generatiuū est huiusmodi respectu nutritiui, & augmētatiui: ergo est excellētius. Patet. Tātò operatio est excellētior, quantò magis accedit ad operationē animę sentiuę, cui⁹ est agere in aliquid extra se, sed potēt. generatiua agit extra se: quia nihil sui ipsi⁹ est gnatiua: sed nutritiua, & augmētatiua in seipsis operātur intrà: & sic attēditur prestātia: quia supremū inferioris attingit infimū supioris, vt dicit beat. Diony. Supremū ergo vegetatiuę, qd gnare est, attingit infimū superioris. i. sensitiuę, cuius est habere opationes in res exteriores, licèt excellentiori modo habeat, & vniuersali⁹ ipsa sensitiua, q̃ gnatiua. * Huic gnatiuę deseruiūt tres alię vires: prima dicit seminatiua, cui⁹ est semē colligere, & reseruare. Secūda immutatiua, cui⁹ officiū est permiscere semēviri cū semine fœminę, secundū q̃ expedit formationi cuiusli[illegible] membri. Tertia est formatiua, cuius officiū est ex seminibus sic per mixtis, membra in eo qui generatur formare.

Dion. 7. de di. no.

¶Ad argumēta patet solutio ex secūda cōclusione. Ponuntur enim alię vires deseruiētes alis potentijs: sed illæ non sunt potētiæ distinctę: quia idem obiectū habet digestiua, attractiua, retentiua, & expulsiua: & manet sufficienter prouisum viuenti.

Ad primū.

¶Ad. 2. dicēdū, q̃ est latissima differētia inter viuētia, & nō viuētia: nā dato nō viuētibus cōueniat gnatio, est tūc aliter ab extrinseco, nō sic in viuētibus, cū ab extrinseco cōtingat per aliquid qd ipsius viuētis est: & hoc decidit. Tamen, in quo latet principium corporis formatiuū in virtute. Si tū ignis gnat ignēnō [illegible] q̃ aliquid decisum ab eo, sed posita materia exteri⁹, educit d potētia materię, nihil de sua substātia decidēdo.

Ad secūdū.

¶Ad tertiam dicendum, esse latissimam differentiam in hoc, quòd dato per nutritiuum, & generatiuum fit conseruatio esse, aliter tamen, & aliter: quia per nutritiuum

Ad tertium

viuens conseruat se in indiuiduo, restaurādo deperditum humidi radicalis per actionem caloris naturalis ex humido nutrimētali: sed per generationem est conseruatio indiuiduī: nō in se, sed in sua specie, per hoc quòd agit ad propagationem indiuiduorum, in quibus saluatur species: sed primò, & principaliter natura intendit ad cōseruationē indiuiduī: & sic de nutrimēto primò separat, facta digestione, pro nutrimēto: & secundò solicita est pro conseruatione speciei: & partem reseruat nutrimenti pro generatiua, in loco deputato per naturam: sicut in [illegible] entibus perfectis apparet. Ex quo clare differētia, & distinctio inter nutritiuam, & generatiuam.

* ¶ * Et aduerte Arist. in. 2. tex. 35. de generatiua [illegible] dicentē, naturalissimum [illegible] rum viuentibus est, sibi simile generare, q̃ sanè intelligendum, nā naturalius videtur nutriri, augeri, imò & sentire, cùm omni viuenti cōueniant, etiam imperfectò: & tamen generare solùm perfectò: sed intellige naturalissimum, id est, perfectissimum, nō absolutè, sed comparatiuè: quia comparatū alijs operibus vegetatiuę, generare perfectius, quia posterius. Et comparatio debet fieri ad alia opera vegetatiuę: quia alia opera ad generare ordinantur: & sic de viuentibus absolutè. Et quāuis in inanimatis generare sibi simile inueniatur: vt in igne, tamen per seminis decisionē, & inducendo formam præuiam ad animam, & habendo partes diuersas pro generatione ab alijs organicis, solùm in viuentibus reperitur.

In cōtrariū.

SPECVLATIO. VI.

Vtrùm accidens ducat ad cognoscendam substantiam.

Argumē. 1. ARguitur quod non: Illud quod est principium cognoscēdi accidens, non potest cognosci per accidens: sed substātia est principium cōgnoscendi accidens. Patet: quia in demonstratione, probatur propria passio de subiecto: & per substantiam quia homo est rationalis, probatur quòd sit admiratiuus, & disciplinæ capax, & risibilis: ergo accidens non potest esse causa probādi, vel cognoscendi substantiam: quia aliàs esset demonstratio circularis, contra Arist. primo posterio.

Aristote.

¶Preterea. Quando aliqua cognoscuntur à diuersis virtutibus, vnum non ducit in cognitionem alterius: sicut de colore, & sono contingit: sed accidens, & substantia sunt huiusmodi: quia accidens per sensum, & substantia per intellectum: ergo accidens non ducit in cognitionem substantiæ.

Argumē. 2.

¶Tertiò. Eadem sunt principia essendi, & cognoscendi dicit Aristo. 2. Metaphy. sed accidens non est principū essendi substantiæ: ergo neque principium cognoscendi.

Argumē. 3. Aristote.

¶In cōtrarium est Aristo. hic in prooemio primilib. & in. 3. Physico.

¶Pro solutione notandum, quòd accidentia sunt in duplici differentia: quædā sunt propria, alia cōmunia: propria illa sunt, quæ reperiuntur in vna specie, & non in alia: vt esse admiratiuū, & disciplinæ capacem. Cōmunia sunt, quæ reperiuntur in varijs speciebus, & in omnibus indiuiduis eiusdem speciei: vt albedo, vel esse album.

Notand. 1.

¶Accidentia propria, sunt in duplici differentia: quædā sunt, quæ respiciunt primò speciem: secundò indiuiduum: & alia sunt quæ manant ab essentia speciei: vt risibile emanat ab essentia hominis: & in nullo inuenitur hominis essentia, in quo non inueniatur & risibile esse: sicut in nullo inuenitur q̃ sit lapis magnes, quin & reperiatur esse attractiuū ferri. Aliud est accidens proprium, quod respicit solùm rationem indiuidui: & cōsequenter potest respicere speciē: vt crispitudo, q̃ respicit solùm tale indiuiduū: & q̃ in parte tali sit, scilicet, in capillis: sicut similitas est naturalis curuitas: vt propria passio. Ita passio ab essentia indiuidui inquantum talis est, & talis complexionis, venit. De quibus in prædicabili de proprio diximus.

¶Est insuper notandū, quòd cognitio substātiæ duplex haberi potest: vna distincta, & alia confusa. Distincta est, vt si de aliquo cognoscam, nō solùm quod est viuens, sed quod est homo, & quod hic homo. Confusa erit, quādo cognosco de aliquo quod sit substantia, sed non quæ, distinctè, & clarè. Manifestetur veritas aliquibus conclusionibus. Et sit prima.

Notand. 2.

¶Acciden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cóclusio ¶Accidentia communia non possunt nos ducere in cognitionem distinctam substātiæ. Patet. Accidentia communia nō sunt propria alicuius speciei, neque propria alicuius indiuidui, vt constat: ergo non possunt nos ducere in cognitionem distinctā alicuius substātiæ: quia per albedinem, vel nigredinem non possum magis cognoscere quòd sit iste homo, quam quòd ut hoc brutum animal.

2.Cóclusio ¶Secunda conclu. Accidentia communia ducunt nos in cognitionem confusam substantiæ. Patet. De facto accidentia nobis dant cognoscere substantiam, quæcunque sint illa, communia, siue propria: sed cōmunia accidentia non faciunt nos cognoscere substantiam distinctè: ergo erit confuse. Et licèt cōcedatur conclusio ab omnibus: quātum ad modum non conueniunt. Quidam dicunt, quod intellectus primò intelligit accidens phantaseatum: vt albedinem, aut caliditatem: quia ab illo primo mouetur: & quia tale accidens est effectus substantiæ: quia est eius subiectum, cùm effectus habeat nos dare cognoscere causam, sic dat nobis cognoscere substantiam.

Ratio.

1.Modus. ¶Alij dicunt, quòd cum accidens commune sit in phantasia, intellectus agens abstrahit à phantasmate, speciem intelligibilem entis, per quam intellectus possibilis primò intelligit ens, quod est suum proprium obiectum. Et quia conceptus entis significat substantiam, & accidens, licet per prius substantiā, intellectus, ex cognitione entis deducitur in cognitionem substātiæ, & accidentis: & habet cognitionem substātiæ.

2.Modus. ¶Alij dicūt, quòd sicut æstimatiua in brutis, & cogitatiua in homine, ex speciebus sensatis elicit nō sensatas, intellectus, cùm sit perfectior potentia, ex speciebus accidētis sensatis, eliciet speciem substantiæ non sensatam, & cognoscet.

3.Modus. ¶Vltimi dicunt, quod phanthasia non repræsentat solùm accidens, sed aggregatum ex substantia, & accidēte, & subiectum quā substantia est: quod primò mouet, scilicet, coloratum, & non color: cùm ergo intellectus vnica intellectione cognoscat substātiam, & accidēs, poterit vtrunq; cognoscere: & sic accidens facit ad cognitionem substantiæ. Isti modi sunt possibiles, & probabiles. Pro quo sit tertia conclusio.

3.Cóclusio ¶Accidentia propria siue sint quæ primò respiciunt speciem, siue quæ primò respiciunt indiuiduum, ducunt nos in cognitionem substantiæ distinctam. Ista conclusio multis modis probatur à diuersis. De quibus qui voluerit poterit videre Ioānem de Ganduno in diuersis quæstio. & Caietanū, non Cardinalem, sed Thienēsem super primum de anima. Modus ergo vnus apponatur ex multis, supponendo quòd sicut materia prima est pura potentia, & nō potest aliquam formam recipere, nisi disponatur prius per aliquas dispositiones accidentarias: sic intellectus possibilis est pura potentia ad intelligēdum, & ad recipiendum omnes formas abstractas, & vniuersales siue fuerint species substantiarum, siue accidentium. Et non potest speciem aliquam substātiæ recipere, nisi disponatur per species accidentium propriorum illius substantiæ. Hæc enim faciunt accidentia propria, pro quanto ipsa phantasmata, cooperante intellectu agente, imprimunt in intellectum possibilem species intelligibiles ipsorum repræsentatiuas, quibus intellectus possibilis præparatur ad recipiendam speciem illius substantiæ, cuius sunt accidentia propria: qua specie mediante, substantia distinctè cognoscitur. Et potest hæc cōclusio declarari modis illis positis de accidente communi.

Ioā. de Gā. Caie. Thie.

¶Et quòd hoc etiam sit verum de accidente proprio, quòd respicit indiuiduum, patet: quia cognita crispitudine, & habitu eius speciem in phantasia, poterit intellectus præparari vt speciem propriam talis indiuidui respiciat, inquantum homo est, nam dato sit intellectus vniuersaliū, intelligit tñ singulare, sed per notitiā vniuersalis, cuius est propria eius operatio, vt infrà in. 3. dicetur.

¶Quarta conclusio. Accidentia propria ducunt nos in cognitionem discursiuam substantiæ separatæ. Volumus dicere, q̄ substantia separata quæ non habet alia accidentia sibi inhærentia, potest cognosci per aliquam operationem propriam eius, quę est velut accidens proprium eius. Probatur. Illud dicitur ducere nos in cognitionem alterius, per quòd tāquam per mediū probatur: sed per motorem regularem continuum primi motoris tāquam per propriā operationem, probatur primum motorem esse, ergo sequitur quòd probatur substantiam esse, etiam separatam. Hoc ex Aristo. Probatur (inquam) quòd cognito illo primo motore, cognoscatur eius substantia: quia

Cóclusio.4

Ratio.

Aristote. 8. Phy.

quia pòst, per ratiocinationem deducimur in cognitionem quidditatis eius: vt Aristo. in. 12. metaphy. probat quòd sit inuariabilis, & æternus. Simili discursu substantias sensibiles possumus cognoscere ex diuersis operationibus: quia ex eis natura, & cōpositio probari potest.

Ad argum. ¶Ad primum. Concedimus in demōstrationibus esse circulationem, in diuersis generibus demonstrationum: nam demōstratione, quia per effectū demōstro causam: & rursus causa demonstrat effectū, demonstratione propter quid: vt si fiat sic syllogismus. Omne cōpositum ex contrarijs corrumpetur: homo est compositus ex cōtrarijs: ergo homo corrumpetur. Et propter quid, potest fieri circulatio. Omne quod corrumpitur ex cōtrarijs componitur: homo corrumpitur: ergo ex contrarijs componitur. Sic etiā per propriam passionem possum cognoscere subiectum. Omne admiratiuū rationale est: homo est admiratiuus: ergo est rationalis: & è contra. Omne rationale admiratiuū erit: homo est rationalis: ergo homo est admiratiuus. Imò in eodem genere demonstrationis, respectu tamen diuersorum indiuiduorum, cōtingit circulatio: vt si demonstretur pluuia per vaporem & è contra, erit demonstratio per causam materialem, sed respectu diuersorum vaporum.

¶Ad Aristot. ergo, quando negat dari circularem demonstrationem, intelligit in eodem genere demonstrationis, & respectu eiusdem.

Ad secūdū. ¶Ad secundum dicendum, ita esse, quādo illæ virtutes non sunt subordinatæ: vt sonus colorem non dat cognoscere, neq; è cōtra. Si tamen virtutes illæ sint subordinatę, non obstat: sicuti se habent sensus, & intellectus: accidens, & substantia.

Ad tertium Aristote. 1. Perih. c.8 ¶Ad tertiu dicēdum, quòd illa quæ sunt principia essendi, meritò erunt principia cognoscendi: quia sicut res se habet ad esse, se habet ad cognoscendum. tamen è contra: principium cognoscēdi est principiū essendi: res enim potest cognosci multis modis. Ergo accidēs potest esse principiū cognoscendi substantiam, & non est principium essendi, nisi dicas principium essendi, pro quanto accidens disponit ad esse substantiæ, disponendo materiam, quæ in potentia est ad hoc quòd recipiat formam substātialem: tamen modus improprius principij essendi est iste.

¶* Et adverte pro complemēto huius speculationis, quod quantum ad modum cognoscendi substantiā per accidens ad duas opin. solum possimus referre: quidā tenent quod primo cognoscimus accidens, per propriam speciem accidētis: & deinde per eandem, cognoscimus substantiam: ita vt substātia cognoscatur nō per propriā speciē, sed accidētis. Alij dicūt q̄ substātia cognoscimus per speciem substātiæ, sed tamē abstractā à phātasmate accidētis: sed hæc cognitio est confusa substātiæ. Prima opin. Videtur sequi Heruę quolib. 3. q. 12. ad. 8. Verū tenēdū est, q̄ substātia cognoscitur, quoad confusum conceptū, prius accidēte: & per propriā speciē: & hęc à phātasmate abstrahitur, priusquam species accidētis. & hoc in virtute substantiæ aqua phantasma causatur, & quod sit necesse sic intelligere substātiam, per speciem propriam, patet: quia aliās nulla substantia posset cognosci perfectè, & quidditatiuè: quia quidditatiua cognitio perfecta non habetur, nisi ex eo quod obiectū vnitur intellectui, vel per essentiam, vel per propriā speciē. De hoc vide Paulum Socinam. 7 Methaph. q. 14. & Anto. Andræ. ibidem. q. 4.

¶Sed Iandunus in hoc primo. q. 10. imaginatur, accidens hoc modo cōferre ad notitiam substantiæ: quomodo materia non recipit formā substantialē, nisi prius disponatur per formas accidentales. Sic intellectus possibilis, cū sit in potentia in genere intelligibiliū non recipit prius speciem intelligibilē substātiæ, nisi prius recipiat speciem accidentis, per quā disponitur: & dicit hunc modū quadrare naturæ rerū: sed hic sensus Philo. videtur contradicere: qui. 7. Metaph. dicit. substantiā omniū primā notitiā ratione, & tempore: Sed Iandunus nititur solucre obiectionē per hoc quod via generationis sit prior notitia accidētis: sed perfectionis, est prior notitia substātiæ: tamen quia modos diuersos posuimus in 3. cōclu. nō est opus repetere: sed solùm addere, q̄ quidditatiua cognitio, & perfecta substātia sine propria specie haberi nō potest: & omnes modos ad hos solos duos incompendio referas, ad prolixitatem vitandam.

Finis Primi libri de anima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHYSICAE SPECVLATIONES IN SECVNDVM LIBRVM

Aristo. de Anima admodum Reuerendi Patris Fratris Alphonsi à Vera Cruce, instituti Eremitarum Diui Aurelij Augustini: in artibus & sacra Theologia Magistri, Cathedratici Primarij in Academia Mexicana, in partibus Indiarum maris Oceani, in noua Hispania.

ARGVMENTVM secundi Libri de Anima.

COMPLETO vtcunq; sermone de anima vegetatiua, cuius causa vegetabilia omnia, qualia plantę sunt, arbustaq;, & cætera id genus, & de quinque generibus potentiarum: videlicet, vegetatiuũ, sensitiuum, intellectiuum, secundùm locum motiuum, & appetitiuũ: insuperq; de quatuor modis viuendi, nempe vegetatiuum, sensitiuum motiuum, sensitiuum non motiuum: & tandem sensitiuum motiuum, atque idem intellectiuum, & de partibus vegetatiuæ vitæ: quales sunt, nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum: præterea de viribus eiusdem, hoc est, attractiuum, retentiuum, digestiuum, & expulsiuum: quibus omnibus omne viuens ab authore viuorum, & mortuorum dotatum suspicimus, vel ad sui ipsius conseruationem, & cõsistentiam, aut ad suę speciei sustentationem. Itaq; in præcedenti libro de illis omnibus tradidit nobis Aristotel. suam sententiam, & nos illum sequentes, à tergo reliquimus speculationes ad id attinentes modo nostro, omissis, & succissis seruacaneis. Præter illas igitur iam designatas potẽtias experimur in animantibus esse alias vires, potẽtias ve exteriores: quibus mirũ in modum rerum extrà existentium species, atque figuras possunt suscipere, absque hoc quòd ipsas aliter suscipiant, quarum simulachra apprehendunt. His nanque viribus & potentijs animata, seu inanimata, quæ magis, ut propius sunt, apprehendere est compertissimũ animalia, secundùm maiorem, vel minorem virtutem, à natura ipsa inditam, atque concessam. Hæ autem vires, & potentiæ sensitiuæ sunt, tam externę, quàm internæ. Externę sunt quinque, potentiæ

tiæ organicę: corporeę, & corruptibiles, & pro isto statu necessariæ. Et sunt: Auditus: odoratus: visus tactus, & gustus. Potentiæ interne sunt. Sensus communis: phantasia: imaginatiua: æstimatiua: memoratiua. De his tractat Aristoteles in præsenti libro. Nos verò vnam, aut alteram adijciemus speculationem, ne videamur sicco pede pertransire nonnulla scitu digna: videlicet de potentia appetitiua: De iriscibili, & cõcupiscibili: De passionibus animæ: De fascisnatoribus, mutaroribus & Zahorijs: quocum consummabitur. 2. libri, seruantes pro tertio quæ spectant ad animam immortalem, quæ rationalis est.

¶ SPECVLATIO. I.
Vtrùm in anima sensitiua sint ponendi solùm. 5 sensus exteriores.

Argumẽ. 1. PATET quòd non: quia sensus sunt accidẽtium cognoscitiui: sed accidentiũ species sunt plures quàm. 5. ergo oportet ponere plures sensus quàm quinque,

1. Argumẽ. ¶ Item. Solum sunt quatuor sensus exteriores: ergo non sunt quinque. Probatur: quia non est sensus gustus distinctus: quoniam sensus gustus, est sensus tactus: ergo non est distinctus. Sequitur quòd solùm sint. 4. scilicet, visus: auditus: odoratus: & tactus.

3. Argumẽ. ¶ Præterea. Potentiæ penes obiecta distinguuntur, sicut dictum est: ergo secundùm diuersitatẽ obiectorũ erit diuersitas in potẽtijs: sed est aliquod obiectum, quod commune est omnibus sensibus: ergo & dabit vna potẽtia sensibilis communis distincta ab istis. 5. quæ habet propriũ obiectum: & sic sequitur quod sint plures. Quod detur sensibile commune, patet de magnitudine, quæ ponitur sensibile commune: quia pluribus sensibus percipi potest.

In cõtrariũ ¶ In contrarium est Aristo. in isto. 2. qui dicit, solum esse. 5. sensus exteriores.

Notan. 1. Variæ opi. Opinio. 1. ¶ Pro solutione notandum, q̃ diuersitatẽ sensuum exteriorum quidam voluerũt cognoscere ex parte organorum, in quibus aliquod elementorum dominatur: aqua: vel aër: vel aliquid huiusmodi: vt si distinctionẽ ponamus inter auditũ, & visum: quia in isto organo aqua, in illo aër dominatur.

2. Opini. ¶ Alij verò voluerunt inuestigare differentiam penes media, per quæ fit sensatio per aerem, vel aquam, & si est medium coniunctum, vel separatum.

3. Opinio. ¶ Reliqui discrimen assignarunt ex diuersa natura sensibilium qualitatum, secundum quod vel sine licis corporis qualitas est, vel sequens complexionem.

Notan. 2. ¶ Secundo notandum, q̃ obiectum potentiæ duplex est: quoddam materiale: & est illud, qd̃ percipitur à potentia: aliud est formale, quod est ratio cuius: vt si albedo quæ videtur dicatur obiectũ materiale: & formale color: quia ratio quare albedo videtur à potentia visiua, non est quia est albedo, sed quia color est: vt si paries videtur, non quia paries, sed quia coloratus, paries sit obiectum materiale, & color formale.

Notand ¶ Est tandem considerandum, sensum esse potentiam passiuã, quæ nata est immutari à sensibili: nã sensibile mouet sensum, & agit in potentiam sensitiuam, ratione cuius illa opinio quę Platonis erat, & Stoicorum & communis ante Arist. q̃ visus esset per ministerium radiorũ cuiusdam lucis, quæ in nobis est, quos radios nos ab oculis emittimus vsque dum contingant res visibiles, & sic sequebatur visio, admittenda nõ est: quia sensus visus non esset potentia passiua, sed actiua potius, cuius contrarium veritas est: quia tã visus: quàm auditus q̃ quęlibet alia sensatio fit per intus susceptionẽ, aliquid patiendo. Quod sequentibus conclusionibus fiet manifestum.

1. Cõclusi. ¶ Prima conclus. Distinctio sensuum exteriorũ non est sumenda ex parte organorũ, neque ex parte mediorũ per quæ est sensatio, neq; ex parte qualitatum actiuarũ. Probatur: quia non est potentia sensitiua pro-

Ratio. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

pter organum, vel propter mediũ, aut propter qualitatẽ, sed potiùs ẽcõtra, organũ, & medium, & qualitas dispositiua propter ipsam potentiã sensitiuã ordinata sunt: vt congruè possit suas habere operationes.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Potentiarum distinctio ab obiectis sumenda est: sed neq; organum, neque medium, neq; qualitas obiectũ dicitur potẽtiæ: ergo distinctio ex eis nõ debet sumi.

3. Ratio. ¶ Itẽ: quia sensibilium qualitatum naturas cognoscere non sensus, sed intellectus est operatio.

2. Cõclusio ¶ Secunda conclusio. Cùm ad immutationem sensuũ requisita sit spiritualis immutatio, & interdum concurrat simul naturalis ex diuersa immutatione sensibilium exterior um distinctio sensuum sumetur. Probatur. 1. pars, q̃ immutatio spiritualis sit requisita, alias si naturalis sufficeret, omne corpus quando calefit, vel frigefit, sentiret: ergo immutatio spiritualis per quã sensibile coniungatur organo sensus requisita est.

Ratio. 2. p. Sed quòd aliquando naturalis concurrat simul patet: vt in sono, & in alijs: vt statim dicemus.

Ratio vltimæ p. ¶ Vltima pars probatur. Distinctio sensuũ exteriorũ sumenda est, non ab organo, neque à medio: ergo ab obiecto formali: sed hoc est ex diuersa immutatione sensibiliũ exteriorum: ergo ab ipsis sumenda est.

3. Conclus. ¶ Tertia conclu. Sensus exteriores solùm sunt. 5. Patet: quia vel est sola immutatio spiritualis secundùm quòd forma immutãtis recipitur in immutato: & sic est visus. Simul cũ spirituali cõcurrat naturalis, si ex parte obiecti tantùm, & est transmutatio secundùm locum, erit auditus. Vel secundùm motũ alterationis, est odoratus. Aut est immutatio naturalis ex parte organi: & est tactus, & gustus: nam & manus tangens calidum, calefit: & lingua gustans humidum humefit. Et cùm non sit alius modus immutationis, non ponuntur amplius quàm quinque sensus exteriores.

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusi. Inter omnes sensus exteriores sicut perfectior est sensus visus, materialior, & imperfectior sensus tactus, & gustus est.

ratio. p. p. Prima pars patet: quia in visione solùm immutatio spiritualis est, & non est immutatio ex parte organi, neque ex parte obiecti: & magis spiritualis cognoscitur hæc potentia: sed sensus tactus exercet suam operationem per medium cõiunctũ, & similiter gustus cum immutatione organi: qua ratione isti sensus sunt materiales nimium. Et adhuc tactus magis quàm gustus: & odoratus, & auditus magis spirituales apparent: quia non per medium coniunctum, sed separatum operantur. * De sufficientia. 5. sensuum exteriorum vide doctorem sanctũ in isto. 2. tex. 135. &. p. p. q. 68. artic. 3. *

¶ Ad. 1. argumẽ. dicendum, q̃ licèt accidentium plures sint species, sufficiunt. 5. sensus exteriores ad percipiendum omnia: quia formalis distinctio eorũ solùm facit distinctionem potentiarum: & variæ species accidentium conueniunt in vna ratione formali: sicut variæ species colorum in vna coloris, qui omnes ad vnam potẽtiam, scilicet, ad visuam: & sic de alijs potentijs. Ad argum.

¶ Ad. 2. dicẽdum, quòd dato sensus gustus non habeat operationem sine tactu, tamẽ obiectum formale non est idem in gustu, & in tactu: vt inferiùs dicetur. Non enim est idem qualitas tangibilis, & sapor. Ad. 2.

¶ Ad. 3. dicẽdum, quod & si detur aliquod sensibile, quod sit commune aliquibus sensibus, non ob id est necessariũ ponere aliã potẽtiam distinctam, sed sufficiunt sensus positi, & illis sentietur. Ad. 3.

DIGRESSIO, QVA ostenditur de quolibet sensu in particulari quo modo contingat sensatio.

PRimò in communi de omnibus sensibus exteriorib? agamus. Et quoniã sensus est sensibilis sensus, dico q̃ sensibile est duplex. De per se, & de per accidẽs. Per se sensibilia illa sunt, q̃ dicta sunt: vt color: sonus. &c. Per accidens tamẽ sunt, quæ per se non sentiuntur, sed per aliud: vt sunt substãtiæ. &c. Neq; tangitur, nisi per qualitatẽ aliquam tangibiliũ. Substantiæ enim per proprias species, sensus immutare nõ possunt: quod manifestũ est in sanctissimo sacramẽto, in quo nõ percipimus post consecrationem absentiã substãtiæ panis, & si maneãt accidentia, quæ erant quando erat panis.

¶ Sensibile subdiuiditur: vt suddãit proprium, quod solùm vno sensu sentitur: vt color Vigue. in suis institu.

theolo. c. 1. §. 3. ver. 5. & 6. color solo visu: & sonus auditu: odor odoratu. Aliud cõmune: quod pluribus sensibus potest percipi: vt quantitas continua quæ visu, auditu, & tactu percipi potest.

Detri. lib. 11. c. 2. Ab obiecto, & potentia paritur notitia, teste Patre Augustino. A visibili, & videntẽ, gignitur visio. Instrumentaliter videmus oculo, & formaliter visione. Sic oportet in alijs sensibus considerare, ad sensationem concurrere potentiam simul cum obiecto.

Aristot, ¶ Sensus est potentia actiua: quia cùm obiecto sensationem facit. Dicitur etiã ab Arist. passiua: quia vel in potentia est ad actũ primum, cum est esse, ad quem reducitur à generante: vel quia in actu primo est, qui est esse, & in potentia ad actum secũdum, qui est sentire, in quem reducitur per obiectũ, si quidem tunc sensus sentire dicitur, cùm sensationem recipit. Et tunc dicitur pati: quia immutatur ab obiecto. Quòd si fiat à sensibili proportionato: passio iucũda est: delectabilis est: vt videre, audire, & odorari.

Aristo. 2. de anima, cõ. 143. & §. de anima, 2. 67. Si tamen fiat ab excedenti sensibili, corruptiua est: quia corrumpitur sensus.

¶ Sensatio omnis fit quidem à potentia, & obiecto: tamen non nisi per speciem eiusdem ab obiecto perueniente ad potentiam sensitiuã, quæ species sensibilis dicitur de. 3. specie qualitatis.

¶ Species est idolũ, seu imago eius q̃ sentitur, quę intẽtio dici solet: nõ quia ipsam speciẽ sensus tendat vt in obiectũ, sed quia per ipsam speciẽ formaliter potentia in obiectum tendit: quia ipsa est propria imago, vel si militudo. Sensibile cum, propter suã materialitatem in sensu per essentiã recipi non potest. Non enim lapis qui videtur, potest in oculo recipi, sicut ipse est in re: ideò recipit in sua imagine, idest in specie lapidis quæ est imago, vel similitudo lapidis.

¶ Species sensibilis producta ab obiecto producit aliam, & aliã speciẽ per medium: vsque dum perueniat ad potentiam, vel si sufficiat, virtus ipsius obiecti multiplicat, in eodem instanti tam speciẽ in toto medio, vt dicemus post. Medium enim necessarium est ad sensationem.

Quæ cõcurrunt ad sensationem. ¶ Quatuor ista ergo concurrere videntur principalia in omni sensatione. Potentia: obiectum: sensibile: species ab obiecto producta vsque ad potentiam, & medium: per quod species peruenit, & sic mediũ requisitum est: quia sensibile supra sensum positũ nõ facit sentationem: vt si quis manum ponat supra oculum, nõ videbit manum: quia necessariũ est mediũ, quo veniat species visibilis ad oculum: quod optimè de visu intelligitur: nam in tactu bene facit sensationem realem: vt cultellus neruum scindẽs, dolorẽ causat. Verùm quando est sensatio intentionalis, quæ per speciẽ rei sensibilis causatur: requiritur medium, & tunc eo minùs fit sensatio. Requiritur etiam debita distantia inter obiectum, & potentiã: quia ad magnam distãtiam species nõ possent multiplicari.

¶ Quia loquati sumus speciem per mediũ multiplicari, oportet scire, lumina multiplicationem (vt tradit Arist.) esse instantaneam. Sunt tamẽ qui dicant, specierum multiplicationem fieri per hoc quod obiectum in propinquitate medij speciem producit: & rursus illa aliam, & alia aliam, vsq; ad potentiam: vel si obiectũ sit nimis distans, in tantam distantiam producit, vsque dum deueniatur ad speciem, quæ propter suã debilitatem aliam nõ valet producere: semper enim posterior debilior erit. Isti ergo successiuã ponunt speciẽrum multiplicationẽ sed tam imperceptibiliter, in quo non videntur forte ab Arist. differre, licet ipsi putant, licet in veritate Aristo. videatur dicere in instanti, speciẽ multiplicari per totũ medium, & non sicut illi imaginantur: & sic in libro perspectiuæ probatur quodlibet punctum luminosi obiectum sibi medium totum illustrare.

Multiplicatio specierũ quando fit.

Aristoteles.

Aristoteles.

¶ De multiplicatione specierum in medio est graue dubiũ quõ fieri possit, cũ aliqua obiecta sunt contraria, quę per idem mediũ sentiuntur. Tunc enim contraria erunt in eodem subiecto simul, quod repugnat: Dicendum, non repugnare species contrariorum esse in medio. Species enim cùm habeant esse spirituale, neq; cõtrariãtur, nec commiscentur, sed impermixtè per idem medium multiplicantur: & in eadem potentia recipiuntur: sicut album, & nigrum simul videntur, & in perspectiua radij visibilium impermixtè medium illustrãt, quod experimẽto cognoscitur in candela. Si plures candelæ illuminẽt cameram: si vna post altera successiuè auferatur, continuò minus erit de lumine, eo q̃ quælibet candela lumen suum secum deferat: & plures cãdelæ circa idem opacum diuersas faciunt vmbras: & cùm vmbra sit lumen diminutum, quod procedit a lumine primario, si vmbrę

Dubium.

Dilutio. Species contrariorum possunt esse simul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt diuersæ, lumen est aliud, & aliud.

¶Ex istis ergo potest quis intelligere, quomodo species multiplicatæ contrarijs obiectis, in eodem multiplicantur impermixtè propter suam immaterialitatem, & in eodem organo recipiuntur. Et licet accidentia sint, non repugnat Aristote. contentio. 5. Meta. duo accidentia solum numero differentia non posse esse in eodem subiecto simul, siquidem intelligit de accidentibus realibus absolutis, eductis de potentia materiæ per motum naturalem: vt sunt, duæ frigiditates: duæ caliditates. Sed species sunt accidentia non realia, sed intentionalia, & simul, esse possunt sicut, & duæ paternitates in eodem patre: quia sunt relationes plures species memoratorũ solùm numero diuersæ, simul in memoria seruantur: quia de potentia materiæ minimè educunt per motũ naturalẽ successiuè. Sicut duo lumina diuersarũ candelarũ simul esse possunt quã nõ successiuè sunt in medio per motum, sed in instanti, vt maximus.

Aristote. 5. Meta.

DIGRESSIO DE POtentia visiua.

D. August. TEste Patre Augustino li. 11. de trin. c. 2. sensus visus maximè excellit, qui subtilior, & agilior, & plures rerum differentias demõstrat. Ab ipso ergo auspicamur.

¶In visione consideranda sunt per ordinẽ, potentia: obiectum, medium, & species.

¶Organũ est oculus, qui ex pelliculis tribus, tribus tunicis, & tribus humoribus integratur. Prima tunica dicitur cõsolidatiua, siue cõiunctiua, quæ totam substantiã oculi continet: quæ fortis est, crassa, inguis, ne humores cõgelari, aut fluere possint. Hæc habet foramẽ, ne ingressum specierum prohibeat, & in parte posteriori, qua ad neruum opticum perueniat. Itaq; humor aqueus, siue crystallinus est intimũ oculi, in quo humore recipiuntur species, & fit visio: quem humorem dixit Aristo. aqueum ex aquæ fluxu, si oculus fuerit confossus. Et ex prouidentia naturę circa pupillam circumposuit albuginem pinguem, calidam, in modũ adipis illis animalibus quæ sanguinem habent. Et palpebras posuit, vt humor ille pupillæ à frigore tueatur, ne aliquando cõgelaretur ab isto humore. Ad cerebrum tendũt nerui singuli à singulis oculis, qui dicũtur optici nerui. Per hos neruos spiritus visiuus diffunditur: & species visibiliũ deferuntur ad sensus interiores. Isti duo nerui egrediuntur à sensu communi ex vno neruo, & circa oculũ fit bifidus. Diuiditur in duos ramos: dexter ad oculũ dextrum, & sinister ad sinistrum. Et locus ille in quo fit talis bifurcatio, est in quo plenè visio perficitur: ob quod res duobus oculis conspecta, non duæ, sed vna videtur. Et vt oculus quidem omnem colorem videre possit, est priuatus natiuo colore: quia proprium haberet, omnia iudicaret esse eiusdem coloris: & similiter de se est luminosus, licet habeat claritatem, limpiditatem, & perspicuitatem.

Tunica. Aristo. 2. de anima tex. com. 71.

Notan. 2.

Aristot.

¶Obiectũ potẽtiæ visiuæ est visibile: quod nõ est lux: aliud lumen, aliud color. Et si quæ sunt, videntur in ratione istorũ.

Obiectũ potẽtiæ visiuæ

¶Lux, est qualitas in corpore luminoso: & lumẽ est species lucis, siquidẽ per lucem videtur. Et cũ lumẽ primaria derũatio lucis. Nunquam (vt ait Ptolemęus) lumẽ est sine corpore causatiuo lucis. Hinc D. Augustinus: Lumẽ habet permanentiam per continuũ solis permanentiã: eò q̃ lux sit qualitas in sole accidẽtalis: tamen vt ait Damascenus lib. 2. sen. Et sicut lux in lumine videtur tanq̃ in imagine, lumen in vmbra: quia vmbra imago est luminis: ob id dicitur lumen secundarium.

Lux. D. August. Damascen.

¶Lumẽ siquidẽ species lucis in medio visibilis est, tũ in occursu corporis opaci reditur visibile per vmbrã quam facit: sicut si in carcere tenebroso per foramẽ lumen ingrediatur, & ex alia parte parietis foramen correspondeat, per qd egrediatur, nõ videbitur ab existente in carcere: si tamen destruatur foramen, videbitur per occursum corporis opaci.

¶Lumen ergo qualitas existẽs in genita subiectatur in corpore diaphano non transparente Arist. ait: Lumen est actus diaphani, in quantum diaphanum est: vt quat aër: vitrum, &c. quia corpora diaphana lumen recipiunt, & actu sunt illuminata per lumen. De conditione luminis, quomodo habet esse intentionale Duran. in. 2. sentent. d. 13. q. 1. S. 1 no. p. p. q. 67. an habeat esse reale, vt docet. S. Tho. 2. de anima: vel intẽtionale in medio, vt dicit Ægidius aliis gruentius. Nam reale esse habet, vt illuminatio, intentionale, vt immutat visum.

Lumen

¶Color obiectum visus, non propriè reperitur, nisi in corpore opaco: & color qui est obiectum, non est qui inuenitur intra corpus opacum, sed qui est in extremitatibus corporis, per colorem ibi existentem immutatur potẽtia visiua. * Et in hoc sensu difinitur ab Arist. quãuis secundũ essentiam sit intus in corpore: sed tamen nõ apparet nisi solùm secundũm superficiem.

Color.

¶Est tamen notãdum, colorem requirere illustrationem luminis, ad hoc q̃ speciem suam diffundat ad oculũ: vt videmus in nocte multa quæ colorem habent, nõ immutare visum: quia non sunt illuminata, & in die immutant. Lux tamen, quia ipsa per se illuminata est, non indiget alio lumine, sed visibilis est: & illuminatio requiritur ex parte coloris, quod sufficit, & non est opus ex parte oculi: nam oculo existẽte tenebris, potest videre obiectum si illuminatũ sit. Ob hoc Aristo. ait: Lumen facit quodã modo potentia colores, actu colores: quia facit eos actu visibiles: & color indiget luminis alieni illustratione: quod debet intelligi in illis, quæ nõ habent in se lumen, per quod videantur: ex qua consideratione aliqui dicũt, colorem esse obiectum materiale, & lumen formale, quia est quo mediãte potentia terminatur ad rem. * Ex hoc apparet Auicennam in. 6. naturaliũ. p. 3. c. 1. dicẽs, item, colores sine lumine actu nõ esse, sed solùm potentia, deceptũ esse: nam reale esse colores habent, sine lumine: quia per lumẽ nõ causatur color: sed erant potentia visibiles ante lumẽ: & actu fiunt visibiles per lumẽ, vt visum possint immutare.

Aristo. 3. de ani. com. 8.

Vigue. in suis institu. Theo. c. 1. §. 2. vers. 3.

¶Aliqua sunt corpora colorata: vt sunt ligna putrida, & oculi catorum, & aliqui vermes, & ossa piscium, quæ nocte videntur, etiãsi non sit lumen extrinsecũ, & hoc est quia habent in se lumẽ intrinsecũ, & ob id habent causas quare videri possunt. Sed lumẽ, & colorem: & quando in die sunt lumine extrinseco illuminata: quia tunc ratione coloris solùm videntur, alia apparẽt, q̃ in nocte apparebant, ex quo cõtingit in nocte deceptio: vt ligna putrida existimet quis esse hominẽ armatum, vel carbones ignitum, &c. Et sic ista videtur in nocte ratione luminis solùm, & non coloris: & in die, vel quando illuminantur, lumine extrinseco, videntur solùm ratione coloris.

¶Oportet ergo intelligere colorẽ emittere suã speciẽ visibilẽ per corpus perspicuũ diaphanum actu illuminatũ: & diaphanũ actu immutatur ab specie coloris, & ipsum perspicuum immutatum ab specie coloris immutat visum: & color per medium perspicuũ immutare dicitur visum. Quapropter sapienter author naturæ voluit, vt medium perspicuum, per quod debet fieri visio nullum haberet de se colorem: quoniam si proprium haberet non posset fieri visio, colorum: sed omnes colores apparẽt sicut color proprius medij: non enim posset immutari ab alio colore: sicut cũ quis aliquid videt per vitrum rubeum, apparet rubeũ, licet nõ sit: & sicut caret proprio colore, & lumine proprio, ne lumine, percipiendo præbeat impedimentum: sic aër non habet proprium colorem, nec proprium lumen, nec aqua, nec cœlum. * Ad productionem coloris tria requirũtur: lux vel lumẽ, nõ quidem cœleste, quia & si influat illud in istis inferioribus, non tamen incorporatur: sed est lumen, quod igni tribuitur. Secundũ requisitum est perspicuũ: vt materia in qua recipitur color: Arist. 2. de anima tex. 65. 3. requiritur condensans vel terminãs, perspicuũ, quia aliàs non reuerberaret, & nõ esset actu coloratum ad immutãdum: & quidem color qualitas simplex est: nõ composita ex materia, & forma: quia hoc substantiæ conuenit, sed vt docet Albertus de sensu & sensato, tract. 2. c. 2. est cõpositũ ex materia & forma, vt fluens ab eis: quia alterũ vt recipiens, concurrit ad modũ materię: non tamen est cõpositio ex materia & forma: vt quãdo accidens difinitur in cõcreto dicit formam in recto, & subiectũ in obliquo: sic color lucem significat: non secũdũ se, sed vt receptam in diaphano, est materia non ex qua, sed in qua.

Species coloris.

¶Colorũ species sunt, 7. Albus: flauus: croceus: rubeus: purpureus: viridis: niger, ad quos omnes alij reduci habent: ad hũc, vel illum, secundum quod magis percipiant de hoc, vel illo. * diuersitas colorum causatur ex diuersa proportione lucis ad opacum.

De medio per quod visio debet fieri. Vigue. c. 1. §. 3. vers. 3.

¶Medium ergo per quod visio debet fieri est necessarium, & non sicut Democritus opinatus est dicens, medium impedimẽtũ esse ad visionẽ: sic (vt dicit ipse) q̃ si vacuũ esset inter cœlũ & terram, oculus existens in cœlo, videret formicam in terra. Decipitur iste philosophus: nã non videbat, quando ista dicebat: imò dicimus vacuum esse impedimentum, vt ipso existente: non fieret visio: quia non potest causari, nisi per hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc quòd color diffundit suam speciem vsque ad oculum: & non posset diffundere sine medio: quia priùs color immutat medium diaphanum, & perspicum, & pòst medium tãgit potentiam visiua. Verũ est tamen, q̃ si corpus sit opacum inter visibile, & potentiam, impedietur visio tamen nos dicimus medij necessariũ perspicuũ, quod potest immutari, & illuminari: & hoc medium quantò magis diaphanum, & perspicuum, melius immutatur, & meliùs res per eum videntur: sicut in aëre meliùs, q̃ in aqua: & aere existente nebuloso, nõ sicut existente puro, & sereno.

¶Color ergo propter materialitatem suã visui non sensibilem est ingerere: ob id ad excitandũ visum producit speciem suã in medio diaphano, & perspicuo, quã mittit per lumen. Per medium ergo illuminatũ lumine extrinseco, color immutat, vt est in illis quæ non habent lumen intrinsecum, quæ non videntur in tenebris: nam quæ habent intrinsecum, & in nocte videntur, vt diximus, non tamẽ sine lumine: licẽtin die propter impedimentum maioris luminis solũ rõe coloris videantur, & nõ proprij luminis.

¶Oportet igitur medium esse vniforme, & visibile proportionabiliter elongatum, ad hoc q̃ videatur secundùm certam quantitatem. Nam si visibile multùm distet, etiã si medium sit illuminatum, non videbitur secundum propriam qualitatem: sicut stella in firmamẽto, tuisus iudicat esse paruæ quantitatis, cùm in veritate sit maior terra, vti supra diximus. Et sic quantò res minùs distat ab oculo, tantò maior videtur. Cuius ratio est: quia pyramis est breuior, & fortior, & angulum coni habet maiorẽ, & repræsentat rem maiorem. * Triplex signari potest medium, vnũ, quod se tenet ex parte obiecti: & est species rei visibilis, & medium in quo recipitur species, quam defert vsque ad potentiã visiuam, & mediũ quod disponit ipsum diaphanũ, ad deferendum speciẽ: & dicitur lumẽ. Itaque species, diaphanũ, & lumen: sunt media requisita.

Abulens. Maith. 25 q. 543.

¶Aduertẽdum est, quòd radius visualis est species rei visibilis, quæ est corporalis pyramidis, cuius pyramidis basis est in re visa, & conus in oculo videntè, totum luminosum, pyramidem sui luminis in quolibet pũcto medij terminat: & sic in quacunque parte medij oculus existat, potest videre visibile, sed tamen diuersè: quia quantò obiectum est propinquius oculo, pyramis breuior, & conus est maior: & sic fortius agit, & rem maiorem repræsentat.

Modus videndi secundùm aliquos non cõtenendæ authoritatis est, per extramissionem, per egressum spiritus visibilis ab oculo in puncto perueniens ad rem visibilem, quod Arist. videtur sentire, quando dicit: Oculos profundos clariùs videre: quia radij exeuntes minùs disperguntur: sic sentit Plato, vt latè disputat Ægidius quolibet. 6. q. 15. Alij dicunt fieri vnionẽ, quia spiritus egrediens ab oculo cum speciebus rei visibilis simul coniunguntur in medio. Sed communem sententiam sequentes, dicimus, fieri vnionem per receptionem speciem rei visibilis in oculo per modum pyramidis, cuius basis in re visa, & conus in oculo: spiritus autem visiuus lucidus, & clarus à cerebro per neruos opticos ad oculos descendens, & ab speciebus immutatus sensatione confusa regreditur, ad cuius regressum excitata anima, ceruens speciem, conuertit se ad obiectum vnde splendor venit, & ipsum discreta sensatiõe percipit. Hoc autem fit via assimilationis: sicut cera flexibilis configuratur ab artifice, nunc figura leonis, nũc equi, nunc hominis: quod fit, quia artifex habet in anima, has figuras. Si ergo cera esset animata, posset intus existens configurare ceram secundũ similitudinem sibi præsentatam: sic spiritus visiuus animatus anima sensitiua, per animã configuratur speciei visibili, quã offendit in oculo: & sic discreta visiò requirit attentionem interiorem: ex quo contingit recepisse speciem in oculo transeuntium, quod minimè post cognoscimus ex defectu attentionis.

Hæc. 1. opi. & docto. cartha. in suo de oculis. 2. Opinio. 1. Opinio. Hoc vide Aual. pado 4. c. 8. & supereu. to. 2. fo. 12. co. 3.

Ægidius vbi suprà.

¶Sicut ergo fit visio per similitudinem: quia spiritus cõfigurantur speciebus colorum, sic in auditu, & odoratu, & alijs sensibus dicendum.

¶Isti spiritus depurati à sensibilibus. Non habent colorem: nam si haberent, solùm perciperẽt colorem actu, & non omnẽ: vt ergo omnem percipiant, sine colore sunt.

¶Hic notandum. Arist. dixisse, sensum non posse decipi circa proprium obiectũ: vt visus circa colorem, & auditus circa sonum. Decipi tamen potest circa sensibile communè: sic vt possit decipi quantum ad visibile, quid sit, vel vbi sit, sicut contingit: de quo infra.

Hæc Themist.

Aristote. 2. phy. tex. 6.

¶Hæc sententia Arist. debet intelligi positis tribus cõditionibus, quas Themistio ad ducit. Prima est, q̃ organũ sensus sit benedispositũ. Cæcus.n. male iudicat de coloribus. Si.n. malè disposita sit potẽtia, decipietur: sicut in.firmus dulce iudicat amarum.

¶Secũdũ quod requiritur est, q̃ mediũ sit purũ: quã rõne solem rubeũ iudicamus mane: quia vapores eleuati à terra, aërem impurũ reddunt: non tamen in meridie.

¶Vltimum requisitum est, q̃ sit debita distantia inter visibile, & visum: quia à longè non benè de colore poterit quis iudicare. Istis concurrentibus, nunquàm sensus circa proprium obiectum decipietur in magno gradu. Neque quãtum ad speciẽ: quia album iudicat album, & non nigrum: tamẽ quantum ad hoc q̃d est coloratũ, potest decipi: vt mel potest sei iudicari, & econtra, licet in colore flauo nõ decipiatur. De hoc inferius latiùs.

In hoc 2. specu. 8.

¶* Sed contra dicta se se offert argumentum: non enim est necesse quod medium, & organum, careant specie sui obiecti: quia oculus cati est lucidus: & tamen videt lucida, putà ignem: sicut manus est frigida, & tamen sentit corpus frigidum, vt in hyeme. Ad hoc dicendum, quod hæc propositio, omne recipiens debet esse denudatum ab specie sui obiecti receptibilis, est intelligenda vel quod omnino sit denudatum, vel quod sit denudatum à tãto gradu, pro quãto debet recipere & sentire suũ obiectũ. Et in hoc secundo sensu est verũ: quia oculus cati non posset videre corpus lucidum, si non esset magis vel minus lucidum, quàm sit oculus cati: neque manus frigida posset sentire aliquod corpus frigidum, nisi in eo esset maior vel minor frigiditas: quàm sit in manu.

DE SENSV AVDITVS.

Vide Vigue rium. 1. c. §. 4.

Onsequenter de sensu auditus dicendum: cuius organum in auribus dicunt esse aëreum humorem cõnaturalem circundatũ mẽbranula, & intra aurem diligenter abditum, & occultum, & cùm species soni perueniunt ad talem humorem, delatæ per aërem extrinsecum fit sonus: sicut visus fit in pupilla humore illo crystallino: sic etiam auditio in illo aereo humore. Modus autem est, vt ait Boetius. 1. musi

Boetius.

cæ sumpta similitudine: nam cùm in paludibus, vel quietis aquis, iactum eme: gitur saxũ, priùs in peruiissimũ orbẽ vndarũ globos spargit, atque eo vsque dum fatigatus motus ab eliciendis fluctibus conquiescat, semper posterior, & maior vnda pulsu debiliori diffunditur: sic in sono fit: nã aër pulsus facit sonũ, & pellit aliũ proximũ, & sic fit alium, vsq; dum peruenitur ad aurẽ, in qua fit sensatio: q̃ si nimium distat, eo debilior est aeris impulsus. Et quanto propinquius est, causat sensationem maiorem.

Similè.

¶Et vnus idem sonus à diuersis auditur: quia per diuersas species ad diuersas aures deuenit: sicut idem color à diuersis oculis simul videtur, non tamẽ per eandem speciẽ vnus & alter immutatur: quia fieri non potest, vt species quæ oculũ vnius immutat, eadem numero immutet oculum alterius. Formato.n. sono, aliæ species multiplicant ad dexteram, aliæ ad sinistram, aliæ retrò, aliæ ante: sicut ignis videtur ex quacũque parte, vndique, circumcirca: quia in quolibet puncto medij terminatur radius pyramidis. Cùm ergo species soni multiplicantur vsque ad aurem, spiritus auditiuus, qui à cerebro per neruum bifurcatum ad vtrãque aurem secundum duos ramos exit, immutatur speciebus soni, & his configuratus regreditur: ad cuius regressum excitata anima ipsum spiritũ immutatũ cernẽs, ad obiectum vnde species multiplicantur, se conuertit, & ipsum discretè percipit.

¶Quod sit necessaria egressio spiritus ad organum, patet: quia in dormiẽte species soni perueniũt ad organum, & non audit: quoniam spiritus non egreditur, eo quòd nerui vaporibus opilati, (ex quo sequitur dormitio) impediunt exitum spiritus auditiui. Sed tamen fortior sonus meatus aperit: & dormiẽs excitatur, & audit: quia fortis sonus causat calorem per motum, & calor ille resoluit humores: quibus resolutis, species egreditur ad organum. Et quia contingit ex sono resolui aliquid ex vaporibus, dormiens audit: at verò quia nõ continuatur sonus, & non potest totum resolui, non excitatur: imò qui sonum audierat, & ad vocem responsum dederat: non meminit se respondisse postea: quod euenit, quia spiritus non potuit perfectè immutare speciem: & reuertitur impediente adhuc opilatione neruorum ex humore non cõsum

Universidad de Deusto Biblioteca

pro. Et si voces multiplicantur, potest consumi vapor, & tollitur opilatio, & fit auditio, & excitatur animal.

¶Iste aër natiuus, in quo fit auditio, ne lædatur, est à natura: imo ab ipso authore naturæ mirabili quadã curuatiõe protectus: vt in aure apparet, in anfractibus [illegible]rijs: vt aër non recta via ingrediatur, ne vehementer commouens aërem natiuum ipsum læderet, & destrueret: sed cùm per tot curuitates, & anfractus trãsit, anteq; ad organũ perueniat, iã mãsuetè, & sine violentia tangit, & immutat: vt videmus in aquis, vim suã fluctus ingentes perdere, quando nõ recta via decurrunt, sed curuè per anfractus.

¶Aër est connaturalis, in quo auditio, vt susceptiuus sit soni cuiuslibet, nullũ habet sonũ. Licèt enim manũ admouentes auri, vel digitum mittẽtes in aure, sonum percipiamus intus in aure, non putandum est euenire aliunde, quàm ab aere exteriori incluso in illis anfractibus, qui non valet exire, propter manuum appositionem: & tangit pellem, quæ dicitur meringa, vel tympanum, qua circundatur aer connaturalis, in quo fit auditio, & causatur sonus, & percipitur sonus: quod est signum optimi auditus. Surdi enim non perciperent, propter organum malè dispositum: quia solùm mouentur à magno sono.

¶*Et ille aer inclusus quanuis Commentator com. 84. dicat esse immobilem, secũdum fluxum & refluxum, & mobilem circulariter: immobilis tamen est, vt S. Tho. interpretatur Arist. si in sua optima dispositione sit auditus. Sic text. 83. quòd si aliquando Arist. dicit aerem inclusum in aure moueri: oportet intelligatur, quãdo est in mala dispositione auditus ipse: & quidẽ experientia constat, q̃ quanto quietius, tãto melius audimus: & quanto de motu, minus percipimus auditu.

¶Son⁹ ergo est qualitas causata in medio, ex collisione duorũ corporum adinuicem.

¶Ad sonũ tria vniuersaliter requisita: Percutiẽs, percussum, & mediũ: licet aliquãdo idẽ sit percussum, & mediũ: vt quando quis virga percutit aerem, & facit sonum.

Ad sonum tria requisita.

¶Sonus non est subiectiuè in percutiente, neque in percusso: sed in medio circunstãte corpora, ex quibus causatur sonus: vt est aer, vel aqua: quia sonum in se recipit. Vnde quando campanam sonare dicitur, debet intelligi effectiuè: quia causat ipsa sonũ percussione mallei: sicut dicimus solem calidum, qui tamen subiectiuè calorem non habet: sed effectiuè: & vocantur corpora sonora: quia sunt causatiua soni. Et in hoc differt obiectũ auditus, quod est sonus, ab obiectis aliorum sensuum: quia color obiectum visus est realiter subiectiuè in re quæ videtur, & odor in re quæ odoratur, & sapor in re q̃ sapit: & in medio est intẽtionaliter secũdũ speciem, & nõ realiter subiectiuè in medio: sed sonus est realiter subiectiuè in medio, & non in illo quod sonat.

Sonus subiectiuè est in medio circũstãte.

¶*Et quod in aere & aqua possit esse, & non in solo aere tenet Auicenna [illegible] naturalium par. 2. cap. de auditu: & aliqui ex Thomistis sic intelligunt Arist. in tex. 79. licèt Albertus in tex, 77. & Scandunus in. 2. de anima p. 22. teneant quod in solo aere: & de mente Arist. contendãt probare: sic in. 1. quia Arist. varius fuit: nam tex. 76. dicit quòd mediũ est aer: & text. 79. dicit quòd auditus fit in aere, & aqua. Et oportet intelligere quod quando aerem solum ponit, id sit respectu animalium terrestrium [illegible] perientia docẽte: sed tamen aer & aqua est medium adæquatũ, quia etiã propiscibus.

¶Est tamen hic considerandum, sonum non sic secundùm probabiliorem sententiam realiter inueniri in qualibet parte medij, per quod fit sonus, perueniens ad aurem, sed inueniri quidem realiter in parte propinqua circum circa, vbi corpus est, ex quo procedit sonus: & in partibus remotis solùm est intentionaliter, & non realiter, ex eo quòd sonus suas diffundat species vsque ad organum auditus: sicut dicebamus de colore immutante medium per productionẽ specierum. Et hoc videtur rationabilius: nam exiguus valde tactus cymbalum facit sonum ad aliqualem distantiã, quantam exiguus, & paruus est, vt non sit [illegible]similis mouere aerem vsque ad potentiam auditus: sed quia fit sonus, necessarium est concedere, si aer non fuit motus vsque ad potentiam audendo quòd sonus percipitur, quòd species soni deuenit ad auditum: & hoc est verisimilius, vt scilicet sonus verè causatus, realiter, & subiectiuè sit in partibus aeris motis per sonum, in propinquo: tamen ab alio sono existente subiectiuè, & realiter in illa parte medij mota, diffundantur species soni, quæ perueniunt vsque ad auditũ, & tunc sonus est intentionaliter solùm, id est secũdùm species in illis partibus

Quõ sonus in parte propinqua est.

bus remotis à corpore, à quo primò procedit sonus. Apparet hoc verum ex lapillo etiam paruo, quo percusso pauimento templi causatur sonus in toto tẽplo, & nõ est verisimile realiter esse sonum in toto aere templi: quia non videtur omnem aerem moueri posse per talem percussionẽ, sed oportet dicere sonum esse intentionaliter in partes distantes templi, & circa lapillum fuisse realiter.

*Et oportet continuari vsq; ad organum: & ob id in tympano lapillus inclusus faciens sonum, non excludit hanc cõtinuationem aeris per [illegible]tamina occulta, vel per poros timpani: Sicut & musca inclusa intus, facit sonum: & non potest esse, si aer sit discontinuus.

¶Quòd [illegible]nus contactus alicuius [illegible]va leat ad magnam distantiam c[illegible]sare sonum vt est cymbalum, &c. euenit ex natura ipsorum [illegible]oniam quædam sunt sonus causatiua, plusquã alia: sicut color albus paruus plùs mouet visum, quàm niger in magna quantitate: sic etiam quædam habent sonum acutum, vt possint ad magnam distantiam. Et sic contingit quòd aliquod corpus quod minorem causat sonum, lõgius audiatur, quàm aliud, quod maiorem: quia prius sonus acutus clar⁹ est diffusiuus de se: alius autem minùs.

¶Quia ergo diximus sonum recipi realiter in medio, intelligere oportet tam aerem esse medium, quàm aquã, quia auditio fit in aqua, licèt sub obscure: audit enim homo per aquam: & audiet quousq; aqua perueniat ad pellicullam, qua organum tegitur: quia tunc propter aquam, in dispositum organum impedimentum erit auditioni. Pisces tamen audiunt in aqua: nam volentes capere, iuxta [illegible]as silentium faciunt.

¶Sonus [illegible] appellatur Echo, fit per reflexionem [illegible] repercussi reuertentis ad modum pilæ ad locum à quo fuerat proiecta: quare repercussio maximè fit circa montes, sylvas, & aquas, & in corporibus concauis: vt in templis. Non tamen [illegible]a reflectitur quãdo species eius mutatur, ex obstaculo penetratur: quia per mutationem, & parietem fit auditio, & aliquando in penetratione figura confunditur, substantia remanente: & sæpe audimus sonum, sed an vox sit, non percipimus. *Sed an vox & Echo offerãt species vt [illegible] qui volunt, vel [illegible] numero vt probabilius videtur: parum refert dummodo intelligamus esse vocem animalis, secundariam tamẽ, & refractã, & nõ formaliter vt prædẽs.

¶Secundum Arist. semper fit soni reflexio & repercussio, licet nõ semper percipiatur propter debilitatem: sicut vmbra candelæ est luminis reflexio, sed tam debilis, vt non percipiatur lumen: at quia lumẽ solis tam potens est, eius etiam reflexionem percipimus: alioquin si nõ perciperemus, omnia essent obscura: vbi radius solis non penetraret directè: sic de sono, qui aliquando tantũ est debilis, vt non percipiatur reflexio.

Aristot.

*Quod si placet, exẽplum philosophi audiamus: quãdo lapillus proijcitur in puteũ, videmus circa locum vbi cecidit, paruũ circulum in aqua: & post illũ alium maiorem fieri, & minorẽ iterum maiorem, donec veniat ad putei circumferentiam: vnde statim reflectitur: & quasi retrocedendo, tẽdit ad medium putei, vbi circuli ceperunt. Sic contingit in aere, licet non videatur tanquam sonus, iterũ per Echo, reuertitur ad nos, &c.

DE VOCE.

QVia de sono, qui est obiectum proprium auditus, loquuti sumus, operæ pretium erit de voce aliquid adducere: quæ ab Aristot. sic definitur. Vox est sonus quidam animantis. Non. n. potest reperiri vox nisi in animali, & nõ in omni animali, sed in animali quod respirat. Vox siquidem est ictus aeris respiratione attracti, causatus ab anima: sic non potest conuenire nisi habentibus animam, & respirantibus. Aër. n. respiratus dicitur, qui est per respirationem attractus, qui postquàm impetu fuerit concussus ad vocalem arteriam, siue gurgulionem, hac concussione sonum facit. Aer respiratus per se nõ facit vocem: alioqui semper animal æderet vocem: quia semper respirat. Neq; per emissionem aeris attracti: quia homo quando non loquitur emittit, aerem attractum, vt denuò attrahat, sed solùm fit quando aer intus contentus cum impetu cõcutitur ad latera gutturis ad vocalem arteriam: ex hoc pisces non dant voces: quia nõ respirant in aqua, neq; habent vocalem arteriam.

Aristote. 2. de anima. t. 88.

Quid vox.

Quõ causatur vox.

Arist. 2. de anima tex. 87.

¶Iste sonus ad hoc quòd sit vox, oportet sit cum imaginatione. i. intentione aliquid significandi: quia ad id vox ordinatur: vt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus ad explicandũ suos conceptus, vel appetitum sensualem in brutis, scilicet: concupiscentiam cibi, & potus: vt videmus diuersas edere voces animalia bruta, alia, & alia volentia significare: vt canis alio modo latrat quando iram ostendit, quàm quãdo petit cibũ, vel applaudet viso domino, vel insequitur prædam: & boues alios, & alios dant mugitus, ad aliud & aliud significandum.

¶Respiratio, seu aeris continua attractio, non solùm data est ad vocem formandam, sed ad coutinuum leuamen, & refrigeratio nem caloris præcordiorum. A corde.n.magnus calor ad præcordia egreditur, qui nisi aere refrigeraretur, consumeretur facilè animal calore: & sic circa præcordia est pulmo velut follis, qui sese aperiens, & dilatans aerem cõtinuò attrahit, & se comprimens eijcit. Hac nõ indigent respiratione, animalia, quæ non habent sanguinem: vt pisces. Non enim in eis tãtus calor est. Et licet aer calidus sit, tamen quia humiditas maior, refrigerium præstat.

¶Aliud officium respirationis est ad vocẽ formandam: lingua duo habet officia. Primum, degustare sapores: quia necessarium est, vt animal ex gustu afficiatur ad cibum: vt appetẽs, & nõ respuens nutriatur. Aliud est, ad vocem formandam.

¶Vocalis arteria, in qua fit aeris repercussio, distinguitur à via cibi. Alius est meatus in gurgite, licèt nobis ignotus, per quem transit cibus ad stomachum, & alius per quem respiramus: quia meatus, quia non distat ab alio, clausus est, quando animal capit cibum: ne alio meatu relicta via per arteriam descendat, & impediat attractionem aeris, & suffocetur anima. sicut aliquando euenit illis qui inter comedendum solent cachinnis operam dare. Quòd si contingat aliquando cibum illa via ire, tussim concitat natura, & versus partem superiorem aerem pellit, vt eijciatur quod impediebat attractionẽ aeris, & nisi pellat perit animal, quod solet euenire in principio cibi, quando homo nimis voraciter incipit comedere, & ex subita illa comestione nondum clausa via respirationis deuiat cibus à sua via recta.

¶Vocum: alia articulata: alia inarticulata dicitur. Illa dicitur articulata, quæ potest certis articulis distingui, & depingi scriptura: vt homo loquens distinctè dicitur vocem articulatam formare: quia illa possunt scribi. Et mutuò ista se habent: Vox: Scripturæ. Et scriptura, vocis vicẽ supplet.

¶Inarticulata vox est, quæ nullis articulis distinguitur: nec potest certis characteribꝰ scribi: sicut voces brutorum: mugitus boũ: balatus ouis, & auium garritus. Puerorum etiam voces clamãtium in articulatę sunt, & mutorum: qui quanuis vocem dent, articulata minime est: & non loquitur, licet vocem formet mutus. Solùm enim illi loqui dicuntur, qui vocem formant articulatam, Bruta etiam animantia vocem formant, tamen loquuntur minime: quia non possunt voces illæ characteribus depingi: vnde neque verba formant. Articulata.n.vox procedere videtur ex mentis cõceptione, quæ mens, quia in brutis non est: non potest in eis inueniri vox propriè, quæ articulata dicitur. Non tamen intelligendum est soiam illam vocem articulatã dici, quæ est significatiua in aliquo idiomate: potest enim quis proferre vocem. buph. baph. quæ quidẽ voces sunt, & articulatæ, quia licet in nullo idiomate reperiantur significatiuę, possunt imponi ad significandum, cùm omnes aliæ voces ad placitum significent: vt videmus quotidie assumi voces ad res de nouo inuẽtas significandas. Sufficit ergo ad vocem esse articulatam, vt depingi possit certis characteribus.

¶Cùm sit verum, omnes voces articulatas ad placitum ex impositione significare, vt constat, voces tamen in articulatæ pleræq; sunt quæ naturaliter significant. Illæ, scilicet, quæ animalia habent, ex instinctu naturæ ad appetitum demõstrandum, vel aliquos alios affectus: imò & in hominibus potest repiriri: vt in pueris vlulatus, & gemitus infirmorum.

¶Ad articulatam vocem formandam vltra arteriam & pulmonẽ requiruntur arteria. linguа, palatum, dentes quatuor, & labia perquæ fiat expressio. In quibus deficiunt hæc instrumenta vel sunt impedita, vocẽ in articulatam habent: vt in vetulis est videre, quæ carent dentibus, saltim perfecta vox non est. Vix.n.possunt formare voces articulatas, & distinctas. Sic qui linguam nõ habent integram, eam habent ligatam: vt est in mutis, in quibus non est vox articulata, licet sonum, & vocem forment.

¶Isti duo sensus, visus, & auditus præcipuè in animalibꝰ sunt reperti, & in homine perfectioři modo sunt disciplinæ, & prudentiæ gratia: vt Aristo. ait ostendũt enim, nobis plures rerum differentias, ex quibus consurgit contemplatio. Est tamen differentia: quia visus ad plura se extẽdit, & proptiores ad illa quæ corpori necessaria sũt, quia vbiq; sese offerunt visibilia: non sic audibilia. Omnia.n.corpora colorem habent. Sed auditus per accidens melior, & quantum ad animam vtilior, quia ad disciplinam hic sensus commodus. Ex quo cæcus à natiuitate per aliam potest doceri, & videns sine eo minime: licet per experientiam possit multa scire.

Aristot. de sensu, & sensa. ca. 1.

¶Visus est celerior ad suum actum, quàm auditus, eò q̃ visio fit sine motu obiecti, sed solùm per hoc q̃ species producit in medio quantum instanti sine motu: sed auditus est per hoc q̃ sonus peruenit ad aurẽ, vel ipse realiter, vel intentionaliter per speciem: hoc non fit sine motu, & successione temporis: ob id tardior sensus. Et sic visus anticipat auditum. Ex hoc videmus lumen fulguris, vel fulminis, & post tonitruũ audimus, cùm tamen simul fuerint, vel antè tonitruum, saltim prius natura. Sic in filuis prius videmus cædentem ligna eleuare ad ictum securim, quam sonus primi ictus peruenit ad auditum.

¶Illos sensus voluit Deus etiam in brutis ponere, vt melius homini subseruirent: vt videmus ea per auditum domestica fieri, ac tanquàm regi, & gubernari disciplina suo modo, per auditum, & vocem tunere, & ad vocem gaudentis libenter moueri.

DE SENSV ODOratus.

Sensus odoratus habet organũ suum in naribus in earunculis duabus admodum mamillarũ: ad quas ventũt nerui à cerebro, per quos spiritus odorabilis egreditur. Istæ duæ carunculæ habent cooperculum à natura, quod per aeris respirationem, & attractionem aperitur, & claditur.

✱ Galenus tamen multis rationibus probare contendit, olfactũ non fieri in aliqua parte nasi: sed in ventriculis anterioribus cerebri. Et Plato in dialogo de natura quãuis cum Aristo. conueniat in naribus esse organum, tamen odores attingere tantum illam regionem interiorem quæ à capite vsque ad vmbilicum extenditur: & præcipue hoc sentiunt graui dæ, quanuis quod Plato dicit probabile sit: sententia Galeni reijcienda videtur quã improbat egregius doctor peritissimus medicus & acutus Philosophus in suis controuersijs Valle. libro. secundo cap. 24.

¶Organum istud secundùm participationem eligit aliquid: sicut in auditu diximus esse humidum aereum, & in visu humidum aqueum. A corporibus ergo odoriferis fluunt per calorem innatũ, vel solis euaporationem quædam velut exhalationes ad modum fumi, quæ per medium diffusæ perueniunt ad organum odoratus, & aere attracto aperitur operculũ: & spiritus exiens informatur: & sic egrediens discernit de odorifero iudicat. Et sicut ad auditionem diximus motum esse requisitum, & quod successiue sonus peruenit ad potentiam auditiuam, non secus in odoratu dicendũ, motum esse necessarium. Et sicut ibi probabiliùs existimauimus esse, quod sonus ipse realis non sit necessarium peruenire vsque ad organum, sed intentionalis species sufficit: quia sonꝰ realis in parte propinqua corporis ex quo sonus, producit speciẽ, quæ peruenit ad potentiam: hoc est probabilius in odoratu, propter hoc q̃ sunt animalia quædam, quæ ad magnam distantiam odorẽ percipiũt, & nõ est verisimile realem odorẽ vsq; ad ipsa peruenire, nisi per species, licèt oppositum sit probabile. Ad quod facit quod quidam habitatores Indiæ odore cuiusdam pomi viuunt, & distantes moriuntur, quando non percipiunt odorem. Et si aliqui putẽt id fieri non posse, vt odor nutriat: cum Aristo. compositũ fore quòd nutrit affirmat Palateranus. lib. 28. Quòd si non esset odor realis, non posset nutrire.

✱ Et quidem Auicẽna. 6. naturaliũ par. 2. c. de odoratu tenuit: quod odor sic medium immutat realiter, quod nullomõ intentionaliter. Sed Cõment. in isto. 2. cõment. 97. reprobat, & videtur tenendum, quod vapores illi emanantes à corpore odorifero recepti in aere realiter, in proxima parte medij non sunt continui, ne contigui, sed diuisi in partes: vt aer mediet inter partẽ & partem: & sic tollitur inconueniẽs de corporũ penetratione: & nõ est necessario in illa proxima parte odorabili totaliter aer cedat, aliàs nõ posset fieri ibi respiratio. Sicut etiã in vaporibus eleuatis dicimus: q̃ neq; se habẽt, penetratiue,

Universidad de Deusto Biblioteca

penetratiue:cum aere,neq; sunt continui, neq; contigui.

¶Quòd odor causetur per euaporationē, & calorem, & fiat odoratio per attractionem, patet ex hoc, q̃ videm⁹ odōrifera quā do cremantur, per fumositatem & euaporationem intensiorem mittere odorē. Cuius signum est, odorem esse euaporationē, licēt aliquādo non percipiatur. Et patet q̃ fiat à calore: nam flores in nocte non dant odoris frangrantiam, sicut in die, propter calorem solis. Et rosa in manu licet odorē fundat, non percipitur, nisi per nares fiat attractio: vt experientia cōstat.

Aristotel. ¶Hominē inter animalia ait Arist. esse imperfecti odoratus: quia nō percipit odorē, nisi odoriferi, quod multum fundit odorē: cùm tamen animantia alia ex quocunque percipiant: vt canis percipit odorem, qua via lepus vadit, quod homo non potest.

Quòd ex humiditate & frigiditate cerebri euenit: nam cùm inter animalia maximū habeat, vt locus sufficiens ad omnes potentias sensitiuas: sequitur difficultas in odorando.

Quomodo homo uincitur in odoratu abalijs animātib⁹. ¶Considerandum tamen est, naturam apposuisse in rebus quibus vtimur in cibum odorem: vt attracti odore, gustātes, nutriatur animal: & illa quæ placent gustui, delectāt odore: & si displicent, odor nō est gratus. Homini famelico odor carnium elixarum est gratus: quia sapor delectat carnū: & huiusmodi saturo fastidium: quia gustare non vult, odor cadaueris homini ingratus: quia gustus abominabilis, sed cani, vel vulturi gratissimus: quia gustus iucundus. In istis ergo quæ habēt odorem, per gustū videtur homo vinci ab aliquibus animantibus, quæ etiam minimum.. odorem percipiunt, & ad magnā distātiam, vt dicitur de vulturibus, quę corpora occisorū ante Troiam per. 50. milliaria odore perceperūt. Formica etiam odoratur rem quæ parum mittit odoris, & ad distantiam, quando etiam homo non percipit, sicut & de cane dicebamus quādo insequitur prædam. In istis vincitur homo.

¶Aliqua tamen sunt odorifera, quę nō propter gustum, sed habēt per naturam suam vt flores, & aromata, quæ etiam si non sint

Aristotel. in cibū, odorifera sunt. Et hæc solus homo percipere potest: vt dicit Aristo. licet.n.prima quę propter cibum communia sunt homini, & bruto, ista tamen quia non sunt odorifera gratia cibi, solùm homini cōuenit percipere. Canis.n.non mouetur aromatibus, vel floribus: sicut homo immutatur, & in hoc homo vincit bruta, & odoratus hominis præ excellit. Licēt enim vincatur in primo odorum genere, in isto secundo homo supereminet: quia solus percipit. * Ex istis potest elici concordantia inter Commentatorem. Et Aristo. quia Cōmen. in libro de sensu & sensato dicit: quòd homo melius distinguit differēntias sensibilium olfactus, quam cetera animalia: quod videtur contra Aristo. in isto. 2. textu. 92. & de sensu & sensato tex. 44. nulla est repugnātia: quia intelligit Commēt. de odore illorū quę ad cibum non ordinantur vt rosarum, & aromatum: & Aristo. intelligit, de odore illorū quæ ad cibum sunt ordinata: quia ad maiorem distantiam, & subminori gradu odoris, à brutis deprehēduntur, quā ab homine.

¶Oportet etiam considerare, q̃ dato odoratio fiat per attractionem aeris, & sic animalia respirantia odorentur aperto operculo per talem attractionem, etiam animantia non respirantia (vt pisces in aqua) percipiūt odores: quibus natura sagax, imo Deus ipse autor naturę non appusuit organo operculum, sed est patens semper: & odorifera eis sunt semper obuia. Si esset opertum organum, & non posset operiri nisi per aeris attractionem, cum non respirent, non possent odores percipere. Et quia ista attractio per nares ad odorē, nō potest fieri in aqua, animalia respirantia in aqua nō possent percipere odores: quia in eis est operculū clausum, & aperiri nō valet: quia non potest attrahi aer per nares ad aperiendum organū, Ecce quomodo in omnibus animalibus nō est idem modus odorandi, nec est non est eadem dispositio ad videndum in omnibus. Illa.n.animalia, quæ habēt oculos palpebrales, & qui possunt lędi, habent defensiuum, palpebras: & claudunt, & aperiunt. Alia quæ habent oculos duros, q̃ non possunt lędi, habent apertos oculos semper, & sine palpebris: vt pisces: hic oculis semper sunt obuij colores: quia nunquàm claudunt oculos. Similiter illa animalia quæ non habent operculum in organo odoratus, habent obuios odores, & possunt odorē percipere, semper sine aliqua respiratiōe, vel attractiōe aeris. * Et Ægidius in isto secundo propriū hois dicit quod soli ei conueniat, vt nullo possit *

sit sine respiratione odorari: quia sic habet opertum organum odoratus, vt non solum imperfecte non possit odorari, imò neq; imperfecte sine respiratione, cū tamen sint aliqua animalia, quæ sine respiratione possunt odorari, imperfecte tamen, quia non habent totaliter organum opertum sicut homo habet in quo sensu Aristot. text. 98. debet intelligi proprium esse hominis, vt illi soli cōueniat, & omni homini, licet Albertus magnus in hoc. 2. tracta. 3. ca. 26. aliter exponat.

¶Odor ergo passio sicci digesti in humido à calido, quę qualitas existēs, immutat sensum, Et species sunt variæ. Odor aromaticus: salsus: amarus: acutus: acetosus: opticus: ponticus: vinosus: suauis: fœtidus, &c. Et ita verē, & [illegible] immutant sensum. Et beato Ambrosio. lib. 6. Exame. c. 6. Dicunt in hęcentes, cerebrum, sensusq; depascunt, quod de experientia docet in coquis, qui pleni fumositatibus ciborum, etiam delicatissimum cibum vix possunt degustare, quod proceditur ex odore intus existente, causante fastidium circa odorem extraneum. Et quia odore allicitur animal ad cibum, non percipiens odorem, non vult gustare. Et loquentes de subiecto odoris secundum Sanctum Thom. in hoc. 2. text. 95. est in sicco aere contemperato: sicut sapor est in humido aqueo aliqualiter digesto. Et secūdū Albertum Magnū existit subiectiue in spiritu, in parte ignea, tamen cōtemperata: quæ resoluitur ab humido saporoso.

Speciesodoris.

DE SENSV GVSTVS.

Sensus gustus quartus est in animalibus organum in linguā positum in neruo latente in ipsa lingua: & caro porosa linguæ est medium per quod fit gustatio.

¶Organum ergo est de natura humidi salliuaris, & sapor, qui sit qualitas sensilis humidi digesti in sicco terrestri, alterans & immutat neruum illum, in quo est organum sensus: & facit sensum actu gustare. Et sicut odor causabatur à calore, vel ignis, vel solis ex digestione sicci in humido, sapor causatur etiam à calore ex digestione humidi in sicco. Et quemadmodū ex diuersa harmonia sicci in humido diuersi odores causantur, diuersi sapores sunt ex diuersa proportione humidi in sicco. Et q̃ pueniat ex humido digesto in sicco per calorē patet: quia fructus immaturi per actionē caloris ignis dulcuntur vt comedi; gustabiles: quia humidum digestum est in sicco.

¶Organum itaq; est, neruus à cerebro descendens in lingua ramificatus, & ad instar retis per eam expansus, per medium, quod est caro porosa lingua humido salliuari illi apposita. Cum ergo ab obiecto saporoso species per hoc medium multiplicentur, spiritus gustatiuus per neruum descendens ab speciebus immutatur: & regressus, animā excitat: quæ excitata, rursus exit, & ipsum dijudicat. Et quia omne animal indiget nutrimento, omnis tali à natura est cōcessum, vel lingua per quam gustet, vel caro quæ suppleat vicem eius, (per speciē fieri immutat doctor Valle. in suis controuersijs.)

¶Quia aliquando contingit illos poros linguæ esse plenos fumositatibus aliarum: vt est in febricitantibus, & infirmis, nō potest organum immutari: sed iuxta illam dispositionem amaram dicat, quę dulcia sunt: quia species à saporoso transeuntes per illos poros contrahunt illam dispositionem amaram, & secundum talem qualitatem informantem immutat sensum, & spiritum gustatiuum informat: quod contingit, sicut species luminis transeuntes per vitrum colorantur.

¶Cōtingit etiam in febricitātibus, ex hoc q̃ deficit in medio dispositionā carnis porosæ, quæ medium est, dispositio est humor salliuaris, & in febricitante propter siccitatē deficit: quo deficiente, nō potest saporosū speciem suam mittere vsq; ad organum, in quo debet fieri sensatio.

¶Humidū istud salliuare non est medium per quod, sicut nec lux est medium per quod visio fit, sed est conditio medij, vel dispositio qua deficiēte, non est visio: sicut deficiēte illo humido salliuari nō causatur sapor, & vt causetur per talem dispositionē, salliua nullum sibi determinat saporem.

¶Est hic notādum, in isto sensu, & tactus, esse aliquid peculiare, quod non reperitur in alijs tribus: videlicet quia medium habent coniunctum: sic vt in vno membro sit organum, & medium: licēt etiam in alijs medium sit contiguū, tamen aliquid amplius videtur habere: quia vnum cōstituunt membrum organum: & medium: quod non est in alijs tribus.

Nota.

¶Requiritur tact⁹ omnino obiecti, ad hoc quod

Ob hoc aliqui in istis duobus sensibus gustu & tactu species negant necessarias

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̃ cauſet ſenſationem. Nõ enim poteſt immutare potentiam, niſi vere quod habet ſaporem, tangat carnem illa n, in qua eſt medium: qua immutata per ſpeciem poteſt & organũ immutare. Et ſi guſtabile in aqua percipitur, non eſt per medium extraneũ: quia ſapor miſcetur, & p ſe ipſũ i. mutat.

Ariſto. 2. de anima cõm. 50. ¶Ex eo Ariſtot. dicit, ſenſum guſtus eſſe certum in hominibus: quia eſt quidam tactus, & tactus eſt certiſsimus, & optim? in hominibus. Verum non oportet intelligere Ariſto. voluiſſe confundere ſenſum guſtus, & tactus, vt ſint vnus ſenſus, & nõ duo ſed voluit ſolùm adducere aſſimilationem quandam eſſe inter ſenſum tactus, & guſt?: quia in vtroque requiritur tactus obiecti: nam ſicut guſtus habet medium coniunctum organo, ſic & tact?: vt poſt dicemus: tamen ſecundùm veritatem duæ ſunt potentiæ diſtinctæ: & ſecundum guſtum percipimus ſaporum diſtinctionem: & ſecundum tactum qualitates tangibiles: calidũ, frigidum, humidum, ſiccũ, mollę, durum, aſperum, & lene. * Et iſta guſtus eſt tactus eſt prædicatio proportionalis ſeu modalis, ſicut intelligit S. Thom. & eſt prædicatio formalis, in primo modo dicendi per ſe: vt tactus teneatur generice, & prædicetur de guſtu, vt aiat d̃ hoie: quia ũ guſtus in ſentiẽdo ſaporem non ſentiret humidum, quod eſt quodam tangibile, non ſentiret ipſum ſaporem, in quo fundatur: in hoc ſenſu intelligit Cõment. Philoſophum. Et aduerte quod guſtus, vt guſtus, licet immutet ab humido, non tamen primo, ſed conſequenter pro quanto in humido radicatur ſapor: ſed tamen tactus, vt tactus, primo à qualitatibus primis immutatur. Et ſic eſt differetia inter guſtum & tactum.

¶Quod differant iſti duo ſenſus, eſt argumentum (vt dicunt medici) quia poteſt in lingua lædi guſtus, ſine hoc quod tactus lędatur: quoniam deficiente ſalinari humore non eſt guſtus, tamen eſt ſenſus tactus: vt infirmus experitur, qui per tactum ſentit, & per guſtum minimè.

Ariſtote. ¶Eſt notandum quod dicit Ariſt. Guſtus inſtrumentum tale debere eſſe, vt neq; humidum ſit actu, nec tale, vt humectari non poſsit, quia guſtabile humidum eſt actu, & guſtus inſtrumentum non poterit reduci in actum, ſi in actu eſt: neque ſi repugnantiam habet ad talem actum, cuius ſignum eſt, quod neq; lingua guſtamus ſi ſit valde ſicca, aut humida vehementer.

¶Ecce quomodo ex ſiccitate linguæ non fit guſtatio, & fit tact?, ex quo patet diſſere: & ſic inde Ariſto. guſtum aliũ eſſe à tactu argumento linguæ colligit: quia tangimus: & guſtamus: nã ſi guſtus nõ differret à tactu, omnibus partibus vbi caro eſſet, guſtaremus: quia in omnibus ſentimus per tactum. Sic ergo quicq; id eſt guſtus, tactus eſt, & non econtra: quandoquidem guſtus præſupponit tactum.

* Et de ſaporibus, Galenus ac tum & põti eum. i. mordicatiuum tenet eſſe extremos: tamen Ariſtot. Cõment. & S. Thom. & alij dulce & amarum, extrema vocant, qui ſapores quo ad ſuam naturam conſiderant penes humiditatem & ſiccitatem, vt Com m. & S. Thom. de ſenſu & ſenſato affirmant. Si tamen vt guſtabiles ſunt: attendes penes horborem & ſuauitatem oportet, vt idem doctor. S. in iſto. 2. tex. 107 affirmat æque contrarietas in dictis diſſoluitur.

DE SENSV TACT?S.

SEnſus tactus vltimus ex. 5. exterioribus, omnium naturaliſſimus videtur. Cuius organũ aliqui dixerũt eſſe, iuxta cor, proportionem in ſe habens qualitatum tangibilium, per quas fit ſenſatio. Verum hac opinione omiſſa, dicimus ſenſum tact? eſſe in neruo expanſo ad modum cuiuſdam retis per totum corpus animalis: ſiquidem iſte ſenſus eſt tã neceſſarius omni animali vt per eum omnia contraria fugiat. Et dato aliqua animalia careãt alijs ſenſibus, iſto tamen nullum caret, vt ait Ariſtot. Et hac ratiõe quia oportet tueatur ſub omni nociuo eſt, per totum corpus: per totũ animal eſt extenſum organum. 2. De anima comm. 22.

¶Medium per q̃ fit ſenſatio ad ſenſu, eſt caro, qua neruus eſt coopertus: qui neruus originẽ habet à cerebro, & per ceruicẽ à medulla ſpinæ dorſi deducitur, & inde tenuiſsimis quibuſdam neruulis per totum corpus extenditur.

¶Quod mediũ ſit caro, & non organũ, ex eo patet, quia tãgibile immediate applicatũ carni immutat: q̃ non faceret, ſi caro eſſet organũ. Senſibile enim ſupra ſenſum nõ facit ſenſationem. Requiſitum eſt enim medium inter obiectum, & organum: ſic Ariſtotel. probat. Et de hoc medio Ariſtote, ait. Ta Ariſtotel. 2. De anima comm. 109.

ait: tactus ipſius medium connaturale eſt caro: ſicut viſus, aer lucidus, & auditus, aer tremulus. Obiectũ ſenſus tactus ſunt qualitates tangibiles: vt eſt frigiditas, calidita. &c. Ad hoc n. animali datus eſt ſenſus tact? vt per eum percipiat excellentiam qualitatum tangibilium. Et quia oportet organũ ſenſus ſit denudatum ab illo, quod eſt propria ratio obiecti, neruus iſte qui eſt organum, oportet ſit denudatus ab omni excellentia qualitatum tangibilium, & ob id recipit ſpecies, & eſt in actu ſentiens. Non tamen eſt organum iſtud denudatum ab omni qualitatum iſtorum tangibilium, imò habet ipſas ſecundùm contemperamentum, & n. liocritatem quandam: Si tamen non habet in excellentia, quia ſolùm iſte ſenſus eſt ad hoc quod ſentiat excellentiam qualitatum tangibilium, quæ ſolet nociua eſſe animali, vere dici poteſt organum denudatum à ratione obiecti: ſicut in alijs ſenſibus dictum eſt.

* Et in ſenſu tactus recipiuntur ſpecies ſui obiecti & naturaliter & ſpiritualiter, licet nõ ſit ita manifeſtum, ſicut in alijs ſenſibus: quia ſi ſolum eſſet receptio naturalis, etiam lapides & terra haberet ſenſum tactus: quia recipiunt qualitates tangibiles naturaliter, ſed tamen non recipiunt ſpiritualiter, & ob id, cauſa ſenſationis in tactu receptio ſpecierum intentionaliter eſt, quã u's propter ſuam materialitatem recipiantur etiam ſpecies ſui obiecti materialiter: ſed hoc eſt p accidẽs, & in alijs ſenſibus medium extrinſecum concurrit per ſe & neceſſario, ſed in tactu per accidens & cõtingit. Video tũ hoc aliquibus nõ placere: quia putã ſpeciẽ nullã in hoc ſenſu ad ſenſatio em concurrere: doctor Valle. in ſuis controuerſijs lib. 2. cap. 29.

¶Quid oporteat dicere in ipſo organo eſſe qualitatem in contemperamento, & proportione, patet quia tactus ſenſus ſequitur hanc proportionem, & harmoniam qualitatum tangibilium, quæ harmonia ſi diſſoluatur, & animal interibit: & nullus ſenſus tactus, qui in illã proportione conſiſtebat: & quandiu in animali manet talis harmonia, & proportio, conſeruatur animal, & ſenſus tactus in eo durat. Non enim ſenſus tactus eſt ſine iſtis qualitatibus primis in proportione debita: quod non eſt de alijs ſenſibus: nam deſtructa harmonia, quæ eſt in potentia viſiua, deſtruitur potentia: verũ non deficit animal, quia ſenſus ille nõ conſiſtebat in temperamento quatuor qualitatum: ſed manet ſi non ſit viſus: ſimiliter ſi non ſit auditus. Tamen ſi ſoluatur qualitatum quatuor proportio, nõ eſt ſenſus tactus: & ſi non eſt ſenſus tactus, non viuet animal: quòd ſi non viuit, deſtructa eſt harmonia quatuor qualitatum, in qua vita cõſiſtebat. Voluit ergo Deus benedictus in ſecula talem ſenſum diſponere per totum corpus animalis: & quia verè per totũ corpus animalis iſta harmonia requiſita eſt: & inuenitur per omnes partes corporis, & iſte ſenſus reperitur: quia ſi ſolùm reperiretur in vna parte corporis, ſicut oculus, vel auditus vel guſtus, nõ ſufficiẽter prouiſũ eſſet animali. Datus ſi quidẽ eſt iſte ſenſus tã quàm neceſſarius ad vitam: ſicut & guſtus vt ſe protegat ab excelleti ſenſibili illarum quatuor qualitatum. Cùm ergo tale obiectum poſsit eſſe nocumentum cuilibet parti corporis, neceſſarium eſt in qualibet parte ponatur ſenſus, per quod refugiatur cõtrarium excedens. Frigus vel calor in qualibet parte corporis poteſt nocere: ergo in qualibet parte debet eſſe ſenſus: quia aliàs ſenſus tactus exiſtẽte in capite, pedes poſſent comburi, & perire: quia non ſentiret, niſi in capite, ſi ſolùm eſſet in capite: ſicut non videt homo, niſi per oculum.

¶Cæterorum ſenſuum obiectum nullum eſt per ſe actiuum, niſi in parte illa, in qua poſitus eſt ſenſus: vt lumen quatenus eſt viſibile, non agit niſi in oculo: & ſonus nõ niſi in aure: propterea pro toto corpore ſufficit auditus in vna parte, & viſus in alia: tamen qualitates tãgibiles in omni parte corporis ſunt æquè actiuæ, neq; habent determinatum membrum: ideo oportuit ad defenſionem animalis ſenſum eſſe extenſum per totum corpus: vt vbicunque læſio fiat à qualitatibus, fiat defenſio per fugam. Et in hoc fundatur dictum Ariſto. ſuprà allegatũ, q̃ iſte ſenſus eſt tã neceſſarius animali, vt licet animal priuet alijs ſenſibus, nõ careat iſto: quia põt ab excelleti ſenſibili iſtarum, nocumentũ venire ſecundũ quãlibet partem: & ſic oportet ſit in qualibet parte.

¶Oſtra enim, & alia ſimilia ſolùm videtur habere ſenſum tactus.

¶Ariſto. ait hominem eſſe animal pruden tiſsimum: quia certiſsimum habet tactũ: vt etiã ſi à Lynce in viſu, ab Apro in auditu, à Vulture in olfactu, à Simia in guſtu vincatur, Ariſtote.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catur,in tactu tamen omnia superat animalia. Et animal prudentissimum est: quia ex tactu,mentis aptitudo,vel ineptitudo.i. ingenij bonitas,vel prauitas deprehenditur. Duros enim carne,mente ineptos.Molles verò bene aptos esse dicimus. Cuius hæc est ratio:quia tactus consequitur temperamẽtum quatuor qualitatum:& vbi melior tactus,melius temperamentum:vt sit melior complexio:& quia secundùm bonam corporis complexionem,est bonitas ingenij:sequitur verum esse dictum Arist.Corpus enim est instrumentum animæ ad suas operationes:& vnumquodq; operans, cæteris paribus,melius operatur cum bono instrumento,quàm cum defectuoso:vt videmus in omni arte,& quia molles carne celerem habent sensum tactus, inouentur facilè in tactu:quod euenit ex excellentia qualitatis tangibilis:cùm tamen carne duriores non moueantur. Bona.n. corporis dispositio bonum instrumentum animæ est:& sic melius anima operabitur.

¶Hæc tamen intelligit Aristote. de carne molli,quæ prouenit ex bona contemperatione,non ex mollitie,quæ prouenit ex nimia humiditate, & abundantia phlegmatis:sicut sunt aliqui carnosi succo pleni: qa istis non solum nuuat mollities, sed nocet ad ingenium bonum:

* Sub silentio transeundum non est de mẽte Aristo.aparere duplicem esse sensum tactus,& duplex obiectũ, vnum calidum & frigidum,alterum siccum & humidum, cũ enim istæ quatuor qualitates tactu percipiantur,& duæ sint primæ contrarietates, oportet & duos sensus ponere:quod siquis ex hoc.6.sensus inferat:non. 5.solum esse:oportet ad mentem Philosophi respondentes,distinguere:nã si sensus quo ad obiecta formalia cõsiderentur. 6.sensus erũt: quia in tactu duo sunt obiecta formalia,nẽpe,caliditas & frigiditas vnũ, & humiditas & siccitas alterum:si vero sensus quo ad organa cõsiderentur solum sunt.5.nam quilibet sensus vnum habet organum, & sic tactus solum neruum illum extensum habet per totum corpus diffusum:& licet duo oculi vnum organum:quia vniũtur in superiori parte nerui egredientes à cerebro,& idẽ de duabus auribus et naribus,&c. Ad organa ergo respicientes.5.solum ponũtur sensus:dixi neruum esse organum,etsi Aristo. libr.de animalibus carnem dicat:& Auicẽna. 6.naturalium.ca.de tactu,carnem nerũ-uosam,& moderni ad mentem Aristot.de sensu sensato ponant cornam ipse Philosoph.in isto secundo tex. 108.expresse ponit neruum:& Cõment. ita intelligit. Et ponitur sensus tactus distinctus ab alijs quanuis sit verum omnes sensus sentire tãgendo:quia inter agens & patiens oportet fit approximatio et vnio, & hoc vocatur tactus Aristot. 1.de genera.tex.44.sed tamen quia tactus sentit per medium intrinsecum,et cõnaturale,et tanta est vnio cum obiecto suo vt videatur sibi immediate vniri:est sensus distinctus ab alijs, non reperiri in plãta, neq; in osse,neq; in capillis propter prædominium terrestreitatis nonnullum quantitatem molis, et in quo aliquantulum scilicet,frigidum et siccum nã licet primum nõ sufficeret ad excludendũ tactum,vtrũq; tamẽ sic,eo quod terrestre tale impediat spirituale illud,requisitũ ad receptionem specierum vbicunque sensatio est.

¶ CONVENIENTIA *quinque sensuum adinuicem.*

IN fine huius materiæ ad nostrum placet omnium sensuum exteriorum in se conuenientiam. Differentia enim nota est ex dictis:

¶Primum in quo omnes sensus exteriores conueniunt est,quòd species rerum absq; materia suscipiunt:nempè vt visus speciem coloris,& auditus soni,gustus saporis solatus odoris,&c. Non enim aliquis sensus recipit in se realiter obiectum aut partem eius,sed solùm intentionaliter similitudinẽ vel speciem,sicut cera recipit formam sigilli,& non substantiam secundum totum,neque secũdùm partem.Sic etiam de sensibus intelligendum est.Oculus enim videns lapidem per colorem lapidis non recipit in se lapidem,neque partem lapidis,neq; colorem,neq; partem coloris:sed solùm similitudinem,vel imaginem coloris. Cõueniẽtia.1.

¶Secundum in quo conueniunt est. Omnis sensus ab excellentia sui sensibilis corrumpitur. Excellens lumen corrumpit visum:vt est lumen solis,&c. Sonus excellẽs auditum, excellens qualitas tangibilis tactum,&c.Ratio est:quoniam sensus est quædam 2. Conuenientia.

dam harmonia,atq; cõpositio in debita proportione:vnde sicut cõcẽtũ harmoniæ dissoluit,qui chordã vehemẽtiùs pulsat,q̃ pulsanda est:sensus corrũpitur,si sensibile obiectum non proportionatur, sed excedit: & manente temperamento sensatio est.

¶Hoc tamen excellens sensibile debet secundùm proportionem potentiæ iudicari:nam alicui potentiæ sensibile vnum excellens videtur,quod alteri proportionatum est.Lumen diei satis nobis proportionatum est,& oculis noctuæ est excellens: & sic sensus in ea corrumpitur à lumine diei.Lumen solis in sua sphera nostris oculis,& aliquibus animalibus non est excellẽs.Pariformiter alijs obiectis aliorum sensibilium iudicadũ est.Nam sonus qui audit vnus est excellẽs, alterius non est proportionatus.Et sicut sensibile excellẽs corrumpit sensum,& non facit sensationẽ,propter defectum,non immutat.Tam paruũ enim potest esse lumen et nõ possit videri:& sonus tã paruus,q̃ nõ audiat.

3. ¶Tertia est in quo conueniũt.Oẽs sensus habẽt sua determinata obiecta,à quib̃ immutãt,& habẽt determinatum organũ,in quo operẽtur,ac mediũ per q̃ ipsorum organa ab obiectis informẽtur,qd̃ satis apertũ est in suprà dictis,q̃ũ de quolibet sensuum egimus:nam visus habet colores, lumen:auditus sonum,& gustus saporem.

4. ¶Quartũ est:q̃ nullus sens̃ põt recipere speciẽ,proprij obiecti alterius, vt visus non speciẽ soni,neq; speciẽ odoris,vel saporis,vel frigiditatis,&c. Auditus nõ speciẽ coloris vel saporis,neq; lucis,neq; odoris,& sic de cęteris.Dixi,obiecti proprij:q̃m obiecti communis bene potest:vt quãtitas potest sentiri à tactu,& auditu,& visu.

5. ¶Vltrà.Est commune sensibus,vt sit congrua distantia sensibilis ad sensum:vt scilicet neque nimium distet,neque nimiũ sit propinquum. Nam sicut propter magnã distantiam aliquid non sentitur visu,neq; auditu,neque alio sensu,etiam propter nimiam propinquitatem non sentitur iuxta illam Arist.sententiam. Sensibile positum supra sensum non causat sensationẽ.Si ponam manum supra oculum,nõ videbo manum.Si quis suprà neruum tactus apponat aliquid tangibile,non causabit sensationem,& ob id quæ sunt intra oculum circũdantia ipsum non videntur ab oculo, aeq; caro tactu percipitur,quę est iuxta neruũ. Aristot.

Oportet ergo esse distantiam mediocrem: quià mediũ per quod deueniat species sensibilis ad organum requiritur:quæ distantia mediij non æqualiter in omnibus requisita est:quia sicut suprà dicebam̃ de obiecto quomodo quodammodo excellens respectu vnius potentiæ respectu alterius est proportionatum:pariformiter distantia ex parte potentiæ est considerandã:nam cuidam potentiæ vna distantia est nimia,propter quam non sentit, & alteri non est nimia. Aliquis oculus ad remotiora pertingit,ad quæ alter nõ æque dispositus non valet:sonus ad certam distantiam mouet sensum auditus vni, & ad eandẽ non potest alterius mouere:solùm est hoc propter diuersitatem dispositionis potentiarum,quæ non eadem reperitur in omnibus animalibus,neque in eadem specie in omnibus indiuiduis.Homines enim aliq acutiùs alijs vident,& audiunt.

¶ * Sit considerandum est, Auicennam * 6.naturalium.p.2.cap.5.non ponere absolutè medium necessarium,sed sub cõditione:neque rationem dat.Et Arist.solum ex perientiã adducit.tex.73.ex quo probat medium necessarium,verũ id quod experientia probatur,licet in visu constet,non sic in alijs sensibus:in odoratu, scilicet, & maximè in tactu, & gustu:sed tamen causa videtur necessario mediij ponẽdi,in via peripatetica,assimilatio sensibilis ad sensum,quæ non fit nisi per medium:quia cũ sensibile in semere materiale sit, non potest recipi in sensu:& oportet, spiritualiter per speciem recipiatur:& quia trãslitus non est ab esse pure materiali ad esse multum spirituale quale in sensu: oportet in medio prius recipiatur esse spirituale minimum:vt sic perueniat ad sensum:nam vt dicit Comment. in libro de memoria & reminiscent.species sensata in phantasia, est spiritualior q̃ in sensu cõmuni: & in sensu cõmuni magis q̃ in sensu exteriori:& in sẽsu exteriori,magis q̃ in medio:vt ergo seruetur grad? spiritualitatis,sedm ordinẽ,ponitur mediũ,&c.& ꝓbatur hoc vltimũ,qa organũ est susceptiuũ potẽtiæ sensitiuę,quę spiritualior est specie sensibili:& mediũ nõ est susceptiuum potentiæ sensitiuæ.

¶Vltimum in quo conueniunt est, q̃ omnis sensus est sui obiecti,& priuationis oppositæ perceptiuus. Visus enim percipit lucẽ,& percipit tenebras,quæ sunt priuatio 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

lucis, quæ percipiuntur ab oculo, non per speciem tenebrarum: quia nullam talem emittunt, sed per absentiam lucis: & audit^o percipit aliquid absonũ, idest sine sono: & gustus sine sapore: & odorat^o sine odore: tãgibile sine aliqua tãgibili qualitate. Sed hoc quod est priuatiuũ in singulis sensibus tripliciter explicari potest: vt inuisibile dicitur, quod nullo modo videri potest: vt Deus, angel^i, & anima. Alio modo dicitur, quod difficulter videri potest: vt lumen ad medium debile, & color tenuis, & remissus. Tertio modo, quod visui nocet, vel aduersatur: vt est excellens lumen: quanon sine nocumento cernitur.

¶ Istis tribus modis inuisibile dicitur, & percipitur ab eodem sensu à quo visibile. Pariformiter inaudibile erit, quod simpliciter non potest, & quod difficulter, & quod excellens est, & sine proportione, &c. Quæ omnia per auditum percipiuntur. Sic de alijs sensibus dicendum, ex quibus omnibus est manifesta conueniẽtia quinq; sensuum, qui in animali perfecto reperiũtur, & reddunt adornatum: & licẽt differant inter se: (vt visum est), cõueniunt quia seruãt inter se quandam communitatem, & amicitiam ad vnum constituendum. Hæc de sensibus .5. exterioribus dixisse sufficiant. Aristo. 3. de anima. c. 3.

¶ SPECVLATIO. II. De fascinatoribus, salutatoribus, & de illis qui dicuntur vulgo Zahoris.

Vandoquidem de anima sensitiua, & eius potentijs tractatum fecimus, operæ pretium esset non nulla quę cõtrouersa sunt apud doctos disputare: vt est circa vitiuam potentiam de fascinatione, an verum sit, ꝙ talis fascinatio per naturã sit posibilis. Et circa complexionem corporis humani etiam sese ingerit, an isti qui vulgo salutatores vocantur, halitu, habeãt virtutem contra rabiem, & contra venenũ, an sit supernaturale, & miraculosum, atque idem circa sensum tactus, an in regibus Francorum hæc virtus iure hæreditario sit, quæ cõsequitur ipsam regiã dignitatem sanandi à lepra: maximè à morbo, ꝙ gãgilum, seu tuberculum dicitur: quod lãbarones vulgariter: & an hæc virtus etiã in regibus Anglię benedicendi annulũ, quo morbus contractionis neruorum, qui calambre dicitur, sanatur.

¶ Hæc omnia breuiter tangemus, physicè, & christianè.

¶ Quoad primum de fascinatione Auicenna. 9. suæ metaphysicæ, & .6. naturaliuma asserit esse, & prouenire ex sola animæ imaginatione, quam dicit supra corpus tantã habere virtutem, & dominium, vt posit membra sola imaginatione diuersimodè afficere: & potest quamcunque materiam corporalem immutare, & materiam exterioren mouere, & materia exterior ei debet obedire: multa alia dicit ibi. Verum hæc sententia non solum falsa, sed absurda com probatur: siquidem fundat se in vno, quod à physica disciplina non solum deuiat, sed fidei contrariatur, scilicet, ꝙ sit intelligentia quæ formas omnium rerum generabilium, & corruptibiliũ immutet. De quo aliàs: & S. Th. p. parte. latè tractat. q. 117. art. 3. ad. 3. & ad Gala. 3. Prima opin. Auicenne. Improbatio opiu. D. Thom. Genti. 1. ca no. sent. 2.

¶ Gentilis de fulgino medicus peritus asserit fascinationem esse ex duplici causa: vna est corporalis aptitudo, scilicet, materiæ putridæ aptæ euaporare à corpore in quo est, & aptitudo materiæ ex parte corporis recipientis. Altera causa est immaterialis: vt est imaginatio, quæ (vt Auicenna dicit) potest facere casum in corpore alieno. Et tandem dicit Gentilis, ꝙ vetulæ ob humeros putridos quos habent, & corruptam complexionem inficiunt teneros pueros.

¶ Alia est opinio, quæ affirmat, fascinationem sequi modum mixtionis cuiusdam, indiuiduo conuenientis, cuius causa vehementi, & graui inimicitia, aduersatur rebus vniuersi. Tamen hæc falsa apparet: quia licet qualitates elementorũ, sic & alio modo sint mixtæ, non idcò effectus mirabiles efficere valẽt, nisi aliqua cœlestis qualitas interueniat simul. 3. Opinio.

¶ Albertus Magnus in libello de motibus animalium alium sequitur modum: vt fascinationem ex constellatione cœlesti euenire dicat: vt in nato in tali constellatione talis sit fascinandi virtus. Atque quod ad imperium huiusmodi natiuitatis sequat effectus, eò est, ꝙ talis virtus velut animæ sit instrumentum. Et addit quod hæc vis cœlestis, non solum à primo naturæ ortu in diuiduo inest, sed etiam euenit ab aliqua constellatione, quæ tempore fascinationis fascinanti auxiliatur. Opin. 4. Alberti Mag.

Quinta sentẽtia de Cartage.

¶ Quidam modernus author, & medicus peritissimus in tractatu proprio de fascinatione capit. 6. asserit fascinationem esse à qualitate cœlesti. quia sicut anim alia aliqua sunt quæ alijs venefica, & inimica sunt, solo cœlesti qualitate, sunt nõnulli homines, qui constellatione maligna alijs hominibus aduersantur, & sunt fascinatores. Quos vt tales etiam si fascinent, & interimant, nulla pœna puniantur. Hęc ille. In q videtur consentire cum Alberto magno, quatenus imaginationem nec est necessario concurrere.

¶ Dicit etiam, fascinationem à causa infima euenire posse: & vetulæ possunt infantes fascinare ob vapores emissos per oculos sanguinis venenosi. Et dicit sæpius fascinationem à cœlesti constellatione euenire, quando arbores, iumenta, & homines fascinãtur, maximè si geminas pupillas habeant in oculis: vt dicit Plinius, vel habeãt maculas in ipsis pupillis.

¶ Neque sequitur quod semper sit fascinatio quoties illẽ in quo talis cõplexio est: aliquid intuetur: quia nõ semper est dispositio in patiente ad recipiendum fascinationem. Et in tantum est verum, ꝙ dato fascinator aliquem vellet fascinare, non sequetur, si nõ est dispositio in illo qui debet pati. Opinionibus recitatis, sit. 1. conclusio.

Conclu.

¶ Fascinatio posibilis est, vt & à complexione, & cœlesti qualitate euenire possit.

Ratio. p. p.

Hæc probatur ex supra notatis. Siquidem contingit, sæpè experti sumus fascinari & homines, & bruta: imò & arbores, ergo ipsa possibilis est. Nõ eim est q neget factũ.

* ¶ * Vnde Hierou. Albę. episco. in. 2. bombicum volunine elegantissimè expressit: vbi asserit se didisse senẽ, qui flores, quos oculis in cãpo videbat, visu fascinabat: imò quod & animalia mirabiliter necabat: & arbores sicabantur. In quo, sicut in multis alijs ille hęreticus pestilentissimus Cornelius Agrippa erraſſe, probatur: qui huiusmodi fascinationem negauit in suo damnato libro de occulta philosophia: Atq; fascinationem in amore impudico ex parte amati causatã per oculos, ponit Plato in Phedro: quod eleganter deducit Iabelus in epitome in ethicem Platonis tractatu. 3. ca. 5.

¶ Secunda pars, ꝙ à cõplexione possit euenire, vel à qualitate cœlesti, patet. Nã melãcholicos, & cholericos adustos videmus magis inficere: & senes, & vetulas: quia habent humores corruptos. Et ꝙ aliquando à constellatione, indicat experientia: nam sicut videmus nõnullos esse nociuos, alios videmus esse vtiles, vt sunt salutatores. De quib^o querit, an physicè loquẽdo, & cathõlicè in eis sit naturalis virtus cõtra morsus canis rabidi: vt anhelitu posint animalia ab huiusmodi contagione illæsa seruare. Ratio. 2. p. De salutatoribus.

¶ Inter catholicos controuersum est. Quidam putant esse impostores, & perditos homines, qui illam sibi vendicare asserunt virtutem ad decipiendam rusticam plebẽ: quia talem virtutem naturalem in eis esse negant, neque à constellatione, neq; à cõplexione. Quòd si contingat ab eis aliquid mirandũ fieri, vel virtute diuinæ tribuendum, vel (quod est magis verisimile) dæmonis pacto fit. Occulte enim sese immiscet in istis. Confirmant hoc: quia tales salutatores sunt pessimis moribus inuoluti, & vt in plurimum bibunt lautè. 1 Opinio. Vide Rich. in. 2. sent. d. 8. q. 3. & quolib. 3. q. 12. 2. Opinio.

¶ Alij sunt, qui huiusmodi homines probant, & secundum veritatem in eis esse virtutem naturalem ad tales effectus peragẽdos dicunt: & à complexione, & à cœlesti constellatione: vt suprà de fascinatoribus dictum est. Verum dissoluamus nodum, sequenti conclusione.

¶ Huiusmodi homines qui salutatores vocantur, neque in vniuersum sunt reprobãdi, neq; in vniuersum sunt probãdi, sed potest esse quod in illis vere sit talis sanatiua virtus, & potest esse quod ea careant, sed dæmonis pacto fiat. Conclusio. Victoria in relectiõe de magia.

¶ Prima pars conclu. patet: quia esse talẽ virtutem naturalem in homine non repugnat: nam cum videamus aliquos à natura ratione complexionis nocuos, quare non dabimus alios esse vtiles, & cõtra venenũ? & hoc & ratione cõplexionis: vt est manifestum, & ratione constellationis: nam cũ cœlum in ista inferiora influat, poterit & huiusmodi qualitatem causare in corpore humano: & poterit natus sub tali signo, & constellatione tali, habere à natura talem virtutem contra venenum: sicut est in lapidibus aliqua virtus à natura, ad certos & determinatos effectus, qui mirabiles videtur, quibus causa occulta est citra miraculum Ratio. p. p. Nauarro in manuali cõfesso. c. 11. num. 37. Augu. 21. d ciuita. c. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Arist. c. de anima. lum: vt magnes trahit ad se ferrum. Et quia à complexione potest euenire, contingit tales salutatores maiorem habere hanc naturalem virtutem post vinum sumptum, quàm ante: nam si à calore eueniat, cõfortatur vino potato: sicut & saliua ieiuni est contra serpentes remedium. Etiam potest euenire ex tali complexione quod sint magis ad vinum inclinati, quàm alij, in quibus non est talis virtus. Et quidẽ potest de illis dici quod de quibusdam hominibus scribunt authores, qui sunt apud Garamantas, qui præualent contra serpẽtes. De quibus apud Plinium lib. 7. cap. 2.

Gers. in. 1. p. sermo. de 4. domibus.

Ambro.

Plinius.

¶ Ex hoc sequitur fabulosum esse, q̃ panis salutatus à salutatore sanet morsum rabidi canis, vel sit contra aliud venenũ, quia hæc virtus in pane non potest esse neque à complexione, neque à constellatione.

Quod si aliquando visum sit per talem panem salutatum mederi morsibus, erit de monum virtute, qui possunt huiusmodi sanitatem causare, Deo permittente, ad decipiendum homines.

2. Corolla. ¶ Etiam sequitur esse merum mendaciũ, & fallaciam, quod aliqui salutatores affirmant, quòd in præsentia illius qui habet maiorem hanc virtutem salutandi alius nihil potest, qui habet minorem virtutem. Falsum, (inquam) hoc est: nam dato huiusmodi naturalis virtus, siue à cœlo, siue à cõplexione eueniat, & latitudinem habeat, & non consistat in indiuisibili, & maior in vno, quàm in alio: verùm virtus minoris, quia naturalis, non potest impediri per virtutem maioris.

3 Corolla. ¶ Sequitur etiam ex dictis, salutatores errare in alio quod dicunt, quod vnus salutator cognoscit aliũ salutatorem: nam cùm hæc virtus salutandi (de qua sermo est) sit naturalis, vel à complexione, vel à constellatione, non potest cognosci à nobis, nisi per suos effectus: ob id errant hoc dicentes: nam talis virtus non se extendit ad cognoscendum, sed ad operandum, vt dictum est.

¶ Secunda pars conclusionis ex dictis manet clarà: nam non in omnibus hominib⁹ hæc virtus sanitiua reperitur, sed in aliquibus, & aliquibus non: non ergo omnes habent. Et qui habent, non possunt cognosci quòd habeant, nisi per effectus: vt dicebamus: sed tales effectus possunt fieri per virtutem dæmonis operantis sanitatem: sicut & per virtutem naturalem: ergo se[illegible] tur quòd non eo quòd aliquis se d[illegible] salu[illegible]torem esse, & probat aliquo effectu pro[illegible]to, statim fides est adhibenda: quia potest esse à dæmone per pactũ expressum, vel interpretatiuum.

¶ Ex istis sequitur, id quod de regibus Frãcorum dicitur, quod habeant virtutem sanandi *los Lamparones*, & [illegible] esse fabulosum, nam huiusmodi virtus sanatiua non sequitur regiam dignitatem, sed vel constellationem, vel complexionem. [illegible] tamen Deus concurrit cũ omnibus regibus Gallorum ad tactum ipsorum, vel verba ipsorum super infirmos, Deus ipse nouit. De quo Gers. vbi supra.

p. Corolla.

¶ Sequitur etiam superstitiosum, & vanũ esse [illegible] dicitur de anulo regis Angliæ benedicto ab [illegible] quem dicunt ualere cotra contractionem membrorum. Non enim magis anulus ab ipso benedictus [illegible]bet, quam quiuis alius. Effectus tamen causari potest ex fortti imaginatione.

2. Corolla.

¶ Et hæc dixisse sufficiant quantũ ad publicum spectat. Latiùs in nostris Theologicis resolutionibus. Atq; de illis qui vocantur Zahoris scrupulus est similiter: aliquid enim superstitionis sapit, videlicet quod asserant se feria. 3. & feria. 6. videre & no[illegible]lem habere virtutem alijs diebus: siquidem si hæc virtus naturalis est, siue à complexione, siue à constellatione, vt videre p[illegible] sit quæ trans parietem, & quæ in visceribus terræ sunt abscondita, non est quare in feria. 3. & 6. & non in alijs diebus. Potest quidem esse, fateor, quòd melius disposit⁹ sit oculus vno die quam alio, & noctu, quã diu: tamen quod hoc sit in certis diebus solum, non apparet.

Resolutiones Theologicas. De los Zahoris.

¶ Quod posit esse talis [illegible]tio in oculo alicuius hominis, qui videat a magnã distantiam, ad quam alterius [illegible] non attingit, non est qui neget. Similiter potest esse talis dispositio, [illegible]tiam p[illegible] aliquod diap[illegible]num m[illegible]um videat corpus aliquod, & q[illegible] alius oculus non posit huiusmodi species a corpore emissas per tale diaphanum recip[illegible]: sed quod visus alicuius se extendat vt quę sunt pariete occlusa, vel aliquo alio opaco corpore videat, nõ possum capere: nã siue visio fiat per extrà missionẽ: vt aliq; sunt opinati, siue [illegible]at per intus receptionẽ: vt probat com[illegible]unis schola, nõ apparet quomod[illegible] species alicuius

i. in[illegible]usi in terra venire possit vsque ad oculum, posito tali opaco non diaphano: nam quomodo terram penetrabunt? quomodo per lapidem pertransibunt? tales [illegible]nim species in occursu corporis opaci necessario reflectũt, & nõ possunt ibi recipi: quia nõ est corpus diaphanũ. Quapropter non possunt species peruenire ad oculum nec poterit tale c[illegible]rpus videri. Et quòd videant (vt aiunt ipsi) in corpore humano in visceribus aliqua apostemata, aut aliũ humorem congregatum, sine hoc quòd corpus impediat, neque vestimenta hominis, non vid[illegible]o: affirmant tamen ipsi. Et similiter cùm intrant tẽplum, vbi corpora mortu[illegible]rum iacent, s[illegible] submitt[illegible]nt oculos, videant apertè viscera defunctorum. Ego tamen non libenter fidem adhibe[illegible] eis. Possunt enim ista per dœm[illegible]onum illusiones fieri, tam[illegible]en non damno: quia noui viros a[illegible]s probos, qui affirmant se hæc videre. Fateor me ignorare causam vnde tanta sit virtus naturalis: nam non est eadem ratio quæ in fascinatiõ[illegible]e, & in salutatorib⁹ diximus, sed longè diuersa: eo quòd visio naturaliter fieri habeat per species emissas à corpore, vsque ad oculum, & oportet medium per quod effunduntur fit illumina[illegible]t[illegible], & diaphanum: aliàs quantumuis species multiplicentur, non se[illegible]quetur visio: & medium omnes philosophantes dicunt aẽre[illegible]m, & aquam, vel quæ istorum naturam sapiunt: sed terra, & alia quæ opaca sunt, non sunt huiusmodi.

¶ De Lynce quidem secundùm poëticas fabulas dicitur, quod corpora solida penetret: sed an id sit verum, adhuc non cõ[illegible]at: quia cùm aliàs Albertus Magnus rerũ naturalium indagator acerrimus libr. 22. de animalibus de Lynce loquatur, velut fabulosum putat, quod solida corpora penetret. De quo vide Ægidium, theorema. 3. de Eucharistia.

Albertus.

Ægidius.

¶ SPECVLATIO III.

Vtrùm sensus interiores conuenienter distinguantur. f. Sẽsus communis: Phantasia: Imaginatiua: Æstimatiua Memoratiua.

IDETVR quòd non. Frustrà ponuntur: ergo non conuenienter distinguuntur. Patet. Sufficiunt exteriores sensus: ergo frustrà ponũtur interiores. Si non sufficerent sensus exteriores, esset propter iudicium, sed exteriores sufficiunt ad id, ergo frustra ponuntur interiores. Quilibet enim sensus de suo obiecto iudicat. 1. Argumẽ

¶ Item. Intellectus minùs dependet à sensibus, quàm quæcunque potentia sensitiua: sed intellectus nihil cog[illegible]oscit, nisi accipiendo à sensu, vt dicitur. 1. Posterio. Neque sensus si non recipiat à sensu: & s[illegible]ęstimatiua non debet poni, saltim quæ species insensatas ex non sensatis extrahit: ergo non conuenienter ponuntur quinq[illegible] sensus. Argumẽ. 2. Aristotel.

¶ Tertiò. Omnis visio vel est corporalis, vel spiritualis, vel intellectualis: non est enim danda alia cognitio: sed corporalis fit per sensum: spiritualis per imaginatiuam, & intellectualis per intellectum: sufficit ergo ponere sensum: imaginatiuam, & intellectum: & sic non sunt interiores potentię sensitiuæ tot ponendæ. Argumẽ. 3.

¶ In cõtrariũ est Auicẽna in suo de anima. In cõtrariũ.

¶ Pro solutione notandum est, quod sensus interior non eò dicitur interior, quia interius sit situatus: quoniam sensus tactus esset interior, cùm sit positus in panniculis interioribus corporis. Neque dicitur interior, quia indigeat ad suam operationem alio sensu: nam sensus gustus esset interior cũ indigeat sensu tactus: gust⁹ enim nõ perficitur sine tactu: sed eo dicitur sensus interior: quia ad sui operationẽ requirat operationẽ alteri⁹ sens⁹ existẽtis in alio organo. Notan. 1.

¶ Præterea notandum, quòd cùm quilibet sensus exterior habeat operationem circa proprium obiectum, non potest tamen habere iudicium de tali sua operatione: quia sensus exteriores non sunt potentiæ reflexiuæ: ob id indigẽt aliquo alio sensu ad hoc: quod fit per sensus interiores, vt infrà patebit. Notand. 2.

¶ Vltimò aduertendum, quòd cùm natura in necessarijs non deficiat, oportet sint tot actiones animæ sensitiuæ, quot sufficiunt ad vitam perfectam animalis: & si tales operationes non possunt per vnam Notand. 3. Aristo. 3. de anima. t. 45.

Universidad de Deusto Biblioteca

tiam fieri, oportet ponantur plures potētiæ, cū potentia principiū sit operationis.

¶ Ad perfectam vitam animātis non sufficit: quòd rem apprehēdat in præsentia, sed etiam requiritur in absentia: aliàs nunquā moueretur ad inquirendum quod est absens, vt videmus fieri. Et est necessarium, quòd per animam sensitiuam, & percipiātur species, & conseruentur in absentia. Percipere, & retinere, nō est eiusdem principij, cùm humida bene percipiant, & mala retineant, & sicca malè recipiant sed bene retineant.

¶ Vltra hoc requisitum est in animali, q̄ aliqua fugiat vel prosequatur: non solùm propter conuenientiam ad sentiendum, sed propter aliàs commoditates. Quapropter necessarium est oui, vt prosequatur pastorem naturali quodam instinctu amicitiæ, & fugiat lupum tanquam sibi nociuum: sicut & auis paleas colligit, non quia sensum delectant, sed quia conueniunt ad nidificandum: & sic habeat aliquas intētiones, quales per sensum exteriorem nō percipiuntur: oportet ergo esse aliquod principium harum intentionum. Indiget insuper aliquo, vt retineāt huiusmodi species, & intētiones nō sensatæ. Sit prima cōclu.

S. Tho. 1. 2. q. 12. art. 5.

Conclu. 1.

¶ Vltra sensus exteriores. 5. necessariō debet poni sensus communis, qui est potētia interior. Probatur. Necessarium est in perfecto animanti, vt sit iudicium de sensatione, similiter vt possit discernere inter obiecta sensuum exteriorum: sed hoc non potest fieri per sensum aliquem exteriorem: quia nullus sensus exterior est potentia quæ iudicat de se, neque iudicat de alio obiecto alterius potentiæ: quia visiua non de sono, neque de odore, & de alijs: sed hoc facit sensus communis potētia interior: ergo ponēdus est sensus cōmunis, siquidem sensus communis iudicat de potentia visiua, quod videt, & de auditiua, quod verè audit: ipse etiam discernit, & distinguit de operationibus diuersis, diuersorū sensuum.

Ratio. 1.

Vi. Buri. 2. d anima. q. 26.

Ratio. 2

¶ Præterea. Illa potentia est necessaria, p̄ quam in absentia rei possit esse notitia, & possit esse apprehensio, ex qua sequatur eius prosequutio: sed hoc facit sensus communis, & nullus sensus exterior pōt efficere. Maior est manifesta: quia nō esset sufficienter animali perfecto prouisum, si solū re præsente moueretur. Minor est clara: quia ad sensum communem tanquam ad centrum deueniunt omnes sensus exteriores, & ibidem coniunguntur: & ad ipsum species receptæ à sensibus exterioribus deferūtur, vt possit habere cognitionē rei, etiam ipsa absente, per speciē ibi reseruātā prius, in sensibus exterioribus receptā. Ponendus ergo est sensus cōmunis, qui quāuis nō possit cognoscere suā propriā sensationem, q̄ est cōmune omnibus sensibus interioribus, & exterioribus, tamen potest cognoscere sensationē aliorū sensuū. At verò vbi ponatur sensus cōmunis, an in cerebro, vel in corde, inter philosophos cōtrouersum est.

¶ * Est hic considerandū q̄ sensus cōmunis, perfectio. 5. sēsū exteriorū est potiùs q̄ potētia distincta: sicut cōmunē nō distinguit à lineis terminatis diūm: q̄a vt supra dictum est. licet visio sit ab oculo, nō terminatur in sēsu communi: & ē de sensatiōe aliorū sensuū exteriorū, q̄ declarat Arist. de sensu tact. loquēs, quē necessario ponit in animali, etiā si sine alijs possit esse. t. 68. vbi insinuat q̄ vbi tactus, vbi & alij sensus. s. cōmunis: q̄a pficit ibi sensus tactus: hęc obiter dicta sint.

*

¶ Secunda conclusio. Necessariò ponenda est vltra sensum communem potentia alia interior, quæ imaginatiua vocatur, cōseruatiua specierum receptarum in sensu communi. Probatur. Necessarium est animali perfecto quod species receptas in sensu communi rerum, etiam in absentia conseruentur: sed conseruātur in imaginatiua ergo ponenda est. Consequentia est bona, Probatur maior. Si solùm reciperet species, & statim amitteret, non posset prosequi multa prosequenda, neque fugere fugienda, nisi rursus res fieret præsens, & species denuò reciperentur: sed hoc esset maxima iactura, & imperfectio animalis: ergo oportet fit reseruatio earum specierum: sed hoc facit imaginatiua, ergo ad hoc posita est.

Conclus. 2.

Ratio.

¶ Sed quòd non sufficiat sensus cōmunis, patet. Potētia sensus cōmunis requisita est vt beneficiat species trāsmissas ab alijs sēsibus exteriorib. sed q̄ bene recipit, humidus est, ergo oportet sit illa potentia habens humidū: at humidum malè retinet: ergo oportet ponere aliā potentiam quæ retineat, & habeat siccitatē: hæc autem imaginatiua est. Et oportet intelligere differētiā inter istam potentiam, & sensum communem: quia sensus cōmunis potest habere notitiā in præsentia rei, per speciē receptā à sensu exteriori: sed quia non potest retinere species, non amplius iudicat de re, nisi præsente eadem re, & actualiter recipiendo adhuc semel species: tamen imaginatiua cùm retineat species, in absentia rei habet notitiam rei, & iudicat de ea: sicut si esset præsens, quod non facit sensus communis, ea ratione quia (vt dixi) species non retinentur. Et hæc imaginatiua potentia interdum phantasia vocatur.

Ratio.

Differentia inter imaginatiuā, & sēsum communem.

¶ * Et hāc potētiā phātasiā in vermibus, & muscis negat esse Cōment. in hoc. 2. cōment. 156. & Albertus in. 3. de anima tracta. 1. 7. sed in apibus & formicis concedunt: sed tamen. S. Tho. in textu citato, & Fridius absolutè negant etiam in apibus & formicis, & si videntur mouere apes & formicę, est ex instinctu naturæ, & quandiu sunt in exercicio, & sic determinatam non habent phantasiam. &c.

*

Cōclusio 3.

¶ Tertia conclusio. Vltra potentiam quę sensus cōmunis dicit, & imaginatiuā, seu phantasiā, vbi species sensatæ reseruātur, ponenda est alia potentia, quæ æstimatiua dicitur, seu cogitatiua. Patet. Necessariū animali pfecto est, vt aliqua prosequatur, & fugiat, nō solùm propter conuenientiā ad sensum, sed propter alias cōmoditates: ergo oportet dare talē potentiam: hæc autē æstimatiua, seu cogitatiua est: ergo poni debet. Cōsequētia est bona. Maior probat: quia auis ad nidificādū, paleas debet quærere, & cōgregare: sed hoc nō est ex aliqua cōueniētia ad sensum, sed ob nidū cōstruēdū: ergo oportet aliquæ eliciāt species nō sensatæ cōgruētię ex ipsis sensatis, scilicèt, q̄ ex palea, quā sensu percipit, eliciat paliam nō sensatā, cōueniētiæ ad nidificādū. Et ouis ex speciebus sensatis videndo pastorē oportet eliciat nō sensatam amicitiæ, vt prosequatur pastorem, & nō fugiat, tanquā ibi couenens: & viso lupo fugiat, & mouea tur ad fugā ex specie nō sensata inimicitię, quæ elicit ex sensata: quia vidit lupū. Hoc verò æstimatiua operat: quia sensus cōmunis nō facit, neq; potest. Ratio solùm recipit species sensatas: imaginatiua, vel phātasia etiā nō præstat, quia solùm ibi reseruantur species sensatæ receptæ in sensu communi: ergo ista æstimatiua ponenda est.

Conclus. 3.

Æstimatiua in brutis. Cogitatiua, vel ratio particularis, in homine.

¶ Dixi, quòd cogitatiua: quia cū in brutis æstimatiua dicatur, in homine vocatur cogitatiua, eò q̄ in homine fiat cū aliquali discursu, cōparantis vnū alio, & conferentis, q̄ in bruto non est: & ob id vocatur ista cogitatiua in homine particularis ratio: cui medici signant locum proprium, & organum, scilicet, mediam partem capitis. In brutis tamen, quia ex instinctu naturæ euenit huiusmodi species non sensatas habere, non dicitur particularis ratio, sed solùm æstimatiua.

¶ Quarta conclu. Præter sensum communem, imaginatiuam, seu phantasiam, æstimatiuam, seu cogitatiuam, ponēda est alia potentia, quæ memoria sensitiua dicitur, seu memoratiua. Patet. Requisitum est ad vitam perfecti viuentis, vt ad aliqua non sensata moueatur: ergo oportet dare speciem per quam fiat apprehensio conueniētis, vel inconuenientis: sed hæc est species: at species non erunt, nisi reseruentur: ergo oportet dare locum vbi reseruentur tales species: hic est memoria sensitiua: ergo ipsa ponēda est. Discursus est bonus: Et antecedēs primæ cōsequentiæ ex suprà dictis est notum, & secūdæ cōsequētię similiter.

4. Conclu.

Ratio.

¶ * In brutis memoria dicitur, & in homine reminiscentia.

*

¶ Secundò. Si ista potentia nō deberet poni, maximè, quia frustrà esset, cùm sufficere videatur æstimatiua: sed æstimatiua nō sufficit: quia cùm sit disposita ad recipiendum, optimè nō retinebit: & requisita est retentio specierum non sensatarum: sicut & receptio ipsarum: ergo oportet aliam ponere distinctam potētiam. Et sic memoria sensitiua se habet ad æstimatiuam, sicut se habet imaginatiua, vel phantasia ad sensum communem: nam sicut ista reseruat sensatas species in absentia obiecti, receptas à sensu communi in præsentia transmissas à sensibus exterioribus: sic memoria sensitiua est velut thesaurus recōditus, & depositum, vbi species non sensatæ, quę receptæ fuerunt in æstimatiua, & extractæ à illis quæ in imaginatiua, reseruātur in absentia specierum sensatarum in ipsa memoria sensitiua: vt qn̄ fuerit opus, habeat operationē sine hoc q̄ rursus abstrahat, & eliciat: siue hoc fiat ab ipsa potentia memoratiua mediantibus illis speciebus, vel ab ipsa æstimatiua mutuatis speciebus reseruatis ab ipsa memoria sēsitiua: sicut etiā in sensu cōmuni potest esse notitia in absentia rei, acceptis speciebus sensatis reseruatis in imaginatiua, seu phantasia. Vel fit ab ipsa imaginatiua medeātibus speciebus ibi

Ratio. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

* dē cōseruātis. * Hęc memoria sensitiua à sensu cōi distingui docet Auicē. Cōmē. Albert⁹ & S.Th.nā vt dictū est:alia dispositio reqsita est ad recipiēdū,ꝙ ad retinēdū:&cū memoria sit ad retinēdū species:nō est idē cū sensu cōi cuius est recipere:&col idꝗ Aris.in suo de memoria & reminiscētia dicit:memoria est ꝑ se primi sensitiui,debet intelligi originatiuè & præsuppositiue:qa nisi esset sensus cōis qui recipit species,nūꝗ esset memoria:qa nunꝗ extraherentur species quæ ibi reseruantur.

Nota. ¶ Cōsiderādū tñ est cū istæ potētiæ.4.sint positæ,& nominatę,& eorū officia sint distincta,& numerata,ꝙ aliqn in nomine variatio est etiā apud Arist.nā interdū phantasiā & imaginatiuā pro eadem potentia capit,vt diximus. Aliquādo ipsam æstimatiuā,phantasiā vocat:quia etiā qui per æstimatiuam operatur,phantasiam exercet.

¶ Et sicut dixim⁹ æstimatiuā in brutis cū consideretur in homine habere excellētiā quādā,ita vt dicatur cogitatiua,& particularis ratio:quia fit cū quadā collatiōe adinuicē,sic etiam memoratiua potētia sensitiua quę in brutis ponit,habet in homine aliquid peculiare:vt etiā sit in eo reminiscentia. Non enim solū homo memoriā habet in subita recordatione præteritorū,sed etiā reminiscitur,quasi syllogisticè inquirēdo præteritorū memoriā secundùm indiuiduales intentiōes,quod in bruto nō est.

Cōclu.5. cōtra Albertum Mag. Vide Caiet. Thō.in fi.2 de anima. ¶ Cōclu.5. Vltra has.4.potētias sensitiuas interiores,quæ sensus interiores dicūt,nō est op⁹ ponere aliā,ꝙ phātasia dicit ab Auicēna,media inter imaginatiuā,& ęstimatiuā. Probat. Solū potētiæ interiores sūt ponēdæ,& multiplicādæ,vt operationes necessarias,& suæ naturę cōsequentes posśit habere animal ꝑfectū:sed oēs pōt habere solū illis.4.positis:nō ergo ponēda est alia distincta ab istis. Maior est manifesta,cum Deus,& natura nihil faciāt frustrà. Minor patet:qa si ponēda esset hæc,maximè vt dicit Auicēna,vt species sensatas cōponat:vt si habet speciē montis & auri,cōponat, & formet notitiā montis auri,sed ꝓpter hoc nō debet poni. Primò qa hæc operatio in brutis nō inuenit,in quib⁹ est aīa sensitiua ꝑfecta,quæ habet suas necesserias operationes,& potētias:sed solū reperit in homine:sed nō ob hoc ponēda est distincta potētia:quia sufficit ad huiusmodi operationē imaginatiua potētia:nā cū ibi sit species mōtis,& sit species auri,poterit esse cōiūctio specierū mōtis auri:ꝙ apparet [illegible] [illegible]iātib⁹:sequit ergo ꝙ nō est ponēda alia potentia ab istis præ nominatis. Etiā ꝓbat ex [illegible] Cōmē.in li.quē de sensu,& sensibilib⁹ edidit,qui tribuit imaginatiuę hāc operationem:ob ꝙ alia potentia non est ponenda.

Arist.1.cœ. tex.32.&.1. cœ.t.50.& 3.de ani.t. 45.& de re spi c.4.&.1 poli.ca.1.& 5.

S.Tho.p.p. q.78.

Commēnt.

¶ * Hic se offert illa singularis opinio Gomezij de Pereira,in sua illa Antonina margarita statim in principio colūna.6.qui cōtra omnes philosophos,& cōtra Aris.imò experientia nititur probare bruta non sentire,nā si sentirent,& in hoc cum homine conuenirent, & raciotinarentur, & vniuersale cognoscerent: & sic nullum discrimen proprium esset inter hominem & brutum:& sic cōtra Arist.non moueri bruta ex simplici aprehensione:quia si sentirēt necessariū existimat cōcedere formare bruta notitias mētales, & affirmatiuas, & negatiuas:& sic in eis esse cōpositionem & diuisionē: et consequenter ratiocinationem:essetque prolixū nimis omnia adducere noua,quæ ipse cōtra omnes ingerit, contra quē & Michael Palacios scripsit:vniuersus hoc primum paradoxum de brutorum sensu,qui apertè probat in brutis esse sensus,tam exteriores, quam interiores, neque ex eo sequi in ipsis esse rationē:quia licet particulare, vel singulare cognoscant nō tamē vniuersale:quia nō contingit sine perfecta ratiocinatione,etsi brutis negat sensus,& similiter in paruulis recēter natis, qui solo sensu mouentur sine cognitione animæ rationalis:cū ergo experientia constet sensu moueri,necessario est fatendum in brutis esse:si placet vide latius in apologia [illegible] rationes quibus soluit argumēta contra eum facta vide ibi. *

Ad.1. ¶ Ad.1.solutio ex dictis patet. No.n.sufficiūt exteriores sensus ad vitam animalis ꝑfectā: qa solū in ꝑsentia:& quia nō pōcet [illegible] in eis iudiciū. De quo vide Mars.in.2 [illegible].1.

Ad.2. Aristo.3.de anima. ¶ Ad secundum,dicendū,licet ita sit,quòd intellectus cognitionem recipiat à sensu: quia nihil est in intellectu,quin pri⁹ fuerit in sensu:tamen multa intelligit, quæ non per sensum recepta sunt: quia sunt phantasmata quædam quę sunt species non sensatæ,quę nunquam fuerunt in sensu, ex quib⁹ multa cognoscit:vt inferius dicem⁹ in.3.lib. Sic suo mō ęstimatiua cognoscit aliqua,quorū non fuerunt species in sensu, abstrahēdo ab ipsis sensibilib⁹,& sensatis illas nō sēsibiles, & insensatas:sicut & itellectus à phātasmatib⁹ abstrahit species intelligi[bi]

[illegible] quæ tamē nunquā fuerunt in sensu:ob [illegible] vocatur cogitatiua, particularis quædam ratio. Ecce ergo quo pacto,quia intellectus minus depēdeat à sensu, habet abstrahere species intelligibiles: & quia æstimatiua magis pendet à sensu, abstrahit non intelligibiles,sed nō sensatas. Quæ medium videntur tenere.

Ad tertium ¶ Ad.3. Demus [illegible] Augustino visiones esse corporeas vel spūales,aut intellectuales,nō tñ ex eo sequitur solū vnā esse potentiā interiorem sensitiuā:quia ad ipsam visionem interiorem,quæ cognitio est, si sit rei sensibilis,sensus cōmunis requiret, & imaginatiua:vna ad recipiendū:altera ad retinēdū. Si sit visio rei,cuius propria species nō datur,requiret ęstimatiua,seu cogitatiua,& memoria sensitiua:& sic [illegible] potētiæ interiores sensitiuæ sunt necessariæ ad visionē spiritualē,si per ipsam intelligamus notitiā interiorē sensitiuā, ad modū quo cognoscere aliquā rem est eā videre.

Venetus, ¶ Vnū tñ nō silētio est prætereūdum,qđ Paulus Venetus dicit de mēte Aristo.nō ponendū nisi sensum cōmunē,& memoriam potentias interiores,in quibus duobus,ponūtur operationes oēs potentiarū suprà dictarū. Et secundùm Buridanū sonuntur tres,scilicet, sensus cōmunis, phantasia,& memoria:sed meliùs ponuntur.4.& distinguuntur,vt diximus.

Buridanus. 2. de anima q.17.

* ¶ Et quidē difficilè est intelligere quid Arist.senserit de potētijs, interiorib⁹, maximè de phātasia: nā quantū ex libris de aīa datur intelligi,phātasiā nō ponit realiter distinctā ab imaginatiua,neq; à cogitatiua,neq; ab æstimatiua,neq; à memoria: sed eā sumit pro toto gñe animæ phātastico,[illegible] sensus interiores cōprehēdat excepto sensu [illegible] qđ patet infra in.3. tex. 38.& [illegible] 49.quia ipsam facit cōseruatricem [illegible]:& qđ in ea simulachra, &c. Sed in libris de memoria,& reminiscētia distinctè de phātasia & memoria loquit: ob id apud peripateticos licet cōiter potētię interiores disponant & distinguātur,vt dictū est: quid Arist. pro certo,nō constat: quia penitus quasi indistinctè loquit, & similiter de organis, & situatiōe in capite, & ꝙ magis mirandū cū distingat sensum cōmunē à phātasia,tñ libro de somno & vigilia videt ponere organū indistinctū: & aduerte,qđ phātasia est duplex: determinata, & indeterminata: determinata, quæ & perfecta dicitur,est:quæ absentib⁹ sensibilibus retinet species:& potest imaginari circa illa:indeterminata est, quę nō retinet in absentia,nec mouetur nisi præsente obiecto. Prima determinat sibi propriū organū. Secūda autē ex sui in perfectione [illegible] determinat:& hæc est in omni parte decisa animalis anulosi,quæ se mouet localiter:nā vt(inquit)Cōm.in hoc.2. cōm.2[illegible].omne habens sensum & motum necesse est,vt habeat desiderium,& imaginationem, &c.

Opinio.diuersæ. Matthæus. de Gradi. Hugo.senē. ¶ Et quantum ad subiectū istarū potētiarū non eadē est sententia omniū:nā Mattheus de Gradi,medicus in.9. Almāsoris, c. de Lithargia,tenet oēs potentias has esse dispersas per totū cerebrum. Idem Hugo senen.2.tech.c.de cerebro, ad quod mouentur authoritate Aristo.in libro de memoria dicentis:Bene memoratiui sunt tardi ingenij, &ècontra, quod non esset, si haberent diuersa loca in cerebro.

¶ Contraria opinio est cōmunis, scilicet, ꝙ habeāt in cerebro diuersa loca:& in anteriori parte cerebri ponitur sensus communis,& in posteriori memoria,& mediū tenent imaginatiua,& æstimatiua. Imaginatiua statim post sensum communem.

D. August. 7.sup.Gen. ad literam. ¶ Anatomistæ cōiter diuidūt cerebrū secundū latitudinē in tres vētriculos,& à se separatos per piā matrē,quæ est tela subtilis,velut mater in gremio amplexans cerebrū,& veluti telicula,diuidit grana pomi granati. Prior ergo vētriculus in duas secat partes,in quarū prima(vt dicit Auicēna in.6.de naturalib⁹)residet sensus cōmunis,in.2.phātasia, quę reseruat species sub rōe ꝑsentis. In.2. vētriculo est duarū partiū sectio, in quarū prima est æstimatiua,& in.2.parte est imaginatiua, quæ est rō particularis,in singulari oīa syllogizās. Post has oēs sequit memoria in vētriculo posteriori,quæ(vt aiunt) nō est potentia cognoscitiua;licet cōtrariū posśit teneri.

¶ Sed quoniā ista situatio pendet ex alio: quia ponūt plures quā quatuor potētias interiores,standum est in hac sentētia, ꝙ primò sit sensus cōmunis:secundò imaginatiua:tertiò ęstimatiua: quartò memoria:& ꝙ quęlibet habeat in cerebro suū locū deputatū,& cōgruenter dispositū. De istis potentijs sensitiuis interioribus vide Ægidium quolibet.4.q.20. Et quomodo sensus exteriores, cū sint imperfectiores sensibus interioribus, posśint agere,vide eundem, quolibet.5.quæstione.21.

Aegidius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶SPECVLATIO.IIII. Vtrùm tota anima sit in qualibet parte corporis animati.

Argumé. 1. ARguitur quòd non. Corpus, in quo debet esse anima, oportet sit organizatum, & dispositum, vt suprà in definitione animę dictum est: sed nõ quelibet pars animalis disposita, & organizata est: ergo anima non est tota in qualibet parte animalis.

Argumé. 2. ¶Secundò, Cùm animal dicatur ab anima, sequeretur si in qualibet parte animalis tota anima esset, quòd quælibet pars animalis esset animal: & pes animalis diceret esse animal, & manus hominis diceretur esse homo: quod est falsum.

Argumé. 3. ¶Tertiò. Omnes animæ potentiæ fundãtur in essentia animæ, vt infrà dicemus: si ergo tota essentia animæ in qualibet parte animalis est, sequitur quòd in qualibet parte erunt omnes potentiæ: & si in pede est tota anima, ibi exercet omnes potẽtias sensitiuas, si est anima sensitiua: & intellectiuas & sensitiuas simul, si fuerit intellectiua.

In contra. ¶In cõtrarium est: quia quælibet pars animalis est animata: & non est aliquid animatum, nisi per animam: ergo anima est in toto animali.

Notand. 1. ¶Pro solutione notandum, quòd cùm anima sit vegetatiua, sensitiua, & intellectiua, speculatio potest intelligi de altera earum, vel de omnib⁹, vtrùm tota sit in toto, & in qualibet parte corporis, cuius anima est.

Notand. 2. Triplex est totalitas. ¶Est præterea notandum, quòd totalitas alicuius rei potest tripliciter intelligi: vno modo totalitas quantitatiua: vt si dicamus, q̃ totalitas quantitatiua pedalis, non est in parte semipedali, vel in .4. ei⁹: alia est totalitas essentialis: tertia dicit totalitas virtutis.

Notand. 3. ¶Vltimò est considerandũ, si anima in corpore esset, & ei vniretur vt motor: vt aliqui putauerunt, specula. non haberet difficultatem: quia diceretur solùm esse in illa parte, quã immediatè moueret, per quam partẽ alias moueret: sed quia anima ponitur esse in corpore, & ei vnitur, nõ vt motor, sed vt forma, habet difficultatem: quæ soluitur sequẽtibus conclusionibus: quarum prima.

¶Anima est tota in toto, & in qualibet parte secundùm totalitatem perfectionis, & essentiæ. Probatur. Aliàs si non esset tota in hac totalitate in qualibet parte: ergo pars essentiæ esset in vna parte, & pars essentiæ esset in alia parte: sed hoc est anima non esse, nam quæ de essentia alicuius rei sunt, ab eo separari non possunt: sequitur ergo quòd posito sit anima in qualibet parte corporis, oportet sit totalitate suæ essentiæ, & non secundùm partem. Cõclusio.1

¶Præterea. Quælibet pars corporis anima lis animata dicitur: & non nisi per animam: ergo ibi anima primitiuè, & informatiuè est: sed vbicũq; aliquid est, ibi & eius tota essentia est: ergo anima est in qualibet parte corporis totalite essentiæ. Ratio. 1. Ratio. 2.

¶Ex hac conclusione nolo intelligatur (vt aliqui putant) ipsam formam, vel animam non esse simplicem: imò est simplex, & nõ habet partes diuersas componentes ius essentiam: sed dato sit simplex, quia non est simplex, sicut Deus est, intelligitur totalis eius essentia, & indiuisibilis in partes: & a isto sensu dicit conclusio, quòd anima sit tota in qualibet parte corporis, secundùm totalitatem suæ essentiæ quia non partẽ, in vna corporis parte habet, & aliam in alia.

¶Secunda conclu. Anima non est in qualibet parte corporis secundùm totalitatem suæ potẽtiæ, seu suę virtutis. Patet. Anima ibi est totaliter secũdùm totalitatem potẽtiæ, & virtutis, vbi omnẽ suã exercet operationem: sed anima nõ in qualibet parte animalis omnem exercet operationem. Patet: quia in oculo videt, & non in pede: & in aure audit, & nõ in oculo: sequitur ergo quòd non est in qualibet parte secundùm hanc totalitatem. Et ista duo stant quidẽ, scilicet, esse in qualibet parte secũdùm totalitatem essentiæ, & non esse secundùm totalitatem virtutis: quia ad exercendam virtutem præ requirit vltra essentiam, aliqua instrumenta, vel organa, quibus exerceat suam potẽtiam: & quia non habet hoc instrumentum in pede, non videt in pede: & quoniam habet in oculo, videt ibi. Similiter de alijs partibus est dicendum: tamen nõ sufficit animam esse, si non sit organum: imò nõ sufficeret animã esse, & organum, nisi medium esset, per q̃d fieret operatio: hæc enim non sufficerent, nisi etiam essent species, quę ab obiecto deuenirent, vsq; ad potentiam: vt obiectum coniungeretur potentiæ. Quapropter Conclus. 2. Ratio.

propter hoc dicitur essentiam alicuius rei esse præsentem secundùm se totam, quãdo tamen non datur vt sit secundùm omnem suam virtutem.

✱ ¶✱ Sicut in peccatore, fideli tamẽ, ponimus fidem in formam, quæ vere fides est. Et habet quicquid de essentiã fidei est necessarium, & tamen non est in peccatore secundùm omnem suam virtutem: quia in eo nõ est perfecta fides, simpliciter perfectione virtutis: quia deficit charitas, vt docet S. Tho. 2. 2. q.6. art. 2. ad primum.

3. Cõclusio. ¶Cõclusio posterior. Sicut de anima brutorum sensibili, est verum dicere, non esse totam in qualibet parte totaliter virtutis, similiter de anima rationali dicendũ est. Probatur. Anima rationalis in homine est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, & tamen nõ in qualibet parte corporis habet, & exercet omnem suã potentiã, & virtutem: ergo oportet dare quã totalitatem ibi sit tota, & quã totalitate non sit: & nõ videtur q̃ sit alio modo dicẽdum, nisi q̃ sit tota in qualibet parte totalitate perfectionis, & essentiæ: & q̃ non sit tota totalitate virtutis in omni parte: siquidem anima rationalis in pede, non intelligit: & tamen tota anima ibi est: & intelligit in capite, & vult, & ratiocinatur, & nõ in alijs partibus: ergo nõ in omnibus est secundùm omnem virtutẽ. Ratio.

¶Neq; ex hoc putent nos æquales facere animas brutorũ cũ anima rationali: habent quidem latissimã inter se differentiã: quia brutorum animæ sunt formæ, quæ educũtur de materia, & habent esse per generationem, & corrumpuntur: at anima rationalis est à solo Deo per creationẽ, & non educitur de potentia materiæ, neq; corrũpitur, sed est incorruptibilis, & immortalis: & quatenus anima rationalis conueniat cũ alijs animabus: quia forma corporis est, & partes corporis sunt & aliæ animæ sunt, & ob id sit tota in qualibet parte corporis totalitate essentiæ perfectionis, & nõ sit tota in qualibet parte corporis totalitate virtutis: dicerunt tamen, quia anima rationalis à Deo solùm, & immortalis, quia est subsistens potest esse: at verò non sic brutorum animæ. Differentia inter brutorũ animas. & rõnales. S. Tho. p. p. q. penulti.

¶Bene video hanc opinionem esse contra Neotericos modernos in secũdo sententia. Durand. Anima est tota in qualibet parte. 6. & cõtra Duran. in. 1. d. 8. quia ipsi putant inconueniens quòd brutorum animæ sint secũdùm totalitatem essentiæ in qualibet parte, q̃ educãtur de potẽtia matẽriæ: sed tamen quæ hic dicta sunt, asserũtur à doctore Sancto, in suo de formis. q. 3. art. primo, & apertissimè. p. p. q. 76. ar. vlt. & est sententia Beati Augustini, qui sicut Theologus excellẽtissimus, philosophus fuit acutissimus in epistolo. 28. & cõtra epistolã Manichæi. cap. 16. & 6. de Trinitate. cap. 6. Idẽ videtur sentire B. Chrysostom⁹, Homel. 5. de incomprehensibili Dei natura, probando animam rationalem impartibilem. S. Thom. D. August. D. Chryso.

¶Ecce ergo quomodo brutorum anima ponitur impartibilis: & tota in qualibet parte eius erit ad sensum declaratum. Et de omnibus formis quòd essent impartibiles, tenuit Gilbertus Porretanus in libro sex principiorũ: quam sequuti opinionẽ multi Parisien. licèt eam impugnet Petrus Ciruelo in suis parado. q. 5, cõclu. 1. de quo aliàs. Esse impartibiles omnes formas dixit Gilber. Porretanus. Ciruelo.

¶De totalitate quantitatis non est disputatio, vtrum anima sit tota in qualibet parte animalis: quia (vt doctè probat doctor. in loco citato) anima neq; de per se, neq; de per accidens dicitur habere partes quantitatis: quia est forma quæ requirit diuersitatem in partibus; & sic non æqualiter se habet ad totum, & ad partes: vnde neque de per se diuiditur, neque de per accidens ad diuisionem quantitatis. Verum tamen in albedine inuenitur, quòd diuidatur ad diuisionẽ quantitatis: quia æqualiter est extensa per partes superficiei. S. Thom.

¶Ad primum concedimus, animam requirere dispositionẽ in corpore, & organizationem, ad hoc quòd exerceat suas operationes: & quia talis deficit in qualibet parte corporis, quanuis ipsa sit tota totalitate virtutis, vt dictum est: neque inconuenit: quia cùm anima requirat diuersitatem in partibus, nõ eodem modo comparatur ad totum, & ad partes. Ad totum quidem primò & per se: sicut ad proprium, & proportionatum perfectibile: ad partes autem per posterius, secundùm quòd partes habent ordinem ad totum: & potest esse q̃ cùm sit tota in parte, non exerceat ibi omnem suã virtutem, tamen exercet in toto corpore, ad quod primò ordinatur. Ad primũ.

¶Ad secundum. Non sequitur, si pes habet animã totaliter, quòd pes dicatur animal: quia animal dicit animam, & corpus totũ: quia ad ipsum totum corpus primò ordinatur anima: sicut ad primum perfectibile. Item, quia ad rationem animalis vltra hoc quòd est habere animam, est requisitum per se Ad secũdũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per se stare: quod non conuenit parti.

Ad tertium ¶ Ad tertium. Demus ita esse, quòd potentiæ animæ ab anima fluant, & emanent: & si sit sermo de potentijs quę sunt communes animæ, & corpori, non sequitur quòd vbi est anima, sit etiam in illa parte corporis potentia: sed solum sequitur quòd sit in illa parte corporis quæ est proportionata ad operationem talis potentiæ: ob id & si anima sit in pede, ibi non est potentia visiua: quia illa pars non est proportionata ad operationem potentiæ visiuæ. De potentijs autem quæ solùm sunt animę: vt est voluntas, & intellectus, nõ sequitur, licèt sint in corporis parte, quòd intelligat. De quo in tertia conclusione diximus.

¶ SPECVLA. V. VTRVM potentiæ animæ distinguãtur ab anima.

Argumẽ. 1. ARguitur quòd nõ. Potẽtia sensitiua est qua sentimus, sicut intellectiua qua intelligimus: sed id quo primò sentimus, & intelligimus est anima: vt in isto. 2. docet Aristoteles: ergo potentiæ animæ non distinguuntur ab ipsa anima.

2 ¶ Præterea. Tanto quanto aliqua res nobilior est, tantum id quod habet est sua essentia: sicut videmus in Deo, quòd quicquid habet est eius essentia: sed materia est sua potentia, cùm sit ignobilior anima: ergo anima erit etiam sua potentia: & sic non distinguitur potentia ab anime

3 ¶ Vltimo. Si potẽtiæ non sunt essentia animæ, ergo sunt accidentia: sed non sunt accidentia. Patet. Nunquàm accidens est principium differentiæ essentialis: sed potentia sensitiua, & intellectiua sunt principium sensibilis, & rationalis, quæ sunt differentię substantiæ: quia à sensitiua potẽtia, dicitur sensibilis: & ab intellectiua, seu ratione, rationalis: ergo sequitur quòd sensitiua potentia, & rationalis sunt essentia animæ, & non distinguuntur.

In cõtrariũ ¶ In contrarium est: quia propria passio distinguitur à subiecto: sed potentia propria passio est animæ: ergo distinguitur ab ea.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd cùm sit triplex anima, vt dictum est, vegetatiua, sensitiua, & intellectiua: speculati possunt esse de vegetatiua, aut sensitiua, aut intellectiua, aut de omnibus tribus: quia sunt qui de vna concedant, & non de omnibus.

¶ Est adhuc notãdum, quòd licet aliqui ponãt tres opiniões de hoc, ad dictas reduci possunt. Quarũ vna est doctoris S. qui tenet, quòd potentiæ distinguuntur ab anima, sicut propria passio à suo subiecto: & potentia ponitur in. 2. specie qualitatis. Istã opin. tenet Thom. de Argentina, & Durand. in. 1. distinct. 3. quæst. 2. vbi solent Scholastici tractare materiam.

¶ Alia est opinio quæ tenet, quòd non distinguuntur realiter, & est Scoti, Gabriel. Marsil. & Greg. Arimi. in secũdo. Et est cõmunis opinio: quam etiam tenet Buridanus. & Thomas de Garbo in sua summa. tracta. 5. q. 2. & 3. Iandun. 3. de anima. q. 39. Et Burid. dicit hęc verba. Cõcludo q̃ si vnica est anima in equo, ipsa est potẽtia sensitiua, & potẽtia appetitiua, & potẽtia secũdũ locũ motiua, & potẽtia vegetatiua, & ipsa est nutritiua, & augmẽtatiua, & gñatiua, visiua, & auditiua, & sic de alijs. Quapropter in equo potẽtia vegetãdi nõ differt à potẽtia sentiẽdi.

¶ Additq; idẽ Buridanus in eadem quæst. duplicem potẽtiam: vnam principalem, & immediatã, aliam immediatam: sed instrumẽtalem. Principalem vocat ipsam animã, & instrumentalem dicit esse vel calorem, vel organi dispositionem in vegetatiua, & sensitiua: vt potentia ad videndum immediata, & principalis est anima, immediata: sed instrumentalis est potentia visiua organica disposita: & dicit. Prima potẽtia eadẽ est visiua, & auditiua: quia ipsa anima: sed illa quæ instrumentalis, nõ est eadem visiua, & auditiua: quia alia est dispositio in oculo, & in aure: & etiam nutritiua non est generatiua. Ecce vndę ponit distinctionem in potentijs, etiam si dicat omnes esse idẽ quod ipsa anima. Nos tamen respondentes ponimus conclusiones. Quarum prima.

¶ Potentiæ animæ vegetatiuæ, nutritiua, augmentatiua, & generatiua, distinguntur realiter ab ipsa anima vegetabili. Probatur. Omnis propria passio distincta est à suo subiecto realiter, saltim illa quæ principium est operationis: sed potentiæ istæ vegetabilis animæ, sunt huiusmodi: ergo distinguũtur ab ea. Maior probata est in prædicabilibus, vbi de proprio agebamus. Accidens enim à substantia realiter distingui debet.

1. Notand. Altisiodo. 2 part. cap. 1. S. Tho. p. p. q. 54. art. 3. & q. 77. articu. 1. Argentina. Durand. Scot. in. 2. d. 16. & in. 4. dist. 12. Gabr. in. 2. d. 16. quęst. vnica. Marsi. in. p. sent. q. 3. articu. 3. Gregorius Burid. in. 2. de anima. q. 6.

Declaratio Buridani.

1. Cõclusi.

Ratio. 1.

de [illegible] cum accidens proprium, accidens sit, oportet distinguatur. Dixi, saltim de propria passione, quæ est potentia ad operandum: quia alijs non sic certũ est. Sed minor probatur. Id dicitur propria passio alicuius, quod consequitur essentiam, & naturam eius: sicut magnetis dicimus esse ferrũ attrahere: sed nutrire, augere, generare sequuntur essentiam animæ vegetabilis: sic quòd vbicunq; inueniatur, erunt & ista, vt suprà in libris de generatione dictum est: ergo distinguuntur.

2. Ratio. ¶ Secundò. Si ista essent idem cum anima: ergo essent idem inter se: quia quæ cũq; sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se: sed consequens est falsum: quia nutritio esset augmentatio, & generatio: [illegible] hoc non potest stare: quia potẽtię distinguuntur per actus, sicut actus per obiecta: vt intra, sed alius est actus nutrire, & alius generare, & aliud obiectum habet generare, quàm habeat augmentare: ergo est distinctio inter ista.

¶ Bene video rationem soluunt, qui tenent contrariam opinionem: verùm, non videtur esse secundùm communem modum loquendi, quòd nutritio, sit generatio.

Confirmatio. ¶ Secunda conclusio. Nulla potentia sensitiua siue interior, siue exterior, est idẽ quod anima sensitiua, sed distinguitur ab ea realiter. Probatur sicut præcedens: quia eadem militat ratio hic, & ibi.

3. Ratio. ¶ Præterea. Cùm potentia, & actus diuidãt ens, ad idem genus oportet referantur: at actus non est in genere substantię: ergo neque potentia. Probatur minor: quia in solo Deo operatio eiº est sua essentia: in alijs [illegible] accidens est: ergo cùm ad idem genus pertineat & actus potentiæ, qui est operatio, & potentia, si operatio accidẽs est, & potentia erit accidẽs: ergo non est idem q̃ anima, [illegible] anima sit substantia: vndę manet quòd nullo modo potentia & anima sunt idem realiter, sed distinguuntur, sicut accidens, & substantia.

S. Tho. p. p. q. 77. art. 1.

3. Ratio. ¶ Vltimo. Vt dicebamus est qui absolutè concedere anima, potentia visiua est auditiua, & odorifera est sensus cõmunis, & gustatiua est æstimatiua: at si ponamus potẽtias cũ anima esse idem, oportet cõcedere. Neq; satisfacit ratio quæ adducitur à Buridano, distinguendo inter instrumentalem causam, immediatam, & principalem: quia potentia, [illegible] secũq; sit illa, ipsa principalis, & immediata debet dici: vt in sequenti cõclusione probabimus. Quid est opus venire ad angustias has, quã do quidẽ ponendo distinctionem, fluantur omnia, & conuenimus cũ modo cõmuni loquendi, & concipiẽdi?

3. Cõclusio S. Tho. p. p. q. 77. art. 1. Vide Vigu. in suis instit. the. c. 1. §. 2 ver. 7.

¶ Tertia cõclusio. Potentiæ animæ rationalis, distinguuntur realiter ab ipsa anima rationali: sicut accidens à substantia, & propria passio à suo subiecto. Probatur vt secunda, & prima conclusio.

¶ Præterea. Si non esset distinctio realis inter potẽtiam, & animam, maximè esset (vt tenent contrarium opinãtes) quia ipsa anima est immediatum principium operationis: sed hoc non potest esse. Patet. Si anima esset immediatum principium operationis, semper habens actu animam, actu haberet opera vitæ: sicut semper habẽs anima, actu est viuũ: sed nõ semper actu habet opera vitæ, vt constat: ergo non est immediatum principium ipsa anima. Patet: quia inquantum forma est, non ordinatur ad vlteriorem actum: sed vltimus terminus generationis est dare esse, actu: ergo quòd sit vlterius in potentia ad aliquem actum, oportet non competat ei secũdùm suam essentiam, sed erit ratione potentiæ: ergo non ex eodem conuenit quod sit forma, & essentialis, & quòd sit in potentia ad aliquã operationem, sed erit in potentia ad actum, ratione potentiæ suæ: ergo potentia est immediatum, & primum principium operationis, & nõ ipsa essentia: qua ratione ipsa anima inquantũ subest suæ potentiæ, dicit actus primus ordinatus ad actum secundũ.

Confirmatio. ¶ Confirmatur hoc ex definitione animæ, in qua dicitur, quòd sit actus corporis, potentia vitam habentis, id est, in qua est potentia ad vitam, id est, ad exercenda opera vitæ: ergo ipsa potẽtia non est essentia animæ, cùm stet actu anima, & non operetur: ergo est ex eo quòd potentia, quæ est immediatum principium, est in potentia: & non est in actu: vsq; dum habeat actum.

D. August. S. Tho. 1. p. q. 76. art. 3. Infrà. 3. de anima. spe. p. B. Ansel.

¶ Ista conclusio probatur ex patre Augustino decimoquinto. De Trinitate, capitulo septimo. & 16. & 17. qui dicit, quòd in homine intellectus, & voluntas non sunt idem. Anselmus etiam, libro de Concordia, capitulo. 29. dicit. Et quidem mirum est quòd anima rationalis, cùm sit simplex, tantam diuersitatem operationum possit habere, si potentiæ non distinguantur ab ipsa anima, maxime ponendo vnam

Universidad de Deusto Biblioteca

do vnam solam animam in homine: vt in sequentibus dicemus, quomodo illa vna oēs actus animæ vegetatiuæ, & illa vna tam varia in operibus sensitiuæ exterioribus: & interioribus: & illa etiam tam multiplex in intellectionibus, & volitionibus. Nō enim videtur quo pacto fieri posset. Tametsi ponimus distinctionem potentiarum ab ipsa anima, non est difficile: quia quælibet potētia est immediatum principium suæ operationis: sicut non est difficile in homine q̃ sit doctrinæ capax, & sit admiratiuus, & sit discursiuus, & sit risibilis, & q̃ varias exerceat anima operationes per huiusmodi diuersa propria eiusdem animæ, quæ fluunt, & manant ab essentia eius.

Nota.

4. Cōclusio ¶Quarta conclu. Licet ista dicta in tribus conclusionibus credamus probabiliora, & tenenda, non negamus quin opinio cōtraria, maximè quæ Scoti est, quæ ponit formalem distinctionem, negando realem, sit probabilis, quæ & potest soluere rationes adductas pro opinione suprà dicta. Probatur. Sicut actio, & passio sunt eadem res, & non distinguuntur realiter: tamen actio nō est passio, & pertinent ad diuersa prædicamenta: sic posset dici quòd anima, & potētia nutritiua, & vegetatiua, sunt eadem res: tamen anima quæ est quæ dat actu esse viui, & nutritiua quæ nutrit, & augmentatiua sunt idem re: quia sunt anima ipsa, sed nutritiua nō est augmentatiua. Eodem modo de potentijs animæ sensitiuæ, & animæ rationalis possumus loqui.

Probabilis opinio Scoti.

Aristote. 3. phy. tex. 19

Buridanus. ¶Et qui posuerit distinctionem, quam Buridanus ponit, de principio immediato principali, & de immediato instrumentali, faciliùs ad omnia obiecta respōdebit, quæ pro alia parte contra istam adducuntur: siquidem in illo principali, & immediato conueniunt omnes potentiæ: quia est anima ipsa in alio immediato, quod instrumētale est, ponitur latissima differentia: ob quod visus, auditus non est, neque intellectus est voluntas.

Ad argum. ¶Ad primum dicendum, quòd actio compositi est: suppositorū enim actiones sunt: quia existētis est agere: sed forma est qua habet esse substātialiter: & potentia est immediatum principium ad esse secundum idem ad operationem, vt dictum est: & dato, & concesso, quòd potentia sensitiua, sit qua sentimus, & intellectiua, qua intelligimus: non sequitur quòd sint idem quod ipsa anima: sed sequitur quòd ipsa anima sit subiectum potentiæ, qua redigitur ad actum, id est, ad operationem. Et si Aristo. dicebat quòd id quo primo sentimus, anima est, &c. debet intelligi in isto sensu: quia ipsa anima est primum subiectum in quo potentia qua sentimus est.

Ad secundū ¶Ad secundum concedimus, quod quanto res nobilior, potentia est sua essentia: sicut in Deo potētia sua essentia est: & actus, seu operatio essentia est, sed non valet, quòd si in materia potentia est eius essentia, & in anima potentia sit essentia. Ratio differētiæ est: quia materia est in potentia ad formam substantialem, per quā habet esse substantiæ: ob id non est aliud illa potentia, cùm sua essentia, in anima cùm habeat esse substantiæ, est in potentia ad operationē, quæ est quoddam accidens: & ob id illa potētia, non est eius essentia: sed iam actuata in suo esse substantiali, manet potentia ad operationem: hac de causa est distinctum, aliàs semper quod in actu est secundùm essentiam, esset etiam in actu operans.

Ad tertium ¶Ad tertium dicendum, quòd sensibile, & rationale prout sunt differentiæ cōstituentes cum genere speciem non sumuntur à potentijs, scilicet, à sensu, & intellectu, vel à ratione: sed sumuntur ab ipsa anima sensitiua, & à rationali. Verùm quia ipsæ substātiæ non cognoscuntur per se, & cognitæ fiunt per accidentia: vt supra probauimus in primo libro. hinc est quòd sumuntur nomina ipsorum acidentium, eò quòd magis nota, pro ipsis differentijs substantialibus, cùm tamen sit latissimum discrimen, inter differentiam substantialem, quæ est de essentia rei: & accidens, quod siue sit proprium, siue commune, aliud ab essentia est.

¶SPECVLATIO. VI. Vtrùm potentię distinguantur per actus, aut per suas obiecta.

Ostquàm in præcedenti speculatione de distinctione potentiarum ab anima disseruimus, necessarium etiā videtur tractare quomodo ipsę potentiæ ad inuicem distinguantur.

¶Cōmuni

¶Communiter dici solet potentias, distingui per actus, & actus per sua obiecta: vt dicamus potentiam visiuam, ab auditiua differre, quia visiua habet actum videndi, distinctum ab actu audiendi: & ipsi actus videre, & audire, per obiecta distincta distinguantur: quia visus colorē vel lumen, & auditus habeat sonum & sine argumentis quid tenendum. Resolutis, opiniones varias adducemus: primo oportet ponere nonnulla velut preambul.

1. Nota. Dupliciter stat potentias distingui per actus. ¶Potentiæ distingui per actus, dupliciter stat, primo secūdùm se, & quo ad naturam suā, quæ distinctio à priori vocatur. Secundò quo ad cognitionem nostram, quod alijs verbis apud sequaces doctrinæ S. Th. dici solet aliquid distinguitur per alterum dupliciter: primo essentialiter, vt homo à bruto per rationale. Secundo modo notificatiue, vt causam per effectū cognoscimus, & ab effectu distinguimus.

2. Nota. ¶Secūdū notandū q̃ principia distinctiua, alicuius sunt in duplici differētia, quædam eorum sunt intrinseca, alia sunt extrinseca: nā cū esse rei pōt ab intrinseco, vt à materia & forma, & ab extrinseco, vt ab efficiēte & fine considerari, sic & distinctio: quia à quocunq; res habet esse, habet & vnum & sic distingui ab alio.

3. Nota. ¶Tertiò aduertendum. Quod potētia potest ad actum comparari, dupliciter. Vno modo vt est actui coniuncta, vt. s. de potentia visiua sit sermo, vt actu videt, alio modo vt in potentia ad actum est: vt de ea loquamur prout in dormiente est.

Heruetus. ¶Heruetus quolib. 2. q. 12. ponit resoluendo dubium tres propositiones quarum prima est potentiæ, distinguūt per suos actus notificatiue: id est notum nobis faciunt potentiam actus ipsi sicut effectus notificant causam, quia intellectus noster procedit in naturalibus, ab effectu, ad causam.

Prima propositio.

Secūda propositio. ¶Secunda eius propositio, potentiæ distinguūtur per actus, & obiecta: vt per principia extrinseca, quæ sunt finis, & agēs: quia actus sunt fines potentiarum, & vltimę perfectiones earum: tunc enim potētia visiua perficitur quando actu videt: & propter actum datur talis potētia, & obiectum potētiæ passiuę, vt est potentia cognoscitiua, comparatur ad eam vt mouens & agens: color enim mouet visum ad visionem: & obiectum intelligibile est motiuum. intellectus, vt infrà declarabitur: & si sit obiectum potentiæ actiuæ, vt est vegetatiua ad eam, vt finis comparabitur. Et sic est verùm, quod potentiæ distinguuntur extrinsecè per actus, & obiecta, tanquam finis & agens.

3. Propositio. ¶Tertia propositio, potentiæ non distinguūtur intrinsicè, & essentialiter, per actus & obiecta: ratio eius est, quia principia intrinseca essentialia distinctiua alicuius rei, sunt priora realiter ipso distincto: quia vel est forma, vel propria differentia: sed actus non sunt priores potentijs: cum emanent ab eis tanquam à suis causis: ergo nō distinguūtur essentialiter per actus.

4. Propositio. ¶Distinguuntur potentiæ essentialiter, & intrinsecè per seipsas: patet quia principiū intrinsecum essentiale distinctiuum, vel est ipsa rei essentia in simplicib⁹, vel pars essentiæ, vt forma in compositis: sed animæ potentiæ sunt quid simplex, vt visus, intellectus, &c. Ergo seipsis distinguūtur. &c. hac ergo est resolutio dubij de mēte Heruei.

S. Tho. opsl. ¶Verùm iuxta doctrinā S. Tho. supposita illa distinctione relatiuorū de illis quę sunt sedm esse, & secūdū dici: aliter respōdendū, vt colligitur ex doctore. S. in isto. 2. tex. 33. &. 1. par. q. 77. art. 3. qui ait: quòd cū potentia non possit concipi, nisi conceptu relatiuo, quia in quantum potentia, ad aliud ordinatur, scilicet, ad actum: ob id suū distinctiuū formale specificū, & à priori, licèt sit intrinsecum, sumitur tamē ab extrinseco: quia dicit respectum ad aliud, ad differentiam entium absolutorum: quæ nullum talem includunt respectum. Nam in absolutis principium essentiale est intrinsecū: & sumitur ab intrinseco, sicut rationale in homine: verum in proposito de potentijs loquēdo, extrinsecum, à quo sumitur principium distinctiuum actus sunt, ad quos potentia referrtur: & consequenter obiecta, quia ad vtrunq; dicūtur: & hoc est verum, nō solùm quoad notitiam nostram: sed ex natura rei.

¶Aduerte quomō potētiæ distinguantur.

¶Hæc igitur est mens S. Thom. neque intelligendum, quando dicit potentias distingui per actus, quòd actus sint principium distinctiuum essentiale: quia esset aberrare à Physica disciplina, sed intendit quod ab illo extrinseco, sumitur quod essentiale, & intrinsecum distinctiuū est, quod extrinsecum nō reperitur in entibus absolutis, vt diximus. Et in hoc deceptus est Heruetus: quod loquitur de potentia, sicut de ente absoluto

Universidad de Deusto Biblioteca

ſoluto:& putauit ſufficienter reſpondiſſe ſignando principium diſtinctiuum intrinſece, cum tamen deberet dare id à quo ſumitur quod eſt extrinſecum, ſcilicet actus: & ſic poſſet cõcordari opin. Heruei, cum hac ſententia doctoris. S. Si Herueo [a]datur id à quo ſumitur ratio diſtinctionis. Nam iſta propoſitio diſtinctio ſpecifica potentiarũ ſumitur ab actibus: poteſt habere duplicẽ ſenſum: primo ſic ſumitur ab actibus quod actus ſint principia ſpecifica diſtinctiua potentiarum: & hic ſenſus eſt falſus, ob id bene loquitur Herueus: quia omne principiũ diſtinctiuũ ſpecificè, oportet ſit intrinſecum. Secundus ſenſus eſt, ſumitur diſtinctio potentiarum ab actibus, quia ab eis, ſumitur ꝓpria differẽtia ſpecifica ipſius potentiæ, per quã diſtinguitur eſſentialiter, & ſpecificè, ab alia, & hic ſenſus eſt verus, & expreſſe poſitus à Sanct. Thom. quem & Herueus non põt negare: neq; inconuenit in entibus reſpectiuis differentias ſumi ab extrinſeco: quia in ratione ſua importãt ordinem ad alterum: ſecus eſt in abſolutis: & hac cõſideratione retenta, ſi quis intelligat de directo Herueũ contrà S. Thom. loquutum, reſpõdere ei poſſet ſuam illam. 3. & .4. propoſitionem, tenere verùm, in entibus abſolutis, ſed in illis quæ reſpectum dicunt non ſic.

In quo conuenit cum S. Tho. Herueus,

Iandunus. ¶Ioannes de Ianduno in hoc. 2. q. 8. dubiũ reſoluit per tria dicta.

Primum. ¶Primum dictum eius: potentiæ diſtinguũtur per actus, & obiecta quo ad notitiã noſtrã: ſeu notificatiuè. Patet: quia actus, & obiecta, magis cadunt ſub ſenſu, quã potentiæ ipſę: & ſemper eſt hic proceſſus ordinatus, vt minus nota, per notiora cognoſcamus.

ſecundum. ¶Dictum Ianduni eſt: quando potentiæ non ſunt coniunctę actibus, vt eſt in dormientibus, non diſtinguũtur realiter, & ſimpliciter per actus: probat, quia nõ ens, quãdo nõ eſt, nõ eſt, cauſa entis, ſed quãdo act⁹ nõ ſunt cõiuncti potẽtijs, ſunt nõ ens: ergo non ſunt cauſa diſtinctionis: & patet: quia in dormiente, ſunt viſus, & auditus diſtincti: & non per actus, cũ nõ habeãt actũ. &c.

Tertium. ¶Tertium dictum, quando potentiæ ſunt coniunctę actibus, actus diſtinguũt eas, vt fines. Patet, quia illa quæ ad fines ordinãtur diuerſos, diſtinguuntur eis: ſed potẽtiæ ſunt huiuſmodi, quia ad aliũ finẽ eſt potẽtia viſiua, & ad aliũ, auditiua, &c. Nã ſicut ratio eorum ſumitur à fine, & diſſimiliter: ergo quando ſunt coniunctæ actibus, actus diſtinguuntur vt fines. Hæc de quæſtione Ianduni.

¶Primum dictum non contradicit S. Tho. neq; Herueo, nec Cõmẽ. imo ab omnibus acceptandum eſt: quia effectus nos manuducit in cauſæ ſuæ cognitionem. Et ſimiliter tertium dictum eſt verum, & ratio eius probatur. De ſecundo tamen eſt differentia: quia ſiue actus exiſtat, ſiue non, cum habeat rationem finis, habet etiam rationem diſtinctionis: quia ſiue potentia operetur, ſiue non ordinatur ad actum tanquã ad ſuum finem in cuius cõſequutione perficitur: & ad cauſam finalem, non requiritur quod actu ſit: vt patet ex. 5. Metaphyſ. Et Iandunus videtur conſideraſſe actum, vt effectum potentiæ ſolùm: & non vt finis: quia in quãtum finis, eſt prior potẽtia, quæ ſe habet ad actũ, vt ad finẽ, vt docet Ariſt. 9. Metaph. tex. 15. Et ratio quæ à fine ſumitur à priori eſt, ex. 2. Phyſi. & ſic diſtinctionis ratio à fine ſumpta, erit à priori, non ſolùm quoad nos, ſed ſecundùm naturam. *Notandum*

¶Ecce ergo in quo ſtat reſolutio quęſtionis: & oportet tenere viam mediam, & ſecundùm eam interpretari extrema, & concordare Herueum, & Iandunũ cùm S. Th. ad ſenſum expoſitum, in illis, in quibus nõ eſt expreſſa contradictio.

¶Sed pro maiori intelligentia eſt argumentum contra prædicta: nã ſi eſt verùm quod potentiæ diſtinguũtur eſſentialiter, & ſpecificè, per actus & per obiecta: quærit quæ diſtinctio in obiectis eſt requiſita ad diſtinctionem realem potentiarum: nam vel requiritur realis in obiectis, vel ſufficit rationis, nõ requiritur realis, quia ſic obiectum intellectus quod eſt ens: & obiectũ voluntatis quod eſt bonum, non ſufficerent, ad diſtinguendum realiter intellectum, & voluntatem: quia ens, & bonum, vt in dialectica oſtẽſum eſt: (quando de tranſcendentibus fuit ſermo) non diſtinguuntur realiter: ſed ſolum ratione, vt in Metaph. neq; ſufficit quod ſit diſtinctio rationis in obiectis: quia ſic cauſa eſſet minoris entitatis quàm effectus: & effectus excederet rationem cauſæ: cũ enim ens rationis ſit minoris entitatis quàm ens reale, diſtinctio rationis in obiectis nõ põt cauſare diſtinctionem realem, in potẽtijs. Item, quia remota omni operatione intellectus, intelligitur realis diſtinctio in potentijs: non *Obiectio cõtradicta.*

tijs: non ergo pendet talis diſtinctio potentiarum ab ente rationis.

Solutio. ¶Ad obiectionem dicendum: quod & ſi omnes potentiæ per obiecta diſtinguantur: non tamen omnes eodem modo: nam ſunt

1. Solutio. potentiæ quædam ſub ordinatę ad inuicẽ, & aliæ ſunt non ſubordinatę: ſub ordinatę ſunt appetitiuæ, & cognoſitiuæ: quia illę, ab iſtis pendent, in his diſtinctio realis inchoatur à diſtinctione obiectorum, verum quia nõ ſemper obiecta earum realiter diſtinguuntur, ſed ratione vt verum, & bonum: &c. Ideo obiectorum diſtinctio, non ſufficit ad complendam diſtinctionem realem potẽtiarum: ſed completur diſtinctio, ordine naturæ: quia appetitiua, pendet à cognoſcitiua, quia nihil volitum, quin præcognitum, vt infra dicemus: bonum enim cognitum, concurrit ad actum appetitiuę, tam in ſenſu, quam in intellectu: & quia nihil ſe ipſam ſupponit, oportet ſit diſtinctio, inter potentiam quæ aliam ſupponit, & ſe ipſam: quia aliàs idem eſſet prius, & poſterius: nam in quantum aliam ſupponit poſterius eſt. Ecce quomodo completur diſtinctio realis in potentijs ex tali ſubordinatione: & fuit inchoata diſtinctio ex diſtinctione obiectorum ſecundum rationem ſolum: & ſic ſoluitur argumẽtum: nõ enim ex ſola diſtinctione obiectorum ſecundum rationem cauſatur diſtinctio realis potentiarum.

Valde cõſidera vnde diſtinctio potẽtiarũ.

¶Si potentiæ ſint non ſub ordinatę, vt eſt vegetatiua, & ſenſitiua exteriores: tota diſtinctio potentiarum, ſumitur ex reali diſtinctione obiectorum: & ſic tenet argumentum neque aliquid cõtra prædicta probat: terminæ vitæ, color, & lumen, & obiectum auditus, ſonus, omnia realiter diſtinguuntur: ſufficit ad realem diſtinctionem potentiarum, neq; inuicem non ſubordinantur, vna enim non ſupponit aliam.

2. Solutio. ¶Secũda ſolutio: dicimus, quod diſtinctio obiectorum non eſt propriè, cauſa diſtinctionis potentiarum quoniam diſtinctio, diuerſitas, vnitas, non ſunt propriè cauſæ: ſed potius conditiones requiſitæ cauſarũ: vnde hic eſt proprius modus loquẽdi: hæc potentia intellectiua diſtinguitur ab hac viſiua, eò quod hæc potentia intellectiua ordinatur ad hoc obiectum: putà ad ens, ſeu verum, vt ad finem ſuum: & hæc potentia viſiua, ad ſuum obiectum, ſcilicet ad colorem: &c. diuerſitas eſt conditio requiſita in ipſis obiectis. Verum non eſt requiſita tanta diuerſitas in cõditionibus cauſandi, quãta in effectibus eſt: nam ab eadẽ cauſa putà à ſole, diuerſi ſunt effectus: quia lutum indurat, & ceram liquefacit. Non ergo inconueniens minori diuerſitate in cauſa, maximè in modo cauſandi, prouenire maiorem diuerſitatem in effectu: ob quod, etiã ſi ens, & bonum, non diſtinguantur realiter: poterunt cauſare diſtinctionem realẽ, in potentijs: quod ſi inſtes, ergo perfectior erit effectus, ſua cauſa: negatur conſequentia, quia vt dictum eſt, conditio, non dicit cauſam: ſed cauſę cõditionẽ: & ob id diſtinctio, vt ſic perfectionem nõ dicit: nam nõ accreſcit aliqua pfectio, neq; aufertur, per hoc quòd bonũ, & ens non diſtinguantur realiter: ſed ſolum ratione, vel formaliter. Et ſic ſoluitur argumentum: vt dicamus diſtinctionem obiectorũ, cauſare diſtinctionem potentiarum, non quia diſtinctio in cauſa, ſed quia modus cauſę ad ſenſum prædictum. *Inſtantia.*

¶SPECVLAT. VII.

Vtrùm vltra potentias ſignatas interiores, & exteriores, ſit ſignanda alia, quę ſit appetitus.

Videtur quòd non: quia potẽtiarum diſtinctio penes obiecta ſumenda eſt: ſed idem eſt quod apprehendimus, vel cognoſcimus & appetimus: ergo non eſt ponẽda alia potẽtia: quæ appetitus dicitur. *1. Argum.*

¶Item. In anima ſenſitiua nõ eſt ponenda potentia diſtincta, in qua conueniunt etiã non viuentia: quia in non viuẽtibus eſt appetitus: ergo ſequitur ꝙ in anima ſenſitiua vltra potentias datas non eſt ponendus appetitus. Maior patet, quia ſi in ſenſitiuo aliquid ponitur vt potentia ad operandum, eò quòd ſenſitiuum eſt, oportet non conueniat nõ ſenſitiuis. Sed minor eſt manifeſta, quia dicimus lapidem appetere centrum. Et tãdem generaliter de omnibus loquens Ariſtoteles, ait: Bonum eſt quod omnia appetunt. 2 *Ariſtot. 1. Ethic. c. 1.*

¶Vltimò. Si in anima ſenſitiua inquantũ ſenſi- 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensitiua esset ponendus appetitus distincta potentia à suprà dictis, eadem ratione deberet poni irascibilis, & concupiscibilis, vt distinctæ potentiæ: cum videamus in appetitu esse vtrumque: sed est in conueniēs multiplicare potentias: ergo non sunt aliæ præter signatas.

¶ In contrarium est philoso. qui in isto secundo, distinguit appetitum ab alijs potentijs.

Notan. 1. Triplex est appetitus.

¶ Pro solutione oportet notare, ꝙ triplex ponitur appetitus: quidam naturalis: alius dicitur appetitus sensitiuus, & tertius rationalis. Appetit⁹ naturalis est in igne ad ascēdendum sursum, & ad sibi simile producendum: quia hoc ex inclinatione naturæ habet. Et ponitur in quacunque re ad conseruandum se in esse, & resistendum corrumpenti: & sine aliqua alia præuia apprehensione, vel cognitione, cum inanimata non habeant.

¶ Appetitus sensitiuus est ille qui est quidem vbi anima sensitiua est: & fertur in aliquod conueniens, apprehensum tamē per sensum: sicut brutum animal fertur in cibum, & potum, quæ apprehenduntur: vt conuenientia suæ naturæ.

¶ Est & appetitus rationalis, qui voluntas dicitur: quo homo fertur in conueniens apprehensum per rationem. Neque de primo appetitu, neque de isto vltimo hic sermo est: nam infrà in sequenti lib. quando de voluntate, & appetitu rationali dicemus.

Notan. 2. Vires appetitiuæ, & apprehensiuę

¶ Præterea est notandum, quòd vires, seu potentiæ sensitiuæ, distingui solent in apprehensiuas, & appetitiuas. Apprehensiuæ sunt in duplici differentia: quædam dicuntur apprehensiuæ de foris: & sunt omnes: ꝙ sensus exteriores, qui apprehendūt res exterius, coniungendo sibi sensibilia, vt in præcedenti libro dictum est. Aliæ sunt apprehensiuæ de intus: & istæ sunt sensitiuæ potentiæ interiores: sensus communis: imaginatiua, æstimatiua, & memoria sensitiua. Per has enim potentias interiùs apprehendimus sensibilia

¶ Vltrà huiusmodi apprehensiuas, est de appetitiuis hic speculatio, vtrùm sint ponēdæ in anima sensitiua. De quo sit prima conclusio.

1. Cōclusio

¶ Vltra apprehensiuas de foris, quæ sunt quinque, & de intus, quę sunt quatuor: multæ aliæ potentiæ apprehēsiuæ sunt ponendæ in anima sensitiua. Probatur ratio ponendi potentias (vt suprà diximus) est necessitas in animali, aliquarum operationū: sed ad omnes operationes requisitas, & animali conuenientes, ex parte vsum apprehensiuarum sufficiunt potentiæ signatæ: ergo non est opus ponere aliam vltrà. Maior est nota. Minor probatur experientia. Nulla quidem datur operatio animātis, quæ non possit compleri illis signatis potentijs. Ratio.

Sequitur ex ista conclusione, quòd nō est ponēdus sensus agens, * quicquid dicat Alfonsus Tolentanus, & Ioannes de Ianduno, dato intellectus sit necessarius, vt in sequēti libro dicemus: quia si sensus agens debet poni, ita potentia distincta a sensu passiua. Etiam sequitur quod non sufficerent potentiæ suprà positæ apprehēsiuę: sed esset necessarium dare vnam potentiam quæ faceret sensibile, actu sensibile, vt posset sensus passibilis habere suā operationem: sed hoc non est dandum: quia frustra nihil est ponendum: sed talis sensus agens (si poneretur) frustrà esset, cùm sensibile ipsum secūdum se sufficienter moueat potentiā sensitiuā. Phantasmata enim nō possunt agere in intellectum possibilem immediatē; possunt mouere, vt infrà dicemus: & ideò est necessarius intellectus agēs: vt ipsa phātasmata denudet vel illuminet. Verùm in sensu non est opus: ob id sufficit sensus potentia passiua, quæ pati potest à sibi proportionato obiecto, quale est sensibile. Ob hoc malè opinatus est Ioānes de Ianduno, qui posuit sensum agentem alium à sensu passibili, sicut ponitur intellectus agēs alius ab intellectu possibili. Contra quem arguit Nimphus in libro destructionis destructionum. Auerro, cōtra Algazelum probat nō dari, sicut & Paul. Venetus [illegible] Caietanus quidam Thienensis, artium, & medicinæ doctor fecit de hoc peculiarem quæstionem, & recitatis tribus opinionibus tenet. 4. quæ est communis, quòd nullo modo debeat poni sensus agens, neque intrinsecus, neque extrinsecus: quia obiecta sensibilia sunt sufficientia ad producendum speciem sensibilem in sensu, & habere sensationem mediante sensibili specie, absque concursu alterius particularis agentis. Corolla. Ioā. de Ianduno 2. de anima quæst. 16. Non datur sensus agēs Venetus. Ca... Thie

¶ Eadem ergo potentia est passus agēs, & patiens, quanuis (vt nominales loquūtur) con-

no[illegible] diuersa: nam patiens dicitur in quantum recipit species, & agens, in quantum species informatus producit actum. Si tamen per [illegible] sum agētem intelligeremus animam ipsam concurrentem ad sensationem, ponendum esset sensus agens, vt dicit, & bene, Buri. [illegible] anima. quæst. 13. Burida.

2. Cōclusi. ¶ Secunda conclusio. Vltra potentias apprehensiuas necessarium est ponere potentiam appetitiuam. [illegible] batur. Illæ potentiæ sunt necessariò ponendæ, per quas operationes conuenientes animali perfecto debent exerceri, & sine quibus esset imperfectio: sed potentia appetitiua est huiusmodi: ergo ponenda est. Maior ex superioribus [illegible] stat. Minor probatur. Necessarium est vt [illegible] quòd in sequatur per appetitū, id quod apprehensum est vt conuenientis: alijs esset magna imperfectio: quia nunq̄ posset consequi absens, quod sibi necessarium est. Sequitur ergo quòd appetitus est ponendus. 1. Ratio.

2. Ratio. ¶ Secundò. Si appetitus non esset ponendus, vt potentia alia distincta ab apprehensiuis, eò esset, quia apprehensiuæ sufficerēt ad prosequutionem apprehensi: sed non sufficiunt. Patet. Potentiæ distinguuntur [illegible] sua obiecta: sed alia est ratio formalis obiecti apprehendere, & alia est prosequi, vt tendere ad consequendum apprehēsum: ob id videmus nonnulla animalia apprehendere, & non prosequi: quia non mouentur potentia appetitiua.

3. Ratio. ¶ Præterea. Maior est differentia obiecti appetitus, qui est ad prosequendum apprehensum, ad obiectum virium apprehēsiuum, quàm sit inter obiectum sensus cōmunis, cuius est recipere species, & imaginatiuæ, cui est retinere: sed hæc differentia recipere, & retinere ponunt, & causant [illegible] entias: ergo hoc quod est apprehendere, & prosequi apprehēsum, causabit: & sic sequitur appetitum sensitiuum esse [illegible] am potentiam, ab illis signatis: qui non solùm ponitur in homine, in quo anima perfectior quàm [illegible] o, sed etiam oportet ponere appetitum sensitiuum in brutis in quibus [illegible] atio, aut intellectus est.

3. Cōclusio ¶ Tertia conclusio. Appetitus sensitiuus est alia potentia ab appetitu intellectiuo, etiā si vna sola anima ponatur in homine. Hic solum intendimus probare, istum appetitum sensitiuum esse potentiam distinctam ab alijs: vt in homine, in quo est appetitus intellectiuus: qui est voluntas, appetitus sensitiuus ponatur & potētia distincta ab appetitu intellectiuo. Ex quo corroboratur præcedens conclusio secunda, quòd in brutis ponatur potētia distincta ab alijs. Probatur hæc conclusio, suppposito quod potentia appetitiua nata est moueri ab apprehenso, & sic appetibile vocatur mouēs non motum, & ipse appetitus, mouēs motum: vt in sequenti libr. 3. de Anima Aristote. dicit esse mouens non motum: quia mouet potentiam, seu appetitū, & non mouetur illo genere motus: & potentia mouens mota. Mota quidem ab obiecto: & mouēs, quia ipsa mouet seipsam ad exercitium actus, & mouet alias potentias ad exercitionem illius rei appetitę. Tunc ratio sic formatur. Passiua, & mobilia distinguuntur penes distinctionem actiuorum, & mouentium: eò quod motiuum oportet sit proportionatum mobili, & actiuum passiuo: sed aliud est motiuū, quod mouet sensum, quàm quod mouet intellectum: quia vnū est apprehensum per sensum, & aliud per intellectum: ergo etiam alia erit potentia appetitiua sensitiua ab appetitiua intellectiua. 1. Ratio.

¶ Ad idem. Distinctio formalis obiectorū causat distinctionem in potentijs: sed alia est distinctio formalis obiecti, appetit⁹ sensitiui: quia sensibile: & appetitus intellectiui, quia intelligibile: ergo sequitur ꝙ sunt distinctæ potentiæ. Et dato ꝙ sensibile sit intelligibile, & quod appetitus per sensitiuum appetitum, fit etiam appetitum per intellectiuum, tamen non sub eadem ratione, sed sub alia: sicut si quis quantitatē per visum percipiat, eandem etiam per aurem, non erit sub eadem ratione: quia sub visu ratione coloris, & sub auditu ratione soni: vnum ergo obiectum, materiale pertinet ad diuersas potentias: sub ratione diuersa formali: sicut & diuersa obiecta materialia pertinent ad vnam solùm potentiam: quia est solum vna ratio formalis. Ratio. 2.

¶ Non est in præsentiarum appetitus disputandi, vtrum appetitus ad actum concurrant effectiue, vel solùm, vel obiectum solū, vel vtrunq; Scot. Henric, & Capreo. tenēt quod solus appetitus est causa ipsius appetitus: vt appetitus intellectiuus volitionis. Goffred. tenet quòd solum obiectū causa actiua est. Heruæus tamen, Gregorius, Vtrū appetitus ad actū cōcurrat. Scotus. Henricus. Capreo. Goffredus. Heruæus. Gregorius.

Universidad de Deusto Biblioteca

Adamgodã rius, & Adam Godam q̃ concurrat potentia, & obiectum: quod puto verius. Nõ (inquam) hic disputamus, ne videamur excedere metas: alibi commodius.

4. Conclu. ¶Quarta conclu. Sensualitas non est potẽtia distincta ab appetitu sensitiuo, sed solũ dicitur actus eius. Patet ex definitione: quę talis est. Sensualitas est appetitus rerum ad corpus pertinẽtium: sed hoc est appetitus sensitiuus: ergo sensualitas non est potẽtia distincta.

Ratio. 1.

1. Ratio. ¶Præterea. Ibi ponẽda est distinctio potẽtiarũ, vbi alia ratio formalis obiecti est: sed inter sensualitatẽ, & appetitũ sensitiuũ nõ est alia ratio formalis obiecti: nam vtrobique mouet apprehensum per sensum, sed solum per sensualitatem declaratur motus ciusdẽ appetitus sensitiui. Et cõmuniter solet capi in malã partẽ, vt. s. sit appetitus sensitiuus, vt preueniens rationem: nõ reperitur in brutis sensualitas: quia in ipsis nõ est ratio, sed in homine, in quo motus brutales possunt rationę dirigi, dicetur sensualitas, quando preueniunt rationẽ: & sensuales vocamus homines sequentes tales motus: at quia aliquando doctores indifferenter vtuntur nomine sensualitatis, & appetitus sensitiui: sicut in bruto ponitur appetitus sensitiuus, ita & debet poni sensualitas, quæ eadem potentia est, & non alia. Et de sensualitate pro sensitiuo appetitu loquitur. S. Tho. quando dicit passiones fuisse in Christo in sensualitate, vbi per sensualitatẽ non potest intelligere id quod in malam partem: quia in Christo nullus fuit motus appetitus sensitiui præueniens rationem. De quo in tertio sentenã nostris resolutionib aspirante Deo.

S. Tho. in. 2 dis. 24. q. 2. ar. 1. ad. 3.

S. Tho. 3. p. q. 18. art. 2.

Cõclusio 5. ¶Quinta conclu. Appetitus sensitiuus qui est potentia, diuiditur in duas diuersas potentias, scilicet, in irascibilem, & concupiscibilẽ. Probatur. Rõ ponendi potẽtias plures & diuersas, diuersitas operationũ quę sunt necessariæ animali, est: sed alia est operatio concupiscibilis, & alia irascibilis, & vtraq; necessaria animali: ergo ponendæ sunt irascibilis, & concubiscibilis potentiæ distinctæ. Probatur. Necessarium est in eo q̃ inclinetur ad prosequendũ, quæ conueniũt secundum sensum: & datur cõcupiscibilis. Est pręterea necessariũ animãti, vt resistat impugnantibus, quæ conuenientia impugnant, & nocumenta inferunt: quia aliàs si in eo non esset hæc operatio, non esset sufficienter ei prouisum, si non posset impugnantibus resistere: sed hoc non fit per concupiscibilẽ: oportet ergo sit per irascibilem: & sic ponuntur duæ potentiæ distinctæ, irascibilis scilicet, & concupiscibilis.

Ratio. 1.

S. Tho. p. p. q. 81. art. 1.

¶Secundò, vbi est aliqua particularis ratio obiecti formalis, ibi oportet ponere potentiam distinctam: sed inter obiectum concupiscibilis & irascibilis est: ergo ponũtur distinctæ potentię. Probat. Obiectũ cõcupiscibilis est bonũ apprehensum per sensum, non arduum, nec habens rationẽ difficilis: sed obiectum irascibilis est bonum apprehensum per sensum, sed quod habet rationem difficilis: vnde quando debet insurgere contra impugnantes prosecutionem boni sed hæc difficultas, alia ratio formalis est: ergo oportet ponere distinctas has potentias. Et ponuntur in anima sensitiua inquantum sensitiua, & in animali in quantum animal est, cui conuenit ad suam perfectionem prosequi delectabile per concupiscibilem, & insurgere cõtra arduitatẽ per irascibilem. Sic Aristo. dicit. 8. de animalibus, q̃ sint pugnæ de cibis, & venereis. Et distinctio irascibilis, & cõcupiscibilis satis probari posset: eo quòd passiones irascibilis videtur cõtrariari passionibus concupiscibilis: quia cõcupiscẽtia accensa irã minuit, & ira accẽsa minuit cõcupiscẽtiã, vt in pluribus.

2. Ratio.

S. Tho. 3. p. q. 1. art. 2.

Aristo.

¶An irascibilis, & concupiscibilis in appetitu rationali distinguãtur, inferius dicetur. Pro nunc solùm in appetitu sensitiuo ponimus: quia in intellectiuo non est necessarium ponere diuersas potentias, cùm vna sufficiat ad omne bonum, siue sit arduum, siue non: tamen non sic appetitus sensitiuus: quia non est vniuersalis.

S. Tho. p. p. q. 81. art. 2. & q. 82. articu. 5.

¶Ad primũ. Concedimus distinctionem potentiarum sumendam ab obiecto formali: sed negamus esse idem obiectum formale: quia aliud est apprehendere, aliud appetere apprehẽsum, & prosequi. Et ista potentia præsupponit alam, & sic at apprehensione, sine prosequutione esse, licet non econtra.

Ad argum

¶Ad secundum dicimus, q̃ in non viuentibus est appetitus naturalis, qui sequitur ex inclinatione naturam talis formæ sine aliqua apprehẽsione: & in bruto ponimus appetitũ sensitiuũ, qui sequitur aliã apprehensionem: in quo est differẽtia ad appetitum in illis in quibus non est apprehẽsio: etiam si vterque sit ad cõueniens secundum naturam:

Ad secũdũ.

rem: tamen differentia latissima: quia vnus sine apprehensione: alius nõ sine ea.

¶Ad tertium dictum est iam, in anima sensitiua ponendam irascibilem, & concupiscibilem, in quam immediatè ipse appetitus sensitiuus diuiditur: & sic Gregor. Nicenus, & B. Damascenus ponunt irascibilem, & concupiscibilem partes appetitus sensitiui. Et ad motum quo in potentijs interioribus apprehensiuis ponitur æstimatiua, quę est eorum quæ sensum nõ immutant: quia conueniat animanti, sic etiã oportet q̃ in parte appetitiua non solùm sit vis quæ appetat, quod est cõueniens secundũ sensum, sed etiã quod non est cõueniẽs secundũ delectationẽ sensus, sed secundũ q̃d est vtile animanti ad suã defensionẽ: & sic opponitur irascibilis distincta à concupiscibili.

Gregorius. Nicenus. Damasceñ.

Quia in præcedenti speculatione de irascibili, & concupiscibili, prout in anima sensitiua sunt, disseruimus, quanuis vtcunq; videatur digressio, non erit tamen alienũ ab speculatione præsenti (vt semel absoluamus omnia quæ intelligẽda sunt in anima sensitiua) quęrere, vtrum in anima sensitiua eò quod sensitiua vltrà suprà dicta requiantur aliquæ passiones quæ sunt operationũ principia, distinctæ ab ipsis supra dictis potentijs. Hac ratione quæritur.

¶SPECVLATIO. VIII.
Vtrùm sint ponendæ passiones in anima

Videtur quòd passiones non sint ponendę in nima. Passio dicitur à pati: ita vt passio ibi sit, vbi est pati: sed anima non potest pati. ergo in ea nõ est passio. Patet. Illud q̃ d est indiuisibile, & in alterabile non potest pati: sed anima est huiusmodi.

1. Argum.

2. Argumẽ. 1. De asa.

¶Item. Id quod est immobile, non potest pati: sed anima est immobilis, vt Arist. probat: ergo non potest pati: quòd si non potest pati, neque in ea erunt passiones. Sed probo q̃ pati sit moueri: nã si patitur, ergo ab aliquo agẽte patitur: vel ergo patiẽdo alteratur, vel quia augetur, vel quia locũ acquirit, vel aliqua alia specie motus: sequitur ergo quòd pati est moueri: & sic nulla passio erit in anima.

3. Argumẽ.

¶Tertia. Omne quod patitur, ab aliquo contrario patitur: sed animæ, cum substantia sit, nihil est contrarium: ergo in anima non est passio.

¶In contrarium est Aristo. qui in. 2. Topicorum ait, passio est in concupiscibili.

In contra.

¶Pro solutione notandum, q̃ pati tripliter accipitur. Primo modo, cõmuniter: & sic omne recipere, pati est, etiam si nihil abijciat à re: vt aër quando illuminatur, patitur: quia lumen recipit à luminoso, quãuis nihil abijciatur, sed perficitur.

Notand. 1. Pati tripliciter.

¶Secundo modo pati, est, aliquid recipere cum abiectione alterius: quod potest fieri, vel abijciendo disconueniens: vt fit quãdo animal sanatur: quia ægritudinem abijcit alio modo quomodo abijcitur conueniens: vt quando animal ægrotat. Et iste est tertius modus, & proprissimus patiẽdi: quia pati est patiens trahi ab agente: & tunc aliquid trahitur, quando recedit ab eo quod sibi conueniens erat.

¶Omnibus istis modis in anima contingit passio: sed primo modo de per se: vt quando intelligit, & sentit: quod cùm fit passio, perficitur tamen. De isto modo passionis non est in præsenti speculatio: secundo, & tertio modo quando est cum abiectione non potest esse sine aliqua corporali transmutatione: ob quod in anima non potest esse passio propriè dicta, nisi sit de per accidens, in quantum compositum patitur: & dicatur anima, quæ pars compositi est, pati.

¶Est etiam considerandum, quòd cùm passio trahat quodammodo patiens, potiùs in parte appetitiua poni debet, si ponẽda est, quàm in parte apprehẽsiua. Ratio est: quia animæ pars appetitiua fertur in rem, vt in se ipsa est. Quapropter dicit phil. 7. metaph. quòd bonum, & malum, quæ sunt obiecta appetitiuæ potentiæ, sunt in ipsis rebus: at pars apprehensiua trahit rem ad se, in quãtum rem quam apprehendit, & cognoscit per speciem in se habet: & sic dicit ibidem Aristoteles quòd verum, & falsum, quæ ad cognitionem pertinent, nõ sunt in ipsis rebus, sed in mente. Ecce quomodo ratio

Notand. 2.

Differentia interintellectũ & appetitum.

Aristo.

Universidad de Deusto Biblioteca

passionis magis ad partem appetituã pertinet, quàm ad apprehensiuam, vel cognoscitiuam.

Corolla. ¶Ex quo sequitur, cum in anima sensitiua solùm ex parte appetitus, sit irascibilis, & concupiscibilis: ꝙ si passiones sunt ponendæ, in huiusmodi potentijs debeant poni. De quo. [illegible] 1. Conclusio.

1. Cõclusio ¶Passiones in vniuersum quatenus in anima sensitiua ponũtur: sunt tantum vndecim. Amor: desideriũ: delectatio: odium: fuga: tristitia: spes: desperatio: timor audacia: ira.

Ratio. Probatur. Passionum distinctio penes obiectũ sumenda est: sicut habituum, actuũ, & potentiarũ. Sed tot sunt differentiæ obiecti, quot sunt passiones nominatæ, & nõ amplius: ergo solũ sunt ponendæ istæ. Maior est manifesta. Minor probatur. Passiones vel respiciunt bonũ, vel malũ: si bonũ, vel est arduum, vel non est arduum: si non est arduum, ponuntur tres primæ: Amor: desideriũ: delectatio. Patet. Propositio aliquo bono, est quędam adaptatio, vel inclinatio, seu appetitus ad id, ea rõne qua omnia appetunt bonum vt dictũ est. Et secundùm diuersitatẽ appetituũ ponitur diuersitas amoris: nam si est appetitus naturalis, quia non consequitur aliquam apprehensionem, est amor naturalis: vt in lapide ad descensum deorsum: si sequatur apprehensionẽ sensitiuam illius boni, est passio sensitiuæ partis, quæ amor dicitur. Post amorẽ sequitur ꝙ tendat ad tale bonũ amatũ, & sibi conueniẽs: & sic est desideriũ. 2. passio. Et post, est habere rẽ præsentẽ, & quietari in ea, respectu cui⁹ præcessit amor & est, delectatio. Et ꝙ istæ distinguãtur, patet: quia bonũ ad appetitũ aliter se habet, in quantũ est conueniens, & aliter in quantũ tẽdit in eum, & aliter in quantũ quiescit in eo: sed vbi est alia & alia ratio obiecti oportet ponere aliã, & aliam passionẽ: sequitur ergo tres has passiones ponendas, & distinctas esse respectu boni conuenientis, nõ habentis rationem difficilis.

Arist. 1. Ethi co. cap. 1. S. Tho. 1. 2. q. 26. art. 1. Amor, Desideriũ Delectat.

¶Ratione mali ponuntur aliæ tres correspõdẽtes istis: nã quãdo est aliquod malũ, & disconueniẽs, est odiũ, primò: sicut respectu cõuenientis erat amor. Et cùm sit odiũ, est naturaliter recessus ab illo: & sic est fuga. Quòd si malũ sit prẽsens, tristitia est. Ecce vnde alię sumũtur tres passiones: quia per istas appetitus trahitur. Et malũ non eodẽ modo se habet in ratione discõueniẽtis, & in rõne fugę, & in ratione qua præsens est: ergo vbi est alia & alia ratio obiecti mouẽtis, & trahentis, oportet ponere aliã passionẽ & aliã: & sic sunt in vniuersum 6. passiones positæ respectu non difficilis: respectu boni tres, & respectu mali alię tres.

Odium. Fuga. Tristitia.

¶Sunt & aliæ quinque quę respiciunt bonũ, & malũ, vt habent rationẽ difficilis. Respectu boni, est spes, & desperatio. Spes, quando illud arduum putat se posse consequi, quãuis habeat difficultatẽ. Quòd si nõ existimet se posse consequi, est desperatio. Quia ergo non eodẽ modo se habet appetitus in hoc quod speret consequi, vel succũbat, ponuntur duæ distinctæ passiones. Respectu mali arduum est timor, & putat se posse præualere, & vincere malu tale, & surgit ad id, ponit audacia: & sunt duæ passiones distinctæ: quia licet sit idem obiectũ: nõ eodẽ modo mouet appetitum quando timetur, & quando putat posse euadere.

Spes. Despera. Timor. Audacia. Ira.

¶Alia est passio, quæ ira dicitur, & est quãdo iam malũ est præsens, & adhuc existere scit, & accenditur ira: vt etiã præsens malũ euitet, & est ira. Alia est ratio mouẽdi in malo, quãdo solũ timetur, & antequã eueniat, putans superare, audet, & quãdo iã est præsens, vult euitare: respectu cuius est ira. Sic manet ꝙ sunt vndecim passiones, scilicet respectu non difficilis, & 5. respectu ardui.

¶Et potest signari ratio. Respectu diuersorum mouentium oportet ponere diuersitatẽ in mobilibus, vel motis: sed modi mouentium sunt 11. diuersi: ergo & passiões, respectu quarum mouetur appetitus, oportet sint vndecim. Patet. Si bonum non est arduum, vel mouet, quia conueniens: & sic est amor: vel mouet ad prosecutionem: & sic est desiderium: vel mouet ad quietẽ in eo: & est gaudium, vel delectatio. Respectu mali non ardui: vel mouet, quia disconueniẽs: & est odium: vel mouet vt recedat: & est fuga: vel mouet, quia præsens: & est tristitia. Respectu ardui boni, vel mouet, quia putat se posse sequi: & est spes: vel quia non præualebit: & est desperatio. Si respectu mali, vel mouet absens: & est timor: vel mouet vt absens, sed possibile vitari: & est audacia: vel mouet vt iã præsens: & est ira. Non est alius modus mouendi quare non ponitur alia passio in parte sensitiua.

Ratio. Amor. Desiderium Gaudium. Odium Fuga. Tristitia. Spes. Desperatio Timor. Audacia. Ira.

¶Secunda cõclusio. Sex primæ passiones: 2. Cõclusio

Amor:

Amor, desiderium: gaudium: odium: fuga: & tristitia ponuntur in appetitu concupiscibili tanquàm in subiecto, & passiones cõcupiscibiles vocantur. Probatur. Illa quæ appetitum mouent, & non sub ratione ardui, ad appetitũ cõcupiscibilẽ spectant: sed oẽs illæ sex passiones sunt huiusmodi: ergo sequitur ꝙ ponuntur in concupiscibili.

Ratio. 1. Ratio. 2.

¶Præterea. Ibi ponetur passio sicut in subiecto, vbi est ratio obiecti potentiæ: sed in passionibus supradictis, quæ sunt respectu non difficilis, reperitur ratio obiecti potentiæ concupiscibilis, quia est non arduum: ergo illæ passiones, quæ sunt ardui, ibi debent poni. Maior patet: quia si fiat sermo de albedine ad quam spectat potentiam, oportet dicamus ad visiuam, quia in albedine est ratio potentiæ visiuæ, nempe color: sic in proposito in istis sex passionibus.

3. Cõclusio ¶Tertia conclusio. Quinq; aliæ passiones: spes desperatio: timor: audacia, & ira ponuntur in appetitu irascibili tanq̃ in subiecto. Probatur. Illa quæ habent rationem ardui, spectant ad irascibilem: sed istę 5. passiones sunt huiusmodi: ergo ibidem ponentur tanquàm in subiecto.

Ratio. 1. Ratio. 2.

¶Item. Istæ 5. passiones in appetitu sensitiuo debẽt poni, quia per eas trahitur quomodo: ergo vel in concupiscibili, aut irascibili: sed nõ in concupiscibili: quia ibi solùm ponuntur illa quæ participiant rationem obiecti potentiæ, scilicet, non arduum: ergo sequitur ꝙ debent poni in irascibili tanquàm in subiecto, cuius obiectũ arduum est.

4. Cõclusio ¶Quarta conclusio. Cùm omnes passiones tam irascibilis quàm concupiscibilis habeant contrarium, sola ira nullum habet. Patet. Amor habet pro contrario odium desiderium, gaudium, & gaudium tristitiam habet ubi oppositum. Quòd ista adinuicẽ sint contraria patet: quia respectu eiusdẽ non simul se compatiãtur sub eadem ratione. Passionis irascibilis similiter: nam spes desperationi contraria est sicut timor, & audacia: sed ira nullum habet contrarium, nisi vacuitatem: nec dicamus ei cõtrariam, quod non est proprie loqui: nam si ira haberet aliquod contrarium, esset vel respectu accessus vel recessus nõ respectu accessus, quia respectu accessus, ipsa ira est: ergo erit respectu recessus: sed non potest esse quia iã malũ est præsens: ergo nõ potest esse recessus: nec respectu boni, vel mali: quia malo præsenti opponitur bonum præsens: sed bonum præsens iam non habet rationem ardui: & sic pertinebit ad concupiscibilem. vt gaudeat: ergo ira nullum habet contrarium, cùm omnes aliæ passiones habeant vnum.

Ratio. S. Tho. 1. 2. q. 23. art. 3.

¶Quinta conclusio. Cõtrarietas in passionibus irascibilis inuenitur duobus modis, & in passionibus concupiscibilis solũ vno modo. 5. Conclus. Cõtrarietas duobus modis considerãtur.

¶Et priusq̃ probem, suppono quòd contrarietas in passionibus secundum contrarietatem motuum, & mutationum sumenda sit: quia passio motus quidã est, vt dicit Arist. Et duplex est cõtrarietas in motibus, & mutationib⁹: aut penes accessum, & recessum ad eundem terminum: vt est in mutationibus vt generatio: quia accessus ad substantiam, sit contraria corruptioni, quæ est recessus, ab eadem. Arist. 3. physic.

¶Alio modo sumitur propriè, secundùm diuersitatem terminorum: vt in motibus: Dealbatio est contraria denigrationi: quia termini sunt contrarij, albedo, & nigredo. Istis duobus modis in passionibus animæ contrarietas potest reperiri.

¶Probatur conclusio quo ad primam partem, quòd in passionibus irascibilis sit contrarietas vtroque modo. Primò. Est per accessum & recessum ab eodẽ. Patet: qa spes, est accessus ad bonũ arduũ, & desperatio est recessus ab eodẽ: quia superat ab arduitate, & succumbit. Eodem modo timor, & audacia: quia ad malum arduum est accessus per audaciam, & ad vincendũ est recessus ab eo per timorem. Ratio. p. p.

¶Reperitur etiam alia contrarietas penes terminos contrarios: quia spes timori contrariatur, & desperatio audaciæ. Horum ratio est: quia bonum arduum in quãtum bonum, habet vt sit accessus: & quatenus arduitatẽ habet, potest esse recessus ab eo. Ratio. 2. p.

¶Secunda pars. In passionibus concupiscibilis solũ reperitur vnus modus contrarietatis, scilicet, penes terminos contrarios, amor, odio, & desiderium, abominationi, vel fugæ, & gaudium tristitiæ opponitur: sed non reperitur cõtrarietas penes accessum, & recessum ab eodem: quia ad malum nõ potest esse accessus: neque à bono absolutè consideratum: vt obiectum est concupiscibilis, potest quis recedere. * Dixi absolutè quia bonum cõsideratum sub aliqua ratione mali, potest quis refutare & ab eo re

Universidad de Deusto Biblioteca

dere.

Cóclusio.6. ¶ Sexta conclusio. Passiones irascibilis & concupiscibilis dicuntur priores quàm concupiscibilis, & posteriores eis, secundùm aliam, & aliam considerationem: nam respectu passionum concupiscibilis, quæ important quietem, sunt priores, & respectu passionum concupiscibilis, quæ important motum, sunt posteriores. Probatur, supposito quòd passiones concupiscibilis aliquæ important motum: vt amor, desiderium, odium, & abominatio. Aliæ important quietem: vt gaudiũ: quia de bono præsenti, & tristitia, de malo præsenti. In passionib⁹ irascibilis nulla est, quæ importet quietẽ: quia iam si esset præ-

Ratio.p.p. sens, non haberet rationem difficilis. Probatur conclusio. Nam tristitiam præcedit timor, & audaciam: sicut gaudium, spes, & desperatio: ergo irascibilis passiones præcedunt illas, quę sunt cõcupiscibilis in quiete.

Ratio.2.p ¶ Altera pars probatur: quia amor, & desiderium, præcedunt spem, & desperationẽ: sicut odium, & abominatio, timorem, & audaciam: & hoc quia istæ passiones concupiscibilis dicunt motum: sequitur ergo quod in vno sensu præcedunt, & in alia considerationе sequuntur.

Corolla. ¶ Ex ista conclusione sequitur, quòd omnes passiones irascibilis, habẽt principium in passionibus concupiscibilis, & in eis terminantur: & sic irascibilis passiones, sunt velut medium inter passiones concupiscibilis, quæ important motum, & inter eas quæ quietem. Apertum est enim: quia prius est amor, & desiderium, quàm spes: & prius odium, & fuga, quàm timor.

7.Conclus. ¶ Septima conclusio. Sicut inter omnes cõcupiscibilis passiones amor prima est, sic inter omnes irascibilis spes. Probatur

Ratio.p.p. prima pars. Naturaliter priùs est bonum, quàm malum: ergo priùs est amor, qui respectu est boni, quàm odium, quod est respectu mali.

Aristotel. S.Tho.1.2. q.12.art.4. ¶ Præterea. Priùs est intentio finis, quam sit tendentia: & in intentione priùs est conuenientia quædam, & conuenientia ad bonum, quod habet rationem finis: sed hoc facit amor: ergo amor priùs est quam quęcunque alia passio.

¶ Item. Si quis odit, eò odit, quia amat: nã si odit disconueniens est, quia amat contrarium tanquàm conueniens, & amat illud cui illud malum non conuenit.

Ratio.2.p. ¶ Alia pars, quòd spes sit prior inter passiones irascibilis, patet: quia est de bonum naturaliter prius est, quàm contrarium: & sic est prior quàm timor: imò quã desperatio: nam cum bonum arduum mouet spem, tunc est spes: sed cognita arduitate, desistit ab spe desperando: prius spes est desperatione.

¶ Octaua conclusio. Inter omnes passiones tam irascibilis quàm concupiscibilis solùm istæ 4. principales potissimæ dicuntur: gaudium, tristitia, spes, & timor. Patet: quia omnes quæ sunt concupiscibilis de bono, in gaudio terminantur, & quæ sunt de malo, in tristitia. Sic omnes aliæ ad has duas vt ad principales referuntur. Et enim quis amat, quietatur amatũ: vt in præsentia gaudeat: quod si odit, fugit, & non euitat, tristatur: & sic est terminus.

¶ Spes irascibilis est de bono futuro arduo: quòd si consequatur, iam gaudium est, quod ad concupiscibilem spectat. Et timor est de malo: quod si non euitet, iam tristitia est, quæ pertinet ad concupiscibilem. Et solùm istæ 4. passiones sunt principales: duæ irascibilis, & duæ concupiscibilis.

¶ Nona conclusio. Amor qui ex bono, & cognitione, & similitudine, causatur, vnionem, inhæsionem, extasim, zelum, liquefactionem, frutionem, languorem, & feruorem causat. Ista conclusio plures habet particulas, & breuiter probantur: quia amor est passio appetitus, quia omnia appetunt bonum: & ex cognitione: quia incognita diligere non contingit, & quilibet naturale suum simile diligit. Ecce quomodo amor ex istis causatur.

¶ Secundò quòd amor efficiat vnionem, patet: quia vis vnitiua est, quæ facit vnum cum amato, in tantum vt inhæreat: & amans in amato magis quã in se. Quapropter potiùs in eo quẽm amat anima, quam in eo quem animat, est. Hinc contingit quòd vehementer amantes sui obliti solùm in amato requiescunt. Atque extasim causat: quia extra se ponit secundùm partem apprehensiuam cognoscendo amato, & secundũ partem appetitiuam, quanto transfert in amatum. Et quidem amore amicitiæ simpliciter in amore concupiscentiæ secundùm quid, inquantum amans non contentus gauderet bono quod habet, quærit sibi aliquo extra se. At quia illud bonum quod quærit, sibi vult, non simpliciter dicitur exire extra se. In amore amicitiæ autem, quia non

8.Cóclusio

Rat.

9.Cóclusio

q.28. Arist. Ethic.ca.1.

Vnio.

Aug.

Extasis.

Amor amicitiæ, amor concupiscentiæ.

non quærit seipsum, sed amatum propter se, exit simpliciter extra se.

Zelus. ¶ Causat zelum: quia intẽsus amor intẽdit exclusiuè omne id quod repugnat amato: & homo volat bonum amici: vt vitet quicquid illi contrariatur, & quærit quandam singularitatem amando.

Liquefactio Fruitio. Languor. Feruor ¶ Causat etiam liquefactionem: quia si præsens est amatum, quodammodo locum dat amato: vt tanquàm penetret omnia: & sic est fruitio amati: quia amatũ non sit præsens, est languor: quia tantum deficere ob absentiam, & sequitur feruor vt habeat.

10. Cóclus. ¶ Decima conclusio. Delectatio, quæ & gaudium, in rationali creatur: licet si spiritualis sit excedit omnem carnalem. Inter carnales verò illa quę tactus vehementior,

Ratio.1.p. & potentior est. Prima pars probatur: quia cum delectatio sit passio, quæ in præsentia boni habiti, est in homine & in bruto: at in homine solùm delectatio gaudium dicitur: quia cum cognitione boni habiti est: sed in bruto solùm delectatio dicitur.

Ratio.2.p. Vehementior delectatio spũalis, quàm carna ¶ Secũda pars, quòd delectationes spirituales sint vehementiores, patet: tùm quia magis delectatur homo, cũ cognoscit aliquid intelligendo quàm cùm cognoscat sentiendo: quia cognitio intellectus perfectior, & magis reflectitur ipsa potentia intellectiua super suum actum. Et potentia cognitiua est magis dilecta: nam quilibet vellet potiùs habere visiua potẽtia, quàm intellectiua. Et si fiat comparatio ad ipsas delectationes, spiritualis est vehementior secundùm tria, quæ requiruntur ad delectationem, scilicet,

Tria requisita ad delectationem. bonum coniunctum, & id cui coniungitur, & ipsa cõiunctio. Nam ipsum bonum spirituale est melius, & magis dilectũ, quàm corporale: cum bonum intellectũ, quòd homines abstinent à magis voluptatibus ne perdant bonum quod est bonum intelligibile.

¶ Item. Ipsa pars intellectiua est multo nobilior, magis cognoscitiua, quàm sit sensitiua. Et respectu 3. scilicet, coniunctionis etiã patet: quia est magis intima, & magis perfecta, & magis spiritualis, quàm corporalis. Intimior quidẽ quia solùm circa exteriora: intellectus verò usque ad rei essentiã penetrat. Item, quia cõiunctioni corporeæ adiungitur motus qui est quid imperfectũ, cùm minus ratione est, quòd non habeat omnes partes simul: & sic delectationes corporeæ nunquàm sunt secũdùm se totaliter, sed spirituales sine motu: & sic totæ simul.

¶ Est firmior: quia delectabilia corporalia sunt corruptibilia, & citò deficiũt: sed spiritualia sunt incorruptibilia: & ob id secũdũ se delectationes spirituaales sunt vehementiores, licet quo ad nos cõtingat contrariũ: quia, scilicet, sensibilia nobis magis nota quàm intelligibilia. Quoad nos carnales delectationes sunt vehemẽtiores.

¶ Secũdò: quia delectationes sensibiles sunt cum aliqua mutatione corporali.

¶ Tertiò: quoniam delectationes corporales appetuntur velut medicinæ quædam contra defectus, vel molestias, ex quibus tristitiæ oriuntur. Aristote.

¶ Alia pars, quòd delectatio quę secundum tactũ est, sit vehementior, tamen ratione vtilitatis: quia magis ad cõseruationem animalis illa quę per tactũ, vt est cibus, licet ratione cognitionis delectatio quæ est visus, sit maior: sed simpliciter illa quæ secũdũ tactũ: quia concupiscentiæ naturales, vt est cibi, & venereorum, ad tactum pertinent.

¶ Vndecima cõclusio. Spes prima passionum irascibilis, quæ in brutis reperitur, causatur ex experiẽtia: quæ maximè in iuuenibus, & ebriosis abundat. Prima pars ex superioribus patet. 11.Cóclus. D.Th.1.2. q.40.art.6.

¶ Secunda pars, quòd sit in brutis, patet: quia si canis videat leporem à longe, nõ mouetur ad ipsam: & quando insequitur, si elõgatur, desistit: quia desperat: ergo habet spem.

¶ Alia pars, quòd experientia soleat spem causare, patet: quia homines bene experti intelligunt rei difficultatẽ, quando se se offert: vnde & spem habẽt, & vires sumunt: e contrario in experti succumbunt cùm primò sese offert aliqua ratio ardui.

¶ Quòd in iuuenibus maximè ambundet, Aristo. in libro rhetorico. probat propter tria. Primò: quia multum habent de futuro tẽpore, & parum de preterito: & sic parum habent de memoria, & viuunt in spe. In iuuenib⁹ maximè spes abundat.

¶ Præterea. Propter caliditatem naturæ habent multos spiritus: & cor ampliatur, & ex amplitudine cordis est, quòd sint animosi, & bonæ spei.

¶ Tertiò: quia cùm non sunt passi repulsam in suis conatibus, putant aliquid sibi possibile, quod tamen est impossibile: & sperant multum. Cùm ergo conditiones spei sint futurum arduum, & possibile adipisci: ista in iuuenib⁹ maximè, ideo sunt bonæ spei.

¶ Item, & ebriosi: quia in eis sunt duo, caliditas. s. & spirituum multiplicatio propter vinum.

Universidad de Deusto Biblioteca

vinum .Secundò,inconsideratio periculorum:& hac ratione stulti,& deliberatione non vtentes,omnia tentant,& sunt bonæ spei:quos vocamus temerarios.

12.Cõclus. Timor non est de malo culpæ. D.Th.1.2. q.28.ar.3. Ratio.p.p. S.Tho.2.2 q.65.art.1. ad.3.&.q. 19.

¶Duodecima conclusio.Timor,qui de malo culpæ non est,in repentinis maximè apparet,contractionem facit,& consiliatiuos esse:atque subitum tremorem causat,vt operationem impediat:cuius species segnities:erubescentia:verecundia admiratio:stupor,& agonia ponuntur.

Ratio. 2.p.

¶Probatur q̃ nõ sit de malo culpæ.Timor est de aliquo arduo malo,quod facilè vitari nõ potest,& nõ est in nostra potestate:sed malũ culpę vitari potest,& in nostra est potestate:aliàs nõ esset malum culpę:ergo nõ est timor propriè de malo culpæ.

¶Alia pars,q̃ in repentinis maximè patet: quia cùm timor sit de malo q̃ eminet,& facilè non potest vitari,repentina mala sunt huiusmodi:quia hominẽ imparatum aggrediuntur:ex quo magis timemus.

Ratio.3.p. Contractio

¶Quòd faciat cõtractionẽ,patet: quia timor euenit ex phãtasia alicuius mali eminẽtis,q̃ difficilè potest repelli:& hoc non nisi ob debilitatẽ virtutis euenit,sed vbi est debilitas in virtute,ibi contractio est:ergo timor causat contractionem.

Tremor.

¶Et tremor causatur:quia cũ sit cõtractio ab exterioribꝰ ad interiora,partes exteriores manẽt frigidæ,& causatur tremor ex debilitate virtutis continentis mẽbra,quia deficit calor,qui est instrumentum motus:vt ait Aristot.in isto.2.de anima.

¶Et cessat operatio:nam ex eo quòd membra manent sine calore frigida,nõ possunt moueri. Omnia ista experientia constant in timentibus.

Species timoris. Segnities.

¶Quòd illæ sint species timoris.6.patet:qa malũ potest timeri in operatione ipsius hominis dupliciter.Primò,labor grauans naturam:& est segnities,qua quis refugit operari ob timorem excedentis laboris.

Erubescen. Verecũdia.

¶Secundò.Potest timeri turpitudo lædentis opinionem:& si sit in actu committendo,erubescentia est:& si in turpi facto, est verecundia.

¶Si sit malum in exterioribus rebus,tripliciter cõsideratur:vno modo,ratiõe suę magnitudinis,cùm aduertit malum,cuius exitũ non sufficit cõsiderare,& est admiratio.

Admirationis,stupor.

Secundò potest esse ratione dissuetudinis, quia scilicet, malum inconsuetum se se offert,& est stupor,qui causatur ex insolita imaginatione.

Agonia.

Tertiò, rõne improuisionis:vt sur in fortunia futura,& ponitur agonia. Fiat quomodo sex sunt species timoris.

13.Cõclus. S.Tho.1.2 quæst. 46. Aristot. 7. Ethico. Vide Abul. Matthæ.5 qu. 1.150.

¶Cõclusio.13.Ira,passio vltiui irascibilis, q̃ cũ ratione est,minus malum est quàm odiũ,ad illos ad quos iustitia pertinet.Tres species habet:fel,maniam & furorem.

¶Primapars patet ex superiori dictis:sed q̃ cũ ratione sit,probatur ex Aristo.Ira cõsequitur rationẽ aliqualiter quia cùm ira sit appetitus vindictæ,fit per collatione ad potest esse ad nocumentum illatum:ergo ira in isto sensu cum ratione est.

Ratio.2.p.

¶Quòd sit grauius odium,ira,patet: quia odiens appetit malũ alũ ei,quem odit: sed hoc in quantum est malum:& nociuum:sed ira appetit malũ,nõ inquantũ malum, sed in quantum vindicatiuum est:& ob id habet rationem boni,inquantũ putat esse bonũ: at malum velle alicui,inquantum malum, grauius est,q̃ ei velle malũ sub ratione boni:ergo odium est grauius quàm ira.

Ratio.3.p.

¶Quòd ad illos sit ad quos iustitia, patet quia ira vult vindictã sub ratione iustitiæ: ergo ad illos ad quos iustitia erit.

Gregorius S.T. q.46.ar.8.

¶Quòd sint.3.eius species(vt ponit Gregor.Nicenus)patet,quæ sumuntur secundùm q̃ dant iræ aliquod augmẽtum: quia tripliciter contingit:vno modo,ex facilitate ipsius motus,& talis ira vocatur fel:quia citò accenditur. Alio modo ex parte iristitiæ causantis iram,dum in memoria manet:& sic est mania,à manendo. Tertia ex parte eius quòd iratus appetit,scilicet, vindictam:& ponitur furor, qui non quiescit donec punitur. Ob id Aristotel.4. Ethicor. quosdam irascentium vocat acutos: quia citò irascuntur: alios amaros, quia diu retinent iram: alios difficiles:quia nunquàm quiescunt.

Fel. Mania. Furor. Amarus. Acutus. Difficilis.

¶Decima quarta conclusio.Ira,cuius motuum paruipensio irascentis. & excellentia est,causat delectationem,& feruorẽ in corde,atq; tacitur nitatem & tandem rationis usum impedit.

14.Cõclus. Abulen. Matth. 5. quęst. 151.

¶Prima pars patet ex Aris.2.Rhetori. qui ponit tres species paruipensionis:Despectũ. Epireasmum:id est defectum volũtatis implendæ,& cõtumeliationem: cùm ergo ira appetat nocumentum alterius,inquantum habet rationem iusti vindicatiui, quòd quis scienter alium paruipendat, facit vt quis irascatur,quia ibi maior ratio iustitiæ in vin

Ratio.p.p.

in vindicando,quanto est iniustitia maior, in contemnendo.

Ratio.2.p.

¶Secunda pars patet ex Aristo.qui ibi dicit,quod homines propter excellẽtiam in dignantur.Ratio est:quia quãto maior est excellentia personæ,maior iniustitia fit in ferendo ei iniuriam:& ex hoc magis quis insurgit in iram, hoc iniustum vindicandum.Et consequenter,quãto est maior defectus in eo qui facit iniuriã,est maius motiuum iræ in eo qui iniuriam passus est,& mouetur ad iram.

Ratio.3.p.

¶Quòd ira causet delectationem, Aristot. probat ibidem,qui dicit,eum velle dulciorem.Ratio est:quia quanto maior tristitiæ obuiatur,maior est delectatio per vindictam,quia ex ira fit,maior tristitia obuiatur, licet,q̃ quis passus fuerit iniuriã: & si vindicta fuerit præsens realiter,tunc fecta delectatio, quæ tristitiam excludit: sed antequàm sit in re vindicta, sit ei præsens per ipsem.Alio modo per continuam cogitationem:& causat delectationem,sed non perfectam:vt omnem excludat tristitiam.Ratio ergo hæc est. Quodlibet bonũ desideratum,quando est in præsentia, delectationem causat: sed vindictam sumere de iniuria illata est bonum:ergo in præsentia causat delectationem:& tanto maiorem quanto magis præsentialiter habetur:& si præsens in spe,vel cogitatione,secundùm hoc delectationem causat.

Ratio ad cõclusionem.

Ratio.4.p. Feruor. Damas.

¶Quòd feruorem in corde causet,patet ex Damasceno,qui dicit,iram esse feruorẽ sanguinis circa cor.Ratio est:quia tanto naturaliter quælibet res insurgit ad contrarium repellendum,quanto habuerit præsens: sicut aqua tanto magis reducit se ad frigiditatem quanto fuit calidior: cùm ergo iratus habeat contrarium eminens,id est,iniuriam illatam,vehementius insurgit:& hoc nõ est sed per modum dilatationis,quę fit à calido.Necessario enim est causet feruorem sanguinis circa cor,quod est instrumentũ passionum animæ.Et hoc apparet in membris exterioribus:vt Gregorius.Et suæ stimulis accensum cor palpitat:corpus tremit:lingua se pretendit,facies ignescit: exasperantur oculi:& nequaquàm recognoscuntur noti:ore quidẽ clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat.

B.Grego. 5 moral.

¶Quòd causet tacitur nitatem,ex duobus

Ratio.5.p.

euenire potest,vel quia ira cum ratione est, & iratus appetens vindictam, cohibet linguam ab inordinatis verbis:vel potest euenire taciturnitas ex peruersione iudicij rationis:quia,scilicet,tam ira commotus,& sanguinis feruor est circa cor,vt ad exteriora membra redundet & lingua impediatur primò, quod est membrum in quo maximè ostenditur cor:similiter facies & oculi. Et exinde solet tacurnitas causari, tanquàm si membrum sit ligatum præ ira.Hoc experientia ostendit,in multum iratis.

Ratio.6.p.

¶Quòd ira tollat iudicium rationis, patet eò,quod licèt ratio non sit potentia corporea,tamen vtitur organis corporis,& potẽtijs sensitiuis:quibus impeditis(vt in somno, & in amentia)non habet iuum vsum. Quia ergo per iram fit concitatio,& feruor sanguinis magnus circa cor,ex tali perturbatione sequitur impedimẽtum vsus rationis,quasi vires sint ministrantes rationi.

¶Ista sub compendio sint dicta de passionibus animæ,quæ ponuntur in parte sensitiua,quia causant transmutationem corporis,& subiectantur in irascibili, & concupiscibili.

Ad argum.

¶Ad primum dicendũ, quòd licèt pati, & mouerinõ cõueniat animę per se,conuenit ei de per accidẽs,vt suprà in primo libro de anima docet Arist.& nos adduximus.Si ergo respectus sit ad transmutationem,& cõmotionem corporis,ipsa anima,quę forma corporis est,dicitur pati.

Adsecundũ

¶Similiter dicendum ad secundum:quia anima licèt secũdùm se sit immobilis,est mobilis de per accidens:& moto corpore per aleratione,ipsa mouetur:sicut in istis passionibus contingit,in quibus corporis transmutatio est.

Ad tertium

¶Ad tertium.Dicimus ita esse,quòd pati sit à contrario,quando passio ad corruptionẽ est:sed non omne pati est à contrario:nã anima quando intelligit,vel sentit,patitur,& non à cõtrario,sed patitur ab agente: sic & passiones sunt quæ causantur à sensibilibus quæ agunt.Et licèt animæ nihil sit cõtrariũ potest esse corpori,ratione alicuius trãsmutationis,secundùm aliquas qualitates.

¶SPECVLATIO IX. Vtrùm sensus circa proprium obiectum posit decipi.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Argumẽ. ET videtur quòd sic. Visus potest decipi circa colorem: vt iudicet sensus communis quòd sit albus color, qui est fuscus, vel quasi talis color, & est alius, vt patet si à remotis videat. Et patet de collo columbæ, vbi apparent diuersi colores.

2. Argumẽ. ¶ Secundò. Ille qui habet contrarium iudicium ad id quod in veritate est, decipitur: sed contingit per animam sensitiuam habere contrarium iudicium circa proprium obiectum. Patet. Si per visum recipiatur species quantitatis, potest esse iudicium quòd sit pedalis, vel sit æqualis alteri: tamen potest esse quòd non sit: ergo sensibile circa obiectum proprium potest decipi.

3. Argumẽ. ¶ Vltimò. Quanto virtus, & potentia est excellẽtior, tãto à deceptione est alienior: sed intellectus est excellentior sensu, ergo minùs decipietur: sed contingit in intellectu deceptio circa proprium obiectũ: quod est verum: quia potest esse falsitas, vel quia iudicat de re quod sit quod nõ est, vel quòd non est quod est, &c. ergo & in sensu potest esse deceptio.

In cõtrarũ 1. Notand. Themisti. ¶ In contrarium est Aristo. in litera.

¶ Circa istam speculat. fuerunt diuersi modi intelligendi Aristo. Themist. ponit. 3. cõditiones ad hoc quod sensus non decipiatur circa proprium obiectum. Primaquòd organum sensus sit bene dispositum: nam æger propter malam linguæ dispositionẽ, malè iudicat de saporibus: & habens oculos ægros, malè iudicabit de coloribus.

¶ Secundò, requiritur quòd medium sit purum: nam propter hoc de colore solis malè iudicamus manè, putantes sit coloris rubei, quod fit propter vapores eleuatos prope terram aeri commixtos: qui cùm sint nigri, commixti lucido, faciunt apparere rubrum.

¶ Tertia conditio est, quòd sit debita distãtia inter obiectũ, & potentiam: quia si quis à longè videat colorem, non poterit iudicare rectè.

¶ Vltrà has conditiones videtur requisitũ quòd sensibile sit sufficiens ad mouendum potentiam: & ex parte medij non solùm requiritur quòd sit purum, sed quòd sit sufficienter dispositum ad sensationem: scilicet, quòd sit bene illuminatum, & ꝙ obiectum de quo sensatio, non appareat iuxta sua cõtraria, quorum ipsum est medium: nam (vt in tertio meteororum diximus) color medius apparet alius & alius, si sit iuxta album & nigrum.

¶ Notandũ etiam, quòd sensibile aliud est proprium, aliud commune. sensibile proprium est, quod vnius sensus est: quod non sentitur alio sensu: sicut color est visiuæ potentiæ, & odor odoratiuæ. Commune est, quod potest pluribus sensibus sentiri: vt magnitudo quæ visu auditu, & tactu percipi potest. Aliud est sensibile de per accidens: vt substantia: quæ sentitur ratione accidentis. 2. Notand.

¶ Prima conclusio. Sensus circa sensibile commune decipi potest, etiam frequenter. Patet: quia cùm non sit proprium eius obiectum, euenire potest facili deceptio: & sic visus circa magnitudinem, & auditus similiter. 1. Cõclusio Ratio.

¶ Secunda conclusio. Sensus circa propriũ obiectum decipi potest, sed non ita frequẽter. Patet: quia verè decipitur existente mala organi dispositione, vel medij, vel si non sit aliqua debita distantia, vel si non sit tantæ virtutis, vt possit mouere potentiam, vel si medium non sit sufficienter illuminatũ. Ex omnibus istis contingit ꝙ sensus decipiatur circa proprium obiectum: ergo si decipitur de facto, sequitur ꝙ possit decipi. 2. Cõclusio. Ratio. p.p

¶ Secunda pars, quòd non ita frequenter, sicut circa obiectum, seu sensibile commune, patet: quia potentiæ ad proprium obiectum est quædam proportio, & conuenientia per naturam, quæ non est potentiæ ad commune obiectum: sed quanto maior proportio, & conuenientia, minùs contingit deceptio: ergo nõ ita frequenter sensus circa proprium obiectum, sicut circa commune decipitur. Ratio. 2. p.

¶ Tertia conclusio. Quantum ad posse sensum decipi in certo gradu obiecti æqualitas est circa sensibile proprium, & circa cõmune. Volo dicere, quòd sicut sensus visus potest decipi circa quantitatem quantum ad magnitudinem in quanto gradu distant aliquantũ non multum distant: sic etiam & in colore, si aliqua duo differant parum, potest decipi. Et sicut non potest visiua potentia decipi circa colorem, in hoc quòd color sit in debita approximatione, si alia requisita sint, sic neq; potest decipi circa sensibile cõmune, iudicando quod quantitas sit, dummodo sint etiam conditiones requisitæ. 3. Cõclusio

Et

Et sicut non potest decipi visiua potentia in hoc, si multum aliquis ab alio in colore distet, sic neq; si in quãtitate. Quapropter non est differentia inter sensibile propriũ & sensibile commune.

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusio. Aristote. solùm quantum ad decipi, vt non decipi, posuit differẽtiam inter sensibile proprium, & sensibile de per accidens, & non inter proprium: & cõmune. Ratio huius est quia in sensibili de per se, si potest decipi, vt in paruo, seruatis conditionibus appositis, & eodem modo in sensibili cõmune: sed in sensibili per accidens contingit deceptio in multo: imò & in toto: etiãnon omnes positæ conditiones sint: sicut propter colorem iudicat hoc esse mel, cùm sit fel, & e contra: quia mel non est sensibile proprium, neq; commune: sed per accidens ratione coloris: & sic potest decipi, quòd hoc sit ferrum, cùm sit lapis. Itaq; differentia est inter sensibile commune & sensibile de per accidens: quia sensibile commune sentitur per se, etiam si pluribus sensibus possit sentiri, sed sensibile de per accidens non sentitur per se, sed per aliquod accidens: sicut substantiæ sentiuntur. Hoc est quod suprà dictum est: quod accidentia cõferunt magnam partem ad cognoscendum quod quid est: & in isto sensu Aristote. dixit sensum non posse decipi circa propriũ obiectum, sed potest decipi circa sensibile per accidens. Hoc patet ex exemplo ab eo proposito, cùm ait: Visus non decipitur colore, quoniam color: idest, non multùm decipitur circa colorem: neque quantum ad gradum, neq; quantum ad speciem, sed decipitur quantũ ad quid est: iudicando quid est color istum, scilicet, vtrum hoc est fel, an mel. Ecce in quo sensu debeat intelligi, sensus circa sensibile proprium non decipitur. Et vt proprium, non distinguitur contra cõmune, sed contra per accidens. Sic intelligit Burid. hic. q. 14. Nota hæc. Supra. 1. de anima specula. Buridanũ.

¶ Si tamen quis voluerit stare in intelligentia Aristote. secundùm aliorum sententiam, vt ponat differentiam inter sensibile proprium, & sensibile commune: oportet intelligat, & declarare ad modum quo in prima, & secunda conclusione dictum est: vt, scilicet, circa proprium sensibile, licèt contingat deceptio, non in multo, sed in paruo & raro: tamen circa commune sensibile frequentius contingit: maximè si esset verum quod aliqui putant: sensibile commune nõ sentiri de per se. Sed declaratio Buridani magis placet: qui tenet in quæstione. 15. quòd sensibile commune est sensibile de per se quia numerus: magnitudo, quies motus, & figura sunt sensibilia per se: nam per sensu exteriores iudicamus res esse plures, aut motas, aut quiescentes, aut esse tantas, vel sic figuratas, &c. Sic intellexit San. Thom. p.p. quæstione. 17. artic. 2. ponens differentiam inter sensibile cõmune, & de per accidens. S. Thom.

* Et videtur notandum quòd Commẽ. In hoc. 2. com. 63. insinuat: quòd licèt sensus non erret: circa proprium sensibile, tamen errare potest circa subiectum proprij sensibilis: & circa locum, aut vbi: nam si viso aliquo collorato, videns iudicat illud esse argentum aut stanum, vel vbi sit, inferius vel superius: potest esse deceptio, sed non incõuenit neq; est contra prædicta.

¶ Quòd hic de iudicio loquuti sumus, sensus circa proprium sensibile, ratione cuius non est deceptio, &c. non intelligas esse iudicium sensus exterioris: nam potentia visiua non format notitiã, neque iudicat, sed sensus communis est qui iudicat, & format huiusmodi propositiones circa obiecta omnium sensuum exteriorum. Et quòd decipiatur, vel non in iudicando, erit per hoc ꝙ sensus communis iudicabit, ꝙ visiua potentia colorem videt, & auditiua sonum audit, sed non erit iudicium in ipsa exteriori potẽtia viuisiua: quia nõ est reflexiua, vt videat se videre, neq; iudicatiua, cum sit interioris potentiæ hoc iudicare: sed dicitur sensus circa proprium obiectum: non decipitur: quia videt colores: sed quòd non decipiatur, iudicare est sensus communis, & non sensus exterioris. Et si aliquando concedatur quòd in sensu exteriori in homine sit iudicium, non conceditur ea ratione qua sit in ipso exteriori: sed quia intellectus iudicat: vt quidam dicunt: & ea ratione in brutis non concedunt tale iudicium. Qua ratione Gabriel, & Almayn. dicunt bruta per solam apprehensionem moueri. Verum dicendum videtur quòd in nobis, & in brutis sit in sensu interiori iudicium, & brutũ ex instinctu naturæ format suas propositiones, componendo, & diuidendo: licèt ob defectum cognitionis propria non sit compositio, neque diuisio. Notandum. Sensus cõtis est qui iudicat. Sensus exterior non iudicat. Gabriel Almayn.

¶ Ad primum & secundum, patet solutio ex dictis. Ad primum & secundũ.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad tertium ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in sensu non cadit deceptio circa proprium obiectum, dummodò omnia sint necessaria apposita, neque in intellectu est falsitas, circa proprium obiectũ: quod est quod quid est: inã informatus intellectus specie quidditatis rei, non decipietur in iudicando: & multo minus quàm sensus: quia potentia est perfectior: sed sicut cõtingit sensum decipi circa sensibilia communia: quia sensus non directè refertur ad illa, & etiam decipitur circa sensibilia per accidens, vt dictum est: sic etiam contingit intellectum decipi in iudicando circa aliquid cõsequens quidditatem rei: vt accidens ei. Et in componẽdo, & diuidendo potest decipi, dum ei, cuius quidditatem intelligit, aliquid tribuit, quod eam non consequitur, vel quod ei repugnat: vt si quidditati equi cognitæ tribueret quòd esset risibilis. Sed quomodo potest intellectus decipi circa quomodo sensus, & in quo sit conuenientia, licet sit differentia inter intellectum, & sensum: quia in intellectu potest esse falsitas, non solum quia cognitio intellectus est falsa, sed quia intellectus cognoscit eam falsitatem: sicut & cognoscit veritatem: at in sensu non est falsitas: vt cognoscit, quia non cognoscit illam falsitatem in qua est, exercendo suam potentia. S.Tho.p.p q. 17.ar. 3.

Finis libri secundi de Anima.

¶ Specula-

SPECVLATIONES

PHYSICÆ IN TERTIVM LIBRVM ARISTO. de Anima. Admodum R. P. F. Alphonsi à vera Cruce sacri ordinis Eremitarum D. Aurelij Augustini, bonarum artium, & sacræ Theologiæ magistri, moderatoris primarij in academia Mexicana in noua Hispania, in partibus Indiarũ Maris Oceani.

ARGVMENT. TERTII libri de Anima.

DIsserta hactenus ab Aristot. sunt, quæ pertinent tum ad vegetatiuam: tum etiam sensitiuam animam: aggreditur in præsenti libro argumẽtum animæ rationalis: quo pacto sicut trigonum in tetragono includitur, & intra eius limites coarctatur: sic & illæ iã prædictę in rationali contineantur: quonam etiam modo potentię animæ in anima sicut in subiecto sint. Insuper autem quòd intellectus sit passiua potentia: quippe quin agentem, & possibilem diuiditur, & à memoria intellectiua, nonnevè minimè distinguitur. Itaque intellectus, memoria intellectiua, & ratio apud Aristote. sunt idem. Tractat etiam de voluntate animę, rationalis potentia, quòd imperfectior sit ipso intellectu, à quo & distinguitur. De animæ immortalitate tradit etiam nobis suam sententiam. Est etiam sermo in hoc tertio, de libero hominis arbitrio, nõ differente ab ipsa voluntate: quin potiùs est ipsa voluntas & potentia appetitiua. Tandem qualiter intellectus noster intelligat materiales res, abstrahendo à phantasmatibus, pro isto statu: nam in futuro, cum mortale hoc induerit immortalitatem, & fuerit dissoluta fictilis domus, alio modo intelliget anima: nempe per species reseruatas, & ex influentia diuini luminis participatas.

SPECVLAT. I. Tertij libri de anima, Vtrùm in homine solũ sit vna anima intellectiua, vel simul cũ intellectiua sit sensitiua & vegetatiua.

Videtur

Universidad de Deusto Biblioteca

1. Argumé. Videtur quòd nō solùm sit vna anima, sed tres: nam corruptibile, & incorruptibile non possunt vna substantia esse: quia maxime distant: ergo neq; sentitiuum, & intellectiuum. Consequētia est bona. Antecedens est verum: ergo & consequēs. Sensitiuum enim corruptibile est, & intellectiuum incorruptibile.

Vide Ægidium quodlibet. primo quæst. 14.

Argumé. 2. ¶ Secundò. Duo contraria iudicia simul in eodem de eodem esse nō possunt: sed si solùm vna in homine esset anima, essent duo contraria iudicia: ergo nullo modo est concedendum quod sit vna anima. Cōsequentia est bona. Maior est nota. Probo minorem, quia si quis videat baculum pro medietate in aqua, per sensum iudicat fractū, & per intellectū contrariū, quæ sunt cōtraria iudicia: ergo oportet ponere duas aias.

Argumé. 3. ¶ Præterea. Si anima vna solùm in homine est, erit intellectiua, sed hoc non potest stare: quia si solùm intellectiua, cum hæc à solo Deo sit per creationē, sequitur quòd homo non generat, hominem contra Aristotel. 2. physico. Patet: quia si homo generat hominem, est quia attingit ad formam substantialem hominis: sed posito vna sola sit anima, non attingit: quia cùm sit sola intellectiua, à solo Deo habetur per creationem.

In cōtrariū ¶ In contrarium videtur, quod Arist. dicit, sensitiuū in intellectiuo esse, sicut trigonū in tetragono.

Nolan. 1. Contra Cōmenta. ¶ In primis est abijciendus, & anathematizandus error Commentatoris, qui posuit vnum esse intellectum numero omnium, cum non solùm sit fide tenendum in quolibet homine distinctam esse animam intellectiuam: quia sic in concil. 6. Constantinopoli. difinitum est, actione. 11. & in concil. Lateranen. sub Leone. 10. sessio. 8. sed etiam in lumine naturali apparet figmentū esse. Quapropter falso imponit ipli Philos. quanuis Venetus probare contendat mentem fuisse Aristote. quod asserit Comment. Et probari posse in lumine naturali non esse vnum intellectum in omnibus, docet. B. P. Augu. lib. 2. de libe. arbitrio. c. 10. quia aliàs sequeretur quòd me scribente nunc, alius dormiret: & me dormiēte, alius contemplaretur: & sic ego dormiens contemplarer, & scribēdo dormirem. Et sequeretur, quòd simul & semel in eodem, de eodem esset opinio, fides, & sciētia. Si de eadem propositione vnus habet opinionem, alius fidem, & alius scientiam, quæ omnia repugnant in lumine naturali. Ista misera faciamus in præsenti. Doctribus S. Th. p. p. q. 76. art. 2. & 2. contra gen. c. 75. De quo fecit speciale tractatum Augustinus Nimphus.

Cōci. Cōst.

Cōci. Late.

Paul. Ve. 3. de anima.

D. August.

S. Thom. Augu. Nim. Notand. 1.

¶ * Et hic excludere oportet Phantasiam quorumdam, qui asserentem Comment. asserunt: quod formam dans esse homini, & qua à bruto differunt passiuus intellectus: qui apud Commentat. est imaginatiua siue cogitatiua: & forma quæ dat principium operandi non essendi: sic anima intellectiua: de quo vide Gregorium Arimin. 2. distinct. & 19. 2. sen. & Ioan. de Bachō. in 19. q. 1. ar. 2.

¶ Fit item in memoriam reducendum tres animas, vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem, distinctas habere operationes, & cōstituere diuersas species viuentium: imò & genera, quia plantæ, in quibus sola vegetatiua est, non sunt in eodem genere proximo cum brutis, in quibus sensitiua, neque brutum: cum homine in eadem specie est, licèt contineantur sub vno genere proximo: quia in homine est anima intellectiua quæ neque in planta, neque in bruto reperitur. Quod ego speculantur est, supposito in homine reperiātur operationes quæ sunt proprie animæ vegetatiuæ: quia nutritur & augetur. &c. imo & perfectiùs reperiùtur in homine, quàm in plantis, vtrū in homine sit etiam anima vegetatiua ab intellectiua distincta, vel vtrùm sit sola intellectiua, per quam in homine sint opera vegetatiuæ. Simili modo de sensitiua quæ est in brutis, qua mediante habent conuenientes operationes distinctas ab illis quæ sunt animæ vegetatiuæ, ponuntur in homine tales operationes animæ sensitiuæ, vtrùm ibi sit sensitiua distincta ab intellectiua, an solùm per intellectiuā hæc fiant. Ecce quod quæritur.

Notand. 3.

¶ Adhuc oportet considerare, quòd ponendo in homine, solùm intellectiuam animā, potest esse in duplici: vel quòd nunquam habuerit fœtus prius animam vegetatiuam, neq; sensitiuam, sed primò habuit esse viuens per rationalem, qua mediante habet omnia quæ ad vegetatiuam, & sensitiuam: vel primò habuit viuere plantæ per animam vegetatiuam, & quando embrio cœpit

cœpit viuere anima sensitiua, corrupta est vegetatiua, & quando completus est dies 40. vel. in viris à conceptu: infusa est anima rationalis, & corrupta est sensitiua, & in fœmina duplicatis diebus in. 80. vel 90. corrupta est sensitiua adueniente intellectiua: quibus præhabitis, sit prima cōclusio.

Conclu. 1. ¶ In homine solùm est vna anima intellectiua, & non est vegetatiua, neque sensitiua distincta ab intellectiua. Probatur. Si in homine esset sensitiua, & vegetatiua, sequeretur quod anima intellectiua homini solùm daret esse accidentale, & non substantiale. Patet. Id quod adueniens alicui completo habenti esse substantiale solùm dat esse accidentale. Sed anima intellectiua tūc adueniret iam completo: ergo solùm daret esse accidentale. Patet. Quia adueniret habenti esse completum per sensitiuam animam, quæ fuit ante animam rationalē, & manet post introductionem eius.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Si plures ponerentur animæ in homine, non esset simpliciter vnum, sed plures: quia esse vnum simpliciter, ab vnitate formæ substantialis est: sed ponuntur tres animæ, ergo sunt tria esse simpliciter: sed repugnat quod homo qui in certa specie collocatur, non sit simpliciter vnum: quia ex eo sequeretur quod in plurib⁹ poneretur speciebus ex æquo: & sic denominaretur ab omnibus verè, & simpliciter: & sicut diceretur homo, diceretur brutum, & diceretur planta: quod est falsum.

Ratio. 3. ¶ Tertiò. Videmus in homine quod actio quæ est sensitiuæ partis, impedit illam quę intellectiuæ est: ergo non à diuersis principijs distinctis emanant, sed ab vno, & eadem ratione impediunt. ergo sola vna anima intellectiua ponenda est in homine.

P. ¶ Quicquid perfectionis est in inferiori, reperitur in superiori, cui subordinatur, & adhuc eminentiùs: cum ergo sensitiuum ab intellectiuo, oportet ibi in intellectiuo perfectius reperiatur sensitiuum: & sic frustra esset ponenda anima sensitiua.

Confirmat. ¶ Confirmatur. Sensitiuum in intellectiuo est, sicut trigonus in tetragono: sed sic est trigonus in tetragono, quod speciē non constituit distinctam, neque secundum suam essentiam, sed solùm virtute: quia vbi quatuor anguli, & tres erūt, ergo similiter intellectiuo inclusum est sensitiuum: & sic sola vna anima est.

¶ * Et ne decipiaris aduerte: quod tribus modis contingit vnū in alio contineri. Primo formaliter, sicut inferius in suo superiori: vt homo in animali, & predicatur de eo in primo modo per se vt omne genus de sua specie: & isto modo non continetur vegetatiuum in sensitiuo: quia non predicatur de eo per se, aliàs non inueniretur vegetatiuum sine sensitiuo: Secundus modus est materialis, quando vnum fundatur in alio, & non econtra, sicut omnis gradus viuendi in inferioribus, in vegetatiuo fundatur radicaliter: quia omne viuens indiget nutrimento. Et isto modo non includitur vegetatium, in sensitiuo: sed potius econtra sensitiuum, in vegetatiuo: Tertius modus est virtualis, & perfectionis, quādo secūdum continet in se totam virtutem primi, & aliquid amplius: & in hoc sensu intellexit philosophus vegetatiuum, includi in sensitiuo: & sensitiuum, in intellectiuo: & eandem continentiam habet secūdum locum motiuum, cum sentiuo, &c. Et intellectiuum, comparatum secundum locū motiuo. &c.

¶ Hanc sententiam tenent communiter theologi, & philosophi, inter quos. S. Thom. p. p. q. 76. ar. 3. & 2. contra gen. c. 58. Idem. doct. sub. in. 4. d. 11. q. 5. & Henrri. quolib. 2. q. 2. & 3. & Alexand. Halen. 2. p. q. 62. Greg. Arimi. in. 2. d. 16. q. 2. & 3. & Gabēbi dem. Ante hos. D. August. in libr. de eccle. dogmatibus (si non mentitur titulus libri) c. 15. & 10. super gene. ad lite. c. 6. & Damasc. in libr. 2. fidei orthodoxæ. c. 13. & Lactan. Firmi. lib. diui. instit. c. 3. & 6. & Augustin. Nimph. 2. de anima. tex. 32.

S. Thom. Scotus. Henricus. Alexand. Grego. Ari. D. August. Damascen. Lactant. Nimphus.

¶ Ex dictis patet conclu. apparet non habere probabilitatem quod asserit Ocham cōtra tam graues authores, & communem opinionem, dari in homine plures animas distinctas: sic q̄ sensitiua solùm sit sensitiua, & non intellectiua: & intellectiua sic intellectiua, vt nō sit sensitiua. Sed quia non solū vt Philosophi, sed vt Theologi loquamur, maximè cum futuros theologos instituamus, ponamus. 2. cōclu. quę talis est.

Corolla. Cōtra Ocham. quolib. 2. q. 10. & 1. 1.

¶ Opinio asserens plures esse, & distinctas animas in homine, si non est hæretica, erronea censenda est. Probatur: quia videtur esse ab Ecclesia determinatum, quòd solū vna sit, Extra. de summa trini. & fi. catho. cap. Fit miter. vbi solū spiritus, & corpus

Conclus. 2.

ratio.

Extra de sūma. tri. & fid. catho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponuntur partes humanæ naturæ: at sensitiua non est spiritus: ergo non est pars. Et clariùs in Clemen. de summa trini. & fi. catho. vbi habetur: Christus verè factus est homo per hoc quod assumpsit partes nostræ naturæ simul vnitas, scilicet, corpus, & animam intellectiuam. Ex isto probatur intentum: quia si esset alia anima pars humanæ naturæ, non essent sufficienter enumeratæ duæ solum. Etiam habetur ex tra, de celebra. mis. capit. In quadam. ex illo gene. 2. vbi dicitur: Per idem est intellectiuum, & viuens homo: sed intelligit per rationalem: ergo per eam viuit.

¶ Dixi, si non est hæretica: quia cùm Ecclesiæ determinatio non habeat tam expressè, hæc tam graui nota, non est quare oppositum asserentem, inuramus. Posita sit hæc conclusio, vt qui philosophiam tradit, sic tradat: vt in nullo audeat defendere opinionem non solùm damnatam ab Ecclesia expressè, sed etiam quæ videt, & sub intelligitur condemnata vel ignem sapit.

Obiectio. Paulus. ¶ Quod si quis obijciat nobis Paulum ad Galatas quinto, dicentem: Caro concupiscit aduersus spiritum, & hæc sibi inuicem aduersantur: quòd non posset, si vna sola esset anima, cùm nullus sibi ipsi contrarius sit: & id quod. 1. ad Thessalon. 5. de spiritu, anima, & corpore mentionem faciens ait.

Solutio. D. August. Hugo de sancto victo. Richardus. ¶ Erit soluēdū nodū ex beato patre Augustino, qui. 20. super Gene. capit. 12. ait, idē esse spiritum, & animam: sed anima dat carni vt concupiscat: & hoc ab anima intellectiua est, per partem brutalem tamen id exercens: & secundum diuersam considerationem & anima est, & spiritus: vna tamen sola ipsa est, in qua vegetatiua, & realiter operationes sunt animæ sensitiuæ, quæ exercentur per sua determinata organa: sicut ipsa eadem anima est quæ intellectu intelligit, oculo videt, & pedibus ambulat, & manibus operatur.

Conclus. p. S. Tho. p. p. q. 118. art. 1. ad. 4. & q. 76. art. 3. ad. 3. ¶ Tertia cōclusio. Anima vegetatiua quæ priùs viuit embrio, in aduentu sensitiuæ corrumpitur, sicut & ipsa sensitiua cùm primùm rationalis introducitur. Hæc conclusio quātum ad hoc quod embrio priùs viuat anima vegetatiua, & priùs sensitiua quàm intellectiua, videtur esse Aristot. qui dicit embrionem priùs viuere vita plantæ, quando in eo est nutritio, & augmentatio, & nondum est sensatio: & postea est sensatio, & nondum intellectio. Sic communiter intelligitur Aristoteles. Et Beatus pater Augustinus. libr. 83. q. q. 54. dicit, quod puer in. 45. diebus est perfectè formatus, & organizatus, & quod fœtus in primis diebus. 6. habet quasi similitudinem lactis, & in sequentibus. 9. conuertitur in sanguinē: deinde. 13. diebus consolidatur quasi caro 18. reliquis diebus formatur vsque ad perfecta lineamenta omnium membrorum, quæ omnia simul iuncta faciunt. 45. dies: sed Philoso. in. 9. de animalibus insinuat, q̄ in. 40. diebus fiat formatio masculi, licet plus temporis in fœmina requiratur.

D. August. Modus formationis fœtus. Vide S. Th. 2. cōtra gē. cap. 8. Aristotel.

¶ Auicenna in libro de animalibus ponit alium modum. Et si placet videre diuersos modos, vide Ægidium Romanum de formatione corporis humani capit. decimo quinto.

Auicenna. Ægidius.

¶ Cùm ergo in fœtu sit talis variatio: vt sint in eo opera animæ vegetatiuæ, oportet talia opera fiant ab anima: & ibi erit anima vegetatiua. Et idem quando est organizatio, vt possit esse sensatio.

¶ Sed secūda pars probatur facilè ex prima conclusione: quia in aduentu sensitiuę, vel vegetatiua manet, vel corrumpitur: si corrumpitur, hoc est quod intendimus: si nō corrumpitur, sed manet: ergo simul sunt sensitiua, & vegetatiua, quod est prohibitum falsum: quia anima sensitiua daret esse accidentale: quia aduenirет completo, & eodem manente sub vtroque termino.

Viguer. in suis instit. theo. c. 1. §. 2. ver. 1.

¶ Item: quia fœtus ille, vel embrio non esset vnum simpliciter, sed plura, ratione diuersarum formarum. Item: quia frustrà poneretur ipsa vegetatiua, quandoquidē sensitiua, quæ perfectior, potest quod inferior.

¶ Eodem modo probatur quòd facta embrionis augmentatione, & disposita ad formam intellectiuam siue in. 45. die in viris, & in. 80. vel. 90. in fœminis quòd tunc primò cùm introducitur in corpore dispositio, & organizato anima rationalis, forma sensitiua corrumpitur: quia si maneret, inconuenientia illata sequentur.

¶ Ex quo videtur voluntariè dictum, quod dicit Marsi. quod in homine generando, embrio non priùs viuat vegetatiua, neque sensitiua, sed facta in. 45. diebus dispositione, tunc primò anima rationalis introducatur: quia ante infusionē animæ rationalis

Marsi. 1. d. gene. q. 6. in solu ad. 9

De hoc vide Ægidiū quolib. 14. nalis non videntur esse operationes sensitiuæ, & vegetatiuæ. Neque ratio ad id asserendum conuincit, ne, scilicet concedat corruptionem vegetatiuæ, & sensitiuæ: quid enim prohibet est concedere; cùm necessarium habeat fateri (etiam si non essent tales animæ) plures formas substantiales plures corrumpi, & aliæ de nouo generari ante perfectam organizationem: quia materia fœtus ad modum lactis, & post ad modum carnis, &c. oportet fiant plures transmutationes. Aliquando si hoc in nutritione perfecta quotidie contingit, cùm panis primo in chilum in stomacho: deinde in chilum, in epate, & in sanguinem, deinde in venis, & vltimo in carne, & ossa, & neruos fiat transmutatio: & generatio vnius corruptio est alterius: similiter modo nullum inconueniens est, quod generatio oruti, sit corruptio plantæ: & generatio hominis, sit corruptio bruti: quia imperfecta, propter perfecta sunt.

Aristo. S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 1.

Corollari. cōtra Platonem. ¶ Sequitur ex dictis illam Platonicam imaginationem nullius esse momenti, quæ ponebat diuersas animas in corpore vno secundum organa distinctas, quibus diuersa opera vitæ tribuebat: dicens vim nutritiuā esse in epate: concupiscibilem in corde: cognoscitiuā in cerebro: quam reprobat Aristotel. in istis de anima: nā si id quod magis videtur inesse non inest: scilicet vegetatiua, & sensitiua, veniente rationali, minuerunt plures secundum diuersas partes: q̄ minus videtur.

Arist. 1. Topic. c. 4.

Adargum. ¶ Ad. 1. dicendum, quod corruptibile, & incorruptibile distinguuntur, & ob id anima sensitiua brutorum, & rationalis, hominum distinguuntur: sed in homine sensitiuum, non est corruptibile, sed incorruptibile: quia est anima rationalis.

Ad. 2. ¶ Ad secundùm dicendum, quòd diuersa iudicium de eadem respectu eiusdem obiecti, & potentiæ non possunt esse simul, sed nō inconueniens esse diuersa, & contraria iudicia in eodem respectu eiusdem, in diuersis potentijs: imò ab eadem potentia secundū diuersas considerationes. Est iudicium ab anima rationali, per sensum, quod baculus est fractus, & est iudicium ab eadem anima per intellectum: quòd baculus sit integer. Ista iudicia non sunt contraria: quia potentiæ sunt diuersæ, intellectus, scilicet, & sensus. Eodem modo caro concupiscit delectabile: spiritus odit: non sunt diuersæ animæ ponendæ ob id: sed vna, & eadem potest in tam diuersa, & contraria secundum diuersas potentias. Appetitu naturali quis vult vitam conseruare: sed appetitu rationali, se exponit pro bono virtutis: imò eodem appetitu deliberato volo patrem mori, & eū viuere: respectu ad bonum particulare, volo eū viuere, respectu ad bonū cōmune volo eū mori. Non ergo ista sunt contraria: quia non est idem respectu eiusdem, & eadem ratione. Sic ergo stat cum vnitate animæ tanta diuersitas ob potentiarum diuersitatem, maximè ponendo distinctionem inter ipsas, & animam, vt in libro præcedēti diximus. Et hæc inclinatio quæ secundū partem brutalem est, quę ad malum est, nō est dicenda hominis inquantum homo, sed inquantum brutum.

Ad. 3. solutio. ¶ Ad. 3. Quamuis aliqui dicant (vt suprà diximus in libris de generatione ex Marsilio) quod non est propria hominis generatio, dicendum quod homo homine generatur, dictum est: etiam si vna sola anima sit, & hæc intellectiua, quæ per creationem à solo Deo: quia sufficit quod homo facit ad introductionem eius in corpore: quia verè homo disponit subiectū, vt possit introduci, & attingit ad huiusmodi introductionem. Sicut si formæ substantiales essent ab extra à datore formarum, & per agens naturale disponeretur subiectum vltima dispositione, dicitur illud esse a b agēte.

¶ * Hic aduertas oportet, animam rationalem non priùs a Deo creari, quam in corpore dispositio & organizato infundi: ob quod neque Hilarij sentētia super illa verba psal. 129. fiant aures, &c. tenenda: qui asserit animam Adę, prius creatam, & post corpus plasmatum: cui & Augusti. libr. 7. de gene. ad literam cap. 24. suffragatur, & Hiero. in epistola ad Ephe. & per amplius rejiciēdū quod Greg. Nisenus in. 2. lib. philosophiæ cap. 6. dicit animas omnium hominum simul creatas, & postea infundi: contra hos Leo Papa pius in epistola ad episcopum Astorigensem, & de quo S. Thom. p. p. q. 90. qui sensum declarat in quo animas præcedere dici potest.

¶ Secundò, dico q̄ homo generat hominē: quia in semine est virtus actiua, & est quasi motus ipsius generantis animæ & quia ibi concurrit virtus animæ cum virtute cœlesti, dicitur quod homo generat hominem, & sol, de quo alias supra.

Pos. solut. S. Tho. p. p. q. 118. ar. 1 ad. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumen. ¶ Contra ista quæ hic sunt difinita, potest quis objicere, quòd olim ab vniuersitate Oxomensi sub Archiepiscopo Cantu. anno. 1276. est determinatum, esse errorē dicere quod in infusione animæ rationalis corrumpitur sensitiua, & vegetatiua. Ad quod respondetur, primò non esse contradicta: quia ibi dicitur copulatiuè, sensitiua, & vegetatiua corrumpi simul, quod nos nō diximus: quia primò corrumpitur vegetatiua, & post sensitiua.

2. Solutio. ¶ Secundò dicimus, q̃ non est necessariū stare determinationi illius vniuersitatis. Vide Viguerīū in suis Institutionibus Theologi. cap. 1. §. 2. ver. 1.

Viguer.

¶ SPECVLATIO. II.
Vtrùm potentiæ animæ sint in anima sicut in subiecto.

1. Argumē. ET videtur quòd omnes potentiæ sint in anima sicut in subiecto. Omnes potentiæ animæ sunt velut propria passio, quæ emanat ab essentia: sed propria passio in essentia subiecti subiectatur: ergo etiam potentiæ animæ subiectantur in ipsa essentia animæ.

Argumē. 2. ¶ Præterea. Sicut se habent potentiæ corporis ad corpus, sic habent potentiæ animę ad animam: sed omnes potentiæ corporis subiectantur in corpore, ergo potentiæ animæ subiectantur in anima. Non enim quòd manus sit valida, & potens ad operādum, ponitur nisi in corpore: ergo etiam potentiæ animæ in anima erunt.

Argumē. 3. ¶ Tertio. Si aliqua potentia non deberet poni in anima sicut in subiecto, maximè appetitiua sensitiua: sed ponitur in anima: ergo anima est quæ appetit, licèt fit per sensum: ergo omnis potentia animæ erit in anima.

In cōtrariū. ¶ In contrarium est quod dicit philosophus in libro de somno, & vigilia: Sentire non est proprium animæ, neque corporis, sed coniuncti.

Notand. 1. ¶ Pro decisione notandum, quod in homine (de quo nunc sermo est) tria considerantur: Anima seorsum, & corpus, & totum cōiunctum ex anima, & corpore. In quæstione ergo est, vbi ponantur potentiæ animæ, vel in anima solùm, vel in corpore solùm vel in coniuncto.

¶ Secūdò aduertēdū, q̃ inter potentias animæ differentia est: nā quædā sunt, quæ suas habent, & exercēt operationes sine aliquo organo corporeo: vt sunt velle, intelligere: aliæ sunt, quæ non complent sine organo corporeo: vt sentire exterius, interius. Notan. 2.

¶ Prima conclusio. Potentiæ animæ rationalis quæ suas habent operationes sine organo corporeo, ponuntur in anima tanquam in subiecto: sicut intelligere, & velle. Probatur: Illud est subiectum operatiuæ potentiæ, quod potest operari: sed anima est quæ operatur, sicut & ipsa est quæ potest operari, ergo ipsa est subiectum potentiæ. Maior patet: quia accidens oportet denominari subiectum in quo est: sed anima est quæ actu operatur in illis, quæ non exercentur organo corporali: vt dicit Philosophus in principio de somno & vigilia, ergo ipsa est subiectum: & sic intellectus, voluntas, & memoria ponuntur in animæ essentia, sicut in subiecto. 1. Cōclusio. Prior ratio.

¶ Præterea. Istæ potentiæ (cum sint accidentia de secunda specie qualitatis) ponuntur in aliquo subiecto: ergo vel in corpore, vel in toto coniuncto, vel in sola anima: sed non in corpore solùm, vt manifestum est cùm sint operationes spirituales: neque coniuncto: quia corpus non est quod exercentur huiusmodi operationes, cū nō indigeant organo corporeo de se: manet ergo quod tales erunt in ipsa anima. Fixi de se: quia pro isto statu indiget. Intelligentē enim phantasmata speculari oportet, teste Aris. de quo infrà. Posterior ratio. Arist. 3. de anima.

¶ Secunda conclusio. Potentiæ animę quę non habent suos actus absque organo corporeo, non in anima, neque in corpore, sed in toto coniuncto subiectantur. Probatur. Illud dicitur subiectum operatiuum quod verè potest operari, & operatur. Actus in talibus nō anima est quę operatur, neq; corpus operatur, sed totū coniunctum: quia homo videt, & non videt anima, neq; oculus: ergo visiua potentia ponetur in coniuncto, & auditiua similiter, & omnes potentiæ interiores sensitiuę, & omnes vegetatiuæ: vt nutritiua: augmentatiua: generatiua, &c. Conclu. 2. Ratio.

¶ Item: istæ potentię debent in aliquo subiectari: quia accidentia non sunt sine subiecto: sed non subiectantur in sola anima, cùm non ipsa sola operetur: neque in solo corpore: quia corpus non operatur absq; Ratio. 1.

absque anima: restat ergo quòd subiectentur in toto composito.

Cōtra Grego. in. 2. d. 16. ¶ Ex quo patet Gregorium Arimineſem deceptum qui dixit, quòd operationes sensitiuæ partis sunt immediate in anima sensitiua in bruto, & in homine, in quo sola vna anima est: tales operationes immediatè sunt in anima intellectiua, quæ est etiam sensitiua. Hæc dicit Gregorius: sed videtur deceptus: quia cùm tales operationes sensitiuæ verè sint operationes potentiarum organicarum, & eas determinant, oportet & potentias esse subiectas in toto cōiuncto, & non in solo corpore, neque in sola anima. Quis est qui propriè loquendo dicat, sentire est animæ intellectiuæ operatio? tamen potest dicere, est hominis operatio.

Conclus. 3. ¶ Tertia conclu. Appetitus sensitiuus, cū sit potentia, in coniuncto tanquā in subiecto pro organo habet cor. Hæc conclusio pertinet ad tollendum dubium de organo appetitus sensitiui: nam de alijs potentijs sensitiuis, quæ sunt in coniuncto tanq̃ in subiecto, constat q̃ habeant organum: sed de appetitu non est manifestū: quia aliqui putant organum esse totum corpus: sicut & sensus tactus habet. Nos tamen dicimus quòd sit in corde organum: nam appetitus sensitiuus, cū sit cōiuncti potentia, aliquod habet organum determinatum: sed non videtur qd̃ aliud, nisi cor: quia ibi primò est, vbi gaudium sentitur per dilatationem: & ibi est, vb. primùm tristitia, & dolor per cōstrictionem: ergo ibi erit organum huius potentiæ, quæ in coniuncto ponitur.

S. Th. de veritate. q. 26. art. 3.

Cōclusio. 4 ¶ Quarta conclusio. Omnes potentiæ in vniuersum, siue quæ subiectantur immediatè in anima, siue quæ in coniuncto, dicūtur esse in anima sicut in principio primò. Probatur. Primò de potentijs animæ, quæ non habent operationem per organum corporale, constat: sed de alijs quæ sunt in coniuncto probo: quia quod coniunctum sit subiectum potentiæ auditiuæ, & visiuę, &c. non est nisi ex anima, quæ dat esse formale, & informat corpus: nam ea seclusa, non esset potentia subiectiuè in coniuncto, cùm coniunctum non esset: sequitur in ea esse omnes potentias tāquam in primo principio. Sic doctor Sanct. p. p. q. 77. ar. 5. ad secundum: & sic omnes potentiæ siue quæ subiectantur immediatè in anima, siue quæ in composito, dicuntur fluere ab essentia animæ. Ratio. D. Thom.

¶ * Et est causa earum sicut finis & sicut principium actiuum: vide Herueum in primo senten. dist. 3. quæst. 5. *

¶ Quinta conclusio. Licèt probabile sit, potentiam organicam non vnam, sed plures esse qualitates, cùm ex pluribus constet, probabilius tamen est solam vnā esse qualitatem quamlibet potentiam ab alia distinctam. Hic volumus dicere de istis potentijs organicis, quæ sunt in coniuncto, quod cùm multa concurrant ad ipsam potentiā disponendam, & organizandam: vt ad visiuam potentiam, &c. & si plures qualitates possent dici, huiusmodi potētiam, dicimus probabilius vnam solam esse qualitatem. Patet: quia istæ sunt veræ potentiæ, & sunt accidentia: ergo ponuntur in prædicamento qualitatis: sed quæ ponuntur in prædicamento qualitatis, sub aliqua certa specie qualitatis ponuntur: & non sunt plures qualitates, sed vna solùm in. 2. specie qualitatis. Et licet vna sit qualitas, tamen habet requisitas alias simul: vt si aliqua dispositio sit requisita in oculo ad bene recipiendum speciem: vt scilicet sit diaphanetas in oculo, & ille humor qui est aptus ad recipiendum. Cōclusio. 5. Ratio.

¶ Ad. 1. dicendum est, aliud esse quod omnes potentiæ fluant ab animæ essentia, & sint in ea sicut in principio, & aliud quòd sint omnes in ea tanquam in subiecto: nam primum concedimus generaliter de omnibus potentijs, tam organicis, quàm nō organicis, sed secundum non: in tantum vt verum sit, quod angelus, & anima sint causa efficiens suarum potentiarum, sicut materia actuata per formam, dicitur actiuū principium accidentium, quæ consequuntur naturam rei: vnde iatè probat Ægidius quolib. 6. q. 12. Item: quia ad hoc quod sit subiectū, est requisitum, quod per tale, subiectum exerceatur opus per potentiam sine alio: ob id solùm damus quod non organicæ potētiæ ibidem subiectentur: sed organicę in ipso coniuncto: quia non sine corpore exercentur. Ad argum. Ægidius.

¶ Ad. 2. dicendum, quod sicut se habēt potentię corporis, quę solùm corporis ad corpus, ita & animę, quę solius animę sunt, ad animam: & ob id sicut illę in corpore, & hęc subiectantur in anima: sed sunt alię operationes, quę cùm sint animę, non tamen habent actum sine corpore, & tales ponuntur in coniuncto sicut in subiecto. Ad. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ad 3. ¶ Ad tertium patet solutio ex dictis: nam quanuis appetat anima per appetitiuã potentiam: appetitus tamen non exit in actũ sine organo corporeo, vel extenso per totum corpus: vt est sensus tactus extensus: vt aliqui putant, vel sine organo corporeo, quod radicaliter in corde est: vt probabilius existimamus: ob id ponitur appetitus sensitiuus in toto coniuncto, sicut in subiecto

¶ SPECVLATIO. III.
Vtrùm intellectus sit potentia passiua.

Argumẽ. 1. Videtur quòd non sit potentia passiua. Nullum immateriale patitur: sed intellectus immaterialis est: ergo non patitur. Patet maior: quia pati est ratione materiæ: sicut agere ratione formæ: at quod intellectus sit immaterialis, est compertissimum, cùm sit incorruptibilis: vt inferiùs probandum erit.

Argũmẽ. 2. ¶ Præterea. Si intellectus esset potẽtia passiua, sequeretur quòd potentiæ vegetatiuæ essent eo præstantiores: consequens verò est falsum: ergo & illud ex quo sequitur. Probatur: quia omne agens nobilius est nõ agente, & patiente, vt docet Aristot. in isto 3. sed potentiæ nutritiuæ agunt, & intellectiua patitur: ergo nobiliores erunt potentiæ vegetatiuæ ipso intellectu, quod apertissimum est in falsitate.

Argumẽ. 3. ¶ Vltimò. Omne quod patitur, corruptibile est: sed intellectus patitur: quia ponitur potentia passiua: ergo est corruptibilis: sed consequens est falsum, cùm sit incorruptibilis: ergo nullo modo patitur intellectus.

In contrar. ¶ In contrarium est philosophus hîc: Intelligere est pati quoddam.

Notand. 1. ¶ Pro solutio oportet in memoriam reuocare id quod dictum est, quando in præcedenti libro de passionibus agebamus, scilicet, quod pati capitur proprijssimè, & est quando aliquid remouetur ab eo quod cõuenit ei secundum naturam suam: si aqua calefiat ab igne, patitur: quia remouetur à frigido quod ei conuenit secundùm naturam suam. Alio modo pati capitur minùs propriè, quando aliquid abijcitur, siue sit conueniens, siue disconueniens: quomodo non solùm qui ægrotat patitur, sed etiam qui sanatur: & qui tristatur, sicut qui gaudet. Tertio modo dicitur aliquis pati communiter, & est, quando id quod erat in potentia ad aliquid, recipit illud, & fit actu, absque hoc quod aliquid abijciatur: & sic quando res perficitur, potest dici pati, pro quanto de potentia exit in actum.

S. Tho. p. p. q. 79. ar. 2.

¶ Præterea notandum (vt suprà de sensu diximus) quòd sicut sensus mouetur à sensibili: sic intelligibile mouet intellectum. Commune enim est cuiuslibet potentiæ, vt moueatur à suo formali obiecto. Cùm ergo potentia sensitiua, quod dammodo habet pati, quia, vt de potentia exeat in actũ. Et obiectum intelligibile erit mouens non motum: sed intellectus erit mouens motum. Motum: quia ab obiecto intelligibili mouetur. Mouẽs: quia mouet se ad intellectionem, & mouet voluntatem ad volendũ ostensum per intellectum. Notand. 2.

¶ Prima cõclusio. Intellectus diuinus quidem nihil aliud est, quã ipsa diuina essentia, nullo modo est potentia passibilis. Patet. Illud dicitur potentia passibilis, quòd cùm sit in potentia ad aliquid cognoscendum, reducitur in actu cognoscens: sed Deus quã fuit potentia cognoscens, sed semper actu: non solùm cognoscens præterita, præsentia, & futura, sed omnia ab eo possibilia fieri: quæ tamen non fient. In hac conclu. non est opus immorari: quia est theologicæ facultatis, licèt in lumine naturali probari possit: quapropter non alienum à nostra hac physica specu. sed de hoc alibi. Cõclusio. 1. S. Thomas. p. q. 14. a. 5.

¶ Secunda conclu. Angelicus intellectus qui non est idem quod sua essentia, respectu illorum quę naturaliter cognoscere potest, non dicitur passibilis. Patet. Solũ dicitur intellectus passibilis, quatenus potentia, & potest reduci in actum: sed angelicus intellectus respectu illorum quæ naturaliter cognoscere potest, in actu est tantum, & non in potentia licèt non sit actus purus: quia nõ est in actu respectu omniũ. Conclusio. 2. S. Thomas. p. p. q. 58. art. 1.

¶ Tertia conclusio. Intellectus humanus, vt infimum locum tenens in ordine intelligibilium, est simpliciter potentia passibilis: & sic dicitur ab Aristot. hic, esse tanquã tabulam rasam, in qua nihil est depictũ. Probatur. Illa dicitur potentia passibilis, quæ est in potentia ad hoc quòd exeat in actũ, Cõclusio. 3. S. Th. p. p. q. 79. art. 2. Ratio.

& fit aliquando in actu: sed noster intellectus est huiusmodi: quia eò quod intellectus est, in potentia est, vt intelligat: & non est in actu, nisi exeat post ipsam potentiam ad actum: sequitur ergo quod est potentia passiua.

Posteri. rõ. ¶ Secundo. Si intellectus non esset potentia passiua in sensu supra dicto tertio modo, esset quia semper est in actu, & nunquã perficitur, neque patitur: sed non semper est in actu. Patet: quia non vt Deus, neque vt angeli, quia adhuc circa naturalia in potentia creatus est vt tabula, in qua nihil depictum est: est tamen in potentia vt depingatur. Ergo sequitur quòd intellectus noster est potentia passiua.

Cõclusio. 4. ¶ Quarta conclusio. Et si noster intellectus comparatus ad obiectum intelligibile, & speciem intelligibilem quam recipit, dicatur potẽtia passiua, in ordine ad intellectionem, et actum intelligendi potentia actiua est. Probatur quoad primam partem: quia intellectus verè mouetur ab obiecto, & verè in se recipit species intelligibiles, vt inferiùs declarabitur: qua propter cum d̃ potẽtia exeat in actũ, & nõ effectiuè se habeat ad ista, oportet dicat potẽtia passiua. Ratio. p. p.

¶ Secunda pars patet: quia intelligere vere est actus potentiæ intellectiuæ: ergo ab ea effectiuè: ergo respectu eius potentia actiua dicitur. Ratio. p. p.

¶ Præterea. Intellectio ab aliquo agente est, & non ab obiecto: quia obiectum non intelligit, neque causat intellectionem: neque ab specie: & non restat aliud, nisi potẽtia: ergo efficit, & agit. Nolo hic negare cõcursum obiecti, & speciei simul cum intellectu ad notitiam producendam, sed solũ intendo probare, quod intellectus causet intellectionem, & quòd obiectum solùm: neque species simul causant. Et in isto sensu intellectus posset vocari potentia actiua, & non passiua. Ratio. 2. Obiectum, & species solùm non causant intellectionẽ.

✱ ¶ ✱ Ex quarta cõclusione sequitur Aureolu non rectè loquutũ, vt citatur à Capreolo in. 1. sentent. dist. 2. quæst. 3. arti. 2. quãdo ait intellectum passibilem, in genere entiũ esse ens in pura potentia: sicut est in genere intelligibilium: siquidẽ licèt pura potẽtia dicet in genere intelligibiliũ quia nullã habet speciem congenitam, tamen est potentia animæ, & qualitas secunda speciei & actuat specie intelligibili, ipse producit intellectionem: & non solum intellectus agens, vt docet Aureolus producit vt causa partialis cum specie intelligibili, vel ipse solus producit, vt ait Sãct. Thom. per hoc quod informatus specie intelligibili, fit ipsum intelligibilem quodam modo: & exit in actu, & non est repugnantia, quod ipse idem intellectus vt nudus, sit receptiuus & pura potentia: & actuatus specie, sit efficiens causa: & sic efficiens, & materia, non coincidunt secundum eandem rationem. & quod per actum intellectus producitur: à Theologis dicitur verbum & apud dialecticos dicitur intentio, & apud philosophum dicitur ratio, vel diffinitio vel similitudo aut imago rei intellectæ & in via thomistarum dicitur species: etiam sic vt sit consequens ad speciem impressam intellectui possibili. Sed an illa species vel imago seu verbum sit realiter quid distinctum ab actu intelligendi non satis constat apud thomistas: nam aliqui dicunt quod sufficit distinctio rationis: sed Capreolus in prima. d. 27. putat esse realẽ distinctionem, & quod dicit. S. Th. de potẽtia quæstio. 8. articu. 1. sed de hoc alibi.

¶ Quia intellectio ad quam concurrit intellectus effectiuè, est actio immanens, & recipitur in ipso intellectu, simpliciter dicitur intellectus potentia passiua, & non dicitur actiua. Hoc patet ex Aristotel. qui ponit intellegere quoddam pati. Cùm ergo intelligere sit actionem intelligendi producere, sequitur quòd intellectus, potentia passiua dicenda est. Conclu. 5.

¶ Conclusio sexta. Cùm obiectum concurrat ad notitiam, non solùm terminatiuè, sed effectiuè, & etiam concurrat species cum intellectu, vt vnum agens, principaliùs tamen intellectus dicitur effectiuè concurrere. Istam conclusionẽ posui propter diuersum modum opinandi doctorũ de cõcursu ad intellectionem: nam Henricus de Gandauo dicit, quòd obiectum non cõcurrit actiuè, sed terminatiuè: quia in obiectum terminatur notitia. Durandus relinquit sub dubio. Caieta. dicit quod concurrit, sed principaliùs ipsa potentia, quàm obiectum. Doctor sub. dicit quod obiectum non concurrit effectiuè, sed partialiter: ita vt obiectum, & potentia sint vt duæ partiales causæ. D. Thom. dicit quòd concurrit obiectum, & potentia, vt vnum agens: quia per vnam formam, id est, vnam speciem producunt notitiam. Conclu. 6. Arist. 9. meta. tex. 9. & in hoc. 3. de anima. Henrr. quo. 4. quæst. 7. Durã. in. 2. d. 3. q. 6. Caiet. p. p. q. 79. ar. 2. Sco. in. 1. d. 3. q. 7. S. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

p. Ratio. ¶ Conclusio ergo est, quòd principaliter concurrit potentia. Patet. Omnis operatio emanans ab aliqua potentia immediatè, principaliter, & primò debet ei tribui: sed intellectio est actus potentiæ intellectiuę, ab ea manās: ergo principaliter debet ei tribui, etiam si concurrat obiectum, & species, & alia.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Quando aliqua plura concurrunt ad aliquem effectum, id dicitur principalius concurrere, quo solo concurrente posset fieri actio, & alijs concurrētibus, ipso non cōcurrente, nō sequeretur actio: sed intellectus est huiusmodi: quia posito obiecto, & potentia specie, si non sit potentia intellectiua, etiam si non sit species, poterit esse actio. Patet apud negātes species: & quia in patria erit cognitio Dei, & visio sine specie tamen ipsius Dei, ipso Deo se vniente potentiæ intimè. Et si non sit obiectum, posset esse intellectio, vt posset intelligere hoc nullū obiectū intelligere: & sic sine obiecto posset esse: licet hoc quod est nil intelligere, posset intelligi vt obiectū. Saltem videtur quòd principalius sit ipsa potentia: nam si obiectum, & species propter potentiam, principalius ipsa potentia. Propter vnumquodq; tale, & illud magis: si ad notitiam, vel propter notitiā, obiectum, & species, vt potētia informetur, & moueatur ad causandam notitiam, magis ipsa potētia causat. Sed quō intellectio fiat per contactum rei cognitę, & non per extra missionem, sed per hoc quòd res cognita dicitur esse in cognoscēte, latè disputat Ægidius quolibet. 6. quæs. 15. vide ibi.

Aristot. p. Poste. t. 5.

Ad argum. ¶ Ad primum patet solutio ex suprà dictis. Pati enim intellectus intelligendo est perfectio eius: ob id etiamsi immaterialis sit, pati potest.

Ad secundū ¶ Ad secundum dicendum ita esse, si actio & passio ad idem referatur: sed tamen aliquid pati poterit esse nobilius aliquo agere: sicut in præsentiarum intellectus est passiuus respectu totius entis vniuersaliter: & vegetatiua est actiuum respectu cuiusdam entis particularis coniuncti: & sic non sequitur, quòd hoc agens sit nobilius illo patiente, maximè quia in illo pati est perfectio.

Ad tertium. ¶ Solutio ad tertium patet, supposito q̄ passio hæc sit ad perficiendum.

* ¶ * Nota intellectum diuersimodè nominari: nam dicitur intellectus materialis, dicitur & intellectus in habitu: Tertio dicitur intellectus in actu: Quarto dicitur intellectus adeptus: dicitur naturalis pro vt nullum habet habitum neque speciem, sed in pura potētia est: vt materia ante formam, dicitur esse in habitu, quia ratione actus est ad actum primum per habitum scientiæ vel per speciem intelligibilē: dicimus per habitum scientiæ, vel speciem quia per vtrunque actu primo constituitur, sicut materia per formam, & potest exire in actum secundum: & tunc dicitur intellectus in actu quando actu intelligit, vel considerat. Intellectus adeptus tunc est, quando omnē sibi possibilem perfectionē acquisiuit, quē dari in via potest. Thom. satis perfectè de quo vide Alber. in isto. 3. tra. 3. c. 11.

¶ SECVNDA CONCLVSIO IIII. Vtrùm sit ponendus intellectus agens.

1. Argumē. VIdetur quòd nō: quia sicut se habet sensibilia ad sensum, se habet intelligibilia ad intellectū: sed ad sensibilia, vt sentiātur, solū ponitur sensus patiēs, & non agēs: ergo etiam ad intelligibilia intelligēda sufficit intellectus potentia passiua, & nō est necessariū ponere intellectum agentem.

Argumē. 2. ¶ Item. Si intellectus agens daretur: vel esset aliquid in anima, vel aliquid extra animam: at nullum istorum est: ergo non est dabilis. Nō est aliquid extra animam: quia non videretur esse in nobis. Neque est in anima: quia anima nostra semper esset actu intelligens, quòd est falsum. Patet per Aristotel. qui hic dicit, quòd intellectus agens non aliquando intelligit, & aliquando non intelligit: ergo semper intelligit: & sic vel non est in anima nostra, vel anima semper intelligit.

Argumē. 3. ¶ Vltimò. Nihil respectu eiusdem est in potentia, & in actu simul: sed dato intellectu agente, intellectus est in actu, & in potentia: ergo non est ponendus. Maior est nota. Probatur minor. Intellectus possibilis est in potentia omnia fieri: vt dicit Aristo. ergo est in potētia: & idem est in actu quia intellectus agens est substantia actu ens: ergo simul in actu est, & potentia.

Arist. hic. ¶ In contrariū est Arist. hic. Sicut in omni natura,

In cōtrariū.

natura, ita & in anima est aliquid quo est omnia fieri, & aliquid quo est omnia facere. Et dicit vlterius: necesse est in anima has duas esse differētias, scilicet, intellectū possibilem & agentem.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandū, q̄ sicut illa quæ sentiūtur actu per hoc sentiūtur, quia sensibile in potentia, fit actu sensibile, quādo sensus habet suā operationē circa tale sensibile: etiā in intellectu contingit: vt intelligere dicatur, quādo intelligibilia quę sunt in potētia vt intelligibilia fiūt actu intelligibilia. Res nō fit actu intelligibilis, nisi fit denudata à materia: quia tunc intellectus est potentia immaterialis, quia ab eo intelligūtur sunt immaterialia. Sed materialia in tenuata, & quasi immaterialitē denudantur, & ab omnibus illud quod erat in potentia vt intelligatur, fit actu intelligibile. Itaq; in speculatiōe est, quando aliquis intellect⁹, aut aliqua potētia intellectiua, quę intelligibilia in potētia faciat intelligibilia in actu, vt intelligātur, non ad hoc sufficiat ipse intellect⁹ potētia passiua, cui⁹ est recipere in se intelligibilia.

Plato nō potuit. ¶ Plato (quia posuit idēas formas rerū naturaliū separatas, & immateriales, quę erāt ipse intelligibiles actu, eo q̄ immateriales) non ponebat intellectū agētem: quia intellectus agēs solū est deseruiens ad hoc q̄ illa quę sunt in potentia intelligibilia (sicut sunt materialia) fiant actu intelligibilia denudādo: & quia ipsa ponebātur à Platone sine materia illorum erat scientia: & erāt obiecta proportionata intellectui: vt ipsæ formæ possent mouere intellectū: & ipse intellectus posset immediatè in se recipere. Et ideò sq; dubio consequenter loquutus est. Tamen omnia Aristo. & omnis schola philosophorum tales negat formas separatas materia, meritò est dubium, vtrùm sit necessariū ponere intellectum agētem, ad hoc q̄ intellectus possibilis intelligat.

Notand. 2. ¶ Etiā est notandū, q̄ ad modū, quo lumen in corporali visione requiritur ad videndū, intellectū agentem ponunt debere poni. Et lumen potest pluripliciter: vno modo ad hoc q̄ colores qui sunt obiectū potentiæ visiuæ, & sunt in potētia visibiles per lumen fiant actu visibiles: alio modo lumē potest esse non ex parte coloris sed ex parte medij, vt medium sit illuminatū: vt possit causari visio, sit prima conclusio.

Cōclusio. 1 ¶ Prima cocl. Necessariū est ponere intellectū agētē, vltra possibilē. Hęc est Aristo. in isto. 3. Ratio est. Ois potētia dicitur esse requisita propter actū, quia actus nō pōt esse sine ea, sed intelligibilia non possunt actu intelligi, sine intellectu agēte: ergo intellectus agens necessariò est ponendus. Probatur minor: nā si posset intelligi sine agēte maximè ab intellectu possibili: sed nō potest ab eo: ergo necessariò est agēs intellectus. Patet. Nullū obiectū potest à potentia percipi, nisi ei sit proportionatū, & ex potētia tale, fiat actu tale: sed nullum materiale intelligibile in potētia pōt mouere ipsum intellectū possibilē: quia materiale nō pōt in immateriale agere, neq; ei proportionatur: ergo necessaria est potentia: quæ faciat tale obiectū proportionātū, vt possit mouere ipsum intellectū: quod facit intellectus agens: quapropter est ponēdus iste intellectus. Nā denudat ēm materialem conditionē ipsorum materialium fiant proportionata; & mouere possint ipsum possibilem intellectum. * Et ex dictis Aristo. probatur: etiā si Caie. in isto. 3. tex. 18. neget ex dictis eius probari posse.

Ratio. 1.

S. Thom. 1. cō. gē. c. 76. & 77. Cōmē. 3. de anima. com. 18. quo ad rationem.

Ratio. 2. ¶ Secūdo. Sic se habet intellectus agens in ordine ad intellectū possibilem, & intelligibilia, sicut lumen ad potētiam visiuam, & colores: sed absq; lumine colores nō fierēt visibiles actu: ergo neq; absq; intellectu agēte intelligibilia actu, intelligerētur ab intellectu possibili. Maior huiⁿ discursus est Arist. & Cōmēt. in. 2. huius. Minor cōstat.

Cōtra Durād. ia. 1. d. 3. q. 5. ¶ Ex quo patet Duran. malè dixisse, negādo intellectū agentem, putans frustrà esse: cò q̄ phantasmata possent per se producere speciē in intellectu possibili. Decipitur, quia ipsa per se nō possunt, licèt illuminata simul cū intellectu agente possint: vt infrà declarabimus: sed seorsum nō possunt.

2. Cōclusi. supra determinat cap. 6. ¶ Secūda cōclu. Intellectus agēs agit intelectū passibilē actu intelligere, vel illuminādo phātasmata: vt actu possint mouere eum, vel extrahēdo species intelligibiles à phātasmatib⁹, denudādo ab omni cōditiōe materiali. In hac cōclusiōe declaratur officiū agētis intellect⁹, de quo est sermo: & in ea tota vis posita est. Et ad probādū oportet præsupponere dictū hoc cōe. Necesse est intelligentem phātasmata speculari.

Aristo. 3. de ani. t. c. 39. Quid phantasma. ¶ Phātasmata sunt species illæ non sensatæ, quæ sunt in æstimatiua, seu cogitatiua, aut in memoria sensitiua reseruatæ, & à modum quo æstimatiua, seu cogitatiua

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad suam operationem indiget speciebus à sensibus exterioribus receptis in sensu cõmuni, & reseruatis in imaginatiua: vt ex ipsis abstrahat nõ sensatas: vt suprà dictũ est: sic etiam ipse intellectus indiget huiusmodi speciebus nõ sensatis, vt etiã abstrahat, & denudet: vt possint actu intelligi illa, quæ cum actu per sensum perciperentur, erant in potentia vt intelligerentur. Ergo intellectus agẽs speculatur ista phãtasmata, quando ad ea se conuertit: & fit dupliciter: vno modo, ipsa phantasmata lumine perfundendo, ac si essent aliqua quæ essent in tenebris, quæ non mouent potentiam ob defectum luminis. Et in ista illuminatione phãtasmatum, quæ fit per intellectum agentem, videntur phantasmata: & in tali illuminatione conditiones materiales illorum phantasmãtũ hic, & nunc, vt sit erat ibi amicitiæ, aut odij in ouile ad pastorem, & lupum cum conditione hic, & nunc: si q̃ in tali tẽpore visus pastor, vel lupus, & in tali loco. &c. per illuminationẽ apparent istę cõditiones aliud ab ipsa essentia odij, & amicitiæ. Et iã facta ista illuminatione, intellectus possibilis intelligit: quia illa phantasmata illuminata, sunt ei iã proportionata, & actu intelligibilia & actu intelligũtur: & recipit in se rei similitudinẽ, seu speciem: ita vt in isto modo operãdi intellectus agẽtis, solùm consideremus illuminare ipsa phantasmata, in cuius illuminatiõe statim appareat quod est de essentia rei, & quod est accidẽs eius: vt illuminatis coloribꝰ, statim sensus moueatur, & videat actu eos.

Ægidꝰ quo lib. 3. q. 13.

Ægidꝰ quo lib. 1. q. 11. & 3. q. 11. & quolib. 5. q. 21.

¶ Secundo modo intelligitur intellectus agẽs operari in cõuersione ad phantasmata, per hoc q̃ extrahit ipse intellectus oẽs materiales conditiones, & singulares, denudãdo: vt maneat res sola secũdùm essentiam, & quidditatem. Et illud quod abstrahitur est species intelligibilis: quæ est idolum, vel similitudo rei intellectæ, quam præsentat intellectui possibili, qui tãquã in speculo videndo rem denudatam, eam intelligit, & habet eius notitiam: sicut si lumen non solùm faceret hoc quod colores illuminaret, sed species coloris per medium illuminatum, deferret vsque ad potentiam visiuam.

Secundus modus intelligẽdi.

¶ Et cùm vtroq; modo possit contingere conuersio ad phantasmata, iste secundus est magis probandus: primus enim solus, non caret difficultate: quia phantasmata ipsa quamuis illuminata non possunt diffundere speciem, quæ peruenia ad intellectum possibilem: qua recepta intelligat: quoniam non possunt ipsa phantasmata mouere, neque de se speciem mittere, nisi cum conditionibus materialibus, quas in se habent: sicque neque in intellectu reciperentur, neque mouerent ad essentiam rei intelligendam, de cuius notatione tales conditiones non sunt. Colores illuminati possunt diffundere, & de facto diffundunt species, & mouere visiuam potentiam, q̃ & informant: & ob id non est necessarius sensus agens: quia proportio est obiecti ad potentiam: tamen phantasmata non sic, licèt videatur aliquibus, vt Themistio, 3. de anima. cap. 24. quòd phantasmata illuminata possunt mouere, & producere speciem: sic S. Tho. etiam sentit de veritate. q. 6. ar. 1. & Arist. Tamen secundus modus conuersionis ipsius intellectus agentis ad phantasmata ea speculando, & denudãdo, vt imago, & species rei extracta, possit repræsentari, & dari intellectui passibili, vt actu intelligat, est clara, & aperta, & ostendit necessitatem ponẽdi ipsum intellectũ agentem: maximè præsupposita illuminatione, & irradiatione eiusdem intellectũ agentis. Probatur ergo conclusio ex istis apertè. Intellectus agens nullam potest aliam circa phantasmata habere operationẽ, nisi aut illuminare ipsa: vt faciat lumẽ, vel extrahendo species intelligibiles, denudando ab ipsis phantasmatibus, ad hic, & nunc: vt reddat illa immaterialia: ergo sequitur quòd istis duobus modis agit.

Then. lib. 3. de anima. cap. 24.

S. Thom. Ægidꝰ quo lib. 6. q. 24.

Ratio ad cõclusio.

¶ * Ex his excluditur opi. Ioã. de Bachõ. in. 2. distin. 6. q. 1. sequutus Henricum de Gandauo: qui speciem intelligibilem negat, sed impressam: sed phãtasma luminatum, vocat speciem expressam, quia intelligibile in potentia, fit actu per talem illuminationem: sed tamen decepti sunt, quia oportet ponere speciem intelligibilem: vt intellectꝰ possibilis actuetur actu primo, vt concurrat, ad actu. Secundum intelligendo: quia phantasma adhuc illuminatum, in intellectu recipi non potest: quia ad huc materiale est: necessaria est species. Ita vt in productione speciei, intellectus agens sit principale, & phantasma illuminatum instrumentale: vt docet Sanct. Thom. quolibet. 1. quæstio. 2. art. 2. quanuis

alij dicant phantasma esse agens proximum totalt, sed tamen primum tenendum, & le species etiam plures specie differentes eodem intellectu, in quantum res sunt, & in quantum species res sunt, & qualitates inueniuntur: sed tamen non in quantum species sunt, & in quantum intellectus est: quia impossibile est idẽ subiectum perfici simul diuersis formis eiusdẽ generis secũdùm eum perfectũ. S. Tho. de veri. q. 8. ar. 14. in actu incompleto, & in habitu non requiritur, & in hoc sensu optimè Scotus. & S. Tho. putat quod plures species non sunt complete, nisi quãdo actu intelligit intellectus: & simul non concurrunt plures cõplete ut res sint diuersa.

Nota.

¶ Et considerabis quod dicitur de illumẽ agente, quòd species intelligibiles formet denudando à phantasmatibus: est sensus, quòd ipsas species intelligibiles format, absque aliqua conditione indiuiduãte, & tunc dicitur denudare. Aliquando dicitur denudare ipsa phantasmata, quando in extrahenda specie intelligibili, considerat phãtasmata sine illis conditionibus materialibus. Sensus itaque idem est, licèt verba sint diuersa. * Per denudare enim non intelligas subtractionẽ aliquã, sed solũ vnius repræsentationem ad alio: vt medium te luminevideo albedinẽ in lactè, sine dulcedine.

3. Cõclusi.

¶ Tertia conclu. Tanta est virtus intellectꝰ agentis, vt phantasmata speculando, non solùm species ipsorũ abstrahat intelligibiles: sed etiam aliorũ, quorũ nunquam fuit phãtasma. In hac cõclusione volo dicere, quòd intellectus agens ex ipsis datis phãtasmatibus species intelligibiles abstrahit, etiam aliorum. Patet: quia intellectus noster [illegible] abstrahit substãtias separatas, quarũ nullum præcessit phãtasma: & cognoscit Deum, cui nulla fuit vnquàm operatio præcedens positiua: hoc autem nõ potest, nisi virtute intellectꝰ agẽtis. Quod fit isto modo. Conuersio [illegible] ad phãtasmata nonnulla: vt [illegible] hominis phãtasma, quod sit de quiddit[illegible] eius in quo sunt talia, & talia accidẽtia indiuiduantia: ex quo phãtasmate assurgat in abstractione speciei intelligibilis, quæ repræsentet vnam substãtiam immaterialem, incorruptibilem, quæ non [illegible] forma corporis, quæ habeat esse inuariabile. &c. Et ista species posita in intellectu possibili, repræsentet angelos, & intellectus mediante ea cognoscat.

Ra[illegible]

9. [illegible]

¶ Deũ etiam cognoscit ex phãtasmatibus & per viã remotionis & per viã affirmationis: nã cognito creaturę phãtasmate quocũq; [illegible] intellectus agens q̃ Deus nõ est homo, nõ angelus, nõ tãdẽ aliqua alia creatura: vt nulla eius detur similitudo repræsentans [illegible] extrahit à phãtasmatibꝰ hãc intelligibilẽ speciẽ, q̃ nõ sit Deus aliquid ex creaturis. Dixi, intelligibilẽ speciẽ (vt sic loquamur grossa minerua, quia q̃ ista via procedendo, dicit speciem intelligibilẽ creaturæ, in qua intelligit Deum non esse talem creaturam, videtur [illegible] istis quodãmodo elicere speciem intelligibilẽ Dei, quæ repræsentat Deũ non esse hanc neq; illam, neq; omnem simul creaturam: quia cognita imperfectione creaturę, remouet à Deo omnem talem.

¶ Per viã affirmationis ex phãtasmatibus cognito cuius creaturę essentia, & perfectione, ex phãtasmate eiusdẽ elicit q̃ Deus sit quid eminẽtius, & perfectius quàm illa creatura, & pgreditur affirmãdo de Deo oẽm cognitã pfectionẽ, vt sit ipse omniũ perfectionũ pfectio vnica, & cõsummata. Intellectus ergo agẽs hoc operatur, vt nõ solùm essentias rerum cognoscat, cõtẽplãdo eorũ phantasmata, sed etiã aliorũ intelligibilium, quorum nullum præcessit phãtasma. Et quãuis talia, quia immaterialia, sint intelligibilia actu in se, & ideo maximè cognoscibilia, nõ tamẽ intelligũtur, q̃ istos [illegible] u: quia potẽtia intellectiua etiã si non sit materialis, est corpori immersa: & (q̃ istos statu) nihil cognoscit, nisi priùs fuerit in sensu: quia non intelligit, nisi intellectu agente conuerso ad phãtasmata, & phãtasmata nõ sunt, nisi per sensum recipiantur species in sensu cõmuni, & in imaginatiua reseruẽtur. Et licèt intelligat illa, quorum nunquã sensibilis species, neq; phantasma p̃cessit, manet verũ nihil fuisse in intellectu, quin priꝰ in sensu, in se, vel in alio: & intelligens phantasmata speculatur, vel propriũ: vt est in illis in quibus datur proprium phãtasma, vel alienũ: vt est quando cognitio est illorũ, quorum nũquàm fuit phãtasma. Hęc obiter sint dicta: aliàs latiꝰ.

S. Tho. vbi suprà.

Aristo. hic. tex. cõ. 39.

¶ * Sed aduertendum quod licèt intellectus non pro isto statu possit substantias & quidditates immateriales intelligere: [illegible] sensum explicatum in. 3. conclusione: sed tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen nõpotest cognoscere eas quidditatiuè, iuxta doctrinam S.Thom. Nam cum quidditatem cognoscere sit per aliquẽ cõceptum siue à priori, siue à posteriori attingere rei quidditatem, per effectũ causa probatur, & cognoscitur: & substantiæ spirituales, potest esse cognitio ex effectibus materialibus cognitis: sed tamen quiẽditatiuè cognoscere, addit vt id sit per essentiam rei cognitẽ, vel per speciem sufficienter repræsentatiuam, & differentiam propriã, attingere rei quidditatẽ: vel per effectum adequãte virtutem causæ, vt aliqui addũt: & cum pro isto statu omnia cognoscamus, abstrahẽdo species à phãtasmatibus: & nulla sit species substãtiæ abstractę: quia nullũ fuit phãtasma, quidditatiuè non poterit cognosci: & si rectè perpendamus, nulla erit differẽtia in re, inter Sanct. Thom. & Scotum: de quo vide S. Tho. 2. Methaphy. &. 1. par. q. 12. ar. 12. & Anto. Andręã. 2. Meta. q. 3. qui mentẽ Scoti declarat, qui si distingueret inter quidditatẽ cognoscere, & quidditatiuè cognoscere: optimè procederet.

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusio. Quanuis detur intellectus agens separatus vnus, qui est Deus benedictus, à cuius illuminatione omnis cognitio nostra pendet, dari etiam debet intellectus agens, vt aliquid animæ cuiuslibet intelligentis. Ista cõclusio habet duas partes. Prima, quòd sit dabilis intellectus agens separatus vnus, qui Deus est. Patet: nam cum quælibet creatura rationalis intellectiua dicatur participatiuè: quia non est intellectiua secũdum suam essentiam, cùm non omnia intelligat: verùm quia in illis quæ intelligit de potentia procedit ad actum, vt constat, necessarium est habeat hoc intelligere participatum ab aliquo quod sit tale per essentiam: & cũ hoc nõ sit nisi vnum, & primũ, sequitur quod talis intellectus agens vnus separatus debet dari. Nam omne quod est tale per participationem, est ab eo quod est tale per suã essentiam: vt si aliquid sit participatiuè calidum, debet reduci ad aliquid quod sit tale per suam essentiam, id est, ad ignem causantem calorem: quia quod est participatiuè tale, in potentia fuit ad id tale, & oportuit reduceretur in actum ab eo quod tale esset, & actu: ob quod Plato intellectum separatum imprimentem in animas nostras cognitionem soli comparauit. Atque de lumine participato ab isto intellectu agente separato, qui illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum, ait Propheta: Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine: & in lumine isto lumen videtur, & cognoscuntur, quę aliàs nõn cognoscerentur.

Ratio.p.p.

S.Tho.p.p. q. 3.a.1.& q.79.art.3. S.Tho.p.p. q.44.ar.1. Arist.2.metaphy.

Ioan. 1.

Psalm.4.

¶ Altera pars, quòd dari debeat intellectus agens in nobis, vt aliquid animæ, probatur, supposito vno cognito in naturalibus, quòd licet causa vna, vel plures vniuersales concurrant ad aliquem effectum, non secluditur particularis quę virtute superioris agit. Sicut in lumine naturali philosophus loquitur: Sol & homo generant hominẽ. Sed cùm sit causa vniuersalis, nõ secludit aliam effectum producendum particularem, causam particularem.

Ratio. 2. p. S.Tho.p.p. q.79.art.4.

Aristote. 2. phy.t.26.

¶ Ratio ergo conclusionis est hæc. Quandocũq; aliquis effectus emanat ab aliqua causa, vt proprius eius, necessariũ est, one re principiũ in ea effectiuũ eius: sed intelligere abstrahendo species à phantasmatibus conuenit cuilibet habẽti intellectum, & est proprius effectus cuiuslibet: ergo oportet in eo ponere principium effectiuũ vt aliquid eius: sed hoc est intellectus agẽs: ergo poni debet, vt aliquid ipsius intelligentis.

Ratio in forma.

¶ Secundò. Posito concursu causæ vniuersalis in emanatione alicuius effectus à causa particulari, ponitur & principium effectiuũ in agente particulari: sed extrahere species à phantasmatibus ad intelligendũ (etiam posito concursu primi intellectus) est effectus intellectus agentis: ergo poni debet tanquam aliquid animæ.

Alia ratio.

¶ Quinta conclu. Iste intellectus agens ponitur, vt aliquid animæ quod nullo modo vnus posit esse in omnibus. Hæc probatur ex Aristo. qui dicit, q̃ intellectus agẽs est sicut lumen: sed nõ est idem lumen in diuersis luminosis: ergo non est idem intellectus agens in diuersis hominibus.

5. Cõclusio

Aristot.

Ratio. 1.

¶ Ratio est. Non est idem intellectus possibilis in omnibus: vt somniauit Auerrois: nõ etiam (secluſa fide) lumine naturali repugnat (quicquid dicant alij) & falso tribuitur Aristo. vt bene probat Ægidius quodli. 2. q. 20. ergo neq; est dãdus vnus intellectus agens in omnibus, quia vtrobiq; eadem ratio est. Patet. Non dãtur idem intellectus possibilis: quia sic aliquis intelligeret, & nõ intelligeret. Patet si vnus dormiat, & alter vigilando intelligat, intellectus agens habet conuerti ad phantasmata, habet abstrahere: vnus ergo abstrahet, alius non miet: sequitur quod idem intellectus simul & semel abstrahit.

Ratio. 2.

¶ Præterea intellectus agens est aliquid animæ, vt prædens conclusio probauit: ergo sequitur quòd non est vnus in omnibus, cùm non sit vna anima in omnibus: non enim potest esse vna eadem numero virtus in diuersis subiectis.

¶ * Aduertẽdũ, quòd Auerroes in suo de aña: & Auicẽna lib. 9. suę Metaphysicæ. c. 4. & si animã rõnalẽ iuuẽiãt formã informantẽ intellectũ agẽtem, extrinsecũ dicebãt: sed primã causam & hic vlt. intelligentiam, quando præsupponunt motorem formarum, dixit: sed tamen vterq; aberrauit sic & vt Cõmentator.

Ad argum.

Ad. 1. Dicimus esse differẽtiã inter sensibilia, & phãtasmata: quia sensibilia, cũ sint quid corporeũ, possunt sine aliqua alia virtute superaddita mouere potentiã sensitiuã, & producere speciem per immiẽtem ad sentiã: & hac rõe nõ est ponendus sensus agẽs, suprà diximus cõtra Ioan. de Iãduno: & cõtrà Alfonsum Toletañ. archiepũm Hispa. 2. de aña. q. 6. Verũ phãtasmata cũ sint corporea, & cũ cõditionibus materialibus nũc & nũc nõ possunt mouere intellectũ possibilẽ, qui est potentia spũalis: quia nulla est ꝓportio phãtasmatũ ad intellectuã potẽtiã: ob id requiritur intellectus agens ad hoc ꝓ vel illuminet phantasmata, vel cõfortet ipsa, & quodammodo eleuet, vel ꝓdenudet oẽm cõditionẽ individuãtem: vt vel ipsa phãtasmata cũ intellectu agẽte producãt species, vel ipsa phãtasmata illuminata, vel solus ipse intellectus agẽs abstrahat, & repræsentet eas intellectui possibili: siquidẽ ipsę species in phãtasia vel phãtasmata vocãtur, quãuis in rerum natura ad intellectũ possibilẽ, possunt tamẽ in virtute intellectus agẽtis, sicut & accidẽs agens virtute formæ substãtialis ad productionẽ formę substãtialis, vt optime Ægidius quodli. 5. q. 21. declarat.

Ioandunus de anima, q. 16.

Ægidius. Ad secũdũ.

¶ Ad. 2. dicẽdũ, posito intellectus agentis aliquid animæ, nõ ex eo sequit ꝓ semp intellect⁹ possibilis actu intelligat: quia nõ semp intellect⁹ agẽs actu abstrahit à phãtasmatibus: quia nõ semp sunt phãtasmata præsentia. Item. Nõ semper est viriũ intellectiuarũ sensitiuarũ dispositio talis ad formandũ phãtasmata. Et dato species ꝓducãtur, nõ est cõuersio intellect⁹ possibilis ad species: quæ oia videntur esse necessaria ad actu intelligere: nã intellect⁹ agẽs nõ cõparat ad possibile: vt obiectũ, sed vt faciẽs obiecta actu, ad q̃ multa sunt requisita.

S.Tho.p.p. q.79.art.4. ad.3.

Ad tertium

¶ Ad. 3. dicimus q̃ idẽ sit actu, & potẽtia, respectu eiusdẽ: nã intellectus agẽs nõ est possibilis, neq; possibilis est agens: quia diuersæ sunt vires, & pot vna esse in actu, & alia in potentia. Intellectus n. agẽs, & possibilis sunt diuersę potẽtię, cũ potẽtię distinguant penes obiecta formalia. Aliud n. est formale in intellectu possibili: q̃ est mouẽs: aliud in intellectu agẽte, cui⁹ est facere obiectũ in actu. Et quia in naturalib⁹ videmus ꝓ potẽtia passiua distinguitur ab actiua: sic intellectus passibilis, & agẽs. Idem quolib. 6. q. 24. ponit quinq; perfectiones intellectus agẽtis. Prima: quia est perfectio intellectus possibilis. Secũda: quia dicit formam ei⁹. Tertia: quia reddit intellectũ possibilẽ idoneum ad recipiendũ alias perfectiones. Quarta: quia dat quãdã actualitatem phãtasmatib⁹. Quinta: facit idoneitatẽ in alijs potẽtijs ad recipiẽdũ perfectiones suas: ex quo patet discrimen inter agentem, & possibilẽ intellectũ. Quãuis August. Nimphus in ꝓprio tractatu de intellectu, tractatu. 4. asserat esse eãdẽ potẽtiã, licẽt officia sint diuersa. Idẽ sentit Buridan. 3. de aña. q. 7. Nos tn putam⁹ esse potẽtias diuersas cũ S. Tho. 1. p. q. 79. ar. 7. in corpore. Non ignoramus tn differẽtiã esse inter intellectũ possibilem, & passibilẽ, vt doctè ait S. Tho. 1. q. 50. ar. 4. vt possibilẽ vocet ꝓpm intellectũ, de quo in præsenti speculatiõe, & passibilẽ vocet particularẽ rationẽ: id est cogitatiuã cũ memoratiua, & imaginatiua, sed nos indifferẽter intellectũ vocamus possibilẽ, & passibilẽ: quia sicut possibilis dicitur vt possit actu esse ꝓ species, & possibilis dicitur in quãtum potest recipere, licẽt sit perfectionis, patitamen est.

Intellectus agẽs, & possi. sunt diuersę potẽtiæ.

Aristo. 3. de anima tex. 17. 18. & 19. & ibi Cõmẽtatores

Buridanus.

Nimphus.

Buridanus.

Non idem intellectus possibilis & passibilis.

¶ * Aduerte dubiũ esse quid priùs fiat ab intellectu agente: an productio speciei in intelligibilis: deinde intelligibile actu, vel ecõtrà: & dubiũ secũdum Ioan. Bachonẽ primo sen. in prol. q. 2. non habet dubiũ: quia speciẽ nõ ponit necessariã, sed solùm per hoc quod intellectus agens illuminat phãtasmata dicũtur esse actu intelligibilia: sed tamẽ species est necessaria, vt late probatũ est. Aliqui ex Thomistis putãt quod species est prior: & post productionem intelligibile in potentia, actu est: sed hæc nõ sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt ad mentem S.Thom.in disputatis. q.15.vbi ait speciē causari per hoc quod actu intelligitur, quòd in potētia erat. Et sic tenendū, speciē posterius produci, neq; est frustra, postquā actu intelligitur intelligibile per illuminationem intellectus agentis: quia est requisitum, obiectū vniatur intellectui, quòd nisi per speciem fieri non potest. Et hoc insinuat S.Tho.3.con. gen.cap.77. Et aduerte quòd Iacobus Viterbiensis in.2.quolib.q.14.dicit quod intellectus possibilis, & agēs est vna & eadē potentia licēt non eodem modo, nā possibilis dicitur vt sehabēs passiuè, respectu intellectionis: agēs verò se habet aliquo modo actiuè: sed non est hoc tenendum, neq; quod licit Alfonsus Toletanus archiepiscopus Hispa. 3. de anima: quia quod intellectus agens est quodā lumen siue quidem habitus connaturalis intellectui possibili, qui distinguitur realiter ab eo: Vide eundem doctorem qui multa dicit, sed tamen standum est dictis in speculatione.

¶SPECVL.V.VTRVM memoria sit potēda potentia distincta ab ipso intellectu, vel an sit idē quod intellectus.

Argumē.1. Videtur q̄ sit potentia distincta ab intellectu: nam eo modo se habet memoria intellectiua ad intellectū ad reseruandas species, sicut se habet memoria sensitiua ad æstimatiuā, seu cogitatiuā: sed memoria sensitiua ponitur potētia distincta à cogitatiua: ergo similiter memoria intellectiua erit aliud ab intellectiua potentia.

2 ¶Præterea. Penes diuersa officia, & actus potētiarum diuersitas est: sed intellectus, & memoria intellectiua sunt diuersi actꝰ: ergo & potentiæ diuersæ erūt. Patet: quia vnius est recipere speciem ad actu, intelligēdum: & alterius est species retinere, modo ista sunt inter se multum diuersa: ergo sunt diuersæ potentiæ.

3 ¶Vltimò. Si non sunt diuersæ potentiæ, ergo sunt vna potentia: ergo non sunt æquales adinuicem intellectus, & memoria: quia nihil sibi ipsi dicitur æquale: sed ad alterum est æqualitas: sed dicuntur æquales, vt patet ex D.Augustino: sequitur ergo quod sunt diuersæ potentiæ.

¶ In contrarium est, quia cum memoria intellectiua sit ad conseruandum species, hoc tribuit Aristote. intellectui in hoc.3. ergo memoria intellectiua, & intellectus idem sunt. In cōtrariū

¶Pro decisione notandū, quòd sicut post actualem sensationem in sensu, quę fit per speciem quæ actu in potentia recipitur, manent species sensibiles, quæ recipiuntur in sensu communi, & reseruantur in imaginatiua, post actualem intellectionē manent species intelligibiles, & reseruantur in memoria intellectiua. Et quidem quòd maneant, est apertum: quia anima separata non posset amplius intelligere, si tales non manerent, cum rursus non possit à phantasmatibus abstrahere. Itaq; nō est dubium, quin species mancant: sed dubium est, vtrum vbi reseruātur, sit alia potentia distincta ab intellectu. Notand. 1.

¶ Secundò consideranduin Auicennam dixisse esse impossibile, quòd in intellectu post actum intelligendi aliquid maneat. nam datō in parte sensitiua, propter hoc quòd sit organum corporei actus, possint remanere species post sensationem, in intellectu, cùm sit potentia immaterialis nō organica, fieri nō potest: quia in eo nihil potest esse nisi intelligibiliter: & sic actu intelligitur id cuius similitudo ibi est. Quapropter dicebat quòd postquàm semel intellectus intellexit aliquam rem, rursus oportebat se conuerteret ad intellectum agentem: quem ponebat ipse Auicenna esse substantiam separatam, & vnam: vt rursus ab illo fluant species intelligibiles in intellectum possibilem. Dicit amplius, quòd ex tali exercitio se conuertend. ad hunc separatum intellectum possibile, requirit quædam habilitas, quā ipse vocabat habitum scienti. Notan.2. Auicenna. Intellectū agentem separatu ponebat Auicenna.

¶ Ecce quomodo Auicen. non ponebat memoriam intellectiuam. sed fallitas opi. ex sequētibus conclusionibus constabit.

¶ Prima conclusio. Si memoria capiatur pro vi cōseruatiua specierum, necessariò ponenda est in parte intellectiua. Probatur ex Aristo. qui in isto.3. dicit, quòd cū intellectus 1. Cōclusi. Aristo. 2.3. huius.

intellectus possibilis fiat singula, vt sciens dicitur quis secundùm actum, & est tunc in potentia quodam modo, nō autem simpliciter, vt antè addiscere, aut inuenire: sed dicitur intellectus fieri singula, dū recipit speciē singulorum: & ex hoc habet quòd possit operari cum velit, licet actu nō operetur: ergo ex mente Arist. reseruātur species post receptionem.

Ratio. ¶Ratio est. Magis immobilis, & stabilis naturę est intellectus quàm materia corporea recipiendo formas: sed materia corporalis retinet formas, non solùm quando per eas actu agit, sed etiam post actum: ergo & intellectus qui est magis stabilis, & immobilis reseruabit species post actualē intellectionem, cum quicquid in alio recipiatur, ad modum recipientis recipiatur. Arist.

2. Cōclusio. ¶ Secunda conclu. Non solùm memoria ponitur prout cōseruatiua specierum est vniuersalium, sed etiam vt cōseruatiua est specierum singulari, & præteriti sub ratione præteriti. Hic volo dicere, q. in memoria intellectiua nō solùm species quæ sunt vniuersalis reseruantur, sed etiā singularis & particularis rei, & præteriti sub ratione præteriti. Probatur quòd memoria sit præteriti, & singularis: de diuite Epulone, qui recordabatur præteriti. s. suorum fratrū, & in singulari. Probatur etiam: quia quæ habet anima recordabitur suorum peccatorum, & in singulari: imò (vt bene probat Abulen. in quadā relectione de statu animarum post mortem in lumine naturali stando) etiam si non esset pœna inferni constituta pro malis, haberent secum pœnam æternam, in memoria suorum actuū in singulari: sicut è contra, bonis esset quædam delectatio, quę se haberet admodum fœlicitatis, continuā recordatione bonorum operum in singulari. Lucæ.16. Abulen.

¶Cōclusio tamen prædictam tenet Scot. & communis opi. contra S. Tho. Atq; cùm aliàs doctrinā eius tāsimus affecti, per q̄ & profecimus, non mirum si in tātillo ab eo deuiemus. Sed non putet quis doctorē Sanctum negare omnem animam separatam singulare intellig. sed ait ipse quod cùm cognoscat singulare, nō cognoscit per speciem singularem: quia vt viso homine Petro, vel Ioanne, ratione phantasmatis producitur species vniuersalis, & illa cum phantasmate, quod singulare est, concurrit ad notitiam Petri in singulari, sic anima separata intelliget singulare, sed nō per speciē singularem, dicit ipse. Et in hoc sensu defendi debet S.Tho. quando dicit, non esse intellectum, neque memoriam singularis. Scot.in.4. d.45.q.3. S.Tho.p.p. q.69.ar.6. Declaratio opi.S.Tho. S.Tho.p.p. q.86.ar.1.

¶Sed est dubium tenendo hanc opin. S. Tho. vtrum per cognitionem singularis in hac via per speciem vniuersalem cum phātasmate singulari aliquid remaneat in memoria intellectiua Caiet. dicit q̄ relinquitur habitus, per quē memor est intellexisse illud singulare, & per eum habet reminiscentiā: & non dicitur memoria: quia non est per cōseruationem speciei in singulari, quoniam ipse negat. Item. Ille habitus est immediate notitia, actus, & non obiecti: & anima separata cognoscet singulare per huiusmodi habitus relictos. Hoc insinuat doct. S. in loco citato, in solutione ad.2. Hæc pro bene affectis (vt par est) ad angelicum doctorem: vt si recessimus tantillum in verbis, exigua, & penè nulla sit in re digressio. Dubium Caieta.p.p. q.79.art.6.

¶Tertia conclusio. Memoria intellectiua, quæ specierum reseruatiua dicitur, nō est in re, potentia distincta ab ipso intellectu possibili. Probat. Diuersitas potētiarū ex obiectorū diuersitate sumenda est: & vbi est diuersitas solū in aliqua ratiōe particulari cōtenta subvniuersali ratione obiecti nō diuersificatur potētia sicut non est alia potētia visiua coloris, & visiua nigri, & albi: sed species intelligibiles actu recipere, qd̄ est intellectꝰ possibilis, & eas retinere, non sunt diuersæ rationes obiectorū: imò est idem obiectum: ergo non est diuersitas in potētijs: quia hoc particulare quod est ad diem, vel annum ipsam speciem retinere (vt sic loquar) non est quare dicat aliam potentiam realiter distinctā ab illa quæ recipit tales species. 3. Cōclusio. 1. Ratio. Vide Aegi. quolibet.4. q.20.

¶ Secundò. Si essent potentiæ distinctæ realiter, maximè esset, quia aliud est recipere, & aliud retinere: sicut in sensu: ob id diuersitas in potentijs est: sed non ob hoc: quia licet illud sit verum in sensu, eò q̄ est corporei organi actus, & est humidū, vel siccum: quod facit ad retinendum, & recipiendum: in intellectu, qui potentia separata est, non habet locum, vbi non est humidum ad recipiendum, & sicum ad retinendum: ob id q̄; vna potentia realiter est. 2. Ratio.

¶Dixi, non differre re: quia ratione distinguuntur: nā si actio, & passio vna res sunt, actio non est passio. Sic intellectus passibilis, & Aristote.3. phy.tex.19

Universidad de Deusto Biblioteca

bilis,& memoria intellectiua sunt vna res, sed ratione differũt,pro quanto dicitur intellectus posibilis,prout in potẽtia est, ad actu,intelligendũ,& actu intelligit specie informatus:& dicitur memoria,inquãtum retinet speciem post actualem intellectionem remanentem.

Ratio.3. ¶Præterea. Maior est differẽtia operationum in,intellectu intelligere:quoad quieti similatur,& ratiocinari,quod motu:quã sit inter speciem recipere & conseruare eam:quia vtrunq; ad quietem : sed primũ non facit differentiam potentiarum: quia idem est intellectus,& ratio : ergo neque secundum : & sic eadem potentia erit intellectus,& memoria intellectiua. Probatur minor:quia ad eandem potentiã reducitur mouere,& quiescere. In naturalibus enim per eandem virtutem mouetur quis ad locum,& quiescit in loco: ergo à simili per eandem potentiam recipiet speciem intelligibilem,& retinebit eam.

S.Tho.p.p. q.79.ar.2.

✱ ¶✱Pro studiosis in doctrina Sancti Thomi.in surgit dubiũ circa.3.quæst.quia docto.S. in primo sen.d.3.q.3.arti.2. affirmat,esse potẽtias distinctas,intellectum & memoriam,nõdum soluit Capreol. Dicendo, q̃ S.Tho.in sententijs non propriã,sed aliorum sequutus est opinionem : sed in.p.p. q.79.ar.7.ex propria sentẽtia dixit quod in.3.cõclu.positũ est.Si tamen quis exacte cõsideret verba S.Thom.vtrobiq; inueniet solutionem.s.non sibi esse contrarium:quia in primo dixit potentias distinguí:& non dixit realiter:& ad distinctionẽ sufficit fit rationis,quã dicit esse in.1.p.& hoc probari potest:quia eandem authoritatem philoso.quã adducit in.1.p.ad probandum non distinguí realiter intellectũ, & memoriam,adducit in primo sen.in loco citato.

4.Cõclusio ¶Quarta conclusio. Posita memoria intellectiua,in qua reseruantur species intelligibiles,nõ erit actualis intellectio per tales species pro isto statu sine cõuersione ad phantasmata. In hac conclusione volumus dicere,posito,q̃ species cõseruentur, ad hoc q̃ iterũ intellectus actu, intelligat id cuius reseruata est species, nõ sufficiet conuertat se intellectus ad speciem, nisi rursus fit conuersio intellectus agentis ad phantasmata, cuius est species. Itaque si per impossibile,vel posibile phantasmata perderentur,vel corrumperentur, pro isto statu non sufficerent ibidem species reseruatæ,magis quã si nunquã fuissent: quia pro isto statu necesse est intelligentẽ phantasmata speculari. Probatur: quia da Aristo.3.de anima.tex. 30.
quis aliàs fuerit sapiẽs,& habuerit multorum intelligibiliũ species reseruatas in memoria intellectiua:si phantasia lædatur, Ratio.
nunquàm vtetur speciebus,neque intelliget:sicut videmus in illis qui ex sana mente ad insaniam deuenerunt,q̃ dizẽt desatinos.

¶Et in tantũ ista conuersio ad phantasmata necessaria est, quod in Christo solùm, cùm haberet scientiam infusam omnium per species indeitas, non fuerit necessaria. hęc cõuersio ea ratione,qua secundum animam conuertebatur habebat comprehensoris,& non viatoris:quia solũ viator est, habet necessitatem conuertendi,etiã si haberet species:quod optimè docet S.Tho.3.p. q.11.art.1.
Tho.Et sic Adam,etiam si habuit scientiam infusam,habuit necessitatem conuertendi se ad phantasmata:quia erat viator, & in statu viatorũ.Et quidem vt magis corroboretur hoc, oportet dictum Durand. Durand.in 3.d.14.q.2.
considerare,qui in Christo dicit secũdum scientiam infusam fuisse necessariam illã conuersionem ad phantasmata, licèt nos id quod S.Thom. dicit probemus tenendum.De quo alibi.

¶Quinta conclu.Quanuis reseruatis speciebus,ad intelligendum sit necessaria cõuersio intellectus agentis ad phantasmata 5.Conclus.
ad actu intelligendum: non ob id frustrà est memoria intellectiua. Probo: quia licèt pro isto statu non esset necessarius locus ille,vbi species reseruantur, & talium Ratio.1.
specierum reseruatio, saltim deseruit pro alio statu,quando anima sit à corpore separata,in qua cùm non erit corpus, nec phantasmata erunt. Et ad intelligendum tunc sufficit reflecti actu super speciem quam habet reseruatam:& si esset, cùm in illo statu non posit acquiri,maneret anima intellectiua totaliter reseruata tãto bono.Et sicut nuda ingreditur in cornore, quando creatur,nuda egrederetur quando separaretur,& sic innumeras habuerit in vita species intelligibiles.

¶Secundò dico,quod etiam pro isto statu nõ est frustrà memoria intellectiua,& specierum reseruatio,eò quòd dato sit cõuersio ad phantasmata,facilius phãtasia operatur, cuius species reseruata est & perfectiùs,quàm si nunquàm fuisset species

species habita in intellectu:sic enim euenit,vt magis facilius rem aliquam intelligat, quam prius intellexit,quàm si nunquàm aliàs intellexerat:sicut & de habitu possumus dicere:nam actus produci posset ne habitus,sed facilius cum habitu. Ecce ergo quomodo conuersio ad phantasmata sit sufficiens pro isto statu,non tamen est frustra memoria intellectiua.

Ad argum. ¶Ad primũ cõcedimus sic se habere memoriam intellectiuam & intellectum,vt sensitiua ad æstimatiuam. Ergo sicut istæ distinguuntur,& illæ:negãda est consequentia: quia sunt potentiæ corporeæ æstimatiua, & memoria sensitiua, & requirunt diuersam dispositionẽ ad recipiendum species, & retinendum,eò q̃ potentiæ sensitiuę, & corporeæ mobiles sunt : sed intellectus non sic:quia non habet talem dispositionẽ humidi,vel sicci: & de sua conditione stabilis est & immobilis:ob id eadem potentia quę recipit,poterit & reseruare.

Ad secundũ ¶Ad secundũ patet solutio, q̃ illa differen- quæ est ad recipere,& retinere,quæ ex parte potentiarum sensitiuarum sufficit ad distinctionem potentiarum,non sufficit ex parte intellectus, in quo nulla talis dispositio est.

Ad.3. ¶Ad tertium dicendum,q̃ ea ratione qua intellectus,& memoria intellectiua sunt diuersa ratione, & possunt dici adinuicem æqualia: non sicut potentia potentiæ, sed sicut actus emanãs ab habitu dicitur esse æqualis ei:sic & intelligentia vt actus emanans à memoria intellectiua,dicetur esse æqualis:quia tantum intelligit, quãtum in memoria est,maximè in Deo, in quo.B. Pater August.loquitur. Et in nobis sic possemus dicere, si aliquis actu cognosceret D.August.
conuertendo se simul ad omnia phantasmata quorum habet species in memoria: si actu intelligeret omnia illa æquarentur intellectus & memoria intellectiua : tamen non sequitur duas esse re potentias distinctas.

¶SPECVLATIO. VI.
Vtrùm ratio sit ponẽda alia potentia quæ pertineat ad intellectum,& hæc sit ab eo distincta.

ET videtur q̃ sic: quia ratio inferior,& ratio superior ad intellectũ pertinent:tamen sunt potẽtiæ distinctæ. Patet. Diuersitas obiectorum diuersificat potẽtias:sed aliud est obiectum rationis superioris:quia est æternum:& inferioris,quod est temporale:vt docet D.P. August.ergo sunt D.Aug.12. de trinitate.
diuersæ potentiæ.

¶Præterea. Intellectus diuiditur in practicum, & speculatiuum,vt ait Arist.sed istæ 2. Aristo. hic.
sunt diuersæ potẽtiæ:ergo in intellectu alię potentiæ sunt ponendæ. Quòd distinguantur patet:quia apprehensiuum,& motiuũ sunt diuersa genera potentiarum, Arist. Aristote.2. de anima.
docet:sed intellectus speculatiuus est apprehensiuus tantum,& practicus est motiuus: ergo sunt potentiæ distinctæ.

¶Tertiò. In ratione,seu intellectu ponunt syntheresis,& conscientia:sed istæ sunt distinctæ potentiæ:ergo aliquæ aliæ sunt ponendæ in intellectu:imò & ponitur intelli- 3.
gentia. Probatur de syntheresi ex D.Hieronymo,qui diuidit syntheresim contra irascibilem,& concupiscibilem,& rationalẽ. D.Hiero.super Ezech.
Et de conscientia patet:quia cùm non sit actus,neq; habitus:oportet sit potentia. Nõ est actus quia semper manet. Nõ est habitus: quia nõ esset vnũ sed multa:nã per multos habitus cognoscitiuos dirigimur in agẽdis, qualis cõscientia esset:si esset habitus: ergo est potẽtia. Intelligentia etiam ponitur potentia. Sic ait Arist.hic. Intelligentia indiuisibilium est,in quibus non est falsum.

¶In contrarium est Arist.in isto.3.vt in cõclusionibus erit manifestum. In contra.

¶Oportet in primis declarare quid importet ratio superior, ratio inferior,intelligentia,syntheresis,& conscietia,intellectus practicus,& intellectus speculatiuus. p.Notan.

¶Ratio superior(vt ex B.Aug.sumitur)est illa,quæ intendit,& velut negotiatur in cõspiciendis æternis,vel consulendis. August.12. de trini.

¶Ratio inferior est,quę tẽporalibus rebus intẽta est. Et si quis diuina cõtẽpletur:vt q̃ Deus sit trinus,& vnus:& non esse formicãdum,quia lex diuina inhibet,per rationẽ superiorem fit. Si tamen abstinendum est hodie à carnibus propter bonam valetudinẽ, est inferioris rationis. Ratio sup. Ratio infe- rior.

¶Intelligẽtia propriè actũ significat intellectus, Intelligen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectus, qui est intelligere: vnde & Angeli (quia sunt substantiæ, semper actu intelligẽtes) intelligentiæ vocantur, in libris nonnullis ex Arabico translatis ipsius Aristo.

Intellectus speculati. Arist. hic. ¶ Intellectus speculatiuus est, qui quod apprehendit, nõ ordinat in opus, sed solum ad cõsiderandũ veritatẽ: Practicus tamen qui ad opus: vnde Aristot. dicit: Intellectus speculatiuus per extensionem fit practicus.

Synthere. ¶ Syntheresis est à verbo græco syntereo: quod significat, semper idem seruare: quia cognitio quorundam naturalium principiorũ practicorum est: quę semper est in nobis neque obliuione deletur: quia ratione instigatur, & mouetur ad bonum homo.

Conscien. ¶ Cõscientia est simul scientia: quia est applicatio ad aliquem actum: quæ habet testimonium reddere, accusare, & excusare.

p. Cõclus. ¶ Prima conclusio. Ratio superior, & inferior sunt ipsemet intellectus, & non potentiæ distinctæ. Probatur. Ratio superior, & inferior in hoc differunt, quod superior æternis, & inferior tẽporalibus intendit: sed hoc non causat distinctionem potentiarum: qui si causaret, maximè quia vnum est mediũ respectu alterius: nõ per viã inuentionis ipsa temporalia sunt vt mediũ ad æterna cognoscenda: vt Paulus testatur dicens: Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, &c. Et in via iudicij, per æterna, de tẽporalibus iudicamus, & disponimus ea: sed mediũ, & id ad quod per medium peruenitur, ad eandẽ spectat potentiam: ergo nõ sunt duę potentiæ ratio superior, & inferior. Quòd ad eandẽ patet: quia actus rationis est quasi quidã motus ex vno in aliud perueniens: tamen idem est mobile, quod pertransiens medium, peruenit ad terminum: ergo eadẽ est potentia quæ à medio, vel per medium peruenit ad finem.

Ratio.

Roma. 1.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Ratio inferior, & superior distinguuntur & per diuersos actus, & per diuersos habitus. Probatur authoritate Beati Patris Augustini in loco citato. Inter superiorem, & inferiorem rationem distinctio aliqua signanda est, & nõ potentiarum: quia vna est: ergo vel actuũ, vel habituum prærequisitorum: ergo per hoc distinguuntur.

Prior ratio.

Posteri. rõ. ¶ Vltimo. Non est idem actus intendere æternis contemplandis, vel consulendis, & intendere temporalibus: ergo & principiorum vnde isti actus emanãt erit distinctio: sed vnius ratio superior, alterius inferior est: ergo distinctio est in illis per actus, & similiter per habitus quibus vtũtur: quia superior sapientia vtitur, & inferior ratio, scientia: modò sapientia, & scientia distincti sunt habitus: vt ait Aristoteles sexto Ethicorum.

¶ Aduertendum tamen est, non esse idem dicere, ratio superior, & ratio inferior: portio superior, & portio inferior. Doctores enim differentiam ponunt, in eo quod portio superior, & inferior simul cum intellectu includant appetitum: non tamen ratio superior, & inferior: quia solùm intellectũ, non requisitum est ad hoc quod dicatur ratio superior, vel inferior, discursus: tamen sine eo poterit sic vocari. In quo Durandus videtur esse deceptus, asserendo quod si nõ sit discursus, non dicetur ratio superior, neque ratio inferior.

Nota. Non est idẽ ratio superior, & portio superior

Contra Duran. in 2. d. 24. q. 4.

¶ Tertia conclusio. Intelligentia ab intellectu nõ distinguitur, sicut potẽtia, à potẽtia, sed sicut actus, à potẽtia: nã intelligẽtia actus est intellectus. Probat prima pars ex Arist. qui ait: Intelligentia inteligibilium est, in quibus non est falsum: sed hoc est ipsius intellectus proprium: ergo intelligentia ab intellectu non distinguitur, vt potentia à potentia: quia intelligentia non est potentia.

3. Conclu.

Ratio. p. p. Arist. hic.

¶ Secunda pars patet. Intelligentia est actus: ergo alicuius potentiæ, & non nisi intellectus: ergo intelligentia est actus intellectus: sed actus à sua potentia distinguitur: ergo etiam intelligentia ab intellectu.

Ratio. 2. p.

¶ Philosophi solent per ordinem considerare ista: intellectum agentem, patientem, posibilem in habitu, & adeptũ. Primi duo sunt diuersæ potentiæ: quia in omnibus alijs potentia actiua à passiua distinguitur. Alia distinguuntur secundùm diuersos actus ipsius intellectus, qui aliquando est in potentia tantũ: & sic dicitur posibilis. Aliquando est in actu primo, qui vocatur habitus scientiæ: & sic intellectus in habitu vocatur. Aliquando est in actu secundo, qui est cõsiderare: & sic dicitur intellectus in actu, siue intellectus adeptus, quod idem est de quo supra.

Aug. de C.

¶ Quarta conclusio. Intellectus speculatiuus, & practicus non sunt potentiæ distinctæ. Probatur ex Aristotel. qui ait: Intellectus speculatiuus differt fine, à practico. Et ibidem: Intellectus speculatiuus extensione, fit practicus: sed si essent diuersæ potentiæ, vnus non posset esse alius, neque fine distin

4. Cõclusio Arist. hic.

distingueretur, sed obiecto formali.

Ratio. ¶ Ratio est. Id quod accidentaliter se habet ad rationem formalis obiecti, non diuersificat potentiam: sicut quòd color sit magnus, vel paruus, accidentaliter se habet ad hoc quod est esse colorem: & sic non est alia potentia visiua qua magnus color, & alia qua, paruus: sed hoc quòd sit aliquid apprehensum in ordine ad opus, vel nõ, quod est speculatiui, & practici. Intellectus est accidens rationi formali: ergo non sunt diuersæ potẽtiæ: nam essent diuersæ, in potestate alicuius esset mutare obiecta formalia, & propria potentiarum: & quod est vnius mutare ad aliam: nam si aliquid quod est speculatiui intellectus, quis ad oraxim fera iam mutatur obiectum intellectus speculatiui, in obiectum practici, quod non videtur dicendũ quod formale.

2. Ratio.

5. Conclu. Synthere. ¶ Quinta conclusio. Syntheresis (quæ idẽ quod habitus intellectus) ad rationem superiorem, & inferiorem spectans. non potentia, sed habitus naturalis principiorum practicorum est. quę semper instigat ad bonũ, & de malo murmurat. Ista conclusio habet plures partes. Quarum prima est, quod sit idem quod habitus intellectus. Probatur. Si non est idẽ, & ponitur in intellectu vt virtus eius: ergo Aristot. insufficienter numerauit virtutes intellectuales, quas solùm quinque posuit. Intellectum: sapientiam: sciẽtiam: prudentiam, & artem: sed non fuit diminutus in ipsis virtutibus intellectualibus numerandis: sicut neq; fuit in alijs: ergo syntheresis, cùm sit virtus intellectus, ibi ponit: & non videtur sub qua contineatur, nisi sub intellectu: ergo ibidem continetur.

Ratio. p. p. 1. Ethico.

2. Rõ. p. p. ¶ Secundò. Speculatiuum, & practicum non diuersificant potentiam: ergo cognitio principiorum speculatiuorum, & practicorum non diuersificabunt habitum: sed intellectus est habitus principiorum speculatiuorum, & syntheresis practicorum: ergo vnus, & idem habitus ponitur: & sic intellectus (vt dicit habitum principiorum) idem est quod syntheresis, & syntheresis (vt dicit habitum principiorum practicorum) idem est quod intellectus.

¶ Secunda pars, quòd spectet ad superiorem, & inferiorem rationem, patet. Principia practica inueniuntur & quando ratio superior operatur, & quando inferior: ergo vel pertinet talis cognitio ad eundem habitum, vel ad diuersum: non ad diuersum, cũ vtrumque sit practicum: ergo oportet ad eundem habitum.

Ratio. 2. p. S. Tho. de veritate. q. 16. art. 5.

¶ Item. Siidem est habitus, cognitio principiorum speculatiuorum, & practicorũ, & eadem erit cognitio practicorum quoad superiorem, vel inferiorem rationem.

Duran. in 2. d. 39. q. 2.

¶ Durandus putat quod etiam ad voluntatẽ pertineat: putat quod sit electio: sed melius ad rationem dicitur spectare.

¶ Tertia pars, quòd nõ sit potentia, sed habitus, patet. Ita se habet cognitio practicorum principiorum ad syntheresim, sicut se habet speculatiuorum cognitio ad intellectum: sed hæc non ad potentiam, sed ad habitum spectant: nam intellectus, qui habitus cognoscitiuus est principiorũ, habitus ponitur ab Aristotele, & non potentia: vt patet sexto Ethicorum: ergo & syntheresis erit habitus, & non potentia.

Ratio. 3. p.

¶ Item. Ad syntheresim spectat instigare ad bonum, & de malo murmurare: sed hoc non potẽtiæ, sed habitus est: sequitur ergo quod syntheresis habitus sit, & non potentia.

2. Rõ. 3. p.

¶ Et quòd sit habitus naturalis, patet: quia non minùs Dẽus & natura prouidit in necessarijs practicis, quàm in speculatiuis: sed in speculatiuis ille habitus per quem est cognitio, dicitur esse inditus naturaliter: ergo etiam ille per quem cognitio principiorum practicorum, oportet etiam sit naturaliter inditus nobis. Et hac ratione dicitur: Signatum est super nos lumen. &c. vt naturaliter homo cognoscat malum esse fugiendum, & bonum prosequendum: & Quod tibi nõ vis, alteri non facias: sicut cognoscit naturaliter: Omne totum est maius sua parte: Quodlibet est, vel non est: quia sicut ratio in speculatiuis ex illis principijs notis procedit ad conclusiones quas non nouit: & in practicis, ex cognitis principijs practicis procedit ad aliqua alia, vt Quod tibi non vis, alteri non facias: Quod tibi vis alteri facias: sed tibi vis quòd si indiges, alius qui habet, tibi subueniat: ergo etiam tu idem debes velle, & subuenire indigenti.

Psalm. 4.

Matth. 7.

¶ Vltimum in conclusione quòd ad bonum instiget, & de malo murmuret, quilibet in se experitur. Atque inter opera diuina, & beneficia generi humano collata hoc non tenet infimum locum: vt Deus iusserit, & ita fit (vt ait Pater Augustinus) vt omnis inordinatus animus sibi ipsi pœna fit, ita vt iste vermis nunquàm moriatur, sed continuò cruciet murmurando de ma-

D. August. confessio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo. Sed de hoc aliàs, ne recedere videamur à terminis philosophi naturalis, quanuis etiã si plura addamus, non vltra professionem nostram erit, & quia Christiani & quia Theologi.

Obiectio. ¶ Quòd si quis obijciat nobis, naturaliter loquendo talem habitum non ponendum, eò quod natura ad vnum determinata, nõ indigeat habitu, cùm habitus potentiae ob indifferentiam: vt potentiam determinet: & quia sicut finis in agibilibus, sic principium in speculabilibus: sed ad volendum finem, scilicet ipsum Deum, non est opus habitu: ergo neque ad cognoscendum bonũ prosequendum & malum fugiendum.

Quorundã solutio. Gab. 1. 2. d. 39. q. vni. ¶ Propter hanc obiectionẽ aliqui dixerũt aliusmodi habitũ non esse ponendum, neque in practicis, neq; in speculatiuis, sed sola sufficere potentia. Sic Gabri. quanuis dubitet, sed videtur declinare vt nõ ponatur.

Aristot. hic. Alij tamen syntheresim dixerunt habitum, sed non inditum, aut infusum & naturalem, sed esse acquisitum: quod communiter tenent ex Aristotel. qui dixit in isto. 3. de anima, esse animã velut tabulam rasam in qua nihil sit depictum. Nos tamen cum S. Thom. licet dicamus rasam tabulam: eò quod etiam posito tali habitu indito, terminorum notitia requisita est, habitum võ camus inditum naturalem: quia Deus & natura in necessarijs non deficit.

S. Th. 1. 2. q. 51. & p. p. q. 76. art. 12. Aristotel. 1. Solutio. ¶ Obiectionem soluimus, quia licèt secundum naturam sit intellectus determinatus quoad specificationem, non quoad exercitium.

2. Solutio. ¶ Secundò, & meliùs dicendũ, q̃ illa determinatio per naturam ad vnum, per habitũ inditum fit, quo secluso, non esset.

6. Cõclusio Conscietia. Ratio. p. p. ¶ Sexta conclusio. Conscientia non est potẽtia, sed propriè actũ nominat, licèt aliquãdo pro habitu naturali, qui est syntheresis sumatur. Probatur quod sit actus: quia conscientia dicit ordinem scientiæ ad aliquid: sed hoc nomen actus est, & non potentiæ: quia applicatio non fit nisi per actum.

2. Rõ. p. p. ¶ Præterea. Conscientia testificatur: ligat: accusat: excusat: reprehendit: sed hæc omnia actum dicunt, & consequuntur talem applicationem actualem scientiæ ad ea quę agimus: ergo sequitur quòd conscientia p̃ priè dicit actum.

¶ Altera pars, q̃ aliquãdo p̃ habitu, patet, p̃ quãto principiũ actus est habitus. Nomen habitus, id est, syntheresis qui est principium actuum tribuitur ipsi conscientiæ, & sic Diuus Hierony. syntheresim conscientiam nominat. Et B. Basilius dicit esse naturale iudicatorium. Et damascenus dicit q̃ ei. lux intellectus nostri. D. Hier. super Ezechie. Basilius. Damascen.

¶ Ratio. Consuetum est, quod causa, & effectus ad inuicem sibi nomen communicẽt: sed sic se habet syntheresis, & conscientia vt causa, & effectus: ergo nomen communicant interdum. Ratio. 2. p.

¶ Septima conclusio. Conscientia cùm sit talis applicatio, quæ fit fine iudicio, ad intellectum pertinet, & non ad voluntatẽ. Probatur. Omne iudicium secundùm rationem ad intellectum pertinet: sed conscientia est iudicium secundùm rationem: ergo in dictamine instigat, quando remordet ergo ad intellectum pertinet. 7. Conclus. p. Ratio.

¶ Vltra. Vel est in voluntate, vel est in ratione: sed non est in voluntate: quia cũ quis agat aliquando contra conscientiam diceretur facere contra voluntatem: quod est falsum: oportet ergo quòd sit in ratione: vt posito iudicio, & applicatione, per voluntatem, posit quis facere contrarium. 2. Ratio.

¶ Ex hoc sequitur Durandũ male dixisse, conscientiam esse habitum, & spectare ad voluntatem: quia accusare videtur esse actus voluntatis? est ad rationem spectans, propter iudicium. Contra Durandum.

¶ Ad primum. Negamus esse obiectum distincta formaliter: temporale, & æternum licèt solùm materialiter distinguantur: quia vnum medium est respectu alterius, & vnũ per aliud: ob id eadem potentia ponitur: nã si temporale intellectus contempletur, vel de eo consilium capiat, ea ratione erit, qua ens, vel verum, quod obiectum intellectus est: similiter si in æternum, vel circa æternum negotietur. Ad argum.

¶ Ad 2. dicendum, quod intellectus speculatiuus, & practicus nõ sunt potentiæ distinctæ, dato motiuum, & apprehensiuum distinguantur: quia intellectus practicus non est motiuus. Sequens motũ, sed est motiuus tãtuã dirigens ad motũ, quod cõuenit ei ratione apprehensiui, & sic tam speculatiuus, quam practicus apprehensiuus est. Ad 2.

¶ Ad tertium iam in conclusionibus responsum est: quia dato syntheresis ponatur in ratione, & in intelligentia, & conscientia: tamen non sequitur quòd sint potentiæ diuersæ: imò neque sequitur quod sint potentiæ: quia syntheresis ponitur vt habitus princi Ad tertium.

principiorum practicorum, & intelligẽtia, & conscientia vt actus.

¶ SPECVLATIO. VII.
Vtrùm voluntas sit potentia animę rationalis distincta ab intellectu, & præstãtior eo: & quæ sit eius natura.

p. Argumẽ. PRimò probatur quòd voluntas non sit potentia distincta ab intellectu. Si est ergo posset esse sine eo: sed volũtas non potest esse sine intellectu. Patet: quia de eius essentia est, quòd sit intellectus, cùm definitur sic: Voluntas est appetitus intellectiuus. Vel sic: Est intellectus appetitiuus: vt docet Aristoteles: ergo sequitur quòd non est alia potentia ab intellectu. Aristote. 6. Ethic.

2. ¶ Præterea. Probo quòd si voluntas ponatur, quòd sit dignior intellectu. Id dicitur dignius, quod mouet, & imperat: sed voluntas est huiusmodi respectu intellectus: quia mouet intellectum quoad exercitiũ: sicut & mouet omnes alias potentias, & imperat principiendo: sed intellectus & mouetur, & exequitur imperium: ergo voluntas, si datur, erit præstantior ipso intellectu.

3. ¶ Vltimò. Secundùm naturam est processus ab imperfecto ad perfectum: sed secundùm naturam priùs est ipse intellectus, & actus eiusdem, quàm ipsa voluntas, cùm nihil sit volitum, quin sit præcognitum: sequitur ergo voluntatem esse præstantiorem ipso intellectu.

In contrarium Aristo. 10. Ethic. ¶ In contrarium est philo. qui ponit altissimam potentiam animæ intellectum, & nõ voluntatem.

p. Notan. ¶ Est considerandum, quòd cùm anima rationalis, cum hoc quòd rationalis, sit creata à Deo, & habeat libertatem, per quam dicatur esse suarum actionũ domina, quod brutis non conuenit. habet quòd sit naturalis: & sic aliqua conueniunt ei naturaliter seclusa omni tali libertate, ad modum quo competit graui descendere deorsum, & leui ascendere sursum. Quapropter sicut intellectui conuenit quòd aliquibus liberè assentit, & aliquibus necessario assentit, & alijs necessariò dissentit: & voluntas eodem modo, cùm sit potentia libera, & distincta ab intellectu (vt infrà erit notum) habet quòd aliqua libere velit, & alia ex necessitate: q̃ fuit conueniẽtissimum naturæ animæ rationalis: aliàs non videretur ei sufficienter esse prouisum. S. Tho. 1. 2. q. 10. art. 1. & 2.

¶ Præterea notandum (vt ex Aristot. constat) vt voluntatem, & intellectum se habere correspondenter, vt & voluntas moueat intellectum, & intellectus voluntatem: ita vt talis sit connexio, vt non possit esse voluntas, nisi ponatur intellectus: neque possit esse intellectus, quin ponatur voluntas: & vtrunque istorum, tam intellectus, quàm voluntas dicitur ab eodem philosopho mouens motum: nam si intellectus mouet voluntatem, mouetur ab ea: & si voluntas mouet intellectum, mouetur ab eo. 2. Notand. Aristot. hic. S. Tho. p. p. q. 72. art. 4. & 1. 2. q. 9. art. 1.

¶ Est etiam aduertendum, quòd illud quod mouetur, ad actum, stat dupliciter: quantum ad exercitium: & quo ad specificationem. Quoad exercitium tunc mouetur, quando ad id mouetur vt operetur, non determinando hoc, vel illud: Quoad specificationem est, quando mouetur, vt ad certũ, & determinatum actum moueatur, vel assentiendo, vel dissentiendo: volendo, vel nõ volendo hoc. 3. Notand.

¶ Prima conclusio. Voluntas est potentia animæ rationalis, realiter distincta ab intellectu. Probatur primò quòd sit potẽtia. Ibi oportet ponere potentiam principium operationis, vbi operatio est: sed in anima rationali sunt operationes voluntariæ, manentes ab eadem anima rationali: vt quilibet experitur: ergo ponenda est voluntas. Maior est manifesta: quia secluso principio non erit principiatum: & secludendo potentiam, non esset operatio. 1. Cõclusi. Ratio. p. p.

¶ Sed quòd voluntas sit potentia distincta realiter ab intellectu, patet. Vbicunque est alia ratio formalis obiecti, ibi oportet ponere aliã potentiam, cùm potẽtiæ penes obiecta distinguantur: sed alia est ratio formalis obiecti voluntatis: quod est bonum, quàm intellectus: quod est verum: ergo sequitur quod suæ potentiæ distinguuntur. Minor constat ex Aris. in multis locis: vnde primo Ethicorum dicit, de voluntate loquẽs: Omnia appetũt bonũ. Et sicut illa quæ carẽt cognitione, appetunt bonũ naturaliter, quæ habent cognitionem appetunt, & bonum naturaliter cognitum per naturam. Ratio. 2. p. Arist. Aristo. 1. Ethico, c. 1.

S. Tho. 1. 2. q. 1. ar. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ratio.2. ¶ Præterea. Aliquà sunt cognita, imò multa, quæ non sunt volita: vt patet tam de naturalibus, quàm de supernaturalibus: tam de contingentibus, quàm de necessarijs: ergo voluntas non est intellectus: & sic ait P.

D. August. August. Præuolat intellectus: sequitur tardus, aut nullus affectus: ac si diceret: multa nos per intellectum cognoscere, quæ non statim affectu prosequimur.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Licèt voluntas necessitate coactionis necessitari nō possit ad aliquid volendum: potest tamen necessitari necessitate finis, & respectu vltimi finis

Ratio.p.p. S. Th. 1.2. q.6.art.4. quoad specificationem. Probatur quòd nō possit cogi nā si aliqd posset cogi, esset vt velit id quod est contra eius inclinationem: sic dicimus lapidem cogi, quando sursum impellitur (coactio enim est quando aliquid cogitur contra naturalem inclinationem, passo non conferente vim) sed quando sic voluntas vellet, non esset coactio. Patet: quia omnis actus voluntatis (quicunque sit ille) est secūdum inclinationem eius, & non potest esse violentum: quia naturale.

Ratio.2.p. S. Tho.p.p. q.82.ar.2. ¶ Alia pars patet, q̄ ex fine necessitet: quia si velit efficaciter finem, necessariò vult medium, sine quo finis haberi nō potest: vt si quis velit sanitatē, & eam non potest consequi sine potione amara, necessitatur ad volendū potionem amaram: & si vult transfretare, oportet velit nauigium quo transeat. ¶ Vltima pars est, q̄ respectu vltimi finis etiam necessitetur quoad specificationē in via: quia in patria quando Deus clarè videbitur, etiam quantum ad exercitium erit. Itaque si alicui proponatur, vtrum velit fœlicitatem, non potest habere nolitionē, sed necessariò, si habeat actum, oportet sit volitio, & non nolitio. Quoniā sicut in speculabilibus principijs, per naturā intellectus est

Rō.3.p. Arist.2.Phy. S.Tho.1.2. q.10.art.1. determinatus ad assentiendū: Quodlibet est, vel non est: Omne totum est maius sua parte: ita vt non possit dissentire, sic etiā circa finē in agibilibus, cū se habeat sicut principium in speculabilibus: voluntas per naturam determinata est vt non possit velle miseriam: quia oportet id quod alicui conuenit naturaliter, & immobiliter sit fundamentum, & principium omnium aliorum. ¶ Dixi quoad specificationē: quia ad exercitium non necessitatur: nam potest suam suspendere actionem, & non cōsiderare de vltimo fine, neque velle neque nolle.

¶ Tertia conclusio. Cùm voluntas sit potentia libera, non omnia quæ vult, necessario vult, sed contingenter & liberè multa vult. 3. Cōclus.

Probatur. Sicut intellectus se habet in ordine ad illa quibus assentit, voluntas se habet in ordine ad illa quæ vult: sed intellectus, cū necessariò assentiat primis principijs, non necessariò assentit conclusionibus, quæ nō habent necessariam connexionem cum primis principijs: ergo nec voluntas, posito naturaliter velit finem, necessariò vult alia si non habent connexionem cum illo primo: sed plurima sunt huiusmodi: ergo non omnia vult necessariò. Maior discursus huius est nota: quia sibi mutuò assimilantur intellectus, & voluntas. Minor probatur: quia licèt assentiat intellectus naturaliter & necessariò: quia totum est maius sua parte: & cognito hoc esse partem, & illud esse totum necessariò assentiat, hæc pars minor illo suo toto est: non tamē necessariò assentit huic: Astra sunt pari: nec hnic, Sol maior est terra: quia istæ conclusiones non habent necessariam connexionem cū illo principio cui naturaliter assentit. Sic ergo in voluntate, & si naturaliter, & necessariò velit vltimum finem, non necessariò sequitur omnia alia quæ vult, necessariò velit, sed solùm illa quæ cōnexionem habeant. Et dato habeat, vsque dum cognoscat huiusmodi cōnexionem, non necessariò vult: sequitur ergo q̄ non omnia quæ vult voluntas, necessario vult. Ista non contendo probare authoritatibus sanctorū, quæ sunt multæ, & à Theologis in secundo adducuntur, sed solùm ratione naturali vt Physicus loqueretur.

Ratio. S.Tho.p.p. q.82.art.2.

¶ Quarta conclusio. Voluntas mouet intellectum, eo modo quo alterans alteratū & omnes alias animæ vires: mouetur tamen voluntas ab ipso intellectu, sicut finis, efficientem solet mouere. Intendimus probare quod in principio speculationis annotauimus, inter volūtatem, & intellectum hāc esse mutuam operā: vt intellectus moueat voluntatem, & moueatur ab ea, & è conuerso, uoluntas moueat intellectum, & moueatur ab eo in diuersis generibus causarum, & secundùm diuersas considerationes: quia voluntas mouet ad exercitium, & intellectus ad specificationem. 4. Cōclusio S.Tho.p.p. q.72.art.4. & 1.2.q.9. art.p.

¶ Prima pars probatur: quia illa potentia quæ respicit finē vniuersaliter, mouet ad omnes quæ respiciunt fines particulares. Probatur hoc naturaliter: sicut quod ad vni Ratio.p.p.

ad vniuersalem conseruationem generabilium agit, mouet omnia corpora inferiora, quorum quodlibet agit ad cōseruationem propriæ speciei, vel indiuidui. Et in politico bono contingit: quia rex, cùm intendat cōmune bonum, mouet alios præpositos, qui intendunt bonum particulare, vel prouinciæ, vel ciuitatis, aut familiæ: cùm ergo volūtas respiciat bonum vniuersaliter vt finē, mouebit omnes alias vires, quæ solū particulare respiciunt bonum: sicut primū alterans omnia alterabilia. Et cùm intellectus sit potētia, quę respicit bonum particulare: quia obiectum eius nō est bonū, sed verum, 1. ouel tur ab ipsa volūtate: qui motus est quoad exercitiū: nā volū. svult tale bonū fit, vires moueantur, & exercent suas operationes: & sic voluntas mouet omnes animæ potētias ad suos actus, exceptis viribus naturalibus partis vegetatiuæ quæ nō subiacet voluntati: vt Aristotel. 1. Ethi. ca. 13.

D.Th.1.2. q. 17.ar.8. Nota.

¶ Altera pars, quod intellectus moueat voluntatem, vt finis mouet efficientem, patet: quia obiectum mouet potentiam, sicut sensibile mouet sensum: sed obiectum voluntatis est bonum ostensum ab intellectu: quia nihil volitum quin præcognitum: sequitur ergo q̄ intellectus mouet voluntatem: & hic motus dicitur quòad specificationem: quia ea ratione qua intellectus iudicat de aliquo quòd sit bonum tale, & appetibile, voluntas vult: & si iudicat quòd est fugibile, & malum, voluntas nō vult: & sic quoad specificationem voluntas mouetur. An voluntas sic moueat, vt sit per aliquem influxū, alia quæstio est, & quidem si per influxum intelligamus omne quod fit in passo ab agēte, voluntas & omne agens per influxum mouet. De quo Ægidius quolib. 6. q. 13.

Ró.2.p. Aristote. 3. de anima.t. 39.

¶ Quinta conclusio. Et si in appetitu sensitiuo sit irascibilis, & concupiscibilis, in intellectiuo tamen, qui est voluntas, non datur. 5. Cōclusi.

Probatur. Potentiæ non diuersificātur ex aliqua particulari ratione obiecti, contenta sub vniuersalitate obiecti potentiæ: quia nō est danda potentia visiua ad videndum albedinem, quæ sit distincta à potentia visiua coloris: quia ratio particularis, quòd sit albedo continetur sub colore: at ratio particularis irascibilis, quòd sit arduum bonum, continetur sub vniuersali ratione boni, quòd est obiectum appetitus intellectiui: ergo non est ponenda potentia alia distincta, quæ sit irascibilis. S.Tho.p.p. q.82.ar.2.

¶ Secùs est in sensitiuo appetitu: quia obiectum eius est bonum, nō vniuersale, sed bonum sensibile particulare: vbi si sit ratio arduui, oportet ponere potētiam distinctam: quia bonum arduum non continetur sub particulari bono: sed in voluntate non sic: quia obiectum eius est bonum vniuersale, sub quo necessariò cōtinetur quodlibet bonum, siue sit arduum, siue non sit arduum. Ob quod appetitus intellectiuus, qui est voluntas, non diuiditur in irascibilem, & concupiscibilem, quia vbi est solùm ratio particularis obiecti contenti sub vniuersali, non est ponenda alia potentia.

¶ Ex quo sequitur improprium esse loquutionem illorum qui ponunt in voluntate irascibilem, & concupiscibilem. Non enim oportet diuersificare potētias, nisi vbi est aliqua ratio particularis obiecti, non contenta sub vniuersali ratione obiecti, illius potentiæ. Corolla. cōtra Scot.

¶ Sexta conclusio. Intellectus simpliciter altior, & perfectior potētia est, quā ipsa voluntas. Patet ex Arist. Ratio est. Excellentia simpliciter vnius potētiæ ad aliam ex obiecto sumitur: vt quāto vnū est simplicius, & magis absolutum, illa potentia sit simpliciter altior: sed obiectū intellectus, quod est verum, est huiusmodi, supra obiectum voluntatis: ergo ipse intellectus est altior potentia simpliciter. Probatur minor. Obiectum intellectus est ipsa ratio boni appetibilis, & obiectū volūtatis est bonū appetibile, cuius ratio in intellectu est: modo ipsa ratio boni, quæ est obiectū intellectus, est abstractior, & simplicior: ergo & nobilior: & intellect⁹, qui respicit directè tale obiectū, erit potentia perfectior, quàm ipsa volūtas. 6. Conclu. Arist. 10. Ethi. Contra Ægidium quo lib. 3. q. 19. & quolib. 5. q. 23.

¶ Dixi, simpliciter: quia secūdum quid per comparationem ad alterum, voluntas inuenitur altior ipso intellectu: nam obiectum voluntatis in altiori re inuenitur, quàm obiectum intellectus: quoniam actio intellectus in hoc perficitur: quia ratio rei intellectæ in intelligente est: & actus volutatis perficitur eò quod voluntas inclinatur in talē rem, prout in se est. Tunc quādo res in qua est bonum, est nobilior ipsa anima, in qua est ratio intellecta, per comparationem ad talem rem voluntas est nobilior, & altior intellectu: quia quodammodo contrahit dignitatem, & nobilitatē ex re ipsa volita. Si verò sit infrà animā, intellectus manet nobilior. Quapropter melior est amor Dei, q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognitio eius: è contra, melior est cognitio rerum corporalium, quàm amor ipsarum. Hæc est sententia S. Thom. & aliorum.

S.Th. p. p. q.72.art.3. Durã.in.4. d.49.q.4. Buri.10. Ethicorum.

¶ Ecce quomodo possunt interpretari doctores qui tenent contrariam sententiam scilicet, voluntatem esse potentiam nobilio rem ipso intellectu, vt doctor sub. in quart. distin.49. quæst.4. & Maio. ibidem.

¶ Ad primum dicimus voluntatem esse distinctam ab intellectu, etiam si naturaliter vna potentia non posit esse nisi alia. In specie genus distinguitur à differentia, & realiter propria passio à suo subiecto: sicut risibilitas ab homine, & tamen non potest esse sine suo subiecto. An Deus de sua potentia absoluta posit separare, in prædicabilibus supersedendum est, quando de proprio agebamus: sufficiat quãtum ad præsens, quod sit distinctio inter volũtatem, & intellectum.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd voluntas non est nobilior intellectu, quia mouet: nam si mouet intellectũ, vt mouet alias potentias, exceptis vegetatiuæ animæ, etiam mouetur ipsa volũtas ab intellectu. Et quãtum ad imperium ipse intellectus excedit: quia imperare est intimare, & dirigere ad actionem: quod pertinet ad intellectum. Et imperium ponitur actus intellectus etiam ad mentem Aristotel. quanuis aliqui teneãt contrarium, dicentes poni in voluntate: sequitur ergo quòd intellectus sit præstantior, & nobilior.

S.Tho.1.2. q.17.ar.1. Almain. Scotus quo li.17.ar.2.

Ad tertium

¶ Ad tertium In eodem ita est, quòd imperfectum sit prius: sed in diuersis prius perfectum est: & ex hoc ratio retorquetur, & probatur cõclusio, quod ipse intellectus sit perfectior: quia prius voluntas mouet ad exercitium ipsum intellectum, quàm ipse intellectus intelligat.

QVIA de tribus potẽtijs egimus, intellectu, memoria, & voluntate, operepretium erit quærere de animæ immortalite, & quid Aristotel. senserit de ea, & vtrùm ratione naturali probari possit.

SPECVLATIO. VIII. Vtrùm anima sit immortalis.

VIdetur quòd nõ. Quorum est idem principium, & idem progressus, & videtur esse similis finis: sed brutorum, & hominum idem initium, & idem progressus: quia sic augentur: sic aluntur: sic dormiunt: ergo idem erit finis: sed animæ brutorum, mortuo bruto, corrumpũtur: ergo & mortuo homine: & anima rationalis nõ est immortalis: vnde Ecclesia.3.dicitur: Nihil habet homo iumento amplius.

p. Argom.

¶ Præterea. Si anima esset immortalis cùm Aristoteles (monstrum in natura) animam naturalium indicauerit mortalẽ, non se dixisset, sed non solùm non affirmauit esse immortalẽ, sed asseruit esse mortalẽ in multis locis: vt Caieta. probat: ergo anima rationalis non est immortalis.

1

¶ Tertiò. Omne quod est secundum naturam rei, probari potest ex naturalibus: sed animam esse immortalem, non potest probari in lumine naturali: ergo sequitur quod non est immortalis, sed mortalis.

Caiet. 3.de ani.c.2.

¶ In contrarium est Arist. Intellectus ab extrinseco venit. Et dicit quod separatur à corpore, sicut perpetuũ à corruptibili. Et Dio. 4.c.de diui.no.

In contra.

¶ Primò est notandũ, apud catholicos non esse dubium, animam rationalem esse mortalem, & incorruptibilem: quia hoc habent de fide, & est ab Ecclesia determinatũ: sed quod est dubium apud fideles est, quid senserit Arist. vtrùm animam rationalem posuerit immortalem, vel mortalem. Quibusdam dicentibus quòd sic: alijs negantibus, & asserentibus ex principijs eiusdem Arist. probari eã mortalem, inter quos Caieta. cardinalis (vbi suprà) conatur dicit probare.

p.Notan.

Caiet.

¶ Etiam est dubiũ inter catholicos, an posito fide teneamus, animã esse immortalẽ, posit ratione naturali probari. Non enim repugnat aliquẽ de fidei articulum, & per ratione naturali probari: nã quòd vnus sit Deus, est fidei articulus, & tamẽ probari potest ratione naturali, vt probant Theologi.

Theo. in.1. d.3.

¶ Supponendum etiam est, quod suprà nõ semel dictum est, formas substantiales esse in duplici differẽtia. Quædam sunt quæ habent esse per generationem: & tales educuntur de potentia materiæ: vt sunt brutorum formæ, & omnes substantiales generabiliũ & cor-

2.Notand.

& corruptibilium: quæ non sunt formæ per se subsistentes. Alia est forma substantialis, quæ est per se subsistens, quæ à solo Deo creatur, & non educitur de potentia materiæ: vt anima rationalis: ad cuius productionem non attingit homo, neque virtus eius, licet attingat ad dispositionem corporis, & ad introductionem in tali corpore.

S.Tho.p.p. q.118.

¶ Prima conclusio. Anima rationalis, quæ à solo Deo creatur, est immortalis, & incorruptibilis, perpetuò durans post mortem hominis. Probatur. Si posset corrumpi, vel esset de per accidẽs, vel de per se: sed non de per accidens, neque de per se: ergo non omnino, vel per se est infelicitas: quia non dantur modo alius, quo modo res corrumpuntur naturaliter: sed non potest esse per alios corrumpi: quia quod corrumpitur de per accidens, est quod nõ per se subsistit, sed in alio: sicut formæ brutorũ, quæ non sunt per se subsistentes corrumpuntur sicut & generantur: & accidentia, sicut generantur per accidens ad generationem totius, & si corrupũtur: quia non per se subsistunt: at anima rationalis est forma per se subsistens, vt notum est, & non educibilis de potentia materiæ: ergo non corrumpitur de per accidens: neque de per se. Patet. Id quod alicui conuenit secundùm se, ab eo separari non potest: sed animæ rationali conuenit esse secundùm se: ergo non potest ab ea separari. Omni formæ quæ est actus, conuenit esse secundùm se: sed anima rationalis est huiusmodi: nam si materia desinit esse, & corrumpitur, per hoc corrumpitur, quòd forma separatur ab eo, qui acquisiuit esse, eo quòd acquisiuit formam, forma per se subsistenti nunquã potest separari actus: ergo nec poterit desinere, quòd si nõ potest desinere esse: ergo est immortalis.

1.Cõclusio.

1.Ratio.

Et. 3. Ethicorũ. c. 11. & 9. Ethicorũ. cap

¶ Præterea. Etiam si omnia ponamus esse composita ex materia, & forma, & ipsam animam naturaliter quidam dicunt, probatur eam esse incorruptibilem. Vbi non est contrarietas, nec est aliqua corruptio: sed in anima rationali nulla est contrarietas: ergo nullo modo potest corrumpi. Maior est Aristo. quia generationes, & corruptiones ex cõtrarijs in contrarijs fiunt: & ad cœlum ponitur incorruptibile: quia contrarium non habet. Sed minor probatur: quia anima intellectiua nulla est contrarietas: nam rationes contrariorum in ea non solùm cõtrariẽ non sunt, sed sunt vnũ: quia contrariorum eadem est disciplina: sequitur ergo quòd nullo modo anima rationalis est corruptibilis. Et hæ rationes stando in lumine naturali probant eam incorruptibilem.

Aristo.1.de cœlo text. 20.&, 2.de gene.&c. tex.14. Aristote. 2.

Physi.t.7.& 5.Ethi.c.1. &.4. Meta. tex.4. &.1. Top c.8.& 12.

¶ * Et considera non solùm animam rationalem esse immortalem, sed neq; componi intrinsecè ex materia & forma, vt partibus essentialibus: nò neq; ex actu, & potentia: & ipsa anima rationalis etiã separata à corpore retinet suam indiuiduationem, quàm habuit ex cõmensuratione ad corpus informabile, de quo S.Thom. in 4.sent. distin. 8. quæst. 5. art. 2. ad. 6. *

¶ Secunda conclusio. Ex dictis Aristo. probatur eum posuisse animam rationalem incorruptibilem, & æternã. Sic affirmat Themistius discipulus Aristot. licẽt aliqui Themistium in contrariam sententiam cit Commentator Auicenna. Sic San. Thom. acutissimus interpretator eiusdem Aristo. Loca sunt ex quibus probatur. 1. de anima text. 65. Intellectus videtur quẽdã substantia in fieri, & nõ corrumpi. Secundus locus in. 2. huius, tex. 11. & in hoc. 3. tex. 3. & 4. dicens: Intellectus est separatus à corpore, & nõ est actus corporis. Tertius locus in. 2. huius. text. 21. Contingit intellectum separari, vt perpetuum à corruptibili. Quartus locus in isto. 3. tex. 7. quando ponit differẽtiam inter sensum, & intellectum. Quintus in isto. 3. tex. 29. Intellectus est separabilis, & impassibilis. Sextus locus. 2. de generatione animalium. cap. 3. vbi animam rationalẽ dicit ab extrinseco, & eam dicit solam diuinam, nihilque in eius actione communicat actio corporis. Septimus locus. 12. Metaph. tex. 17. mentem Aristot. dicit etiam Theophrastus, Albertus Magnus, Duran. Augu. Nimphus, licet Scot. in. 4. distin. 43. q. 2. dubitet de mente Arist. Et Augu. Egubinus in suo de perenni philosophia probat de mente Aristo. animam esse immortalem. Hæc fuit sententia Platonis.

1.Cõclusio Themist.

Comment. S.Thom.

Loci vbi Arist. videt dicere aiam rationalem immortalẽ.

Theopha. Albertus. Durandus. Nimphus. Scotus. Aug.Egub. libr.9. à.c. 18.& vltrà.

¶ * De animæ rationalis immortalitate Plato tractat in Phedone & Phedio, & Timeo: ex proposito in Phedone longa disputatione, vbi ait anima quidem mortem non recipiet, quemadmodum ternarius nunqaam par erit: neque par in par, neque ignis frigidus, neque calor frigiditas imminente quidem morte, quòd mortale est interijt, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò in mortale incorruptum sospesque morte se subtrahit: itaq; maximè omnium o cebes, anima immortalis in corruptibilis est. Et ibidem pluribus rationibus probat. Idem sensit Trismegistus. Idem Plotinus, & alij.

¶ Verum est tamen (vt omnia dicamus) q̃ non tam expressè hanc protulit sententiam Aristote. sicut alia dixit, sed inuolutè: & fortè quia sagacissimus: nam cùm ipse cum alijs posuit, vt principium: Ex nihilo nihil fit, non intelligebat animam rationalem esse de aliquo: nec potuit negare eā esse: & sic dixit esse eam incorruptibilem, tamen subobscurè: venit tamen interpretandus, licèt non essent verba in ipso Arist. quæ id docerent. Quapropter in hac parte relinquendus est Caiet. cardinalis, alias vir ingenioſus, & doctissimus, qui contendit probare fuisse mētem Aristo. animam esse corruptibilem. Proculdubio nisi expressè in Aristot. vt nullo modo posset in alium sensum exponi, ego de eo non possum credere.

Contra Caieta. in isto 3. c. 2.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. Animam esse immortalem, non quia ratione naturali, neq; quia dixit Aristo. & alij philosophi, sed fide tenendum est, & contrarium fuit olim error quorundam Arabum, vt Eusebius adducit. De quo B. P. Augu. Et probatur esse de fide ex illo Matthæ. 25. quando damnatis dicetur: Ite maledicti in ignem æternum: & bonis dicetur: Venite benedicti, &c. Vbi dicitur: Ibunt boni in vitam æternā. &c. Et Matth. 10. & 22. idē probatur. Et in symbolo Athanasij, qui approbatus est in concilio Florēt. Sed est Ecclesiæ expressa, & ex professo determinatio sub istis verbis. Hoc sacro approbante Concilio, damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuā mortalem esse, aut vnicam in cunctis hominibus, & hoc in dubium vertentes. Hæc ibi. Ecce quomodo damnatum est, asserere ipsam mortalem, & sunt dānati qui dubitant. Est etiam damnatus error Auerro. q̃ vnus esset intellectus omnium.

Euseb. 6. histo. ecclesi. c. 26.

D. Augu. in suo de hæresi. c. 83.

Concl. Latera. sub Leone. 10.

✱ ¶ ✱ In quo & errauit Erasmus in epistola prepositа. 1. Ad Corinth. quē errorem habuit quidam Hermānus Holādinus qui fuit damnatus anno. 1512. & brachio seculari traditus, vt refert Alfonsus de Castro lib. 2. &c. Erasmus enim in loco citato videtur dubius esse de animæ mortalitate,

4. Cōclusio ¶ Quarta conclusio. Quicunque tradit alijs Aristotel. aut alios Philosophos exponendo, quando incidunt aliqua in eis quæ sunt contra fidem: vt est de mundi æternitate, & de animæ mortalitate, nō solùm debet apertè, & sine ambage tradere fidem catholicā, sed tenetur argumenta ipsorum Philosophorum (quæ solubilia sunt) soluere, & excludere, & nō insoluta relinquere sub mortali peccato. Probatur. Quilibet fidelis quādo sese offert necessitas, tenetur confiteri fidem, non solùm corde, verum ore: sed quando exponit Aristot. vel alio philosophos, se se offert occasio, imò necessitas cōfitendi fidem: ergo debet, & tenetur.

1. Ratio.

¶ Et quòd sub mortali teneatur, patet. Quilibet sub mortali tenetur scandalum vitare proximorum, quando ad datum, & nō acceptum: at qui veritatem fidei in cauā nō manifestat, tradendo dicta Aristotel. quæ sunt contra fidem, scandalum de se dat: ergo sequitur q̃ sub mortali tenetur vitare.

Ratio. 2. p.

¶ Item. Quilibet sub mortali tenetur obedire præceptis Ecclesiæ in re graui: sed est Ecclesiæ præceptum, quòd solutantur argumenta philosophorum: vt fides catholica tradatur, & roboretur: ergo sequitur quòd tenetur. Patet in Concilio Lateranensi citato subduntur hæc verba: Insuper omnibus Philosophis in vniuersitatibus, vel alibi legentibus mandamus, vt cùm Philosophorum principia, aut conclusiones quibus à recta fide deuiare noscantur, suis auditoribus legerint, seu explanauerint, quale hoc de animæ mortalitate, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse docere, atque omni studio argumēta huiusmodi Philosophorum (cùm solubilia sint) pro viribus excludere, ac soluere. Hæc concilium. Ecce quàm expressa determinatio. Nos ergo vt iuxta Ecclesiæ determinationem loquamur, sit primum dictum.

2. Ratio.

Conci. Lateranen.

¶ Asserere quòd immortalitas animæ rationalis non potest probari ratione naturali, videtur erroneum. Patet: quia anima rationalis natura sua est immortalis: ergo probari potest: nam quodcunque prædicatum alicui conuenit per naturam, potest probari per naturam de suo subiecto. Quapropter malè loquutus est Iandunus dicens, non posse probari ratione naturali animam rationalem esse immortalem.

1. Dictum.

Ratio.

Ioan. Iādun. in. 3. de anima. q. 2. &. 29.

¶ Secūdum

2. Dictum. ¶ Secundum dictum. Dicere quòd ratio hactenus inuenta ab Aug. à S. Th. vel ab alijs non probat animam esse immortalem, nō est erronea: quia (sicut docet Aristo. datur aliquid scibile, cuius non est scientia: vt le circuli quadratura quanuis Carolus Bobillus, & quidam Minorita, & Brabardinus, & Nicolaus Cussa, & ante omnes Boētius putet scientiam esse inuentam) sic etiam scibile est animam rationalem esse immortalem, & tamen scientia nondum inuenta est: quia non est inuēta ratio quę demonstret.

Ratio.

Carolus Bobillus. Brabardi. Cussa. Boētius.

3. Dictum. ¶ Tertium dictum. Asserere quòd non fuerit inuenta ratio, non solùm est falsum, sed [illegible] nerarium: nam in re tam graui, & necessaria vb. pendent [illegible] rum, & bonorum, & pœnæ merita, & demerita, non est credendum quòd [illegible] fuerit [illegible] obatum. Non enim deus de iure aliquando suæ ecclesiæ. Quòd si in alijs non tanti momenti dedit scientiam sanctis, & spiritum suum credibile est dedisse in istis, maximè vbi ex opposito à philosophis aliquibus contradictum est. Quapropter ait Chrysost. Quinegat animæ immortalitatem, negat præmia, & pœnas: & hoc negare est dubitare, quasi in meridie sit dies.

D. Chrysost. Homi. 5. de pœnitentia.

¶ Sicut [illegible] est (ait Cicero) in lumine naturali Deum esse, ex eo q̃ nulla natio adeò barbara est, quæ id non affirmet, ita etiam ratione naturali probatur animas esse immortales: quia apud omnes nationes habetur pro certo, animas defunctorum viuere. Et probatur ex Aristot. in isto. 3. Necessarium est ad vitam instituendam & cognoscere Deum esse, & animas esse immortales.

Cicero. de senectute. tusc. q.

Aristote.

✱ ¶ ✱ De hac quæstione exactissimè ad mentem Philosophi, & Catholicè loquēdo probat animam mortalitatem Iacobus Naclā [illegible] o suorum operum in propria quā [illegible]

argum. ¶ Patet solutio ad oia argumēta ex dictis.

✱ ¶ ✱ Et illud Ecclesiastes intelligitur quoad corpus: nam sicut mētum corruptibile, sic & corpus hominis, &c.

¶ SPECVLATIO. IX.

De libero arbitrio, vtrùm sit appetitiua potētia, & à voluntate distincta.

PRimùm, videtur quòd non sit appetitiua potētia: quia liberū arbitriū est id i quo est libertas, & ratione cuius homo suarum actionum dicitur dominus: sed libertas in intellectu est, & non in voluntate: sequitur ergo q̃ liberum arbitrium nō sit appetitiua potentia, sed potius intellectiua. Quòd libertas sit in intellectu, patet: quia si intellectus ad vnum esset determinatus, etiam esset voluntas: vt videmus in amētibus.

1. Argumē.

¶ Præterea. Liberum arbitrium non est potentia: ergo non est appetitiua potētia. Cōsequentia est bona: quia quod non est in genere, non ponetur in specie contenta sub illo genere. Antecedens probatur: quia liberum arbitrium nominat liberum iudicium: sed liberum iudicium actus est, & non potētia: ergo non est appetitiua potentia.

Argumē. 2.

¶ Confirmatur. Per peccatum homo nullam perdidit potentiam, sed perdidit liberum arbitrium: D. Augustino dicēte, quòd homo vtēs malè libero arbitrio, se & [illegible] sum perdidit.

Confirma. D. Augusti.

¶ Tertiò. Potentiæ penes actus cognoscuntur, vt dictum est, sed actus liberi arbitrij, qui electio est, aliud est à voluntate, vt patet in. 3. Ethicorum: quia voluntas est finis, electio verò eorum quæ sunt ad finem: ergo sequitur quod liberum arbitrium non sit idē quod voluntas. 3

¶ In cōtrarium est Aristo. in. 3. Ethicorum, qui liberum arbitrium desiderium vocat eorum quæ sunt in nobis: at desiderium appetitus est.

In contra.

¶ Notandū quòd hic non contendimus tractare Theologice, vt contra hæreticos negantes liberum arbitriū tractari solet, maximè vt nostris temporibus contra Luther um, & sequaces quid id negauerunt. Cōtra quem scripserunt viri per celebres, Rofensis sanctus Episcopus, & marty. Ioan. Ekius, Iacobus Latomus, & multi alij. Nos tamen solùm physicè disputare intendimus, vt in lumine naturali stantes, sciamus quid de libero arbitrio sentiendum sit.

1. Notādū. Rofensis. Ekius. Iacobus Latomus.

¶ Insuper præsupponendum quod Arist. ait. Contra negantem liberum arbitrium, non rationibus, sed verberibus agendum est: ac si diceret: Tam est compertissimum in hominibus esse liberum arbitrium & tam euidens, vt negantem non rationibus

Aristo. in li. Topicorū.

conuincere

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Tho.p.p. q.83. conuincere cõtendamus,sed verberibus,ac si esset brutum animal.Esset enim solem in meridie lucentem rationibus, illuminare velle probare.Quis adeò demens est, vt nõ intelligat se aliqua liberè velle, & nolle? Et si de medio liberum arbitrium tolleremus, omnis prouidentia esset ablata,& ratio pręmiorum,& pœnarum.Sed respondeamus per conclusiones.

1.Cõclusio Ratio.1,p. ¶Prima conclusio.Liberũ arbitrium,quod potentia est,in homine poneri.lũ est.Quòd sit ponẽdum,patet:quia aliàs frustrà essent præcepta, exhortationes, prohibitiones, præmia,& pœnæ. In homine quidem est iudicium de aliquo particulari operabili cõtingente,& non ex instinctu naturę: oportet ergo prouenìat ex collatione rationis, prout vnum alio cõfert:sed hoc non est nisi ex indifferentia,quæ est ad agẽdum hoc, vel illud:ergo sequitur quòd liberum arbitrium est ponendum.In lapide enim, & in alijs quæ sequuntur naturæ instinctum, ad vnum determinatio est:ob id non dicimus libertatem:verùm in homine non sic.

Ratio. 2.p. ¶Secunda pars est,quòd liberum arbitriũ sit potentia.Est principium actus: ergo vel est potentia,vel habitus:quia actus nullum aliud potest dari principium:sed nõ est habitus:ergo est potentia.Probo quòd nõ sit habitus:quia si esset habitus, esset naturalis,cùm sit naturale hominem esse liberi arbitrij:sed non est habitus naturalis: quia ad illa quæ liberè agimus,non sumus per naturam determinati: & tamen si habitus esset naturalis,oporteret sic esse. Sicut quia habemus habitum naturalem,quo principijs naturaliter assentimus,nõ possumus in cõtrarium: sed hoc non potest dici de libero arbitrio, cùm consistat in hac indifferentia agendi, vel non agendi: ergo habitus naturalis non est: & si non est habitus, restat quòd sit potentia.

Cõtra San. Tho.1.2.q. 110. ar.4.& est opi.Sco. in.2. d. 26. ¶Quod si quis Theologicè probare vellet, liberum arbitrium habitum non esse,facilè posset,cùm subiectum gratiæ non ponatur habitus,sed potentia:sed subiectum gratiæ liberum arbitrium ponitur, qua mediante & bonum eligat,& in eo permaneat.

2. Cõclusio Aristo.3.Ethico. ¶Secunda conclusio. Liberum arbitriũ est potentia appetitiua.Patet ex Aristote. qui dicit:electio est desiderium eorũ quæ sunt in nobis:cùm ergo liberum arbitriũ sit quo eligimus,erit etiam desiderium eorum quæ sunt in nobis:sed desiderium est appetitiuæ potentiæ:ergo liberum arbitrium potẽtia est appetiua.

S.Tho.p.p. q.83. ar.3. ¶Ratio est.Actus emanãs ab aliqua potẽtia respectu alicuius obiecti,ad eam pertinebit potentiam,ad quam pertinet ratio formalis obiecti:sicut si quis videat albedinẽ, oportet iste actus ad potentiam illam reducatur,quæ habet pro obiecto colorem,ratione cuius albedo videtur:sed à libero arbitrio emanat electio, quæ est boni: oportet ergo ad aliquam potentiam reducatur liberum arbitrium,quę habeat pro obiecto formali bonum:hæc est appetitus,qui voluntas est:ergo liberum arbitrium est potentia ad voluntatem spectans.Quòd electio boni sit,est apertum.quia non eligimus nisi meorum in ordine ad finem,qui habet boni rationem & ideò cadit sub electione : quia bonum. Ratio,

¶Tertia conclusio.Liberum arbitrium, cũ sit potentia ad appetitum pertinens nõ est alia potentia quàm ipsa volũtas. Probatur. Si essent distinctæ potentiæ,maximè esset, quia isti sunt distincti actus simpliciter, & absolutè,velle,qui est actus volũtatis,& eligere aliquid propter finem,quod est liberi abitrij : sed isti actus non diuersificant potentiam:ergo voluntas, & liberum arbitriũ sunt vna potentia.Patet.Sic se habet liberũ arbitrium ad voluntatem,sicut se habet ratio ad intellectum:quia per intellectum est actus simplex assensus principiorum,& per rationem est discursus à principijs cognitis ad cõclusiones.Sic per volũtatem est actus simplex volitionis,& per liberum arbitriũ est electio aliquorum consultatorũ,quæ se habent vt conclusiones respectu finis, qui principium dicitur in practicis: sed vna est potentia ratio,& intellectus,vt supra dictum est:quia ad eãdem potẽtiã spectat moueri, & quiescere in termino:ergo eodem modo eadẽ erit potentia voluntas, & liberu arbitriũ,cũ vna intelligatur vt appetitus inquietę,& alia vt appetitus in motu, ad modum quo intellectus & ratio,quæ ratiocinatur. 3. Conclu. 1.Ratio.

¶Præterea.Distinctio potentiarũ oportet ex differentia obiectorum secundũ rationẽ formalem sumatur, sed intellectũ obiectũ liberi arbitrij,quod est bonũ,vt in finem,& obiectum volũtatis quod est bonũ vt finis,nulla est ratio formalis diuersa,imò bonum ob.ecti electionis continetur vt particulare bonum sub bono absolutè vniuersaliter, id est obiectũ voluntatis:ergo nõ est ponẽda alia 2.Ratio.

a distincta potentia:& sic liberum arbitrium idem est quod voluntas.

S.Tho.p.p. q.83. ar.4. Scot. in.1. d.38.q.vnica. Greg.in.2. d.24. Gab.d.25. Marsi.in.2. qu.16. Aristo.3.Ethicor. ¶Istam conclusionem sequuntur cõmuniter doctores. S.T.D.sub. Greg. Gabriel.& Marsi.& dicunt,liberum arbitrium esse voluntatem, quia intellectus est potẽtia naturalis:& mouetur sicut alia membra exterior mouentur naturaliter ex motione volũtatis.Hæc conclusio probatur Theologicè, simul & in morali philosophia: quia ibi solùm est libertas,vbi & ratio peccati: sed ratio peccati in voluntate est,cum sit dictum, factum,vel concupitum,&c.Et Aristot.rationem peccati in voluntario ponit:quod fit ex libertate arbitrij.

4. Cõclusi. Et si libertas dicatur esse primò & principaliter in intellectu,liberum arbitrium non debet dici potentia voluntaria & intellectu constituta.Hæc conclusio est cõtra

Cõtra Durand.in.2. d.24.q.1. 2.&.3. Durand.qui tenet cõtra cõmunem opinionem, quod liberum arbitrium non est sola voluntas,neq; solus intellectus,sed quid ex vtroq; : quia dicit, q principaliùs est libertas in intellectu,quàm in volũtate. Contra quod dicimus,quod dato libertas sit radicaliter in intellectu,liberũ arbitrium est voluntas.

Ratio. ¶Primum patet.Ibi dicitur esse aliquid radicaliter,à quo emanat,& fluit:vt flores, & fructus arboris in radice dicimus esse radicaliter:quia inde emanat nutrimẽtum ad ramos,in quibus flores,& fructus.Et virtus motiua est in omnibus mẽbris est,sit radicaliter in capite,in quodam neruo, in occipite,qui ramificatur,& distenditur per omnia membra,in quibus est motus: sed sic est de libertate liberi arbitrij,qui voluntas est respectu intellectus:nam ea ratione qua in intellectu inquirendo,& iudicando ad vnũ, nõ est necessitatum determinatus,sed iudicium,vel aliud,&c.ipsa voluntas quia,& accepta iudicatum per intellectum,libere vult,&liberum arbitrium dicitur.Et intellectus esset ad vnum determinatus vt in rationibus, quibus non est inquisitio,neq; aliqua consultatio & voluntas esset determinata,sicut appetitus naturalis est determinatus: quia sequitur apprehensionem,ad vnum determinatũ.Fece omodo dicit esse libertas liberi arbitrij, S. Tho.de Veritate 14.art. In.1.sen.d. 24.q.1.art. libertas volũtatis esse radicaliter in voluntate.Tamen intellectus est potẽtia naturali motiua ab ipsa volũtate quoad exercitiũ: & posito quocunq; iudicio in intellectu,voluntas liberè acceptat.Quòd si in intellectu nõ est inquisitio, sed ad vnum determinatio,non est in voluntate electio: vbi vnum præaliis acceptatur à voluntate: ob id dicitur esse radicaliter libertas in voluntate, licet in intellectu radicaliter. De quo S. Thom. sæpe loquitur. 2.& 12.q. 6.articu.2. ad.2.

¶ Et hoc sit dictum cõtra Aristo.Andręã, quia in Metaph.q.2.de mente Scoti.contẽdit probare,quòd intellectus cum sit potentia naturalis,non est potẽtia libera:neq; radicaliter,neque formaliter: sed tamen de mente S.Thom.intellectus radicaliter est liber:& tamen volũtas,est magis libera quã intellectus:tamen quia voluntas nõ potest necessitari,quoad exercitium:&intellectus sic.Secundò,quia voluntas est motiua exercitiuè, aliarum potentiarũ & nõ intellectus. *

¶ Secunda pars (quæ de directo contra Durand.) est,quòd non sit potentia ex voluntate,& intellectu constans.Patet quia, vel est volũtas,vel intellectus,vel vna.3. distincta ab vtraque. Non intellectus solùm : quia liberum arbittium electionem dicit,quæ est actus voluntatis. Neque est vna potentia distincta ab vtraq; : quia non solùm tres essent potentiæ rationales, intellectus,memoria,& voluntas,sed.4. esset addenda,scilicet,liberum arbitriũ, contra omnes philosophos, & Theologos, qui solùm ponunt.3. manet ergo quod sit voluntas, quod nos affirmamus. Ratio.2.p.

¶Præterea.Vbi est specialis potẽtia,oportet ponere specialem rationem formalem obiecti: sed non datur in libero arbitrio specialis ratio obiecti:ergo neque datur specialis potentia.Patet:obiectum est bonum medij in ordine ad finem:modò bonum non habet specialem rationem formalem obiecti, cùm contineatur sub bono vniuersali, quod est obiectum voluntatis : ergo sequitur quòd non est liberum arbitrium potentia alia ab ipsa voluntate,sed est ipsa voluntas:& solũ est rationis distinctio:vt quando absolutè vult bonum,voluntas dicatur: & quando ex aliquibus præconsiliatis vnum eligit,dicatur liberum arbitrium. Ratio.2.

¶Ad primum solutio satis patet ex vltima conclusione : nam concedimus radicaliter esse libertatem in intellectu, essentialiter tamen esse in voluntate, quicquid dicat Ægidius quolibet.4.q.vlti.Et cùm res debeat se qui id quod est essentialiter, & non quod radicaliter,sequitur liberum arbitrium esse Ad argum. Ægidius.

volũtatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

voluntatem,& nō intellectum. Et quidem si Durand.hoc diceret,& principaliter intelligeret,id est,radicaliter,daremus ei.

Ad secūdū. ¶Ad secundum dicendum ita esse,quòd aliquando potētia denominatur ab actu:quia actus magis notus est nobis, quàm potentia:& nominamus sicut cognoscimus: sed non inde seqꝶitur,quòd potentia sit actus, neque ēcontra actus potentia sit:o' id libe rum arbitrium quanuis à recto iudicio, vel ab electione nominetur, potentia est, & non actus.

Ad confir. ¶Ad confirmationem,quæ Theologica.n tangit,& alienā à philosophia naturali difficultatem,quomodo liberum arbitrium homo per peccatum perdidit, dicendum erit (Ꝗ domin⁹ dederit) in nostris resolutionib⁹ in.2.sent.vbi de peccato primi parentis, & corruptione causata per ipsum: pro nunc sufficiat tyroni,si intelligat liberum arbitrium perditum per peccatum: non ꝙ desierit esse liber,qui ante peccatū fuerat, sed ea ratione quā ex sua libertate voluerit facere propriam voluntatem, & non diuinam: & perdidit gratiam diuinam,& iustitiā originalem,per quam,cùm esset liberi arbitrij, habeat vt ad bonum vsus esset,non ad malum.Cùm tamen peccauit,dicitur perdidisse:quia remota iustitia originali, destitutus tanto præsidio,vtitur libero arbitrio in malum vt frequenter,& vt raro ad bonū, quia

Ad Gala.5 & ad Ro.5. patitur difficultatem ad bonum eligēdum, carne reluctante in contrariū.Et habet pronitatem ad malum,ipsa sensualitate instigāte,& dæmone ad peccatum.Nōne ista perditio liberi arbitrij iudicāda est? In hoc sensu ergo perdidit,qui &gratuita dicitur perdidisse,& in naturalibus vulnus accepisse. * Verùm naturalia integra manserunt.

Ad tertium ¶Ad.3.Ea ratione qua voluntas finis dicitur,& electio dicetur mediorum:tamen ponimus differentiam inter voluntatem,& liberum arbitrium, sicut inter intellectum, & rationem: sed non est differentia realis, sed solùm rationis: & sic non sunt diuersæ potentiæ,sed solùm vna.

Quia immaterialem dicimus animam,atque in ea posuimus intellectum agentem : vt abstraheret species intelligibiles à phantasmatibus,nō abscrerit hic de modo abstrahendi,& de ipsis speciebus aliqua dissere-e,atque quæritur principaliter.

¶SPECVLATIO. X.
Vtrum intellectus noster res materiales, & corporeas intelligat abstrahēdo à phātasmatibus.

ARguitur quòd nō.Res tunc verè intelligitur, sicut & est:sed res corporeæ, & materiales nō nisi in materia sūt: ergo sic verè intelliguntur:ergo per abstractionem à materia nō intelligūtur:quod falsum in intellectu esset. Argumē. 1.

¶Præterea.Aristo.dicit,sicut & nos supra, quādo de intellectu agēte disputauimus. ꝙ phantasmata se habēt ad animam,sicut colores ad visum:sed non fit visio per abstractionem specierū à coloribus,sed quia colores producunt suas species:ergo neq; intellectio fiet per huiusmodi abstractionem, sed quia solùm phantasma imprimit. Argumē. 2. Aristo. hic.

¶Vltimò.Non intelligūtur res materiales, & corporeæ:ergo male dicitur.Patet.Quod intelligitur actu,qd est actu in intellectu.Sed solum species est actu in intellectu.ergo ipsa est quæ intelligitur.Patet:intellectum in actu est ipse intellectus in actu. Argumē. 3.

¶In contrarium est Aristot.qui ait. Sicut res sunt separabiles à materia, sic circa intellectū sunt:ergo cùm materialia, & corporea intelligantur in veritate,oportet à materia separata intelligantur:& sic per abstractionem à phantasmatibus. Aristot.hic. In contra.

¶Oportet hic in memoriam reuocare quę supra de intellectu agente diximus,ne rursus repetamus,scilicet esse potentiam, quæ habet virtutem faciendi actu intelligibilia illa, quæ sunt in potentia vt intelligantur. Facit enim vt obiectū potētię proponatur,qd in omni cognitione necessariū est,siue cognitio sit sensitiua,siue intellectiua. Notādū.1.

¶Notandū etiā quendā dixisse,ꝙ vires cognoscitiuæ in nobis nihil cognoscunt, nisi propias passiones:& sic sensitiuam vitutē cognoscitiuā dicebant solùm esse sui cognoscitiuā. Consequenter de intellectu asserebant, qꝶ solùm speciem cognosceret intelligibilem,quā informatur actu:tamen lecentia sunt,vt in sequentibus fiet clarū. Alij tamen negantes huiusmodi species, cognitionem fieri Notādū.2.

fieri dicebant per hoc, quòd obiectum cognoscibile præsens fieret intellectui: quia frustrà poni videbatur species.Respōdetur his notatis:Et sit prima conclusio.

Cōclus.1. S.Tho.p.p. q.85.art.1. Ratio. ¶Intellectus noster ꝙ isto statu cognoscit res materiales,& corporeas à phantasmatibus abstrahendo.Hæc est Arist.in isto.3.

¶Ratio est.Ab intellectu in veritate corporea,& materialia intelliguntur: ergo oportet sint ipsa in intellectu: quia omne quod intelligitur,in ipso intellectu est: ergo vel ipsa materialia sunt secūdùm suum esse reale,quod habent à parte rei, vel sunt solùm per similitudinem suam:quia non est alius modus sed non est lapis in esse reali in intellectu:ergo est per similitudinem: sed hanc vocamus speciem rei à materialibus abstractā, quā cognoscit:ergo intellectus corporea abstrahendo. Hæc est enim conditio nostri intellectus, vt intelligat formam in materia corporali existentem : sed non prout est in tali materia:quia ipse intellectus est actus, cui est forma corporeis, non tamē actus organi corporei. Hæc conclusio est contra Platonem,qui posuit nos intelligere non abstrahendo,sed potiùs participando abstracta: quia ponebat ideas illas separatas,quarum erat scientia. Aristo. Cōtra Platon.

Cōclus. ¶Secunda conclusio.In huiusmodi abstractione ponitur species intelligibilis,qua actu informatur intellectus,& intelligit actu. In hac conclusione volumus dicere,quòd abstractio à materialibus nō fit per hoc quòd phantasma vniatur intellectui, & actu intelligat,sed per hoc quòd verè producitur species intelligibilis,& ipsa actu in intellectu recipitur,per quam formaliter intelligit. Probatur:quia (vt dicebamus) necessario intellectum oportet,sit in intelligēte,vel per se, vel per similitudinem:sed res corporeæ intelliguntur:ergo sunt in intellectu: & non per phantasmata. Patet.Non potest phantasma recipi in intellectu:ergo nō est in intellectu.Patet.Omne quod recipitur in alio,ad modum recipiētis recipitur:sed intellectus est immaterialis, abstrahens ab hic, & nunc,& à ratione singularis, cum suum obiectum sit vniuersale:sed phantasma est singulare,& habet hic,& nunc in sua conditione:ergo sequitur quòd non recipitur in intellectu,nisi facta tali denudatione, & abstractione:sed ea facta,phantasma non est, species de qua dicit conclusio:ergo species intelligibilis,in tali abstractione ponenda est:quæ species est velut idolum,& similitudo rei intellectæ quę est in intellectu ad modum ipsius,spiritualiter,& immaterialiter:nam licēt sit de re corporea,& materiali,est vniuersaliter,& sine hic,& nunc, sicut & ipse intellectus. Ratio. Aristo. Aristote. 3. huius.

¶Contra istam conclusionem sunt aliqui doctores,etiam graues, qui absolutè omnē negant speciem,tam in sensitiua,quā in intellectiua parte:sicut Ocā:vt citatur à Gabriele.Ait enim,ꝙ sufficit obiectum,& potentia:quia ab obiecto,& potentia paritur notitia:qui etiam asserit quòd post actualē intellectionem manet in potentia quædam qualitas,quæ est principium cognoscendi abstractiuè:tamen non est species. Opi.aliquorū cōtra cōmunem. Ocā in.2. q.18.& 19 Gabri.d.4. 2.sent. Durā.in.2. sen.d.3.q.6

¶Gregorius Ariminēsis negat omnem speciem ante actum:in quo cōuenit cum Ocā: sed differt ab eo:quia post actualem cognitionem manet species,per quam cognoscit intellectus abstractiuè. Greg.in.1. d.3.q.1.& in.2.dist.7. q.2.

¶Henricus Ganden.tenet cum Ocam, ꝙ in intellectu non sit dabilis talis species intelligibilis:neq; est verum ꝙ abstrahatur à phantasmatibus: tamen in sensu concedit speciem sensibilem dari. Gotfredus etiā cōcedit species in sensu,& negat in intellectu. Henr.quo-lib.5.q.14. Gofredus.

¶Contra omnes istos conclusio posita est, quæ cōmunis est.Est docto.S.in multis locis.Idem doct.sub.& Marsi.& experientia, satis constat:quia ego video me in speculo, & non potest esse,nisi species mea ibi sit impressa. Obiectū enim solùm directè posset mouere:ergo species ponenda est. S.Tho.p.p. q.85.art.1. &.2. Sco.in.1.d. 3.&in.2. d.3. Marsi.in.2. q.7.

¶Et de sole per fenestram transeunte (si vitrea sit)apparet color vitri in pariete:tamē nō est,nisi quia species coloris sit ibi.Et patet de baculo pro medietate in aqua posito,qui apparet fractus: & de denario in scutella aqua plena,quia apparet maius ob reflexionem specierum in obuia medij rarioris:& sic omnes perspectiui species concedunt sensibiles,& intelligibiles,siquidem sicut in sensu constat, oportet & de intellectu iudicare.

¶Tertia conclusio.Cùm phantasma se solo speciem intelligibilem non possit producere,confortatum,vel illuminatum ab intellectu agente potest vnam, & plures simul producere:& ipsa species est priùs natura ꝙ actus intelligendi.Prima pars ex supra dictis patet.Phātasmata ipsa,cū sint materialia,quia hic,& nūc,& sint singularia,ꝙ se nō possunt mouere intellectū possibile, neque Conclusi.3 Ratio.p.p. Vide Ægi. quolib. 2. q.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque possunt producere speciem vniuersalem, qualis est illa quæ in intellectu possibili est. In quo decepti sunt, qui speciem negant intelligibilem. Et quia phantasma non potest: quia non est obiectum proportionatum, ponitur intellectus agens, vt dictum est suprà. Quapropter non est ponendus sensus agēs: quia frustrà esset, ea ratiōe qua sensibile est proportionatū potentiæ: vt possit producere speciē intelligibilem.

Ratio.2. ¶ Secunda pars est, quòd si phantasma sit confortatū, & eleuatum producat speciē. Patet: quia facta tali illuminatione, & conuersione ad phātasmata, sequitur intellectio: & res intellecta actu in intellectu est: & nō per substātia realē: ergo per similitudinē: sed hæc similitudo species intelligibilis est: ergo verè producitur, & non ab intellectu agente solùm: quia species non est intellectus agētis, sed illius cuius est phantasma: ergo oportet sit producta à phantasmate.

Marsi.in.2. q.7.ad.5. Hoc videtur probabilius, & tenendum cōtra Marsi. qui negat quòd phantasma aliquid possit agere, etiam post illuminationem: quia corporale est (ait ipse) nō potest in spiritum. Nos tamē dicimus speciem intelligibilem produci ab ipso phantasmate post factam illuminationem: quia dato phantasma non posit immediate per suam virtutem, confortatum ab intellectu agente, potest. Hæc videntur esse conformiter ad

Aristote. 3. huius. Arist. qui dicit, sic se habere intellectū agentem in ordine ad phantasmata, sicut lumen ad colores: sed lumen non producit species coloris, sed ipsi colores illuminati producunt. Non nego tamen quin sit dicendum ipsum intellectum agentem concurrere ad talem productionem: & si quādo dictū sit quòd intellectus agēs est qui abstrahit species intelligibiles, & producit, debet in isto sensu intelligi: quia ipse intellectus agens illuminando phantasmata, potissima, & totalis causa est, quare species producantur ab ipsis phantasmatibus: sicut dicimus stātes in loco obscuro, si candela adducatur, quòd lumen causet visionem illorum quæ videntur: imò & species causari à lumine, & coloribus, non alia ratione, nisi quia lumen fuit in causa, quare colores suas protendāt species vsque ad visiuam potentiam. Itaq; dicendum, intellectum agentem concurrere effectiuè simul eū phantasmate, & phantasma illuminatū producere species intelligibiles solùm est negandum, q̄ intellectus possibilis concurrat effectiuè ad species intelligibiles producēndas.

¶ Alia pars est, q̄ phantasma illuminatum, cum sit vnū, potest vnam, & plures species producere. Patet: quia si Petri Phantasma sit illuminatum, cognoscitur de Petro q̄ sit ens: quòd sit substantia: quod sit corporeus: q̄ animatus: quòd sit sensibilis: ergo omniū habet intellectus actu species intelligibiles: & non videtur à quo fuerint productę, nisi ab illo vno phātasmate: ergo potest producere vnam, & plures species. Dixi, vnā, vel plures: quia vtrunq; potest dici, & quòd solam vnam phantasmatis producat speciem, & illa mediante intellectus omnia prædicata essentialia quidditatiua cognoscit: quia illa vna sola sufficiens est: & potest etiā affirmari quòd sint plures species.

Ratio.3.p. Ægidius.

Ratio.p.p.

¶ Vltima pars est, q̄ licèt simul tempore intellectum informari specie, & intelligere, priùs natura tū est ipsa species. Patet: Priùs natura est forma qua agēs agit, quam actio agētis: sed species intelligibilis est qua intellectus intelligit: ergo ipsa prior natura.

¶ Gregorius Arimi. tenet priùs esse intellectionem, quam speciem: sed est conformiter ad suam imaginationem, & non species ante actum intelligendi, sed bene post actum: nos verò qui ponimus speciem, consequenter loquimur: & sic prius est species intelligibilis. Et ipsa species intelligibilis no est q̄ intelligitur, quia non est species obiectū primariū, sed est id quo, intellectus intelligit: nam actus intelligendi no terminatur ad speciē, sed terminatur ad ipsam rem intellectā. Verū est tamen, quia intellectus est potentia reflexiua, & intelligit se, & intelligit speciem, & intelligit se intelligere: sed tamen primariò res est ipsius est species, est obiectum, & secundariò species intelligibilis.

Grego. Ari. in.2.d.7.q. 1.&in.1.d. 3.q.1.

S.Tho.p.p. q.85.ar.2.

¶ Quarta cōcl. Intellectus informatus specie intelligibili vniuersali non solùm vniuersale, sed etiam singulare cognoscere potest: & non solū vnum, sed plura tam vniuersalia, siue singularia, siue vniuersalia. Conclusio habet duas partes. Prima est, quòd intellectus licèt dicatur esse vniuersalium, & obiectum eius sit vniuersale, non tamen hoc est negandū, quin singulare cognoscat distinctè, & clarè, sicut & cognoscit vniuersale. Probatur: intellectus format hanc propositionem: Petrus est homo: ergo oportet habeat claram: & distinctam subiecti, & prędicati: nā si nō haberet subiectum nō posset tribuere tale prædicatū, sed subiectū est singulare: ergo intellectus cognoscit singulare distinctè, & clarè.

Cōclus.4

Ratio.p.p.

¶ Præterea. Intellectus ratiocinatur in practicis sic: Omnis fornicatio est à me fugienda: hæc est fornicatio: ergo hæc est à me fugienda. In intellectu est notitia clara, & distincta conclusionis: & illa est vna singularis, & quid singulare: hæc est à me fugienda: & habet etiam notitiam minoris illius Syllogismi, quæ est, hæc est fornicatio: quæ etiā est singularis, ergo oportet quod sit cognitio singularis distincta: sicut & est vniuersalis. Neque aliquis sanæ mentis potest negare hoc. Solùm est in controuersia an directè cognoscat singulare, sicut cognoscit vniuersale. Doctor Sanctus dicit: singulare in rebus materialibus intellectus noster directè, & primò cognoscere non potest. Quod probat: quia per abstractionē à phantasmatibus intelligit, vt dictum est: sed abstractio non est speciei in singulari, sed in vniuersali: & sic intellectus ipsum vniuersale per speciem intelligibilem intelligit directè: sed indirectè singularia quorum sunt phantasmata.

Ratio.2.

S.Tho. q.86.art.1.

Rō.S.Tho.

¶ Contra hoc dictum S.Th. est doctor subtilis: & communis opinio, & derident hoc scilicet, quod intellectus non intelligat singulare. Et quidē in sensu in quo ipsi impugnāt, & intelligunt S.Tho. meritò veniret deridendus, (si diceret ipse) quia videretur delirare. Non enim S.Tho. diceret singularia nō cognosci, cuius scientia tam manifesta est in vniuerso orbe: sed neq; rusticus id affirmasset. Quapropter nostram conclusionem etiā de mente S.Tho. ponimus, quòd distinctè intellectus singulare cognoscat: sicut ipse dicit in loco citato, in solutione ad.2.

Sco.in.4.d. 45.q.3.

¶ Sed tamen quia singulare etiam si distinctè cognoscatur, potest cognosci & specie intelligibili singulari, vel specie intelligibili vniuersali, Sanct. Thom. tenet quod singulare non cognoscitur specie singulari: quia talis non abstrahitur ab intellectu agēte ex phantasmatibus, sed solùm vniuersalis: sed concedit quòd intellectus cognoscit singulare per speciem illam, etiam si sit vniuersalis, cum phantasmate, quod est singulare: quia (vt suprà diximus) conuersio ad phantasma, pro isto statu, necessaria est: & species vniuersalis cum phantasmate singulari causat distinctam cognitionem, quā caret species singulari, si daretur intelligibilis: sed hoc est cognoscere indirectè singulare: quia cognoscit non per speciem propriā sed per vniuersalem. Verùm licèt sit indirecta cognitio, sed tamen distincta: sic intelligendo S.Thom. non solùm non venit deridendus, sed magnificādus in subtili sua imaginatione circa cognitionem singularium. De quo suprà mentionem fecimus: sed hic magis ex proposito, & clariùs.

In quo S. Tho. differat ab alijs.

Quomodo cognoscitur singulare.

¶ Scrupulus tamen remanet: nam dato sufficienter dictum circa cognitionem singularium pro isto statu ratione phantasmatis, quod supplet, quid de cognitione singularium animæ separatæ, quando non erunt phantasmata? Dici potest, hoc posse per illam speciem vniuersalem quæ remanet. Secundò, & melùs, quòd per habitum dilectūin anima ex actibus quos habuit in via cognoscendo singularia. Si tamen quis teneat communem opinionem, quòd singulare cognoscitur per propriam speciem singularem, cum ipsa maneat, per ipsam poterit cognoscere.

Obiectio.

p.Solutio.

2.Solutio.

¶ Altera pars cōclusionis est, quòd cognoscat intellectus plura simul. Potest habere cognitionem propositionis, subiecti, & prędicati: & ista sunt plura: ergo plura potest simul cognoscere.

¶ Item. Potest habere cognitionē præmissarū, & cōclusionis: imò habet conclusionis necessariò cognitionem, habita cognitione præmissarum: & ista sunt plura: ergo intellectus potest simul plura cognoscere.

Ratio.2.

¶ Ista conclusio est contra Durand. quidicit, esse impossibile intellectum intelligere simul plura æquè primò. Item. Intellectum habere duos actus simul. Et sunt qui putent etiā S.Thom. asserere quod Durand. & sic esset etiam conclusio contra eum: nam ait doctor Sanct. quod intellectus potest plura intelligere per modum vnius, sed non potest plura per modum pluriū. Per modum vnius intelligit, q̄nando per vnam speciē: & per modū pluriū, quando per plures species distinctas. Rationem ibi assignat. Tamen cōmunis opinio asserit cōtrarium: quia tenet quod dicit nostra conclusio. Et licet sit contra Durā. non videtur esse contra S.Tho. si intelligatur sensus eius. Non enim absolutè negat, quominus quis posit plura per modum plurium cognoscere imperfectè: sed de cognitione perfecta videtur loquutus: nam si vnum ex alio sequitur, vt notitia conclusionis ex notitia præmissarum, simul

Cōtra Dur. in.1.d.35. q.1.&in.2. d.24.q.1.

S.Tho.p.p. q.85.art.4.

Interpretatio opin. S. Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mul poterit esse notitia præmissarum, & conclusionis: tamen quãdo vnum non sub ordinatur alteri, putat doctor Sanct. quòd non contingat illa plura per modum plurium perfectè cognosci: & sic dicit non cognosci. Ratio est: quia cùm intellectus noster sit finitæ capacitatis, & conatum apponat in cognoscendo, & finitum possit apponere, si pluribus sit intentus, minor est ad singula: vnde apponendo conatum in intelligẽtia vnius, remittitur in alio. Et in hoc sensu venit intelligendus Sanct. Thom. quòd non contingat plura cognoscere per modum plurium simul: quia non perfectè cognoscuntur, quando sunt illa disparata. Et sicut dicimus duo contraria non possunt esse simul: tamen in gradibus remissis non repugnat, sic etiam dicit, non contingit plura simul cognoscere, sed cum hoc stat quòd remissè possit: & est verum quòd intensè non possit: ob id in sententia crediderim Sanct. Thom. non discedere ab opinione communi, licèt in verbis multum distet. Nostra tamen conclusio communiter loquitur abstrahendo à cognitione perfecta, vel imperfecta: contingit enim plura simul cognoscere, etiam si per modum plurium. Verum est, quod illa plura quæ per plures species distinctas sic cognoscuntur, & non sub ordinantur, non cognoscuntur perfectè, sicut vnum solùm cognosceretur: quod habent dicere necessariò qui tenent opinionem communem. Et quidem modus loquẽdi Sanct. Thom. ex Aristotel. videtur sumptus, qui ait: Intelligere est vnum solùm: scire verò plura: ita vt plures cognitiones simul se impediant: non fit plures scientiæ. Et quilibet nostrum experimentum sumit de hoc.

Aristo. prædica. ca 6. & 4. meta. t. 4. 9. & 27. & de sensu, & sen. c. 7.

Arist. in li. Topic.

Ad. 1. ¶ Ad primum distinguo de abstrahere: nam vno modo contingit per modum compositionis diuisionis: sicut quando intelligimus aliquid esse in alio, vel esse separatum ab eo. Si isto modo quis abstrahat, quę non sunt abstracta, falsitas erit. Alio modo abstractio fit per modum simplicitatis: vt quãdo in re in qua sunt plura, abstraho, considerando vnum, alio relicto: vt in pomo est substantia pomi: est color, & est odor. Possum ego per intellectum de colore considerare, distinguere, & definire, non curando de substantia pomi: sicut Petrus cùm sit indiuiduum, habet aliquid quod ad indiuiduum pertinet: & habet aliud quod de eius essentia est. Potest què intellectus considerare quæ sunt de essentia eius, relictis aliis quæ sunt accidentia, etiam si propria sint: & isto modo abstrahendo nulla falsitas est. Et eo hoc dicitur, Abstrahentium non est mendacium. In proposito: à phantasmate singulari potest intellectus abstrahere speciem vniuersalem, repræsentantem essentiam illius phantasmatis communem multis, non considerando accidentia alia per cõditiones indiuiduantes hic, & nunc, & hoc est quod facit intellectus agens abstrahendo à phantasmatibus species intelligibiles per modum simplicitatis. Neque tunc intelligit rem aliter quam est, sed considerat nam rem sicut est, alia relicta quæ [illegible] cta cum ea est. Si tamen abstrahit [illegible] lapide lapide: vt eam non intelligat [illegible] materia, sed per se stare, iam esset idea [illegible] nere cum Platone, separatam à materia, & à sensibilibus: in quo esset falsitas: quia res istæ materiales non reperiuntur [illegible] à, nisi in materia, sicut vniuersale [illegible], vel genus in suis indiuiduis est contra [illegible] im: vt [illegible] ximus in prædicabilibus.

Arist. 2. Physic. t. 18. & 13. met a. t. 3.

¶ * Hic tamen consideran[illegible] m quod [illegible] * in superioribus tactum est d[illegible] culta[illegible] tel ligendi materialia, cùm non [illegible] stri intellectus: sed ex parte ipsarum rerum materialium, qui vnum quodque in tan[illegible] intelligibile est, in quantum in actu e[illegible] & cum materialia habeant esse diminutu[illegible] & potentiale, habent ex hac parte difficultatẽ ad intelligi, & à forma trahunt posse intelligi, sicut esse in actu: ob quod philoso. in. 1. physicorum materiam dixit non cognoscibilem nisi per analogiam ad formam. Et sicut sunt in triplici gradu entitatis huiusmodi materialia: sic & sunt proportionabili[illegible] cognoscibilia: primus gradus [illegible] eorũ quæ & si esse non habent nisi in ma[illegible] ibili, tamen secundum diffinitionem [illegible] ab ea vt sunt mathematicalia: & hæc [illegible] ri modo apprehendũtur. In secundo gradu sunt natur[illegible] quæ habent esse in materia, & per eam diffinitur [illegible] patet ex. 2. physi. tex. [illegible] quæ sunt entia permanentia vt lignum lapis, &c. & hęc minus intelligibilia sunt ex su natura quàm prima: in tertio grad[illegible] & quæ successiua vt motus, tempus [illegible] a aliud vt relatiua, & hæc adhuc diffici[illegible] intelligũtur propter minorem en[illegible] Ecce quomodo sit difficultas in [illegible] gendis & necessarium sit abstrahe[illegible] & [illegible]

dam

dam modo eleuare ipsa ad hoc quod intelligi valeant.

Ad. 2. ¶ Ad secundum dicendum esse similitudinem in aliquo inter intellectum agentem, & lumen, & esse dissimilitudinem. Similitudo est: quia sicut colores non possunt actu videri absque lumine, sic neque phantasmata: sed est differentia in hoc, quod color sic est in se in singulari: sicut & est in potentia visiua, ob id potest color immediatè de se effundere speciem, vsq; ad potentiã: at verò phantasma, cũ sit in se singulare, non potest speciem producere: quia in intellectu nõ est species singularis, sed cõmunis, & vniuersalis: quia speciei, & non indiuidui: ob quod ante per intellectum, cuius obiectum est vniuersale quasi in se: ideo est necessaria virtus intellectus agentis, quæ illuminet phantasmata, & fortificet ea, quæ simul cũ ipso intellectu agente, vel intellectus agens cum phantasmatibus producãt speciem intelligibilem sine hic, & nunc in vniuersali, quæ erit repræsentatiua phantasmatis quã[illegible] m ad n[illegible] n speciei. Isto modo dicitur abstrahi species: non quod aliqua eadem numero forma qu[illegible] prius fuit in phantasmate, p[illegible] ea sit in intellectu possibili, ad modũ qu[illegible] contingit quòd vnum corpus ab vno [illegible] tra[illegible] eratur in alium locum.

Ad. 1. Ad tertium, iam dictũ est, quod in [illegible] quod actu intelligitur primò, & directè obiectũ est. [illegible] dest, res cuius est species intelligibilis, & nõ ipsa species intelligitur, nisi indirectè: quia intellectus est potentia reflexiua, & intelligit se intelligere, & intelligit suam actionem. Et si intelligat se intelligere per speciẽ, & intelligat speciem, tamen species primò non est quod intelligitur, sed quo intelligit. [illegible] posset esse dubium, an hic modus intelligendi à [illegible] bilibus, abstrahẽdo, sit in pœnã [illegible] ut sentit doct. sub. in. 1. & 2. sent.

S. Tho. p. p. q. 85. art. 2. [illegible] ale, vt docet Sanct. Tho. & alij: sed [illegible] theologicis resolutionibus ad propositum: quia connaturalis est iste modus, & non a pœna originalis.

SPECVL. XI. VTRVM anima separata à corpore cognoscat. Et si cognoscit, vtrùm omnia naturalia, & illa quę apud nos fiunt.

Primũ argumẽtũ.

Aristot. in hoc. 3. t. 39

Arist. 1. meta. & in fine posteriorũ.

2.

Lucæ. 16.

3.

D. Aug. in lib. de cũ. p mortuo. agẽda.

In contrar.

De hoc vide ægi. quo lib. 4. q. 16

¶ Arguitur quòd non cognoscat. De ratione cognitionis sunt phantasmata. Necesse enim intelligentem phantasmata specularis: & omnis nostra cognitio ortum habet à sensu, cũ nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu: sed in anima separata non est sensus: non sunt phantasmata, cum ista in corpore reperiãtur: ergo sequitur quod nihil cognoscit.

¶ Secundò. Probo quod si intelligit, quod omnia naturalia intelligat. Qui intelligit magis intelligibile, quod magis à natura intelligentis distat, poterit quod minus intelligibile, quod & minus distat: sed potest anima separata intelligere substantias separatas, sicut diues in inferno positus vidit Lazarum: & erat substantia separata: ergo poterit naturalia omnia cognoscere, quæ sunt [illegible] is propè eam.

¶ Vltimò. Si anima separata cognoscit, sequitur quod cognoscet omnia singularia, quæ contingunt apud nos: sed hoc est contra D. August. qui ait: animæ mortuorum rebus viuentium non intersunt.

¶ In contrarium est Aristotel. in isto. 3. qui probat animam separatam intelligere, quãdo ait: Quòd si non est aliqua operationum animæ propria, non contingit ipsam separari: sed cõtingit ipsam separari: ergo habet aliquam operationem propriam: & hęc maximè est intelligere: ergo anima separata potest intelligere.

¶ Speculatio hæc de modo intelligendi animæ separatæ habet difficultatem, eò quòd pro isto statu non potest intelligere sine tali conuersione ad phantasmata. Et quidẽ si hoc est accidens ei, & non secundum naturam, soluta est dubitatio: quia separata habebit modum sibi naturalem, scilicet, non conuertendo se ad phantasmata, sed ad ipsa intelligibilia: sicut posuerunt Platonici: sed hoc est inconueniens: quia sic animæ non esset melius corpori vniri, sed peius: & anima esset propter corpus, & nõ è contra: ob id videtur dicendum, quod quælibet res eò modo agat quo & actu est, sic animæ conueniet intelligere, secundum quod actu est. Et quando forma corporis est, conueniet ei agere conuertendo se ad phantasmata. Et quando separata est, quia actu non est forma corporis, cõuenit ei intelligere sine tali-

Universidad de Deusto Biblioteca

conuersione:& sic modus cōuertendi erit ei naturalis:sicut & esse formam corporis: & esse separatam est præter naturam:non dico contrà:& sic non conuerti ad phantasmata etiam præter naturam dicetur.

1. Cōclusio. ¶ Prima conclusio. Anima rationalis separata non solùm intelligit absolutè, sed substantias se aratas intelligit. Patet. Vbicunque est potentia disposita, & obi n, & non est impedimentum, poterit esse operatio illius potētiæ:sed in anim separata est intellectus, & æquè perfectus:vt erat in corpore:& sunt ipsa intelligibilia : & nul m est impedimentum:ergo sequitur quod separata intelligi Probatur. Si aliquod esset impedimentum, maximè essent phantasmata quæ desunt:sed hoc nullum est: quia illa sunt requisita solùm pro isto statu, & non pro alio:sed sicut in angelis cognitio est sine conuersione ad phantasmata, quæ quàm habuerunt, sic oportet dare animæ rationali separatæ, vt posit intelligere sine tali conuersione: & hoc per species reseruatas, Deo concurrente ad cognitionem illorum quorum sunt species.

Ratio. 1. p. Ægid. quolib. 2. q. 22.

Obiectio. ¶ Sed obijcietur statim. Si solùm intelligat per species acquisitas abstractas hic reseruatas, puer qui non abstraxit, nihil intelliget. D. Tho. argumen. soluit dicendo quod anima separata non intelliget per species innatas, neque per species quas tunc abstrahit, neque solùm per species conseruatas, sed per species ex influentia diuini luminis participatas, quarum anima fit particeps: sicut & aliæ substantiæ separatæ, quanuis inferiori modo:vnde tam cito cesante conuersione ad corpus, ad superiora conuertitur. Neque propter hoc cognitio, vel potentia non est naturalis:quia De est author non solum influentiæ gratuiti luminis, sed etiam naturalis. Hęc Sanct. Thom. vbi quia in argumen. de paruulis obiecerat, respondet eos intelligere per species ex influentia diuini luminis. Est notandum quod dicit, non solum intelligere per species hic acquisitas, & reseruatas:quapropter quātum ex dictis eius colligere datur, modus intelligendi animæ separatæ, est accedens ad modum quo nunc substantiæ separatæ intelligunt, licèt non tam perfectè. Et dato species quæ hic acquiruntur, reseruantur (vt diximus) in memoria intellectiua, pro illo statu, quando non erit coniuncta corpori : ipsæ solæ species non habent vt possint intellectum actu facere cognoscere:quia desunt phantasmata:nisi ibi intelligatur quædam participatio diuini luminis influentis in animā: vt actu intelligat. Et vbi non sunt tales species acquisitæ:vt in paruulis, infunduntur ab ipso Deo. Verum est tamen quod modus intelligendi eiusdem animæ separatæ, solum per hoc quod ipsa conuertat se ad species quas habet, & quod posit intelligere sine alia speciali influentia ipsius diuini luminis, est satis clarus, & apertus, sic quod in illo statu non indigeat phanta ate, & in isto sic, etiam posita specie. Tandem intelligere animam est certum, nón solùm de fide, sed in lumine naturali prob ur.

Solutio. S. Tho. p. p. q. 89. art. 1.

Modus quo aĩa paruoli intelligit.

¶ Et quidem do or subtilis   em   tur moderni, & Maio. & G nunt ssimum intelligendi an   rata   neque   per cōuersionem a tasmata, vt hic, neque per conuersionem ad superiora:vt docet Sanct. Thom. loco citato:sed quod sit medio mo , conuersionem obiecta ipsa corp a quorū fuerunt hic phantasmat quicqu potest antasma cum intel u agente, potest obiectum, cuius e hantasma n eodem. Fateor quod iste m s sit us: nisi obstet quod D. Augus & adduximus inter argu dum, qu ani def torum n n intersunt rebus viuētium, & non vident quæ hic aguntur.

Sco. in. 4. d. 45. Maio. in. 4. dis. 45. q. 7. Gabriel. super can. lec. 35.

D. August.

¶ Scotus respondet, quod h est rat e distantiæ. Tamen nescio quid verisimilius:quia modus hic satis est verisimilis.

Scot' solutio.

¶ Secunda pars patet:quia tanto perampliùs cognoscet tunc, quanto intelligibile sit ac :quia magis proportionatur intellectui:sed substantiæ separatæ maximè sunt actu:ergo tunc intell gentur. Verum est men quod anima separata c scet alias animas separatas perfectè:quia nō scat se perfectè, & n dus essen formis alijs animabus:sed loquendo gnitione naturali, cognosce ngelo n-perfectè:qu sunt supra condi one ipsius animæ:quia co non potest cognoscere natu aliter, nisi ex sui cognitione, quæ quanuis sit perfect erit m um deficiens ad cognoscendū perfectè a gelos, q nt rfectiores. Et quidem est commu su stantiæ separatæ, quod cog sc quod est supra se, & id quod est i a se modum suæ substantiæ, & id qu d est ta se, id est, quod est æquale ei.   sip cluit

Ratio. 2. p.

essent angeli in vna specie, sicut sunt plures animæ rationales, angelus posset perfectè cognoscere naturaliter omnes angelos sibi æquales, sicut cognoscit seipsum.

2. Cōclusio. ¶ Secunda conclusio. Quan ad cognitionem animæ separatæ ponamus species infundi ab ipso Deo pòst mortē, licet de paruulis videatur quòd æqualiter infundātur, non tamē de adultis apparet, sed cuilibet secundùm statum suum. Ista conclusio videt esse extra naturæ terminos, cum loquamur de i fusione à Deo : sed non est extra propositum : quia cum ad Philosophum naturalem spectet (supposito ponat animā tior lem separatam manere immortalē) & u m do cognoscent naturaliter oport loquatur:& de isto est sermo in præsen tim ad cognitionem naturalem non   aret istarum specierum infusio, paruuli decedentes ante adultam ætatem, manerent estituti, & velut trūc s sine cognitione nat rali, si non sit infusio specierum: sed siue sit v r Physicum, & au Theologum tineat, n tamen est in fructosum semel scire. Dico go in conclusione, q d dato p ulis vide quòd æqualiter intundātur, e loquamur catholici de illis qui re ti moriuntur, siue de alijs qui cum originan decedunt, videtur par ratio ad eo um naturam:vt species infundant ; qua lit eis. Aequaliter (inquam omnibus rege n atis:sed adultis, & decedētibus in originali sic nodo dicimus, quòd non æqualiter. Patet : quia non æqualiter omnes habent acquisitas : ergo si vnus habet multas acquisitas, alius paucas. Si ęqualiter, infunderentur frustra aliquæ essent sp s. Ob id videtur ꝙ pauciores dentur illi, qui plu s habet:quia minus indiget: & plures illi qui minus, quia magis indigens.

Paruulis æqualiter infunduntur species.

Non æqualiter adultis infundūtur species.

¶   dico, ꝙ nō ęqualiter infunduntur etiam si equ les habeant acquisi sed cuilibet secundùm statum suū: quia n o n sunt æquales. Et videtur quòd ne aturalis maneat appeti , frustratus, ꝙ illi qui plura conatus est scire in hac vita, licèt non fuerit adeptus, habeat plures species. Sed hæc sufficiant opinatiuè dicta. Et lem doctor S. dicit animas separatas ha cognitionem omnium rerum nat ra- um er species infusas à Deo, ta en on rta. & propriam, sed cōmunem, & cōfu m. D. t tamen angelis quòd habeant natu ra omnium, singularem:& distinctam.

S. Tho. p. p. q. 89. art. 3

¶ Tertia cōclusio. In anima separata cognitio quæ est per habitū scientiæ manet:manet, & ipse habitus. Probatur quòd manet habitus scientiæ, & deinde facilè probatur ꝙ maneat actus. Hic loquimur de habitu scientiæ, prout in intelectu est per species intelligibiles. Probatur. Si habitus sciētiæ non maneret in anima se arata, esset quia co rumperetur:sed nullo modo corrūpitur:ergo manet. Probo minorē ex Arist. qui dicit, al uam formam dupliciter posse corrumpi:vel de per se à contrario : vel de per accidens corrupto subiecto: at scientiæ habitus, nullo istorum modorū potest corrumpi, quantum ad id quod in intellectu est. Patet. Nō potest ad corruptionem subiecti: quia intellectus perpetuus est, & i corruptibilis. Neq; à contrario: quia species intelligibiles ibidem reseruatæ in memoria intellectiua, non habent contrarium : nam licèt in cōpositione, & diuisione poss esse deceptio, & contrarietas, tamen in anima separata non potest esse: sequitur ergo quod habitus scientiæ quos hic habuimus, manent post separationem animæ à corpore, & perfectiùs manēt. Et sic D. Hierony. ad Paulinum: Discamus in terris, &c.

3. Cōclusio.

Ratio.

Arist. in lib. de longit. & breui. vitæ.

B. Hierony.

¶ Secunda pars, quòd maneat actus sciētiæ acquisitæ, patet. Manet habitus, & manent species intelligibiles: ergo poterit esse actus: nam si non maneret, maximè quia modus non manet operandi, scilicet, conuertendo se ad phātasmata, quæ ibi non sunt: sed hoc non obstat, vt dictum est: quia vel c (vt dicit Scotus) per cōuersionem ad propria obiecta: vel per conuersionem ad superiorem substantiam, vt dicit S. Tho. Itaq; manebit actus scientiæ acquisitæ, licèt quantum ad modum non erit; quia non erit per conuersionem ad phantasmata.

Ratio. 2. p.

¶ Quarta conclusio. Quāuis naturaliter loquendo, distantia localis non impediat cognitionem, quominus anima rationalis cognoscat, non tamen animæ mortuorū cognoscunt quæ hic inter viuos aguntur. Probatur ꝙ distantia localis non impediat cognitionem. Ibi distantia localis impedit cognitionem, quando causatur cognitio ab ipsis sensibilibus, quæ oportet sint debitè aproximata, vel quia debet esse cōuersio ad ipsa: sed cognitio animę separatę nullo istorum modorum contingit, vt probatum est: ergo distantia localis nullum est impedimentum.

4. Cōclusio Anima rōnalis nō cognoscit quę apud nos cōtingunt. Vide Ægi. quolib. 5. q. 28.

 ¶ Præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratio. 1. ¶ Præterea. Cognitio animæ separatæ respectu singularium, est ex influxu specierum ex diuino lumine: sed hic influxus sic ad distans, sicut ad propinquum se habet: ergo cognitionem animæ separatæ non impedit distantia localis, quantumuis magna, intelligendo de illis quæ sunt in præsenti: quia quæ præterita, vel futura, ipsa deficiunt à ratione cognoscibilitatis & deficiunt ab entitate: sed solùm loquimur de distantia locali respectu illorum quæ sunt.

¶ Alia pars, quod non cognoscunt animæ defunctorum illa quæ apud nos fiunt naturaliter loquendo (quia ex diuina dispensatione secus est) probatur: anima separata cognoscere potest singularia, vel quia quodammodo est determinata ad illa, vel per vestigium alicuius præcedentis cognitionis, aut affectionis, vel per diuinam ordinationem: sed animæ mortuorum secundum naturam suam, & diuinâ ordinationem segregatæ sunt à conuersatione viuentium, & coniunctæ conuersationi spiritualium substantiarum: ergo oportet ignorent ea quæ apud nos aguntur. Sic D. Gregor. dicit: Mortui vitam in carne viuentium per eos qualiter disponatur, nesciunt: quia vita spiritus longè est à vita carnis, & sicut corporea, atque incorporea diuersa sunt genere, ita sunt distincta cognitione. Ex hoc sumitur ratio, quod neque possunt cognoscere ex vestigio præcedentis cognitionis: quia ex illis quæ hic cognouerunt, nullum est vestigium ad illa quæ postea geruntur.

Ratio. 2. p.

Gregor. 12. moralium.

¶ Sub compēdio propter studiosos, & affectos ad doctrinam Sanct. Thom. de cognitione animæ separatę: hęc omnis doctrina eius haberi possunt.

¶ Primum animia separata nō mouetur immediatè ab aliquo obiecto corporali, neq; spirituali. Quod est cōtra communem opinio: vt diximus.

¶ Secundum. Anima separata se sola sufficiens est absque specie, vt intelligat se: quia est sibi præsens.

¶ Tertium. Per istam cognitionem qua se cognoscit, potest cognoscere, confusè tamen, substantias separatas: & cognoscit alias animas, perfectè quidem, sed non distinctè, hanc, vel illam.

¶ Quartum. Animæ separatæ infunduntur species: quod est necessariò dicendum, supposito non mouetur ab aliquo obiecto corporeo, neque in corporeo: quæ influxo potest dici naturalis, quia necessaria est ad operationes naturales: & quia talis status hoc exigit.

¶ Quintū. Anima per tales species infusas potest intelligere res corporales, & spirituales: sicut quilibet nostrū per species propias: Et non solùm per has cognoscit naturas rerum, sed singularia distinctè: quia necessarium est ad talem statum: alias non posset loqui angelo, vel alteri animæ. Et patet de puero, qui patrem & matrem cognoscet. 5

¶ Sextum. Non oportet q̄ anima separata cognoscat omnia singularia, sed solùm illa ad quæ habet ordinem, & quæ videntur à suum statum pertinere. Et hoc patet ex natiuitate Christi Iesu Redēptoris nostri. D. Thom. 3. p. q. 10. a. 2.

¶ Septimum. Anima separata cognoscit per species acquisitas hic in via, siue viuentes, siue particulares. 7

¶ Octauum. Distantia localis non impedit cognitionem singularium, cum quæ est cœlo & terram. 8

¶ Nonum. Animæ defunctorum non cognoscunt quæ hic fiunt quia sunt separatę à consortio nostro: quod si cognoscerit ex diuina ordinatione. 9

¶ Ad quinto argumenta priora patet solu. arg.

¶ Ad tertiū verò dictū est, animas non cognoscere quæ hic agūtur, & fiunt. Quia aliquando veniant, & apparent, vel est illusio, vel fit Deo permittente: vt factum fuit de suscitatione Samuelis per Phitonisam: quæ vera fuit suscitatio. De quo vide. 1. Regū. 28. & ibi Do. Abulens. quæst. 28. Vera fuit Samuelis suscitatio.

¶ Hic posset quærì: an anima separata possit mouere corpus, sicut mouet angelus. Et videtur idem, quicquid alij dicant. Sed quòd sic, vt scitè, & latissimè magister doctor fundamentalis Ægidius quolibet. 4. quæstio. 17. De quo ex professo longum faciem? Dubium. Solutio. Ad dius.

¶ Resolutiones. Resolutionibus nostris Theologicis hic à fundamentis adducere omnia, esset valde operosum, & ascenderemus metas physicæ disciplinæ, & ideo supersedemus, lectorem remittentes ad loca supradicta. Et hic est finis tertij libri de Anima, & speculationis rerum naturalium: quæ nos ducunt nos ad cognitionem sempiternæ veritatis: cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum, & vltrà. Amen.

¶ * Hic

¶ * Hic apponitur per modum appēdicis quod ob incuriā est omissum in. 3. speculatione primi libri de anima ad declarandā mentem Platonis vbi signum stellula est.

¶ Animam ergo cœlestium gradum intellectualium ponebat, constitutam dixit ex numeris, & consonantijs harmonicis esse duplici de causa: Primo, quia vt Aristoteles refert. Secundo de cœlo, & Macrobrius in lib. de sono Scipionis, Platonici, & Pithagorici dicunt quod ex vario motu Spherarum cœlestium soni causantur, maximè consonantes & proportionati: quos aures mortalium non audiunt, quia consuete sunt audire sonos inproportionatos, qui causantur à materiali, quæ apud nos fabricantes, & fabrificantes audierunt, sicut malleatores percussione malleorum: & quia tales motus spherarum cœlorum causantur à suis proprijs animis mouentibus cœlos, posuit animas cœlicas in numeris componi naturalibus, vt possint causare tales consonantias. Et causam aliam dat à signo: quia cum quodque deterior in genere sit, & Plato attendebat, quod omne mutatur in sono mediocri, quod exceditur in tristatur: & vt in [illegible] gaudet: & in [illegible] tristatur affi[illegible] visus luce temperata sum[illegible] & quod excellit offenditur, vt est lumen so[illegible] ex hoc [illegible]atus est quod consonantia, & [illegible] de natura [illegible] essent: & consequenter quòd ipsa anima ex numeris harmonicis esset composita. Ecce quomodo in Timeo Plato de anima cœli loquutus est principaliter: & quia anima humana imitatur animam cœli, ex cōsequenti [illegible] quod anima humana ex numeris [illegible] consteret: de quibus, vt [illegible] nis sententiis intelligamus, [illegible] Aristotel. Macrobius.

[illegible] Platonem numeri animam [illegible] sunt. 1. 2. 3. 4. 8. 9. 27. qui numeri continent consonantiam, aspectum rectum, [illegible] coordinationem, identitatem & diuersitatem [illegible] in circuitu.

Cōsonātia Diapason. Diapente. Diatesaron. Tonus. [illegible] no continent in se consonantiā, quia [illegible] perire est principales consonantias, quæ sunt. 6. Diapason, [illegible] Diatesaron, & Diapason, & Diatesaron [illegible] tonus, ex Diapason, & Diapente [illegible] onta. Patet, inter vnum, & duo, est Diapason: quia dupla proportio: inter duo & tria, est diapente: quia ibi est sex qui altera proportio inter ternarium, & quaternarium, vbi proportio sex qui tertia: est diatesaron. Inter ternarium, & octonarium seruatur consonātia composita ex diapason, & diatesaron: quia est proportio dupla superbipartiens tertias: quia octonarius, continet ternarium, & duas partes, quę sunt duæ tertiæ ternarij inter octonariū, & nouenarium. Tonus: nam ibi est proportio sex qui octaua. Inter nouenarium, & vigesimum septimum numerum, est cōsonantia composita ex diapason, & diapente: quia ibi est proportio tripla. Hæc omnia quę ad proportionem expectāt in 7. physicorum à nobis tradita sunt ibi videnda. Et hoc quomodo anima continet consonantiam: ob id ex numeris dicit compositam.

Diapason.	Diapente.	Diatesaron.
12	23.	34.
Diapason, & diatesaron.	Tonus.	Diapason & diapente.
38.	89.	9. 7.
Dupla.	Sexqui altera.	Sexqui tertia
Superbipartiēs.	Sexquioctaua.	Tripla.

¶ Continet etiam anima aspectum rectum in numeris prædictis: hoc pacto quod posterior semper excedit priorem: hunc excessum Plato dicebat aspectum rectum. 2

¶ Tertiò cōtinet etiam duplicem coordinationem, vnam parium, & aliam imparium numerorum: nam ex vno latere, omnes pares possunt figurari: scilicet. 2. 4. 8. & impares ex alia parte. 3. 9. 27. 3

¶ Quartò, continetur identitas, & diuersitas: nam identitas, ex parte numerorum imparium, & diuersitas ex parte parium: quia si omnes numeri impares ordinati adinuicem componātur, semper resultabit eadem species numeri: scilicet, numerus quadratus. Numerus quadratus est ille, qui consurgit ex ductu alicuius numeri in seipsum semel: vt quaternarius, est numerus quadratus binarij: quia bis. 2. faciūt quatuor: & nouenarius est quadratus trium, quia tertria faciūt nouem. Probatur ergo qd si in imparibus fiat comparatio, semper seruetur numerus quadratus. Sumatur vnitas cum primo impari qui est. 3. constituūt primum quadratum: scilicet. 4. deinde sumatur secundus impar: scilicet. 5. & componatur cum ipsis. 4. consur- Quid numerus quadratus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consurgit.9.qui est quadratus ternarij: deinde sumatur.3.impar: scilicet.7. & componatur cum ipsis.9.consistunt. 16.qui est quadratus:quia quater quatuor faciũt. 16. Deinde sumatur.5.impar,qui est 9.& cõparetur cum. 16. constituit. 25. qui est etiam quadratus: quia quinquies. 5.faciũt 25. Et sic procedendo, sumendo impares ordinatè, & apponendo priori numero quadrato, resultat numerus quadratus: vt patet in figura sequenti.

1	3	4	1	4
3	[illegible]	9	2	4
5	9	16	3	4
7	16	25	4	4
9	25	36	5	4
11	36	49	6	4
13	49	64	7	4
17	64	81	8	4
19	81	100	9	4

¶Quòd ex parte parium,sit diuersitas: sic ostenditur,si pares adinuicem ordinatè cõparentur,& componantur, diuersæ species numerorum resultant:nam si primus par sumatur,scilicet,binarius. Et secundus par, qui est quaternarius,& adinuicem componantur constituunt senarium: qui dicitur numerus superficialis: si autẽ sumatur tertius par:scilicet,sexnarius, & componatur cum priori sexnario,constituitur duodenarius:qui dicitur numerus solidus: quia terquatuor sunt.12.vbi inuenitur longum latum,& profundum:sicut senarius erat superficiais: quia ter bis non peruenium[illegible] ad solidum. Et notabis quod [illegible] erus superficialis est illæ qui consti[illegible] ipsius multiplicatione,vt bis duo fa[illegible]iũt. [illegible] ciu[illegible] sed numerus [illegible]bus ille est, qu[illegible] sul,at ex ductu numeri bis multiplicat[illegible] vt si diceres ter tria,ter sunt. 27.Hic est numerus cubus,& bis duo, duo tac[illegible] 8. et[illegible] est cubus:& omnis qui est numerus cubus etiam est solidus, quia omnem trinam dimensionem continet,de quo vide, quæ diximus in dialectica in posterioribus in primo libro cap.7.

Numerus Superficialis.

Numerus Cubus.

Numerus solidus.

Vide Abulen. Iosuæ 10.q.26.

Finis tertij libri de anima,

& totius operis.

Registrum huius operis.

¶A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.
Aa.Bb.Cc.Dd.Ee.

Omnes sunt quaterniones,præter.X.qui est quinternio,& Ee. qui est ternio.

SALMANTICAÈ
Excudebat Ioannes Baptista à
Terranoua. Anno
Domini.
1569.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errata.

Pagina.20,columna.2.lin.46.contra
Pa.32.co.2.lin.37.artifici
Pa.41.co.2.lin.4..posteriori.
Pag.[illegible].co.2.lin.[illegible].ex se.
Pa.64.co.1.lin.35.maiori.
Pa.[illegible].co.2.lin.[illegible].corruptibilia.
P[illegible].lin.[illegible]o.inseritur.
lin.34.[illegible] est motus.
.38.descriptæ.
[illegible]o.2.lin.42.voluntati.
[illegible]co.2.lin.38.d[illegible]econt[illegible] omnes alij.
[illegible].co.2.lin.13.numero.
P[illegible]col.2.lin.46.e[illegible]exha[illegible]tione.
[illegible]o.2.lin.23.d[illegible]
[illegible]in.15.d[illegible]en
in.54.dele non.
Pa.4[illegible]in.24.co[illegible]clu.
[illegible]42[illegible]9 principi[illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

valitura r[illegible]ificamus confirmamus
[illegible]etiaz innouamus: eadēqz de nouo
facimus [illegible]ram nostrorum con
silio predictorum. ¶ Et vt dictorū
malicia non inueniat [illegible] successorem: z
punite transgressionis exemplar re
trahat alios ab offensa ac [illegible] oblitio
nem veritas veniens n[illegible] va[illegible]cer
ta: statuimus atqz decernimus: z
ipsa inuiolabiliter obseruentur: z o
similes excessus z culp[illegible] penis [illegible]
bus in posterum puniantur. ¶ In
nocen. quartus [illegible] ger[illegible]
lugduñ.

De bri[illegible]

[illegible] b[illegible] redēptiō
generis ō[illegible] celo
rū [illegible] ma[illegible]
den[illegible]
[illegible]biens tempo[illegible]
[illegible]nistus: ne [illegible]
nis gloriosi [illegible]
post resurrectionem [illegible] ez ab
pastore deseretur [illegible] bea o
petro a[illegible] polo: vt sue [illegible] ita e[illegible]
ceteros in christia[illegible]
ret: eorunqz men[illegible]
sue accenderet [illegible]
[illegible]nisit: vi[illegible]

tantibus animas [illegible] lucrifacere sua
nobis cooperante gratia valeamus.

¶ Cum igitur illi [illegible] docentes
humanitatis detestāda fruitia mo
tem sitiunt a [illegible] faciant
per assassinios o[illegible] corpo
rum sed mortem [illegible] etiaz
animarum: nisi eos [illegible] berā gre[illegible]
[illegible]nina p[illegible] vt [illegible] spu
[illegible] ap[illegible] [illegible] potestas
tribuit [illegible] gre
[illegible] iudicii exerce[illegible] ¶ Ne z
[illegible] vicu[illegible] volens a[illegible] er: ai i
mari[illegible] [illegible]ptio
ne [illegible] [illegible]nadue[illegible] [illegible]
crone [illegible] [illegible]metus pene meta[illegible]
[illegible] [illegible]ceptionis existat: p[illegible]
tum eur[illegible] ab e[illegible] illi magnates talter
perint [illegible] [illegible]tes coacti fuerint se
curiter [illegible] unden[illegible] assassinorū
domi[illegible] [illegible]are: sic z ab eo non
absqz [illegible] dignitatis oppro
brio re[illegible]ere quodam modo vitaz
[illegible]am ¶ Sacri approbatione con
[illegible]ituit ius[illegible] quicunqz princeps
prea[illegible]ūs eu[illegible]is alia ecclesiastica
eccl[illegible] [illegible]ersona quempiam chri
[illegible] [illegible] predictos assassinos
[illegible]rit vel etiam mandauerit

Sit enim verus homo de sa
tri. c. j. ē. de here. cū christus.

¶ Pe recio vnc e[illegible] cano
quis [illegible]os pōt amplius amā
re qz christus qui animā su
am [illegible]it pro omnibus suis
[illegible] [illegible]iij. quis nos.

¶ Desereret. Nlo. contra
prelatos se etiaz ex nulla cā
absentantes qui non dimit
tunt vicarios: z sic dimittunt
gregem suum sine pastore: z
per hanc litteram satis patz
qz potestas petri trāsiuit ad
posteros: alis post petrum si
ne pastore remansisset ecclia
quod non est verum: vt infra
eq[illegible]tur: ad idem [illegible]iij. di. c.
j. [illegible]idem [illegible] argui cir
ca collegium cardinaliuz cū
vacat sedes: vt dixi. ē. t. pri.
c. vno.

¶ Stabilitate fidei. hac de
bemus armari: vt. xxiij. q. j.
nisi bella in [illegible].

¶ Accenderet. verbo ope
re z exemplo. viij. q. j. q ēpa
tuz. z. c. se. xliij. di. sit rector.

¶ Immeriti [illegible]u. miliat se: vt aug. i canone dicens: Secūdus locus guberna
c[illegible]orum traduas est mihi qui remum tenere non noueram. xl. di. ante omnia

¶ Vigilijs. ē. in penio istius li. ē de o[illegible] le c. j.
¶ Debemus. ad idem. ē. de primū cū z pla[illegible]are [illegible]on.
¶ [illegible]mo. di. lxxxvj. fratrem.
¶ Deo. lucrifacere. ē. c. li. de [illegible] non solum.
¶ [illegible]m. quod plus ett [illegible] j. precipimus.
¶ De [illegible] ideo dat canon consilium [illegible] expectet in [illegible]ūmis pe
[illegible]uere [illegible] e. di. [illegible] vlti.
¶ [illegible] potest[illegible] igitur [illegible] deo: [illegible] de christ[illegible] pilato: io. xix. Non ha
[illegible] [illegible]e potestatez cē. z canon. [illegible] [illegible]stit potest[illegible] dei ordinationi resi
bere [illegible] q resistit. z vniuersitas non [illegible]et aliqua ratione cōstare nisi tan
[illegible] [illegible]ere [illegible] ordo seruaret. lxxxix. z [illegible] ad hoc.
¶ [illegible] [illegible] maxime.
¶ [illegible] dā[illegible] [illegible]abiliter. maxime ppter quali[illegible] assassin[illegible] nō timent
mort[illegible] [illegible]ēnt[illegible] z del uezo dalu mē magna.
¶ [illegible]tus [illegible]ēps: [illegible]ere. qz piculosum. de s[illegible] [illegible]. j. [illegible]li. nō eximit illos
a [illegible]ena [illegible] coica[illegible]nis.
¶ [illegible]ndauerit si mandauit ergo cogitatio non stetit in [illegible]uis sub: z iō nō
[illegible]at [illegible]m si [illegible]ūtur: alis secus: de pe. [illegible] j. cogitationis. [illegible]tius procedit cū
[illegible] [illegible]cante [illegible] [illegible]u. j. eo. li. de senten[illegible] [illegible]n. quicunqz. vb. mandans z reuo
[illegible]ns z integra penam euadit: hic autez puto qz etiam si re[illegible]ocauerit re integra

[illegible]ini. z expon[illegible] debe[illegible] [illegible] qui z metro
[illegible]. nec alius posset roma[illegible] [illegible]do
omnium querere ius [illegible] [illegible]ēni
[illegible]ele. misi, cū marte. [illegible] [illegible]upon[illegible] qz
[illegible] habet collegi[illegible] [illegible]am z leg[illegible] [illegible]s apostoli
[illegible]motuo [illegible] de o[illegible] lega[illegible] [illegible]u. nō eni
[illegible] sec. ap. ce[illegible] [illegible]t: z pe[illegible] [illegible]nales
[illegible]dinem habitu tunc[illegible] [illegible]m p. eccl[illegible] cer
[illegible]ūi. q. ij. liberti. ij. ē. e[illegible] [illegible]reli[illegible]
[illegible]dis pollegij supereisset [illegible] a z
[illegible]nem vero habent [illegible] [illegible]onis [illegible] am
[illegible]cardinales de facto [illegible] [illegible]
[illegible] z intromittere nisi de p[illegible]
nisi ex grandi causa z [illegible]
[illegible]. li. de elec. vbi periculu[illegible] [illegible]
[illegible]ffunt ergo z illud: quia [illegible] al
[illegible] tardatione imminet pe[illegible] [illegible]
[illegible]ere. accusatus. §. sane [illegible]

[illegible]dinalatus offici[illegible] [illegible]
quia istius excommun[illegible] [illegible] sup
[illegible] reseruauit [illegible]lige[illegible] [illegible] con

Universidad de Deusto
Biblioteca

probabilibus

aliquē scelus

nuilateri

vel depositi

aduersus eos

Bonifacius

Usurarum voraginez q̄

tacul

exhaurire cōpesce

re cupientes: constituti

cilij contra vsurarios

sine maledictionis in

precipimus inuio'abi

Ec quia quō mi

fenerandi

gis adimetur se

as: hac genera

ie: vt nec col

nas vel singu

ngz sit dignita

at alienigena

de terris ipso

pecuniam er

ree: ad h

habitare

usmodi vsurarios

dmitti: precip

ecclesia

in die.

de cōsti.cū.M.in

rollenda est occas

ti panis tollitur

constituto no

rariorum p

alienigena vsu

pulsione illius

ercere

:z dato q̄ isti alie

nstitutio in eis: z h

t dicamus alieni

icole ñ sūt. oriūdi

is est.ff.ad munic

xit.C.e.ti.l.assu

Que autem di

ncolam no

Ha.s.in.s. pdest pro
testan o q ad pena in
guinis intendunt
nauit hec decre
lonem corum q no
q.iij. maxim. anus. z
vnum solum. z.s.e.titu. po
stulasti.

b Laicis si enim de clerico vel ecclesiastico coram iudice laico conquerere retur habet locum pena .s. de foro competenti si diligē ti.

c Secularem pot sit etiā conquiri coram ecclesiastico iudice fo. compe sit. dic vt in.

d Emendam iz in mian passus rancorem dimittere teneatur: non men emendā. xc. di. si quis cōtristatus. de hoc. xxiij. q. iiij. si is quī.

e Prouideri, prodet ergo

ex in sum licet z in seruitutibus. ff. si serui. ven. l. ego z.l.

alimentis. ff. de liber. legato. l. si quis §. alimenta. z circa iura

de procu. annis in fi. bi de hoc. z.s.o sepul. in nostr. dicat in

futuri temporis non sit ad iudicem. ff. de vsu. l. j. §. j. illud enim

in vsuris q̄ sūt odiose vel nō spectat: ita q̄ statim detur exac

bit statuendo penas cōminando: vel penas malefactoribus

tus pene erit meta psūptionis z clericorum pulsio. s.c.pri.

f Protestando ex Ho. regnī expressū: bi nō sufficit tacitum:

s.e.li. de elec. nullus. in. z cante sicut clericī si de hac p

testatione consici fac idē. de si ex diligēti in fi. s. cle

ex mini. ppositit. z q

g Irrogari. i casu q nō debebat irr debam casu. s. posti

h Justicia idē si cōtra iustitiam cū cle uerit in culpa ca q

iz z iciū q occidendis i. s.

s.c.vt qd is palem

nec ob .pri. z ibi

Tuer. s. cū expōs testato dictū est. s.

canone. xxiii. q. v. vnū sol

eter inat no. Dosti. s.e.ti. ad

per Dosti. e.ti. petrus.

m Expl oe v nō tenet: o plus expōse

sentire. s. natorēs. iz plenitudine in

rit: ergo nul le dicens.

n Addat ne cuā tenet: qd dic vt o.s. e. ex.

o Culp regulare: cessi ces ten ca

plene no. s. sicut digni ando cū pa precedit no

metus. ff. quod tus causa. l. si lit in matrimoni

veniens. ff.

Ut probatum est. Ho. regnī expressū: bi nō sufficit tacitum: s.e.li. de elec. nullus. in. z cante sicut clericī si de hac p testatione consici fac idē. de si ex diligēti in fi. s. cle ex mini. ppositit. z q

g Irrogari. i casu q nō debebat irr debam casu. s. posti

h Justicia idē si cōtra iustitiam cū cle uerit in culpa ca q

iz z iciū q occidendis i. s.

s.c.vt qd is palem

nec ob .pri. z ibi

Tuer. s. cū expōs testato dictū est. s.

canone. xxiii. q. v. vnū sol

eter inat no. Dosti. s.e.ti. ad

per Dosti. e.ti. petrus.

m Expl oe v nō tenet: o plus expōse

sentire. s. natorēs. iz plenitudine in

rit: ergo nul le dicens.

n Addat ne cuā tenet: qd dic vt o.s. e. ex.

o Culp regulare: cessi ces ten ca

plene no. s. sicut digni ando cū pa precedit no

metus. ff. quod tus causa. l. si lit in matrimoni

veniens. ff.

dmitti: precip ecclesia in die.

de cōsti.cū.M.in rollenda est occas ti panis tollitur

constituto no rariorum p alienigena vsu pulsione illius ercere :z dato q̄ isti alie nstitutio in eis: z h t dicamus alieni icole ñ sūt. oriūdi is est. ff. ad munic xit. C.e.ti. l. assu

Que autem di ncolam no

ffest ntur nac nnati

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca